




RELECTIO <sup>9715</sup> CAP.

QVAMVIS PACTVM.

DE PACTIS, REGVL. POSSESSOR  
malæfidei. libro sexto, & Clementinæ. Si furiosus. de ho-  
micidio, Authore DIDACO COVARRV-

VIAS à Leyua Toletano, Archie-  
piscopo Sancti Domi-  
nici designat.



*Cui IOANNIS BRVNELLI Aurelianensis Repetitionem  
in primam decretalem de homicidio, vt materia consonam, adiecimus.*



L V G D V N I S

Apud Hæredes Iacobi Iuntæ,

1558.



AD ILLUSTRAM  
ADMODUM, AC RE-  
uerendissimum Dominum D. Didac-  
cum ab Alaua & Esquiuel, Abulen-  
sem Episcopum, Granatensis Curiaë  
sub Carolo Cæsare, Hispaniarum Re-  
ge, Prætorio Præfectum: Didaci Co-  
uarruias à Leyua Toletani, Archie-  
piscopi Sancti Dominici, desi-  
gnat. In relectionis ca-  
pit. Quamuis. De  
Pactis.

¶

P R A E F A T I O.



VEREBAR EQVIDEM, ADMO-  
dum Illustris ac Reuerendissime Præsul, fore  
quosdam, qui mihi & illud merito succenseret,  
quod post aliquot partus, eosque immaturè ad-  
tos minime temperarim quin propeere nimis &  
alios edere, nondum expectata priorum cæsura,  
fuerim conatus. Quasi primus lapsus casui dari  
debeat, vel imprudentia: iteratus stultitia, aut  
inscitia tribuendus sit. Turpe siquidè nimis est,  
vt vetus proverbium admonet, bis ad eundem lapidè offendere. Culpam istam  
tantùm abest agnoscam ipse, vt nihil magis persuaderi iuris vtriusque pro-  
fessoribus cupiam, quàm me nec minima huius criminis labe syncero animo  
candidòque iudicio notari posse. Nam, etsi sciam in his qua hæc temè adide-

rim, multa passim exponi, qua doctiorum hominum censura haud magnopere valeat erroris argui: idque mihi maximo futurum est beneficio: quippe cui animus contigerit non sanè contumax, nec ceruicosus, sed lenis admodum ad ea benignè mutanda quorum in hac praesertim iuris humani disciplina fuerim admonitus: verum amici quidam, quos plures ob eorum candorem in signe illud Salmanticense literarum Emporium mihi conciliauit, multis ex Hispaniarum locis me per literas certiore fecerunt, opus Varrarum Resolutiunum nuper à me typis traditum eo fuisse probatum applausu, quo admitti solent, quae futura quandoque sunt studiosis omnibus vtilitati: quod fateor diuino muneri potius, & lectorum benignitati, quam meis viribus tribuendum fore. Idem summè admonuerunt, vt si quid priuato studio praeterè ad Iuris Pontificij, vel Caesarei interpretationem elaborassem, nequaquam grauarer publico Iurisconsultorum examini committere: porro benignè id suscepturis communicare. Horum equidem iudicio, Antistes ornatisime, accessit & tua limatissima censura exactissima inquisitio, qua meos qualescunque labores vndique scrutari quandoque dignatus es: vt me tibi multis nominibus addidicissimum eorum admoneres, quae in hac iuris humani disciplina maxime sunt praecauenda. Quod fecisti sedulo: vti nanque meis iuribus par esset à te mihi sepius in diuini onus in hisce Commemarijs elimandis: sperarem vti que, non minimam eiusmodi instituti laudem meis scriptis accessuram. Denique in eipsum quem ab hinc viginthi quinque annis Salmantice discipulum cum plerisque alijs habuisti: exhortatus es, ne ab hoc semel suscepto labore calamum amouerem, si quid possem his horis, quibus alioqui feruari licebat, in communem vtilitatem exhibere. Incidit verò in manus mihi hac de re cogitanti relectio quadam, quam olim publice iam voce communem feceram dum caput, Quamuis paculum sub titulo de Pactis, inter Bonifacij VIII. constitutiones interpretarer. Hanc in no nomini clarissimo dicare decreui, non ex ea causa, qua quidam principibus, illustrioribusque viris ingenij sui monumenta nuncupare decernunt, quod velim hoc munere gratiam, tuamque benevolentiam promoueri. Scio etenim, quae tua humanitas est, me iam hac apud te promeritum fuisse, multi que in me collatis beneficijs ad palmam omnibus esse: sed, vt iuris vtriusque antistite, verum praceptorè agnoscerem, vnumque è primis literarum collegij sanctissimi Saluatoris selectissimis incolis. Etenim cum perillustri, ac Reuerendissimo vir Didacus à Muros Oretensis Ecclesiae Praesul dignissimus, quo inuicem sibi pietatem, & in publicam vtilitatem Reulium feruentissimum Hispani, & exteris in exemplum exhiberet, vti que Deo Maximo aliquod obsequium ministraret, domum illam percelebrem, ad quam & ipse ab hinc annis quindecim fuerim admissus, Salmantice institueret, te ipsum virum tunc moribus, iudicio, & doctrina praestantem, magni que in ea Academia nominis ad eam rem in ipsius collegij collegam feliciter

feliciter adoptauit. Quod equidem munus ita cautè, piè, ac religiosè exercutus es, vt velle tantum nomine tibi, & his, qui tecum in id electi fuere, non mediocris laus iure optimo sit acquisita. Hinc profectò factum est, vt qui post in eandem celebratissimam domum fuerint admissi, & quissimis, atque integerrimis institutionibus electi, in eo literario conuentu maximos eius professionis honores insigniter fuerint adepti. His verò, quae primum in Reipublica commodum decem annis publico stipendio praceptoris officio fungens peregisti, multa propensi in eandem rempublicam animi argumeta ita incessanter addidisti, vt qui te ipsum nouerit, & quae apud Regem, ac Caesarem inuictissimum, in ipsa itidem Tridentina Synodo, & in huius Granatenfis Curiae praefectura egeris vti quae expenderit, satis comperiat quantum tibi debeant hi, qui continuus precibus verum iustitiae cultum postulauerint. Quibus denique animi dotibus magnitudinem, insignem humanitatem, iudicij candorem, egregiam in pauperibus, & oppressis subueniendis diligentiam, maiorum & generis dignitatè ac splendorem notissimum facis. Pro tua igitur singulari benignitate hoc Opus, quicquid est, accipito ab eo dicatum, qui se ita tibi obligatum putat, vt in tota, quae sibi reliqua sit vita, studium omne, animumque, ac se totum tibi, tuique deuouerit: hoc vnum, quod mihi erit omnium gratissimum, obnixè precatus, te in hoc suscipiendo munusculo non tam rem ipsam, quam auctoris voluntatem metiri. Susceptum & laborem huic libentius, non modo vt intelligas, si quid nobis à publicis negotijs otij superest: superest autem vel teipso teste non multum, non esse omnino id otiosum, sed etiam vt tuum, quo nihil mihi antiquius est, iudicium censuramque amplius explorarem.

Nec tamen vereor, ne nostram hanc operam quacumque ea sit, probaturus sis, libentique animo accepturus, vel ea saltem causa, vt mihi animum ad alia festinanti addeceris. Vale Praesuli decus. E Granata Mensis Aprilis: Anno Milleesimo Quingentesimo Quinquagesimo Quinto.

\*\*\*

AA iiij

IN CONSTITUTIONIS SECUNDAE EX  
Rubrica de Pactis, libro vj. cuiusq; ini-  
tium, Quamuis pactum. inscri-  
bitur, non inutilem in-  
terpretationem.

*Ad Lectorem Praefatio.*



**P**RINCIPES omnes, ac legum latores, candide lector, & hi praesertim, qui religionis Christianae documentis rem publicam optimis legibus instituere conati sunt, in rebus agendis, & frequentissimo hominum commercio, dum humanam simplicemque conventionem iustis ex causis inualidam, ac infirmam esse censuerunt, aut sane non ita utile, ut ipsa publica fides in hisce negotijs exigebat: eam tamen iurisdictioni religione stabilitam, absque vlla exceptione ob iuramenti vim apud forensia tribunalia ita admittendam esse statuerunt, ut plerumque ab ipso sacramento virtutem potissimam, plerumque effectus quosdam, eosque ex iu-

re Pontificio, & Caesareo singulares accipiat. Contingit frequenter ob tot calumnias, quas mortalium malicia excogitavit, & propter cautelas, quibus foedifragi homines vtuntur ad effugiendas proprio liberisque consensu pactas conventiones, conuictum humanum reipublicae omnino necessarium vel deficere, vel funditus periclitari. Etenim tot legibus in qualibet communitate statutis, tot aduersus pacta, & contractus solent obijci defectus, ut plane nullus ferè conuentione priuata vtcunquè diligentissime conscripta se tutum fore existimet, nisi vndique futuris hominumdolis, quibus à pactis discedere tentant, antidotis quibusdam occurrere festinet. Ceterum praeter alia, quae solent ad conventionum iuramentum opponi, illud praecipue multi faciendum est, quod à religione iuramenti vires

P R A E F A T I O.

ti vires sacrosanctas adsumit. Sic namque conventiones, quae cum minoribus aetate sunt, multum roboris aquirunt ex iureiurando à minore praestito. Sic multi contractus, qui alioqui vel nulli existimantur, vel pluribus possunt refelli objectionibus, ab omnibus his omnino censentur immunes propter iuramenti vim, & eius religionem: quandoque contractus validi quidem, ampliore ex eadem ratione effectum habent, quam si simplici consensu foret stabiliti: sicut constat in cap. cum contingat. de iureiuran. cap. debitorcs. cod. titu. Authen. sacramenta puberum. C. si aduers. vendi. & maxime in hoc cap. quamuis pactum. quem locum ipsi delegimus, ut quae priuatum hac de re Salmaticae elaborauimus, paulò diligentius postmodum examina-

ta, publico omnium Iuris peritorum iudicio committeremus. Igitur huius Constitutionis breues Commentarios in tres distinximus partes: quarum prima de iuramenti cognitione generalia quaedam examinabit. Secunda Bartol. resolutionem de viribus iuramenti in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. ad vnguem discutiet. Tertia specialiter de iurisdictioni viribus, quas haec Constitutio renunciationi paternae hereditatis tribuit, ad amussim tractabit: varios intellectus huius Capituli, eique admodum necessarios continens. Multa tamen omittimus, quae de viribus, & effectibus iuramenti passim à Doctores traduntur: contenti siquidem ea tantum explicare, quae hoc tractatu praecipua censentur.

A A iij



**I N T E L L E C T V S  
N O T A B I L E S V A R I O R V M  
L O C O R V M I V R I S C A -  
nonici, Ciuili, & Regij.**

\* \*

**Ex iure ciuili.**

- L. Is cuius. §. vlti. ff. de testament. col. 2. fol. 263
- L. Is qui cum telo. C. de sicar. nume. 10. col. 2. fol. 281
- L. Labeo. ff. de arbitris, colum. 4. fol. 5
- L. Nam hoc natura. ff. de conditio. indebit. colum. 1. in fine & sequen. fol. 235
- L. Nec usufructuarium. C. de usufruct. numero 2. columna 1. fol. 209
- L. Nihil. C. de usufructione pro hærede. numero 3. colum. 1. fol. 186
- L. Non dubium. C. de legib. colum 3. fol. 65
- L. Nunquam. in princip. ff. de usufruct. col. 1. fol. 202
- L. Pompeia. de parricid. nu. 12. col. 3. fol. 282
- L. Qui occidit. §. vltimo. ff. ad legem Aquiliam. columna 2. fol. 297
- L. Quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. nu. 1. col. 1. fol. 278
- L. Quoniam multi. C. de hæreti. nume. 1. fol. 271

§. Quo-



**V T H E N.**  
de mandat. princi. §. sed neq. col. 1. fol. 4  
Authet. siue à me. C. ad

- Velleia. col. 4. fol. 19
- Authent. vt non luxurientur homines. col. 3. fol. 12
- L. Ad egregias. ff. de iureiu. nu. 8. col. 2. fol. 70
- L. Adigere. §. vlt. ff. de iure patro. nu. 12. col. 1. fol. 28
- L. Cùm de in ré verso. ff. de usufr. nu. 2. col. 3. fol. 179
- L. Cùm vir nubat. C. de adulter. col. 1. fol. 263
- L. Diè proferre. ff. de arbitr. nu. 6. col. 3. fol. 4
- Lex duodecim tabularum contra fures. col. 1. fol. 327
- L. Et generaliter. ff. de noxalib. nu. 8. col. 1. fol. 212
- L. Græcè. ff. de fideiusso. nume. 4. col. 1. fol. 115

- §. Quorum. Infitu. de interdict. colum. 2. fol. 160
- L. Quoties. C. de rei vendic. num. 2. col. 4. fol. 31
- L. ij. & l. quemadmodu. C. de agri col. & censu. num. 2. col. 2. fol. 73
- L. ij. C. de rescind. vend. num. 4. & 6. col. 1. & 3. fol. 136
- L. ij. C. de reb. credi. nu. 2. col. 1. f. 53
- L. ij. C. de seruitu. & aqua. num. 8. col. 2. fol. 154
- L. Senatus. ff. de contrah. emptio. num. 3. col. 1. fol. 74
- L. Si conuenerit. ff. de iurisdic. om. iudic. num. 7. col. 3. fol. 34
- L. Si cùm dies. ff. de arbit. nu. 6. col. 3. fol. 4
- L. Si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiu. num. 4. col. 2. fo. 237
- L. Si vnquam. C. de reuocan. don. num. 3. col. 1. fol. 32
- L. Si vir. ff. de usufructio. pro donat. num. 10. col. 4. fol. 201
- L. Si quis pro eo. ff. de fideiuf. fol. 19. & 20. & ferè per totu opus.
- L. Si quis inquilinos. §. vlt. ff. de le gat. j. col. 3. fol. 28
- L. Si quis maior. C. de transact. nu mer. 5. col. 1. fol. 33
- L. Si quando. C. vnde vi. nume. 7. col. 1. fol. 43
- L. Vnic. C. de rapt. virg. num. 8. col. 3. fol. 278
- L. Vlt. C. de non num. pecu. nu. 11. col. 2. fol. 27
- L. Vlt. C. de sacrosan. eccl. c. 3. f. 170
- L. Vlt. C. de bon. liber. num. 8. col. 3. fol. 70
- L. Vlt. C. de Iudæis. col. 1. fol. 269
- L. Vlti. ff. ad municipal. colum. 4. fol. 28
- L. Vlt. qui satisf. cogan. n. 10. c. f. 26

**Ex Iure Canonico.**

- C. Anon. Cùm longè. 63. dist. ver sic. olim apud. co. 4. fol. 215. & nu. 6. col. 1. fol. 216
- Cano. Ecce dico. xxij. q. v. num. 8. col. 2. fol. 13
- Canon. mouet te. xxij. q. j. num. 9. col. 3. fol. 14
- Cano. Placuit vt quicunque. xvj. q. iij. num. 6. col. 4. fol. 226
- Can. quicunque. xvij. q. iij. num. 2. col. 4. fol. 163
- Can. qui peierare. §. ex his. xxij. q. v. num. 2. col. 4. fol. 39
- Can. Sicut. xvj. q. iij. col. 4. fol. 162
- Can. si quis viduam. & can. 1. 33. dist. finct. col. 4. fol. 264
- Can. Si virgo. 34. q. 2. n. 4. c. 3. f. 195
- C. Ad audientiam. de homici. col. 4. fol. 253
- C. ad nostram. de iureiu. num. 8. col. 2. fol. 35
- C. continebatur. de homicid. nu. 8. colum. 3. fo. 307
- C. Cùm pridem. §. j. de renuntia. col. 4. fol. 262
- C. Cùm contingat. de iureiu. col. 3. fol. 79
- C. cùm locum. de sponfalib. col. 1. fol. 32
- C. Cùm quidam. de iureiu. num. 4. col. 3. fol. 66
- C. Cura. de iur. patrona. nu. 1. col. 1. fol. 213
- C. Debitores. de iureiu. nume. 4. col. 2. fol. 19. & nu. 3. col. 3. fo. 90
- C. Dilectus. num. 5. col. 4. fol. 305
- C. Et si Christus. de iureiu. col. 4. fol. 7

I N D E X.

C. Exhibita. de homicid. nume. 6. col. 3. fol.	mē, fol. 58. & fol. 61. col. 4. num. 11. & fol.	62
C. Intellecto. de iureiur. col. 4. f. 81	Regia l. 6. titu. r. lib. 3. ordinat. nu. 9. col. 4. fol.	25
C. Is qui. de sentent. excom. in vj. nu. 3. col. 3. fol.	Regia l. 50. Tauri. col. 1. fol.	89
C. Nobis. de iur. patro. co. 1. fo. 215	L. 6. tit. 29. part. 5. col. 3. fol.	127
C. non est obligatorium. de regu. iur. in vj. num. 1. col. 3. fol.	L. vlt. tit. 13. lib. 3. ordinat. nu. 4. co. 2. fol. 173. & col. 4. fol.	177
C. Pen. de iureiur. nu. 5. col. 1. fo. 4	L. 4. 1. Tauri. versic. testes verò. col. 4. fol.	175
C. Petrus. de homi. nu. 8. c. 1. f. 296	Leges 3. & 4. tit. 13. lib. 3. ordinat. num. 1. col. 3. fol.	220
C. j. de homic. in vj. nu. 9. c. 2. f. 279	L. 63. Tauri. nu. 2. col. 4. fol.	221
C. j. de præscript. nu. 8. col. 4. f. 228	L. Caroli V. de mercedibus famu- lorum. vers. ad idem. co. 2. f. 222	227
C. Si celebrat. de cleri. excom. col. 2. fol.	L. 1. tit. 13. lib. 3. ordi. n. 7. c. 2. f.	227
C. Sicut. de homic. nu. 4. c. 3. f. 305	L. 65. Tauri. num. 8. col. 3. fol.	233
C. si digenti. de for. compe. nu. 9. col. 2. fol.	L. 85. pragmatica regum catholi- corum Fernandi & Elyfabeth.	263
C. Significante. de pigno. num. 3. col. 3. fol.	col. 1. fol.	
C. Significasti. de homici. num. 6. col. 1. fol.	L. 13. titu. 8. partit. 7.	
C. Tua nos. de iureiur. col. 3. fo. 51	L. 4. tit. 3. lib. 8. col. 1. fol.	269
C. Veritas. de iureiu. nu. 5. c. 4. f. 41	L. 6. titu. 24. part. 7. col. 2. fol.	270
C. vlt. de for. comp. lib. vj. nume. 6. col. 4. fol.	L. 3. titu. 20. part. 7. col. 3. fol.	278
C. vlt. de homic. in vj. n. 2. c. 1. f. 286	L. 50. tit. vlt. lib. 8. ordin. co. 1. f. 282	

Ex iure Regio.

L. Egēs regie blasphemos pun- nientes. fol. 12. col. 2. latissi-	L. 5. tit. 8. part. 7. contra ebriosos: col. 1. fol.	317
	L. 8. tit 3 part. 7. col. 3. fol.	319

I N D E X



I N D E X C O P I O -  
S I S S I M V S M A T E R I A -

R V M O M N I V M, R E -  
rùmque maximè notabilium, quæ  
hoc in volumine continentur,  
ordine alphabetico  
digestus.

\*

De litera A.



<b>A</b> B S O L U T I O	Actio in contractibus permisis, quòd ex mandato oriatur. nu. 49. col. 1. fol.	358
A B S O L U T I O à iuramento à quibus dari possit. nu. 7. col. 4. fol.	Actiones & contractus bonæ fidei vnde ita appellati. col. 1. fol. 188 & num. 4. col. 2. fo.	189
A B S O L U T I O an sit necessaria in iu- ramento præstito contra bo- nos mores. nu. 4. co. 3. fo.	Actiones personales, quo tempo- re contra ecclesiam præscriban- tur. col. 4. fol.	166
A B S O L U T I O à voto pœnali quis pos- sit. num. 13. col. 4. fol.	Actiones personales an possint præscribi cum mala fide. col. 4. fol.	222
A C T I O alteri subrogata iuxta pri- mordialem naturam non acci- dentalem subrogatur. col. 2. fol.	Actiones personales quomoddò regio iure præscribantur. nu. 1. & sequi. col. 3. fol.	220
A C T I O an ex iuramento oriatur. num. 3. col. 3. fol.	Actiones redhibitoria & quanto minoris an tẽpore legibus de- finito excludantur etiam iure canonico. numer. 5. colum. 4. fol.	225
A C T I O & exceptio sunt relatiua. num. 4. col. 2. fol.	Actiones tẽporales qualiter per- petuentur. numer. 6. colum. 4. fol.	232

Actus contrarius bonis moribus non confirmatur iuramento. num. 1. co. 3. fol. 64  
 Actus corporeus an sit ad acquirendam possessionem necessarius. vers. Tertio. col. 3. fol. 150  
 Actus deficiens in forma non confirmatur iuramento. num. 3. col. 4. fol. 114  
 Actus deficiens ratione solemnitate probatorie non confirmatur iuramento. num. 1. col. 1. fol. 114  
 Actus spiritualis contrarius iuramento an valeat. numer. 5. col. 3. fol. 84  
 Adquisitio possessionis quid sit. num. 1. col. 2. fol. 150  
 Adscriptitij qui. nu. 2. col. 3. fol. 73  
 Ad vocatus in causa sanguinis, an præmissa protestatione efficatur irregularis? nu. 5. c. 4. f. 314  
 Admonitio romani pontificis quâdo interrumpat præscriptionem. col. 3. fol. 232  
 Adultera an producat partus similes marito. col. 1. & 2. fol. 337  
 Aequitas & rigor quomodo distinguantur. nu. 3. col. 3. fol. 188  
 Agens nē contrarium prohibitio ni legis humanæ peccet mortaliter, vel venialiter, an non. nu. 7. col. 2. fol. 87  
 Alienatio rei dotalis non confirmatur iuramento, vbi mulier prius iurauerit se non alienaturam. num. 2. col. 3. fol. 80  
 Alienatio rerū paraphernalium fieri potest absque iuramento. num. 9. col. j. fo. 79  
 Altaria veteris testamenti an erant

maioris sanctitatis quam nostrā. col. 1. fol. 335  
 Animus occidendi an consideretur vbi vulnus mortiferū non est, & tamē vulneratus ab alijs occiditur. num. 6. col. 1. fol. 295  
 Animi mutatio nunquam præsumitur. num. 1. col. 1. fol. 158. & num. 3. col. 1. fol. 159  
 Annua præstatio temporis immemorialis etiam sine causâ allegatione inducit annui redditus acquisitionem. n. 4. c. 2. fol. 150  
 Annua præstatio à vasallis domino facta, non inducit ius exigendi. num. 5. eod.  
 Annua præstatio & vniformis an longo tempore inducat tituli & causæ præsumptionem. nu. 2. col. 3. fol. 179  
 Annua præstatio vniformis, iure annui redditus triginta annis soluta, inducit acquisitionem reditus perpetui. nu. 3. col. fol. 180  
 Aquilius Iurisconsultus primus formulam de dolo malo protulit. vers. his denique. co. 3. fo. 192  
 Arrarū promissio vltra summam lege finitam non confirmatur iuramento. num. 8. col. 3. fol. 88  
 Attica fides. col. 1. fol. 55  
 A finna detentio. col. 1. fol. 151  
 Assassiniū quid. col. 3. fol. 279  
 Auxilium præstans homicidio, an sit irregularis. nu. 2. co. 4. fo. 291

De litera B.



**B**ALDVINS  
 Godofredi frater  
 Hierosolimæ Rex  
 num. 18. col. 4. fol. 343  
 Banniti

Banniti occidendi non sunt. nu. 70. col. 1. fol. 366  
 Baptismus an tollat irregularitatem ex bigamia vel homicidio ante contractam. col. 1. fol. 267  
 Bartoli interpretatiōes ad l. si quis pro eo. de fideiuss. examinantur copiosissime. col. 3. & 4. fol. 64. & seq. col. 1. & 2.  
 Bartoli sententia in l. Seruitutes. ij. ff. de seruit. vers. Octauo. col. 2. fol. 148  
 Bartoli doctrina in l. Sed si leges. §. scire. ff. de pet. hered. nu. 6. col. 3. fol. 198  
 Bartoli locus in l. naturaliter nu. 11. nu. 5. col. 4. fol. 205  
 Bellum infidelibus indicere pro quibus terris non liceat. num. 12. col. 2. fol. 341  
 Bellum infidelibus terrā sanctā occupantibus Papæ & Christianorum principibus indicere licitum. nu. 10. col. 2. fol. 339  
 Bellum iustum vel iniustum an efficiat quem irregularem: & an clericus possit pugnare propria manu. nu. 2. col. 3. fol. 299  
 Bellum quod iustum dicatur. nu. 8. col. 1. fol. 338  
 Belli iusti effectus duo. nu. 9. col. 2. fol. 338  
 Beneficio cessionis honorū, an possit renuntari. nu. 6. col. 3. fol. 68  
 Bigamia quid sit, & vnde originem duxerit. nu. 1. col. 1. fol. 264  
 Bigamus quis dicatur & quot modis hoc vitium dicatur. num. 2. col. 3. fol. eod.  
 Bigamus non est qui à se ipso vitam vxorem duxit. num. 3. col.

secunda fol. 269  
 Blasphemia, an sit hæresis? c. 2. f. 63  
 Blasphemia quid? fol. 10. co. 4. ver. id vero. & eius grauitas. nu. 8. col. 3. fol. 68  
 Blasphemi qualiter puniendi sint, & quæ poena veteribus legibus fuerint puniti. nu. 10. col. 3. fol. 59  
 Blasphemiæ varia genera explicantur & conuincuntur. nu. 9. col. 3. fol. 57  
 Blasphemus, an repellatur à testimonio tanquam infamis. nu. 12. col. 3. fol. 62  
 Blasphemandi consuetudo an à poena exteriori excuset. nu. 13. col. 4. fol. 62  
 Bona fides absque titulo dari potest. num. 1. co. 4. fol. 202  
 Bona fides ad factum pertinet. ver. primum etenim. co. 3. fol. 198  
 Bona fides & mala an habeant medietatem? nu. 2. col. 3. fol. 194  
 Bona fides, figmentum omne, & dolum excludit. numer. 1. column. 3. fol. 187  
 Bona fides in dubio præsumitur, etsi non sit titulus, nisi contrarium probetur. num. 2. cum seq. col. 3. fol. 203  
 Bona fides interdum quod æquum bonūque est, significat. nu. 2. col. 2. fol. 188  
 Bona fides quo tempore sit necessaria ad præscriptionem. num. 3. col. 3. fo. 230 & inibi locus Dicit insigniter vitiosus emendatur.  
 Bonæ fidei contractus, vnde nā appellati. num. 4. co. 2. fol. 189  
 Bonæ fidei contractus, an iure Canonico à stricti iuris contracti-

INDEX.

bus distinguantur? nume. 5. col. 2. fol. 191	Centenaria præscriptio quomodo probetur? numer. 8. columna 3. fol. 176
Bonæ fidei contractus cur sint ipso iure nulli, si dolus det causam contractui, non ita stricti iuris? nu. 6. col. 3. fol. eod.	Centenariæ præscriptionis & immemorialis differentiæ. num. 6. co. 4. fol. 174
Bonæ fidei possessor quis dicatur? nu. 1. co. 3. fol. 194	Cessionis bonorum an possit renuntiare? num. 6. co. 3. fol. 68
Bohi mores quo modo intelligendi. col. 2. fol. 65	Chirurgus clericus an sit irregularis. num. 3. co. 3. fol. 304
De litera C.	Christiani pro sui tuitione vel patriæ cum infidelibus fedus inire possunt. nu. 28. co. 3. fol. 350
<b>C</b> ANONICI regulares nominis ambitiosi accusari videntur à Ludovico. Utue. colum. 2. fol. 253	Citatio quando interrumpat præscriptionem. vers. Quarta conclusio. co. 2. fol. 232
Canonum condendorum facultas est pœnes Papam. nume. 2. col. 1. fol. 332	Civili interruptio præscriptionis, quibus modis accidat. nume. 4. co. 2. fol. 231
Captus ab hostibus, quod ea quæ captivitatis tempore per filium vel seruum ex peculiari causa possidebat, & præscribat, & vsu ea piat. nu. 7. col. 1. fol. 162	Civili possessio quid? nume. 4. co. 3. fol. 151
Carcer ab ecclesia quorsum indictus. nu. 4. col. 1. fol. 375	Civilissima possessio. colu. 3. & 4. fol. 150
Centenaria præscriptio an probeatur, probata immemoriali. nu. 9. col. 1. fol. 177	Clausulæ decreti irritantis, an possit renuntiare is in cuius fauorem est apposita. nume. 6. co. 4. fol. 85
Centenaria præscriptio an sit necessaria in ijs rebus, quæ Principis, vt Principis, sunt? num. 9. col. 1. fol. 9	Clericus & si armis bona defendere possit: occidere tamen non permittitur. nume. 76. colum. 1. fol. 368
Centenaria præscriptio necessaria est cõtra Romanam ecclesiam. nu. 6. col. 4. fol. 166	Clericus irregularis est qui vt quis præhenderetur literas ad principem rescriptis, si mors sequatur. nu. 60. co. 1. fol. 363
Centenaria præscriptio non requirit titulum. vers. quarta conclusio. co. 4. fol. 185	Clericus iurisdictionem temporalem habens, quod eam per se reddere non debet. nume. 362. co. 2. fol. 363

INDEX.

iudici seculari vt puniatur, tradendus. nu. 6. co. 2. fol. 376	spēs quo ad se, & quo ad alios ante pœnitentiam. columna 4. fol. 261
Clericus qui consilium dedit, aut aduocatus fuit in causa sanguinis, morte aut mutilatiõne mēbris sequuta irregularis est. nu. 59. c. 4. fo. 362. & numer. 61. colum. 2. fol. 363	Confessio absente parte facta iure canonico præiudicat confidenti. nu. 1. co. 2. fol. 97
Clerici an possint prohiberi statuto laicorum, à pascuis communibus? col. 34. fol. 184	Confessio pristinae possessionis an inducat præsentis præsumptionem? nu. 2. co. 3. fol. 158
Clerici quare prohibentur accusare absque protestatione. colum. 1. fol. 312	Confirmationis sacramentum bis assumens vel conferens vtrum fiat irregularis. co. 3. fol. 258
Comites iuramenti per totum. §. fol. 45	Conscientia quid. colum. quarta fol. 187
Commisoria legis pactum in pignoribus cur reprobatur? nu. 3. co. 3. fol. 82	Consilium dans, vt quis se sumergat, aut de monte præcipitet, morte sequuta irregularis est. nu. 65. co. 1. fol. 364
Compensatione satisfit iuramento de solvendo. nume. 9. colum. 1. fol. 36	Consilium præstans vt committatur maleficium, tenetur. nu. 58. co. 3. fol. 362
Compromissi iurati prorogatio, an videatur facta cum qualitate iurifurandi. nu. 6. colum. 3. fol. 4	Consilium vt quis occideretur qui dedit, si is cui datum est consilium occidatur, consulens irregularis erit. nume. 63. colum. 3. fol. 363
Collegialis ecclesiæ autor vel doctor non habet in eius præsentandi rectorem vel prelatum. co. 4. fol. 214	Consilium quando irregularitatem inducat, & quid quod ad alias pœnas commissi criminis. nu. 1. co. 2. fol. 290
Collatio beneficij facta infami, an sit nulla ipso iure? co. 4. fol. 53	Constituto cap. quamuis pactum, est seruanda in foro seculari. nu. 9. co. 2. fol. 139
Coloni quis? vbi & de ascriptitijs, censuris & originarijs. colum. 3. fol. 73	Consuetudo an requirat scientiam Principis? co. 2. fol. 157
Conatus qualiter sit in atrocioribus puniendus. nume. 6. colum. 1. fol. 276	Consuetudo & præscriptio differunt numero secundo columna prima, fol. 172
Concilium Toletanum duodecimum. co. 2. fol. 216	Consuetudo iurisdictionem dare potest. colum. 4. fol. 171
Concubinarius notorius an sit iudici	Contestatio litis apud iudicem nõ

competentem, non interrumpit præscriptionem. vers. Secunda. col. 4. fol.	231	co. 3. fol.	189
Contractus à lege prohibitus verbis in personam contrahētis cōceptis, non confirmatur iuramento. nu. 1. co. 2. fol.	80	Contractus materiæ ratione prohibitus iuramento non confirmatur. nu. 6. co. 3. fol.	115
Contractus à lege prohibitus in odium creditoris non confirmatur iuramento, quod tamen feruandum est. nume. 1. column. 1. fol.	90	Contractus prohibitus in fauorem debitoris, sed in personam creditoris concepta prohibitione, iuramento an confirmetur? nu. 6 col. 2. fol.	95
Contractus bonæ fidei an distinguantur à contractibus stricti iuris, in materia doli dantis causam, in foro conscientiarum? colu. 1. fol.	194	Contrariorum quomodo sit eadē disciplina. col. 4. fo. 194 & quomodo in eis argumenta ducantur. col. 1. fol.	195
Contractus bonæ fidei an distinguantur à stricti iuris contractibus, iure canonico? nu. 3. co. 2. fol.	191	Corpore vitatus quando sit irregularis. nu. 5. col. 3. fol.	254
Contractus à prodigo gestus, an confirmetur iuramento? num. 8. col. 1. fo.	96	Culpa quomodo in iure accipiat? co. 4. fol.	198
Contractus bonæ fidei quare sint ipso iure nulli dolo dante causam contractui, non item stricti iuris? nu. 6. co. 3. fol.	191	Custodia rei aliud est à detentione. col. 1. fol.	151
Contractus bonæ fidei vnde hanc appellationem habuerint. nu. 4. col. 2. fol.	189		
Contractus cui lex nec resisti nec asistit, confirmatur iuramento. col. 2. fol.	97		
Contractus dolo initus apud veteres efficax erat, nisi in bonæ fidei iudicijs. vers. his denique. co. 3. fol.	192		
Contractus & actiones bonæ fidei vnde ita appellati: & quā differant à stricti iuris? co. 1. fo. 188. &			

De littera D.



**D**ATIVANE sit, an natia actio, quæ præscriptione per restitutionem extincta, veteri domino competit. & quid id referat? nu. 4. co. 2. fol.

15

Decimarum quo modo soluendæ. nu. 15. col. 1. fol.

343

Decimarum genera quatuor. nu. 14. col. 3. fol.

342

Decimas beneficiales pro terræ sanctæ, aut alia necessitate Papa indicare potest. nume. 13. col. 1. fol.

342

Decisioni ca. j. de homicidio vt locus sit, homicidium per insidias, & ex industria fiat oportet. nu. 1. col. 3. fol.

334

Item quod proximus offendatur. nume. 2.

nume. 2. colum. 1. fol.	335	dum. nume. 4. col. 2. fol.	274
Declinatio iurisdictionis an sit proprie exceptio? ver. Quinto. colum. 1. fol.	145	Denuntiatio Evangelica, non est admittenda contra eū qui præscripsit. versic. Tertio. colum. 3. fol.	245
Decretalium cōpilator Raimundus. nume. 1. col. 3. fol.	333	Detentio A sinina quæ? colum. 1. fol.	151
Decreti irritantis clausulæ in fauorem alicuius appositæ, an possit renuntiare. nu. 6. col. 4. fol. 85. & col. 2. fol.	86	Detrusus in monasterium, vt penitentiam agat, quod strictius & viuere & teneri quàm monachi teneatur. nu. 5. col. 3. fol.	375
Decretum iudicis non defendit præscribentem cum mala fide. colum. 2. fol.	212	Deotare, quid significet. col. 3. fol.	58
Defectus causans irregularitatem qui sint. nu. 84. col. 3. fol.	372	Difficultas an excuset à mora in obligationibus ad factum, speciem, & genus. nu. 4. colum. 4. fol.	110
Defendendo se irregularis non est qui aggressorem occiderit, ne membro mutilaretur. nume. 2. colum. 3. fol.	323	Difficultas excusat à periurio. colum. 3. fol.	110
Defensionis alterius causa qui hominem occiderit, an sit irregularis. col. 2. fol.	324	Differentia emancipationis & patriæ potestatis in quibus sublimita sit hodie. col. 1. & 2. fol.	186
Defensio iure diuino & humano licita est. nec imputatur homicidium ex ea. nu. 1. col. 1. fol.	323	Dini locus vitiosissimus, emendatus. nu. 3. col. 3. fol.	230
Defensio qua differat ab exceptione? numer. 4. colum. 2. & 3. fol.	144	Discus quid sit, & de eius Ludo. colum. 1. fol.	307
Defensionis modum excedens non punitur pena extraordinaria: nu. 3. col. 4. fol.	323	Dispensare potest Episcopus super homicidio voluntario occulto. nu. 4. col. 1. fol.	301
Definitio per effectus an aliquando sit admittenda? nu. 1. col. 3. & 4. fol.	146	Dispensare quis possit cum corpore vitiat. nume. 7. colum. 3. fol.	257
Definitio præscriptionis ex Canonistarum, vulgarique significatione. nume. 4. col. 3. fol.	148	Dispensare quis possit super irregularitate cōtracta ex homicidio voluntario. numer. 3. col. 2. fol.	300
De his qui sibi virilia amputarunt. col. 3. fol.	255	Dispensare solus Papa cum homicida casuali. numer. 5. colum. 2. fol.	302
Delictum ex quo fuerit sequuta Dpublica vitilitas an sit punien-		Dispersio in iuramentis quomodo.	



modò possit concedi : & an sit iusta causa necessaria : & quid de absolutione. numer. 7. & 6. colum. 2. & 4. fol. 23  
 Dispensatio non habet locum in iuramentis assertorijs, sed in promissorijs aliquando . nu. 3. col. 4. fol. 21  
 Dolus dans causam cōtractui bonæ fidei, cur eū nullum faciat ipso iure. nu. 6. col. 3. fol. 191  
 Dolus dans causam cōtractui an tollat consensum. versic. Septimò. col. 1. 193  
 Dolus re ipsa contingens ob gravissimam læsionem, an operetur rescissionem contractus iurati? nu. 3. col. 1. fol. 135  
 Doctor iuris canonici, legali scientiæ doctori præfertur. numer. 3. col. 3. folio 312  
 Dominus directus & vetus possessor an possit impedire confiscationem rei præscriptæ ob delictum præscribentis . numer. 6. col. 3. fol. 242  
 Dominus vetus an possit rem ab alio præscriptam vi clamvè rapere, aut compensationis ratio ne detinere. versicul. Quintò. col. 4. fol. 245  
 Dominus vetus rei præscriptæ, potest agere contra eum, qui nec præscripsit, nec causam habet ab eo qui causam præscripsit. nu. 3. col. 4. fol. 240  
 Domini nō possunt cogere vasallos ire ad sua molendina. nu. 7. col. 1. fol. 183  
 Domini qualiter acquirere possint vas cogendi subditos vt ad

sua tantum molendina accedant. nu. 6. col. 2. fol. 181  
 Domini quo tempore acquirant contra vasallos ea que iure cōmuni non debentur. versic. Fit tandem. col. 2. fol. 181  
 Dominium adquisitum præscriptione sitne vile, an directum. nu. 2. & seq. fol. 235. & 236  
 Dominium directum apud veterem dominū manens post rem præscriptam ab alio, quos effectus habeat. col. 2. & 3. fol. 242  
 Dominiū vile acquisitū per præscriptionem, an tolli possit per principē sine causa. n. 5. c. 1. f. 242  
 Dominium vile acquisitum præscriptiōe, quos effectus habeat. nu. 6. col. 2. fol. 236  
 Donatio iuramento firmata, an reuocetur natiuitate filiorum autoritate l. si vnquam. C. de reuoc. donat. nu. 3. col. 2. fol. 32  
 Dormiens an sit irregularis si hominē occiderit. nu. 6. col. 3. f. 319  
 Dormiens homicidij reus non efficitur. nu. 68. col. 1. fol. 355  
 Dubium duplex. col. 3. fol. 196  
 Duellū quod illicitū. n. 6. c. 3. f. 317  
 Dubitans an habeat bonā fidē, & an possit vsucapere. n. 3. c. 2. f. 195

De litera E.



**E**BRIVS an incurrat irregularitatem si hominem tempore ebrietas occiderit. nu. 3. col. 4. fol. 316  
 Ebrius an sit irregularis vbi culpa sua incidit in ebrietatem. numc. 4.

numc. 4. colum. 2. fol. 317  
 Ecclesia contra ecclesiam iure veteri præscribat triginta annis. nu. 1. col. 1. 3. fol. 162. & quid iure posteriori. n. 3. col. 2. f. 164  
 Ecclesia hæres instituta, an possit detrahere falcidiam de legaris alteri ecclesiæ. col. 4. fol. 155  
 Ecclesia romana centum annorum privilegio vitur in præscriptionibus. nu. 6. col. 4. f. 166  
 Ecclesiæ collegialis cōstructor vel dotator, quod ius patronatus habeat. col. 1. fol. 248  
 Ecclesiæ poenæ. nu. 2. col. 3. fo. 174  
 Ecclesiarum res mobiles vsucipiuntur trienio. n. 5. col. 2. f. 166  
 Effectus iuramenti, remissiue. colum. 1. fol. 17  
 Emancipationis & patriæ potestatis differentia in quibus hodie sublata. col. 1. fol. 168  
 Emphyteuta qui iuravit in contractu emphyteutico, an priuari possit emphyteuti, si ante biennio solutionem omiserit. numc. 5. col. 1. fol. 33  
 Emphyteuta quam possessionem habeat. col. 4. fo. 151. & col. 1. fo. 152. & col. 3. ver. quã obr. fo. 154  
 Episcopus dispensare potest cum homicida voluntario, occulto tamen. nu. 4. col. 1. fol. 301  
 Episcopus dispensare potest cum homicida voluntario quoad retentionem beneficij. numer. 6. col. 3. fol. 302  
 Episcopus in minoribus, Papa in maioribus cum casuali homicida etiam cum culpa, dispensant. nu. 31. col. 3. fol. 352

Episcopus quomodò partē alienę diocesis, quã ad catholicã unitatē reduxerit. n. 8. col. 4. f. 227  
 Episcopus vel sacerdos an possit esse delegat⁹ principis secularis in causa criminali. n. 8. c. 2. f. 315  
 Episcopi quomodò iurare debent. nu. 3. col. 1. fol. 10  
 Errans in iure an habeat malam fidem, & an possit præscribere. nu. 5. col. 1. fol. 197  
 Error iuris in animæ iudicio an vsucapionem impediatur. nu. 8. col. 3. fol. 200  
 Error iuris maximè dubij & perplexi non impedit præscriptionem. nu. 9. col. 3. fol. 201  
 Error iuris cum errore facti cōtingens an profit vsucapiet. n. 10. col. 1. fol. 200  
 Euellas verb. cui propriè conueniat. nu. 2. col. 4. fol. 333  
 Euentus per accidens quando imputatur. col. 3. fol. 309  
 Eunuchi an sint irregulares: & de his qui sibi virilia absciderunt. nu. 6. col. 2. fol. 255  
 Eunuchorū differentia. numc. 4. fol. 256. & nu. 1. fol. 257  
 Exceptio quid sit. nu. 4. c. 2. f. 144  
 Exceptio & defensio quid differant. col. 3. & 4. fol. 144  
 Exceptio & præscriptio qua ratione differant. nu. 3. col. 1. fo. 144. & col. 3. fol. 145  
 Exceptio propriè actiōis est exclusio non intentionis. ver. tandē. col. 4. fol. 144  
 Excessus defensionis non punitur poena ordinaria, licet irregularem efficiat ipsum homicidam. nu. 3. col. 4. fol. 323

I N D E X.

- Excommunicatus aqua & igni interdicto comparatur. nu. 4. col. 4. fol. 355  
 Excommunicatus celebrans irregularitatem incurrit. num. 40. col. 1. fol. 356  
 Excommunicatus eligere potest, non item eligi. num. 41. col. 2. folio. 356  
 Exigēs ab alio iuramentum quādo peccet. nu. 2. col. 2. fol. 46  
 Expositus an sit promouēdus ad sacros ordines. col. 3. fol. 309

De litera F.



**F**ACTI alieni in pratorijs stipulationibus, an sit factis promissorem diligenter fecisse

- & curasse quod alter faceret. nu. 7. col. 2. fol. 113  
 Falsi testis ratio & criminis gravitas. nu. 5. col. 3. fol. 54  
 Feudatarius quam possessionem habeat. versicu. quamobrem. col. 1. fol. 154  
 Favor publicus & priuatus quomodo in legibus consideretur? nu. 6. col. 3. fol. 75  
 Ficta mala fides. col. 3. fol. 210  
 Ficta possessio que, & an sufficiat ad prescriptionem. numer. 5. col. 3. fol. 160  
 Fides quid. col. 4. fol. 187  
 Fidei interpositio an sit iuramentum. nu. 2. col. 3. fol. 17  
 Fides quot modis dicatur? col. 3. & 4. fol. 17  
 Fideiusor an ratione iuramenti, amittat beneficium excusio-

- nis. num. 4. col. 3. fol. 32  
 Fideiusor dotis restituendæ iuramento confirmatur. numer. 9. col. 1. fol. 89  
 Fideiusor iuramento præstito, an possit dari in plus quam fuerit principalis obligatio. num. 4. col. 1. fol. 115  
 Fideiusio prohibita accedere promissioni dotis restituendæ iuramento confirmatur. nu. 9. col. 1. fol. 89  
 Filia dotata renuntians hæreditati paternæ cum iuramento, poterit petere relictam portionē testamento. nu. 8. col. 3. fol. 120  
 Filia etiā in patria potestate constituta potest cum patre iuramento præstito pacisci, circa ipsius patris hæreditatem. nu. 5. col. 1. fol. 124  
 Filia dotata renuntians paternæ hæreditati cum iuramento & patris consensu: an pater ipse ab ipso pacto & rescilire, & consensum præstitū reuocare possit. nu. 9. col. 4. fol. 120  
 Filia minor 25. annis iuramento præstito confirmat pactum renuntiationis hæreditatis paternæ: & quid de impubere, proxima tamen pubertati. nu. 3. col. 1. fol. 123  
 Filia paciscens cum patre iuramento præstito, an possit allegare ignorantiam legis pactum probantis? col. 4. fol. 123  
 Filia renuntians hæreditati paternæ non prohibetur petere bonam patris vt fratris hæres. nu. 2. col. 1. fol. 130

Filia renun-

I N D E X.

- Filia renuntias paternæ hæreditati nō excluditur à bonis feudilibus. nu. 6. col. 2. fol. 133. vide verbo, Renuntiatio, & verb. Pactum.  
 Filiusfamil. qui iuramento præstito, mutuum contraxit, an possit vtī exceptiōe Senatufc. Macedonia. nu. 4. col. 4. fol. 92  
 Filius legitimus sacerdotis, quod viuēte patre beneficium in paternā ecclesia possit obtinere: illegitimus verò non nisi patre mortuo. nu. 83. col. 4. fol. 371  
 Filius paciscens cū patre eo modo, qui traditur in c. quāuis pactum. iuramento præstito pactiōnem confirmat. col. 4. fol. 32. & nu. 1. col. 4. fol. 121  
 Filius presbyteri occultè genitus an sine dispensatione promoueri possit. col. 1. fol. 302  
 Filius qui à patre accepit eo tempore legitimam integram an possit post mortem patris petere eam sibi suppleri ex bonis postmodum quæsitis. num. 2. col. 1. fol. 122  
 Fœmina an possit fideiubere iuramento præstito, non obstante Sen. Velleia. n. 5. col. 2. fol. 94  
 Fœtus quando dicitur animatus. col. 4. folio 298  
 Filius suus hæres repudians hæreditatem simpliciter, an possit eam postea accipere ex capite vnde agnati. nu. 5. col. 4. fol. 186  
 Filius suus hæres præscribere nō potest pro herede. numer. 3. col. 1. folio 186  
 Filius suus hæres præscribit titulo pro hærede, quoties habet hæreditatem ex capite vnde agnati. num. 4. col. 3. fol. col. 9.  
 Fratres quibus, aut quorum causa filia dotata renuntiat paternæ hæreditati, an debeant esse præsentem. nu. 6. col. 3. fol. 1: 9  
 Latè discutitur, an pactum istud deficiat ex eo, quod pater consensum ei præstitum reuocauerit. nu. 7. col. 4. fol. eod.  
 Fur diurnus si se non defendit occidi non potest. col. 2. fol. 328  
 Furem diurnum si se telo defenderit occidere licet. colum. 4. folio 325  
 Furem nocturnum facilius licet occidere quàm diurnum. col. 2. folio 326  
 Furiosus ante furorē crimen committens vtrum in furore possit puniri. nu. 2. col. 3. fol. 316

De litera G.



**G**ALLI quam & quādo expeditiōnem fecerint pro terræ sanctæ subsidio. numer. 16. col. 3. folio 343  
 Godofredus Bullionus Hierosolymæ Rex. nu. 17. col. 4. fo. 343  
 Gloss. in cap. licet. de iure iurand. lib. vj. numer. 2. col. 3. fol. 80. & per totum.  
 Gloss. in cap. vlti. de procura. lib. vj. ibidem.  
 Glossa in liij. ff. de vsucap. versicu. Sexto. col. 1. fol. 148  
 Glossa in l. j. §. videndū. ff. de success. edicti. nu. 5. fol. 185

B B iij

De litera H.



- H**ÆRES hæredis potest præscribere re possessam mala fide à defuncto. versic. Sexto. col. 3. folio 214
- Hæres eius, qui precario rogavit, an intelligatur domino possidere. nu. 3. col. 3. fol. 209
- Hæres etiam præscribit cum mala fide contra legatarium. versic. Nonò. col. 2. fol. 226
- Hæres triginta annis præscribit rem à defuncto mala fide possessam. & quid in hoc casu si inuentarium fecerit. nu. 4. col. 3. fol. 210. & nu. 5. col. 2. fol. 211
- Hidalgus qui vocatur, an possit renuntiare beneficio nè in carcere pro debito mittatur. nu. 5. col. 4. fol. 67
- Homagium quomodo fieri consuevit apud Hispanos, remissive. col. 3. fol. 8
- Homicida voluntarius potest renuntiare beneficio pendente accusatione. nu. 7. col. 4. fo. 302
- Homicidium à pluribus commissum, an omnes constituit irregulares & homicidas. nu. 3. col. 2. folio 292
- Homicidium an imputetur con sanguineo cuius causa perperatum fuit. nu. 8. col. 1. fol. 296
- Homicidium casuale ei qui rei licite operam dedit, nõ, nisi culpa præcesserit, imputatur. nu. 80. col. 4. fol. 370
- Homicidium casuale ei imputatur, qui rei licite operam de-

- dit. num. 78. col. 2. fol. 370
- Homicidium casuale quid sit. nu. 1. col. 1. fol. 304
- Homicidium commissum ad rerum defensionem, an efficiat quem irregularem. nu. 6. col. 3. folio 335
- Homicidium commissum à famulis vel consanguineis, an imputetur ei cuius gratia perpetratum fuerit. nu. 8. col. 1. fol. 296
- Homicidium commissum quis potens impedire, an fiat irregularis. nu. 7. col. 2. fol. 295
- Homicidium ex necessitate inevitabili factum esse oportet, ut irregularitas euitetur. nu. 74. col. 1. folio 367
- Homicidium ex partu nondum animati suffocatione non contrahitur. numero 3. colum. 4. folio 336
- Homicidium factum ad sui defensionem excusandum venit: nec irregularitate importat, nu. 66. col. 2. folio 364
- Homicidium non punitur poena ordinaria si defecerit animus ad occisionem: & quomodo hic animus colligatur. nume. 1. colum. 2. folio 285
- Ex homicidio casuali oritur irregularitas cum distinctione operis liciti vel illiciti quæ hic traditur latius, quam à doctoribus. col. 2. & 3. fol. 304
- Homicidio qui causam etiam ream præbuerit irregularis censetur. nu. 64. col. 4. fol. 363
- Homicidium quid sit & de homicidio voluntario. n. 1. col. 3. f. 271
- Homicidium

- Homicidium quid. nume. 1. col. 3 folio 336
- Homicidium vnde contrahitur irregularitas, facto committitur. nu. 35. col. 4. fol. 352
- Homicidium voluntarium vnde contrahatur irregularitas, etiã mandato contrahitur. nu. 36. col. 2. folio 353
- Homicidio causam remotã dans non incurrit irregularitatem. nu. 81. col. 1. fol. 371
- Honoris proprii ob tutelã vitam alteri adimere nec Christianæ religioni nec bonis moribus convenit. col. 4. fol. 324

De litera I.



- I**ASONIS sententiæ tres improbata. col. 3. & seq. fol. 174
- Ignorantia excusat ab irregularitate. fol. 64. col. 1.
- Infans an teneatur de homicidio & quid de minori ætate. nu. 5. col. 4. folio 318
- Ignorantia iuris humani, an & quando habeat culpam. nu. 7. col. 4. fol. 189
- Ignorantia iusta quomodo probetur. col. 3. fol. 249
- Ignorantia iusta quãdo det maioribus restitutionem aduersus præscriptionem. per totum. colum. 2. fol. 246
- Immemorialis præscriptio mala fide non procedit: imò bonam fidem requirit. n. 4. col. 3. f. 204
- Immemoriali præscriptione probata, an probata videatur centenaria nu. 7. col. 1. fol. 177
- Immemorialis præscriptio quomodo probetur. num. 7. col. 3. folio 175
- Immemorialis præscriptio titulum non requirit. versic. tertio. colum. 4. folio 185
- Immunitas à soluendis indictio nibus & collectis, quo tẽpore præscribatur. nu. 8. col. 1. fol. 168
- Impositiones dominorum, quæ vocãtur, quomodo præscribantur. nume. 1. col. 4. fol. 179
- Impubes proximus rãmen pubertati, an iuramento confirmet renuntiationem paternæ hæreditatis. col. 4. fol. 123
- Indulgentia an extendi possit ad illos qui sunt in purgatorio. nu. 25. col. 2. fol. 348
- Indulgentiæ an tantum valeant quantum sonent. nu. 24. col. 3. folio 347
- Indulgentiæ à quibus publicandæ sint. nu. 27. col. 4. fol. 349
- Indulgentiæ vt procedant quæ requirantur. nu. 2. col. 1. fol. 345
- Indulgentiæ vnde resulentur. nu. 21. col. 3. folio 345
- Infans de homicidio non teneatur. nu. 67. col. 4. fol. 364
- Inquisitores hæreticæ prauitatis qua ratione excusentur ab irregularitate tradentes reos iudici seculari. nu. 6. col. 3. fol. 314
- Intellectus verus c. j. de homicidio extr. nu. 3. col. 4. fol. 374
- Interdictum vnde videtur, exigit possessionem tempore spoliationis. & an sufficiat spoliatũ probare se olim possedisse. numer. 4. colum. 4. folio 359

- Interruptio præscriptionis quid differat à nonnullis alijs simili-  
bus terminis? nu. 1. col. 3. fol. 229
- Interruptio præscriptionis, quò  
ad possessionem habes effectù,  
& quò ad proprietatē, & è con-  
trario. nume. 8. col. 3. fol. 233
- Interruptio præscriptionis alia na-  
turalis, alia civilis. verfic. inter-  
ruptio. col. 4. fol. cod.
- Interruptio præscriptionis ef-  
fectus. nu. 6. col. 4. fol. 232
- Instantia an pereat triennio ela-  
pso, non obstante pactione par-  
tium iurata. nu. 4. col. 2. fol. 74
- Ipo iure, quid significet. col. 4.  
fol. 191
- Iudicis decretum & authoritas,  
minimè defendit præscribentē  
cum mala fide. col. 2. fol. 212
- Irregularis, an sit qui ad alterius  
defensionē hominem occide-  
rit. nu. 5. col. 1. fol. 325
- Irregularis est qui poterat mortē  
fuga vitare, & occiderit aggressorē.  
nu. 4. col. 2. fol. 324
- Irregularis non est qui aggressio-  
nem occiderit ad defensionem,  
ne membro aliquo mutetur,  
nu. 2. col. 3. fol. 323
- Irregularitas contrahitur nedum  
ex homicidio voluntario, sed  
& membri mutilatione, aut  
detractione. nume. 32. col. 3.  
fol. 352
- Irregularitas ex homicidio & mē-  
bri mutilatione contrahitur.  
nume. 5. col. 2. fol. 337
- Irregularitas ex voluntate occi-  
dendi etiā perfectissima, non  
contrahitur ubique de intencio-
- ribus actibus quoad humanā  
legem agitur. nume. 5. col. 1.  
fol. 275
- Irregularitas iure tantum huma-  
no pontificio statuta est. nu. 2.  
col. 2. fol. 253
- Irregularitas mentalis an possit  
contingere. numer. 4. col. 2.  
fol. 254
- Irregularitas nascitur ex homici-  
dio casuali cū distinctione ope-  
ris illiciti. numero 2. col. 2. fo-  
l. 304
- Irregularis non est clericus qui iu-  
sto bello interuenit, etiam ar-  
matus. nu. 7. col. 4. 337
- Irregularitas nulla in casu consti-  
tuenda, nisi iure pontificio id  
expressum fuerit. nume. 3. col. 3.  
fol. 253
- Irregularitas quæ causatur ex ho-  
micidio voluntario quo iure in-  
ducta sit. nume. 29. col. 1. fo-  
l. 351
- Irregularitas quid. nume. 82. col. 3.  
fol. 371
- Irregularitas quod ex suffocatio-  
nes partus animalis contrahatur  
nu. 4. col. 1. fol. 337
- Irregularitas tribus in casibus vi-  
tari potest. numero 33. col. 1. fo-  
l. 352
- Irregularitatis definitio, & vnde  
sic dicta fuerit. numer. 1. col. 3.  
fol. 272
- Iubileus cur in annum centesi-  
mum protensus fuerit. nu. 23.  
col. 2. fol. 347
- Iubileus vnde traxerit & origi-  
nem & nomē. nu. 22. col. 1. fo-  
l. 346

- Iudæi officia publica minimè ob-  
tinere possunt. col. 1. fol. 269
- Iudæus tutor Christiani an esse  
possit. col. 2. fol. eod.
- Iudex an ex duro carcere morte  
sequuta sit irregularis. num. 7.  
col. 2. fol. 315
- Iudicium primus iuramenti com-  
mes, & de eo multa. numer. 4.  
col. 2. fol. 74
- Iurans aliquid se facturum, an  
præcisè teneatur ad factū. nu.  
6. col. 4. fol. 33
- Iurans contractum venditionis  
an possit lesus vltra dimidiam,  
agere tantum ad pretium. nu.  
8. col. 3. fol. 138
- Iurans se nullum grauamen illa-  
turum, an possit in iudicio vel  
extrà conuenire. num. 10. col. 3.  
fol. 27
- Iurans se soluturum certā quan-  
titarē, an possit obijcere com-  
pensationem. nu. 9. col. 1. fol. 36
- Iuro, verbum an sit in iuramen-  
tis semper necessarium. nume.  
7. col. 3. fol. 7
- Iurare louem lapidem quid. nu.  
8. col. 2. fol. 13
- Iurare per creaturas an & quo-  
modo liceat. num. 5. col. 4. fo. 10
- Iurare per membra Christi an li-  
ceat. num. 6. col. 4. fol. 11
- Iurata promissio an vim pacti nu-  
di obrineat. col. 2. fol. 19
- Iurata dispositioni vt derogetur,  
necessaria est mentio iuramen-  
ti. num. 7. col. 3. fol. 24
- Iuramentum adeò cōfirmat con-  
tractum in fauorem priuatum  
prohibitum, vt non tantum ip-  
sum seruandum sit: sed & ipse  
contractus. numer. 7. col. 2.  
fol. 76
- Iuramentum aliquando remittit-  
tur per consequentias. col. 1.  
fol. 24
- Iuramentum aliquando est offi-  
cium ad religionē pertinens.  
num. 3. col. 4. fol. 46
- Iuramentum an confirmet con-  
tractum à lege ita prohibitum  
vt confirmari cum iuramento  
vetaret. num. 8. col. 1. fol. 78
- Iuramentum an habeat vim con-  
firmandi contractum prohibi-  
tum à lege, quoties lex ipsa hāc  
confirmationem expressim im-  
pedit. num. 8. col. 1. fol. 78
- Iuramentum an obligationem  
pariat & actionem. num. 3. col.  
2. fol. 18. & num. 4. col. 2. fol. 19
- Iuramentum an operetur, quòd  
ex sollicitatione oriatur iure  
civili obligatio, & actio detur,  
num. 16. col. 4. fol. 108
- Iuramentum an possit præstari  
per nuntiu vel procuratorem?  
num. 8. & 9. col. 1. & 2. fol. 43
- Iuramentum an præcisè exigat  
verba. num. 4. col. 2. fol. 3
- Iuramentum à simplici loquela  
quid differat. num. 1. col. 1.  
fol. 16
- Iuramentum assertorium nō pa-  
titur dispensationem: sed pro-  
missorium aliquando. num. 3.  
col. 4. fol. 21
- Iuramentum assertorium & pro-  
missorium an differant specie?  
num. 3. col. 1. fol. 3
- Iuramentum assumit naturam

I N D E X.

- propriam actus cui apponitur. nu. 1. col. 1. fol. 31
- Iuramentum confirmat contractum publicum principaliter in fauorem priuatum. nu. 5. col. 2. fol. 75
- Iuramentum cui deest iustitia eomes, an sit periurium. nume. 9. col. 1. fol. 51
- Iuramentum de deducenda vxore post votum castitatis præstitum an sit seruandum. col. 4. fol. 50
- Iuramentum eius est virtutis, vt contractum super quo apponitur, meliori modo quo potest, valere faciat, etsi aliquo vitio laboret. num. 2. col. 3. fo. 114
- Iuramentum est personale ex parte iurantis, non ex parte eius cui iuratur. num. 4. col. 3. fol. 41
- Iuramentum & sacramentum an sint synonyma, & quid hæc dictio Sacramentum significet. num. 2. col. 4. fol. 1
- Iuramentum exigens ab alio, aliquando peccat. numer. 2. col. 2. fol. 46
- Iuramentum habet vim duplicis & repetiti cōsensu. co. 1. fo. 80
- Iuramentum in iudicio animæ intelligendum secundum mentem iurantis. nu. 1. col. 2. fol. 39
- Iuramentum lege Euangelica nõ est prohibitum. numer. 1. col. 3. fol. 45
- Iuramentum metu extortum ante absolutionem obligat. num. 3. col. 1. fol. 41
- Iuramentum metu vel dolo extortum, non cōfirmat pactum
- quo renuntiatur paterna hæreditas. num. 1. col. 3. fol. 134
- Iuramentum potest remitti ab eo cui præstitum sit. num. 1. col. 1. fol. 21
- Iuramentum non cōfirmat actum in fauorem publicum prohibitum. num. 1. col. 1. fol. 73
- Iuramentum non confirmat contractum ab ea lege prohibitum quæ prohibitionem in personam contrahentis direxit. num. 1. col. 2. fol. 80
- Iuramentum non exigit tactum rei sacræ. nume. 1. col. 2. fol. 8. & quid si lex exigat. col. 3. & 4. fol. 9
- Iuramentum non mutuandi aut fideiubendi, non esse obligatorium. num. 7. col. 4. fol. 49
- Iuramentum nunquam præiudicat iuri superioris. col. 3. fol. 21
- Iuramentum per creaturas aut aliàs illicito modo præstitum, an sit obseruandum? col. 3. & 4. fol. 12
- Iuramentum per falsos deos, an habeat rationem veri iuramenti, & in si. huius §. num. 7. col. 1. fol. 13
- Iuramentum quid sit. n. r. c. 2. fo. 1
- Iuramentum quod ad eius vim, & iuris effectus maximè differt à simplici loquela, & promissione quæ iurata non fuerit. nu. 1. col. 1. fol. 16
- Iuramentum rem illicitam continens quando mortalem aut venialem culpam inducat. col. 1. vers. Secundo. fol. 49
- Iuramenta temeraria. ibid.

Iuramen-

I N D E X.

- Iuramentum vergens in dispensandum salutis æternæ, seruandum non est. nu. 6. col. 4. fo. 48
- Iuramenti comites, qui & quot. num. 4. col. 4. fol. 47
- Iuramenti definitio explicatur. num. 1. col. 2. fol. 1
- Iuramenti effectus remissiuè. col. 1. fol. 17
- Iuramenti vinculum an possit remitti per leges vel principes seculares. num. 8. col. 4. fol. 24
- Iuramento neque consensus defectum suppleri, neque actum cui consensus deficit, confirmari. nu. 5. col. 3. fol. 115
- Iuramento promittens se non reuocaturum procuratorem: si reuocauerit, reuocatio tenet, licet periurus sit. nu. 3. col. 4. f. 80
- Iuramenta temeraria quæ quandoque periuria dicuntur ea pœna animaduertenda, quæ in periuros est sancita. num. 10. col. 2. fol. 51
- Iuramenta veterum, & circa ea usurpationes. num. 2. col. 4. fo. 8
- Iuramentorum variæ formæ. col. 4. fol. 7
- Iusurandum cur ita dicatur. vers. Iusurandum. col. 4. fol. 2
- Iurisdictio aduersus inferiores à Principe, præscribitur tempore ordinario. nu. 5. col. 2. fo. 174
- Iurisdictio, merum & mistum imperium in principis præiudicium non adquiruntur mineri tempore quàm eo, cuius initium hominum memoriæ excedit. nu. 3. col. 3. fol. 172
- Iurisdictio, meri & misti imperij quasi possessio, causam habet continuam. nu. 3. col. 2. fol. 172
- Iurisdictio præscriptione potest adquiri. nu. 1. col. 4. fol. 171. & quo tempore. n. 3. col. 2. fol. 172
- Ius canonicum an ius diuinum & dici, & appellari possit. num. 1. col. 1. fol. 332
- Ius patronatus in ecclesia libera, nõ potest præscriptione quæri à laicis. num. 2. col. 2. fol. 213
- Ius patronatus præscribi à laicis potest in ecclesia, quæ patronum habet vel habuit: atque inibi tractatur de tempore huic præscriptioni necessario. numer. 8. col. 2. fol. 218
- Ius patronatus quanto tempore præscribitur? nu. 7. col. 4. fo. 217
- Ius strictum, quod appelletur. col. 2. & 3. fol. 188
- Ius subtile. ibid.
- Ius summum. ibid.
- Ius summaria executionis prius præscribitur, manente actione personali. vers. vnde. col. 1. fol. 221
- Iuris error an afferat bonam fidem? & an præscribenti proficit? nu. 5. col. 1. fol. 197
- Iuris error in animæ iudicio, vsucapionem, an impediatur? num. 8. col. 3. fol. 200
- Iuris error prodest regulariter, quò ad fructus. col. 4. fol. cod.
- Iuris ignorantia. vide, ignorantia iuris.
- Iuris error maximè dubij, nõ impedit præscriptionem. num. 7. col. 3. fol. 211

**Iuris error cum errore facti con-**  
iunctus, an inducat bonam fi-  
dem ad præscriptionem. num.  
10. col. 4. fol. 201  
**Iuri reuerentiali an possit quis re-**  
nuntiari. num. 8. col. 3. fol. 70  
**Iura nobilitatis an renuntiari pos-**  
sint. nu. 5. col. 4. fol. 67  
**Iura sanguinis remitti non pos-**  
sunt. vers. iura verò. co. 1. fol. 68  
**Iustitia debet esse comes iuramen-**  
to. num. 6. col. 4. fol. 48

De litera L:

**L**AESIO enormis-  
sima an faci-  
at locū l. ij. C.  
de rescind. vend.  
in contractu iu-  
rato. nu. 5. col. 2. fol. 136  
**Læso enormissima an opere-**  
tur rescissionem contractus iu-  
rari. num. 5. col. 1. fol. 13  
**Laicus aggressus si fugere cōmo-**  
dè possit an teneatur. num. 75.  
col. 1. fol. 367  
**Laicus vel clericus absque prote-**  
statione criminali aliquem ac-  
cusans irregularis est, si accusa-  
tus à iudice occidatur. num. 1.  
col. 4. fol. 311  
**Laicus ut beneficium & acceptet**  
& resignet procurator esse po-  
test. num. 4. col. 3. fol. 332  
**Lapidem iurare. col. 2. fol. 13**  
**Legata pauperibus, quadraginta**  
annis præscribuntur: & legata  
ecclesijs. vers. sic. Imò. colum. 8.  
fol. 164  
**Leonè vel vrsū aliāmvē feram**  
quis habēs domi an teneatur,  
si ea hominem occiderit. num.  
11. col. 1. fol. 311  
**Leuissima culpa vtrum sufficiat**  
ad irregularitatem. col. 4. f. 307  
**Lex de præscriptionibus non est**  
pœnalis. vers. secūdè. colum. 2.  
fol. 245  
**Lex humana an possit dominiū**  
directum ab vno in aliū trans-  
ferre? num. 5. col. 2. fol. 238  
**Lex humana potest quod sã con-**  
tractus pro communi utilitate  
prohibere, qui non sint iure na-  
turali prohibiti. nu. 6. col. 4. f. 99  
**Lex humana qua ratione possit**  
vscapionè & præscriptionem  
inducere. num. 1. col. 3. fol. 232  
**Lex naturalis potest ex causâ pro-**  
hibere iuramentum. col. 1. fol. 15  
**Lex non potest priuati cōsensum**  
inducere, si is nō sit. colum. 3.  
fol. 226  
**Legis humanæ prohibitioni con-**  
trarium faciens peccatne mor-  
taliter an venialiter. numer. 7.  
col. 2. fol. 87  
**Lex Scatinia in sodomitas. col. 2.**  
fol. 263  
**L. Pompeia de parricidijs expen-**  
ditur. num. 12. col. 3. fol. 282  
**Leges insertæ Decreto an & quæ,**  
vt canones habendæ sint. nu.  
6. col. 2. fol. 333  
**Leges ciuiles de præscriptionibus**  
cum mala fide, an procedant  
iure canonico. numer. 3 col. 4.  
fol. 222  
**Libertas à soluendis indictioni-**  
bus & collectis, quo tempore  
præscribatur. nu. 8. col. 1. fol. 168  
**Linguarium quid. col. 3. fol. 62**

Litis

**Litis contestatio, quas præscriptio**  
nes, & quando interrumpat. co.  
4. fo. 231. & co. 1. fol. 232  
**Longum tempus quod dicatur.**  
co. 2. fol. 219  
**Ludi causa exercendarum virium**  
clericis permisi sunt. colum. 3.  
fol. 307  
**Ludus proiciendi lapides licitus**  
est teste Homero. co. 4. fol. 306  
**Ludens illicitè cum tæmina præ-**  
gnante irregularis censetur. nu.  
4. co. 3. fol. 305

De litera M.

**M**AIORIBVS  
quando detur ad  
uentus præscri-  
ptionem restitu-  
tio ex causâ iu-  
stæ ignorantie.  
num. 1. co. 2. fol. 246  
**Mala fides authoris, an & quando**  
noceat successori. co. 4. fo. 207.  
& per totum.  
**Mala fides defuncti an successori**  
singulari noceat. num. 7. co. 1.  
fol. 212  
**Mala fides defuncti non nocet hæ-**  
redi triginta annis præscribenti.  
nu. 4. co. 1. fol. 219  
**Mala fides defuncti præsumpta, vel**  
ficta non nocet hæredi. num. 6.  
co. 2. fol. 211  
**Mala fides respectu vnus an impe-**  
diat præscriptionem respectu al-  
terius. nu. 5. co. 4. fol. 205  
**Quid si sit respectu vnus iuris, au**  
partis. vers. Primus. colum. 4.  
fol. 206  
**Mala fides quocunque tempore**  
ante perfectam præscriptionem  
contingens eam interrumpit:  
adeò vt nec ea recedente præ-  
scriptio continuetur. n. 2. co. 4.  
fo. 229. & co. 1. 2. & 3. fol. 230  
**Mala fidei præsumptio an tollatur**  
triginta annis. num. 3. colum. 4.  
fol. 203  
**Maleficia quo in sensu, sine & pro-**  
posito distinguantur. num. 3. co.  
1. & 2. fol. 273  
**Maleficio alterius an sit vtendum**  
ad bonum opus, aut aliud repel-  
lendum maleficium. nume. 10.  
col. 3. fol. 14  
**Mandans fieri homicidium: si antè**  
quàm homicidium committat-  
ur, mandatum reuocatur, quòd  
neque teneatur, neque irregula-  
ris fiat: secus in eo qui consiliū  
dedit. nu. 4. 3. col. 4. fol. 356  
**Mandans homicidium fieri: si non**  
sequatur, non tenetur etiam in  
leuioribus. nume. 4. 4. colum. 12  
fol. 357  
**Mandans quo in loco cōueniatur.**  
nu. 4. 7. co. 4. fol. 357  
**Mandans vbi factum tempore di-**  
ttersificatur, improprie & inter-  
pretatiuè tantum facere dicitur.  
nu. 3. 8. col. 3. fol. 354  
**Mandans vel explicans aliquem**  
actum aliquo mediante, quòd  
proprie facere videatur. nume.  
3. 7. col. 2. fol. 354  
**Mandatum tacitum homicidij fac-**  
it quem irregulare. numer. 3.

columna secunda folio	287	Missus in possessionem ex causa	
Mater tutrix an possit in carcerem		noxiali vel damni infecti, an præ-	
conijci pro debito filij. nume. 7.	70	scribat malefide. nume. 8. col. 1.	
co. 1. fol.	70	fol.	212
Matrimonium non exigit verba ne-		Mistum imperium præscriptione	
cessaria etiam in loquentibus.	3	quæritur. nu. 1. col. 2. fol.	171
co. 3. fol.	3	Moderamen inculpatæ tutelæ cir-	
Matrimonium quid apud infideles	267	ca quæ consistat, & vertetur. nu.	
co. 4. fol.	267	73. co. 2. fol.	366
Medicus imperitus an teneatur de		Mordaza. co. 2. fol.	62
morte ægroti: ubi multa de medi-		Mors sequuta ex imperitiâ medi-	
cis. nu. 3. co. 3. & 4. fol.	304	ci, vel culpa vulnerati, an effici-	
Medium an sit inter bonam & ma-		at vulnerantem irregularem.	
lam fidem. nu. 2. co. 3. fol.	194	nu. 9. co. 4. fol.	296
Membrum alterius efficiens ex		Mors vt medico nõ imputetur, quæ	
percussione debile vtrum fiat ir-		requiritur. nu. 79. co. 3. fol. 370	
regularis. nu. 9. co. 2. fol.	322	Mortis nomine quæ mores veniat.	
Membrum quid dicatur. co. 2. fol.		nu. 1. co. 2. fol.	373
321. & nu. 34. co. 4. fol.	352	Mortem fuga qui vitare valuit, &	
Mendacium simplex in re leuissi-		aggressorem occiderit, sit irre-	
ma peccatum est, licet veniale.	10	gularis. nu. 4. co. 2. fol.	324
col. 3. fol.	10	Mutilatio membri æquæ pollet ho-	
Merum & mistum imperium in		micidio quoad irregularitatem.	
præiudicium principis non ad-		nu. 8. co. 1. fol.	321
quiruntur minori tempore, quã		Mutus potest dicere testimonium,	
eo, cuius iuramentum memoriam ho-		& iurare aliquando. col. 3. fol. 3.	
minum excedit. numer. 3. co. 3.		Musignop. col. 1. fol.	2.
fol.	172		
Merum imperium præscriptione		De litera N.	
adquiritur. nu. 1. col. 2. fol.	171		
Metus reuerentialis cum graui la-		<b>N</b> ATURALIA cõ	
sione an operetur contractus		tractus quæ sint.	
restitutionem. nume. 7. colum. 4.		co. 2. & 3. fol.	31
fol.	137	Naturalis possessio	
Minor iurans contractum, an vi-		quid. nume. 4. co. 3.	
deatur renuntiare beneficio æ-		fol.	151
tatis, & l. ij. C. de rescind. vendit.		Naturalis possessio quam posses-	
nu. 6. col. 3. fol.	136	sionem possit efficere. column.	
Minoribus datur restitutio contra		3. fol.	143
præscriptionem etiam quadra-		Negatio simplex petronis non	
genariam. nu. 4. co. 1. fol.	248	est exceptio. vers. Quarto. col.	
		1. fol.	145
		Neminem	



**N**ATURALIA cõtractus quæ sint. co. 2. & 3. fol. 31  
 Naturalis possessio quid. nume. 4. co. 3. fol. 151  
 Naturalis possessio quam possessionem possit efficere. column. 3. fol. 143  
 Negatio simplex petronis non est exceptio. vers. Quarto. col. 1. fol. 145  
 Neminem

eminem licet occidere pro de-		Primum. column. 1. fol.	203
fensione rei modici valoris. co.		Obliuio post quod tempus præsu-	
3. fol.	328	mitur. co. 3. fol.	159
Neophytus quis dicatur. column.		Occidendi voluntas etiam perfe-	
3. fol.	269	ctissima non contrahit irregula-	
Neophytus non est recipiendus ad		ritatem. nu. 5. col. 1. fol.	275
officia secularia. nume. 8. col. 1. r.		Occulta crimina quando efficiant	
fol.	270	authorem irregularem. c. 2. fo. 301	
Neophyti an sint ad ordinis sacra-		Officium iudicis triginta annis præ-	
mentum admittendi. num. 7. co.		scribitur. vers. Quarto. c. 2. f. 248	
3. fol.	268	Olachias fluuius & Deus. nume. 2.	
Nobilis seu Hidalgo an possit re-		co. 4. fol.	8
nuntiare beneficio, ne pro debi-		Opem ferre homicidio etiam is di-	
to capiatur. nu. 5. co. 4. fol.	67	citur qui adfuit armatus, & si	
Noe post diluuium primus con-		arma non moueat. num. 51. col.	
struxit altare Deo. co. 2. fol.	335	2. fol.	358
Nõ particula iurando accommo-		Opem homicidio præstans de ho-	
moda Græcis. col. 1. fo.	8	micidio tenetur & irregularis	
		fit. nu. 50. col. 2. fol.	358
		Opem maleficio præstans tenetur,	
		et si qualitas agrauans delictum	
		in persona principalis, non esset	
		in persona opem præstantis. nu.	
		56. co. 4. fol.	360
		Opem præstans quod teneatur etiã	
		si qualitas delictum agrauans,	
		quæ adest tempore maleficio cõ-	
		niti non adit principio ipsius	
		præstitæ opis. nu. 57. c. 2. fol.	361
		De Opera licita vel illicita ad ce-	
		suale homicidium multa aduer-	
		sus canonistarum communẽ di-	
		stinctionem. nu. 10. co. 2. fol.	308
		Operam nõ ferre jis dicendus sit, qui	
		raptorem comitatur dissuadet	
		& ne rapinã faciat, & ne raptor læ-	
		datur. nu. 53. col. 2. fol.	359
		Operæ officiales & fabriles quæ.	
		co. 3. & 4. fol.	29
		Operarum promissio quos, & quo-	
		modò obliget. col. 1. fol.	29

De litera O.



**O**BLIGATIO naturalis dubiciter consideratur quod ad intellectum iuris humani. nume. 5. co. 3. fol. 59  
 Obligatio naturalis quæ sufficit ad impediendam repetitionem scietè soluti per iuris errorem. nu. 8. co. 2. fol. 101  
 Obligatio qua tenetur mādaturus vnde oriatur. nume. 45. col. 2. fol. 357  
 Obligatus ad factum an ratione iuramenti sit præcisè cogendus facere. nu. 6. col. 4. fol. 33  
 Obligatus ad factum etiam simpliciter iure pontificio præcisè cogitur facere. co. 2. fol. 34  
 Obliuio in facto proprio contingit ex temporis antiquitate. vers.

Delibera P.



**A**CTIO futura  
successionis, qua  
tatione fit contra  
bonos mores. nu.  
2. co. 3. fol. 65

Pa<sup>ctum</sup> à sua de renuntianda hæ-  
reditate patri absentis factum an  
valeat. nu. 4. co. 4. fol. 118

Pa<sup>ctum</sup> hoc an possit fieri fratri-  
bus. nume. 5. & 6. colum. 2. & 3.  
fol. 119

Pa<sup>ctum</sup> cur iure civili non tollatur  
per pa<sup>ctum</sup>, sed tuitione præto-  
ris. col. 1. fol. 192

Pa<sup>ctum</sup> dotale quo pater pollice-  
tur æquis portionibus filios in-  
stituturū, iuramento confirma-  
tur: & de eius reuocatione. nu.  
2. co. 1. fo. 117. & numer. 8. co. 3.  
fol. 120

Pa<sup>ctum</sup> factum à fratribus de pa-  
tris hæreditate certis portioni-  
bus diuidenda ipso patre consen-  
tiente iuramento vallatum, va-  
let. nu. 10. co. 2. fo. 121

Pa<sup>ctū</sup> hoc an deficiat ex eo quòd  
pater consensum præstitum re-  
uocauerit. nu. 7. co. 4. fol. 119. &  
nu. 8. co. 3. fol. 120

Pa<sup>ctum</sup> hoc iuramento præstito à  
filia factum quæ religionem in-  
greditur, an valeat. nume. 2. co.  
1. fol. 122

Pa<sup>ctum</sup> nudum iure canonico &  
obligationem & actionem pro-  
ducit: & quid de pa<sup>cto</sup> nudo à  
causa. nu. 14. colu. 2. fol. 106

Pa<sup>ctum</sup> nudum quod sit. nume. 12.  
co. 2. fol. 104

Pa<sup>ctum</sup> nudum iure civili nec obli-

gationem parit, nec actionem.  
nu. 13. co. 3. fol. eod.

Pa<sup>ctum</sup> quo filia dote contenta re-  
nuntiat paternæ hæred. tati, qua  
re improbetur. nume. 1. colu. 1.  
fol. 117

Pa<sup>ctum</sup> quo hæreditas paterna re-  
nuntiat, excludit filiam à bo-  
nis patris etiam intestati. num. 5.  
co. 1. fol. 133

Pa<sup>ctum</sup> renuntiationis hæredita-  
tis paternæ factum eo tempore  
quo filia nuptui non tradebatur  
an valeat. nu. 1. co. 3. fo. 121

Pa<sup>ctum</sup> renuntiationis hæredita-  
tis paternæ, renuntiant & eius  
filijs, ac hæredibus nocet. nu. 7.  
co. 2. fol. 133

Pa<sup>ctum</sup> renuntiationis hæredita-  
tis paternæ factum etiā eo tem-  
pore, quo filia nuptui non trade-  
batur, an teneat. nume. 1. colu.  
4. fol. 124

Pa<sup>ctum</sup> renuntiationis hæredita-  
tis paternæ iuramento præstito  
factum à filia quæ religionem  
ingredi vult, an teneat. nume. 2.  
col. 1. fol. 125

Pa<sup>cta</sup> quæ iuri præstare dicuntur  
Ciceroni. col. 2. fol. 192

Palestræ Ludus clericis concessus  
est. co. 3. fol. 367

Papa & cruciatam inducere, & in-  
dulgentiam plenariam concede-  
re pro terræ sanctæ succursu po-  
test. nu. 19. co. 4. fol. 344

Papa quo pa<sup>cto</sup> possit in voto di-  
spensa re: & ibi devoti commu-  
tatione. nu. 4. col. 2. fol. 22

Papa solus cum bigamo dispensat.  
nu. 4. col. 2. fol. 266

Papa

Papa super irregularitate causata  
ab homicidio voluntario dispē-  
sat. nume. 30. col. 4. fol. 351

Pa<sup>px</sup> subsunt quoad iurisdictionem  
& fideles & infideles. nu-  
me. 11. col. 4. fol. 339

Partus mōstrosi & prodigiosi vn-  
de procedant. col. 1. fol. 317

Parociani possunt præscribere ius  
præsentandi in ecclesia libera.  
nu. 3. col. 3. fol. 214

Parapherna an possint alienari  
sine iuramento. nume. 9. col. 1.  
fol. 79

Patriæ potestatis & emancipatio-  
nis differentia in quibus hodie  
sublata. col. 1. & 2. fol. 186

Patronus ecclesiæ collegialis non  
habet ex constructione aut do-  
tatione ius præsentandi recto-  
rem, vel prælatum. colum. 4.  
fol. 214

Patronus etiam præscriptione po-  
test adquirere ius præsentandi  
rectorem in ecclesia collegiali.  
nu. 4. col. 2. fol. 215

Parricidij crimen expanditur: &  
lex Pompeiā de parricidijs ex-  
plicatur. nu. 12. col. 3. fol. 282

Pauperibus legata quo tempore  
præscribuntur. versiculo Imò.  
col. 3. fol. 164

Peccator publicus an sit irregula-  
ris, si celebrer: & quid de noto-  
rio concubinario. numer. 5. co-  
lum. 4. fol. 261

Pecuniæ nō numeratæ exceptio,  
hodie quomodo admittatur.  
col. 3. fol. 27

Percussor alterius membrum ef-  
ficiens debile, an sit irregula-

ris. nu. 9. colum. 2. fol. 322  
Percussorem fugientem qui occi-  
derit irregularis fit. colum. 2.  
fol. 324

Periurium etiam in re leuissima  
est peccatum semper mortale.  
nu. 4. col. 3. fol. 10

Periurium lege pontificia & secu-  
lari puniri potest. numer. 2. co-  
lum. 1. fol. 53

Periurium propriè non committi-  
tur, ab eo qui per falsos deos  
iurat. nu. 11. col. 4. fol. 15

Periurium quid propriè. colum. 3.  
fol. 48

Periurij grauitas, an sit maius cri-  
men homicidio. nume. 1. col. 2.  
fol. 52

Periurij poena iure Canonico. nu-  
me. 3. col. 2. fol. 53

Periurus an sit infamis, infamia  
iuris. nu. 4. col. 1. fol. 54

Periurus ratione iuramenti de ca-  
lumnia, an sit punitus. nu. 7.  
col. 4. fol. 56

Petens mutuum ab eo quem scit  
non, nisi sub vsuris mutuatu-  
rum, non peccat. col. 1. fol. 15

Plures vbi simul vt vr̄bem depre-  
dantur accurrunt, quod vnus-  
quisque pro facto suo tantum  
teneatur, nisi dolus ad sit. nu. 52.  
col. 3. fol. 358

Pœna quæ sit aduersus blasphem-  
os iure regio statuta. nu. 11.  
col. 4. fol. 61

Pœnæ aditctio nulla est, si princi-  
pals contractus est nullus. nu-  
me. 4. col. 4. fol. 97

Pœnæ qualitate delicti metiun-  
tur. nu. 3. col. 1. fol. 334

I N D E X.

Pœnalis stipulatio apposita promissioni de non reuocando testamento, vel nõ contrahendo matrimonio, est contra bonos mores. nu. 3. col. 4. fol. 65

Pœnitentia solennis irregularitatem cõfert. nume. 10. colum. 2. fol. 219

Pollicitatio iuramento confirmatur, vt etiam iure ciuili actionem pariat. nume. 16. colum. 4. fol. 108

Pollicitatio an iure Canonico pariat obligationem. numer. 15. col. 2. fol. 107

Pollutio nocturna dormiētis per se peccatum non est. numer. 7. col. 1. fol. 320

Pollutio nocturna quando inducat abstinentiam a celebratione & comunione Eucharistie. col. 3. fol. cod.

Põtifex Maximus quomodo possit in voto & iuramento dispensare. nu. 2. col. 3. fol. 21

Possessio an recte diuidatur in naturalem & ciuilem. nume. 4. col. 3. fol. 151

Possessio ciuilibissima quæ. col. 1. fol. 151

Possessio facta an sufficiat ad prescriptionem. nume. 5. colum. 4. fol. 160

Possessio quæ sit sufficiens ad prescriptionem. nume. 7. colum. 2. fol. 153. & col. 3. fol. 161

Possessio quandoquæ plurimum facti, quandoquæ plurimum iuris habet. nu. 6. col. 3. fol. 161

Possessio quid. numer. 3. colum. 2. fol. 151

Possessio quãdo sit facti & quando iuris. col. 3. & 4. fol. 151

Possessio triennis etã bona fide obtenta, non dat titulum: nec reddit tutũ in conscientia. ver. Sexta. col. 4. fol. 219

Nec impedit quominus Episcopus possit exigere titulum. ver. Octaua. col. 1. fol. 220

Possessio triennis iuxta regulã cancellariæ, obtenta defendit possessorem exceptione. nu. 10. col. 3. fol. 72

Possessio triennis non defendit possessorem aduersus quẽ agitur. ver. Quinta. col. 4. fol. 219

Possessionis acquisitio quid sit. nu. 1. col. 2. fol. 150

Possessionis diffinitio, & qualiter possessio fit ius. numer. 3. col. 2. fol. 151

Possessionis probationes. per totum. 5. & nu. 1. col. 1. fol. 158

Possessor bonæ fidei quis dicatur. nu. 1. col. 3. fol. 194

Possessor olim presumitur hodie possidere. nume. 1. col. 1. fol. 158. & an post decennium. nume. 3. col. 1. fol. 159

Et quid quoad interdictum vnde vi. nu. 4. col. 4. fol. cod.

Predẽ aut violentiẽ qui affuerũt, vt partes ad pacem inuitarent, ad quæ teneantur. numer. 54. col. 3. fol. 359

Prescribo domum, aut fundum, an latine dicatur. numer. 6. colum. 1. fol. 146

Prescripta actio apud Impe. quid significet. col. 2. fol. cod.

Prescribere quid significet. col. 2. fol. 143.

I N D E X.

fol. 143. & colum. 1. fol. 144

Prescribendis iuribus incorporabilibus an & quando sit necessaria scientia & patientia. nu. 8. col. 2. fol. 154

Prescriptam rem potest qui prescripsit sine peccato contra veterem dominũ defendere. ver. Quarto. col. 3. fol. 245

Prescriptio, an & quando tribuat actionem prescribenti contra veterem dominum. numero 1. col. 4. fol. 239

Prescriptio an det proprietatem rei prescriptæ. nu. 2. col. 2. f. 240

Prescriptio bona fide & titulo procedens tribuit prescribenti actionem ad vendicãdam rem ab ipso veteri domino: & an idem sit in prescriptione bona fide atquẽ titulo tamen prescendenti. nu. 1. col. 4. fol. 239

Prescriptio centenaria titulum non exigit. ver. Quarto. col. 4. fol. 185

Prescriptio contra Romanam ecclesiam, non interrumpitur per Bullam cœnæ Domini. col. 3. fol. 222

Prescriptio cum mala fide, nullo tempore procedit. nume. 4. colum. 3. fol. 204

Prescriptio x. vel xx. annorum tituli allegationẽ & probationẽ requirit. nu. 2. col. 2. fol. 185

Prescriptio x. vel xx. annorum, per litis contestationem interrumpitur. versicul. Secunda. colum. 3. fol. 231

Prescriptio defendit etiã in animæ iudicio eum, qui post prescriptionem scit rem alienam fuisse. nu. 1. col. 1. fol. 243

Prescriptio anni & diei, non admittitur in iudicijs. col. 2. & 3. fol. 227

Prescriptio, & consuetudo differunt. nu. 2. col. 1. fol. 172

Prescriptio an exceptionẽ signifi cet. col. 1. fol. 144

Prescriptio immemorialis. versicul. Tertio. col. 4. fol. 156

Prescriptio immemorialis nunquam requirit titulum. versicul. Tertia. col. 4. fol. 185

Prescriptio immemorialis quomodo probetur. nu. 7. col. 3. fol. 175

Prescriptio immemorialis. versicul. Tertio. col. 4. fol. 156. nume. 4. col. 2. fol. 180. & colum. 2. & 3. fol. 182

Prescriptio immemorialis & centenarię discrimina. nu. 6. col. 4. fol. 174. & col. 2. fol. 177

Prescriptio immemorialis quid efficiat in vasallorũ oneribus, quæ impositiones vocantur. nume. 1. col. 4. fol. 178. & numer. 5. col. 3. fol. 180

Prescriptio iurisdictionis, meri, mistique imperij ius dare potest, & quo tempore. numer. 1. colum. 4. fol. 171. & numer. 3. col. 4. fol. 172

Prescriptio iuris patronatus quãto tempore fiat. nume. 7. col. 4. fol. 217

Prescriptio merè odiosa sola citatione interrumpitur. folio cod. & colum. versicul. Quarta conclusio.

Præscriptio non acquirit ea, quæ à mera voluntate procedunt. versic. quibusdam. col. 3. fo. 181  
 Præscriptio non tantum de dilatatoria, sed & de peremptoria exceptione dicitur. nume. 2. col. 3. fol. 143  
 Et quid in ea præscriptione, quæ perfecta est sine vlla domini negligentia? numer. 3. colum. 1. folio 245  
 Præscriptio. 30. vel 40. annorum cum bona fide procedens, sola interruptitur contestatione. vers. Tertio. col. 2. fol. 232  
 Præscriptio semel interrupta, an cessante interruptione, nõ possit institui. nu. 7. col. j. fol. 233  
 Præscriptio. 30. vel 40. annorum non requirit titulum, sed bonam fidem. versic. secunda conclusio. col. 3. folio 185  
 Præscriptio tum non procedere, tum dormire ac cessare, tum interrupti dicitur. numer. 1. col. 3. folio 229  
 Præscriptionis exceptio etiam ab arbitratore admittenda est. numer. 4. col. 4. folio 245  
 Præscriptionis, ex Canonistarum vulgarique significatione, definitio. nu. 4. col. 3. fol. 148  
 Præscriptionis iustitia. nume. 5. colum. 2. fol. 149  
 Præscriptionis immemorialis & centenariæ discrimen. nume. 6. col. 4. fol. 174  
 Præscriptione acquiratur nõ dominium directum an vtile? nu. 2. col. 4. folio 235  
 Præscriptione an derogetur iuri naturali, si ea acquiratur domino directum. numer. 5. col. 2. folio 238  
 Præscriptione per restitutionem rescissa, an sit dativa, an nativa actio, quæ veteri domino competit. nu. 4. col. 2. fol. 241  
 Præscriptiones an sint iuste legibus humanis introductæ? nu. 1. col. 2. folio 234  
 Præscriptionum tempora varia. col. 3. folio 162. & per totum. §. Præscriptionum triplex causa, quod aut favorabilis est, aut odiosa, aut mista. num. 4. col. 3. fol. 231  
 Præscriptor, si post completam præscriptionem sciat rem esse alienam, an eam salva conscientia retinere possit. numer. 55. colum. 3. folio 360  
 Præstatio annua. vide annua  
 Præsumptio ex annua præstatione longo tempore titulum inducens, admittit probationem in contrarium. versic. Secundò. col. 4. folio 179  
 Præsumptio iuris communis contra præscribentem, facit esse titulum necessarium, vbi aliàs non esset. versic. Quinta. col. 4. folio 185  
 Præsumptio malæ fidei an tollatur triginta annis? numer. 3. col. 4. fol. 203  
 Prætoris romani officium circa ius dicendum. colum. 4. folio 189. & col. 4. fol. 191  
 Prætoris stipulationibus facti alieni, an sit satis diligentissimè curasse quod alter faceret. nu. 7. col. 2. folio 113

Presbyteri

Presbyteri quomodo iuramentum præstare debeant. colum. 2. folio 10  
 Primus motus sensualitatis non est peccatum. col. 4. ibid.  
 Principis secularis res quo tempore præscribantur? num. 7. & sequen. col. 3. fol. 167  
 Principis res multis modis consi derantur. ibidem. & col. 4.  
 Priviligio an & quando quis possit vti aduersus habentem idem privilegium? numer. 4. colum. 4. folio 164  
 Probatio immemorialis præscriptionis. numer. 7. col. 3. fol. 176  
 Probatis extremis, præsumuntur media. col. 3. fol. 158  
 Procuratorium ad resignandum admissum in curia facit vt beneficium vacet in curia. nu. 48. col. 4. folio 357  
 Prohibitus exigere, an videatur prohibitus accipere ab sponte dante. numer. 7. colum. 3. fo. 95  
 Promissio alteri per alterum facta valida est iure canonico. colum. 3. folio 97  
 Promissio de renuntianda paterna hereditate cum iuramento, quid operetur? numer. 3. colum. 3. folio 118  
 Promissio facti alieni iure canonico reducitur ad illam, se facturum, & curaturum. numero 1. colum. 3. folio 109  
 Idem est & si promissor iurauerit. ibid.  
 Promissor facti alieni directè con cepta promissione & pœna apposita, an liberetur si fecerit diligenti ssimè & curauerit. numer. 5. colum. 2. folio 112  
 Quid in eo qui promittit se facturum & curaturum cum effectu? num. 6. col. 3. eod.  
 Promittens se facturum & curaturum liberatur possibilem diligentiam exhibendo. nume. 3. colum. 4. folio 109. & numer. 4. col. 4. fol. 110  
 Propositum ingrediendi religionem, non est votum. colum. 2. folio 30  
 Proprietas an queratur præscriptione. n. 2. col. 2. fol. 240  
 Prorogatio compromissi aut obligationis die, an videatur pœna repetita vel remissa. col. 2. fol. 5.  
 Prorogatio diei non liberat fidei iussores. columna 3. versiculo. Quarto. eod.  
 Prorogatio compromissi iurati aut obligationis, an videatur facta cum ea qualitate. numer. 6. colum. 3. fol. 4  
 Protestatio accusatoris etiam animam habentis, quod reus occidatur, eum liberat ab irregularitate. numer. 2. fol. 312  
 Protestatio accusatorem excusat, etiã si iudex iniquè reum morti tradiderit. numer. 3. colum. 1. folio 313  
 Protestatio non prodest accusatori vbi reum accusavit pro furto. numer. 4. col. 3. fol. 313  
 Publiciana actio an iure pontificio admittatur. numer. 6. col. 4. folio 226  
 Purgatorium Græci negant. nu. 26. colum. 1. fol. 349

CC iij

De litera Q.



**VADRAGENA-**  
ria prescriptio ad  
uersus ecclesiam  
est necessaria. nu.  
3. col. 2. fol. 164

Quadragesima prescriptio an  
rescindatur in integrum resti-  
tutione? numer. 2. col. 3. fol. 246  
& quid in reliquis. ibidem.

Quadrenniū datum ad pcten-  
dam in integrū restitutionem  
non currit ignorant. numer. 3.  
col. 2. fol. 247. versu. Quinto.  
col. 4. fol. 248. versu. Nono. col.  
2. folio 249

Questores seu casardi in conge-  
rendis pecunijs technæ & im-  
posturæ. col. 1. fol. 330

Quanto minoris actio, an prescri-  
batur cum mala fide, & iure ca-  
nonico? numer. 5. col. 4. fol. 225

Quasi possessio iurium incorpo-  
ralium, quomodo constitua-  
tur? nu. 8. col. 2. fol. 154

Quasi possessio quid? & an vnico  
actu constituat? numer. 6. co-  
lum. 3. fol. 161

De litera R.



**RATIO** constitu-  
tionis si furiosus.  
num. 1. colum. 1.  
folio 316

Ratio legis inducen-  
tis prescriptionem, an in ani-  
mæ iudicio cessat? num. 2. co-  
lum. 2. fol. 244

Ratione legis cessante, quando  
cessat lex? sol. eodem & ceteris.  
Ratificans quo in loco conuenit

dit sit. num. 46. col. 4. fol. 357

Ratihabitio criminis non com-  
missi nomine ratum habetis,  
an sit peccatum mortale aut  
veniale. nu. 5. col. 4. fol. 289

Ratihabitio homicidij an efficiat  
quem irregulare. numer. 4.  
col. 1. fol. 288

Ratihabitio in delictis quid ope-  
retur. numer. 5. colum. 3. & seq.  
folio 288

Repaptizatus irregularis est. nu.  
8. col. 3. fol. 257

Redhibitoria actio, an prescriba-  
tur cum mala fide, etiam iure  
canonico? numer. 5. colum. 4.  
folio 225

Reges Hispaniæ quo iure possunt  
Episcopos nominare. nu. 5. col.  
2. folio 215

Regula cancellariæ de trienniali  
possessore examinatur. nu. 10.  
col. 3. fol. 219

Religionis professio bigamia  
non tollit. nu. 6. col. 2. fol. 268

Renunciatio facta cum iuramen-  
to à filia ingrediēte religionē  
an rescindi possit à monasterio  
læsionis grauisimæ causæ. nu.  
5. col. 1. fol. 128

Renunciatio facta à filia cum iu-  
ramēto nulla recepta dote, an  
ualeat. numer. vj. colum. 4. fo-  
lio eodem.

Renunciatio futurorum alimen-  
torum an iuramento confir-  
metur. numer. 7. col. 4. fol. 115

Renunciatio hæreditatis mater-  
næ iuramento facta à filiosamil-  
an præiudicat patri. nu. 3. col. 2.  
fol. 125. & nu. 4. col. 1. fol. 127

Renunciatio

Renunciatio hæreditatis paternæ  
iurata, à matre recepta dote fa-  
cta, an noceat eius filijs peten-  
tibus hæreditatem auij, qui post  
filiam mortem obierit. nu. 4.  
col. 1. fol. 127

Renunciatio hæreditatis paternæ  
non excludit filiam à bonis,  
quæ propter secundas nuprias  
pater tenetur seruari filijs prio-  
ris matrimonij. numer. 1. col. 3.  
fol. 129

Renunciatio hæreditatis paternæ  
excludit filium etiam à legiti-  
ma. nu. 3. col. 3. fol. 130

Renunciatio hæreditatis paternæ  
an extingatur mortuis fratri-  
bus masculis viuo patre. & ibi  
larè de hac re multa. nu. 4. co-  
lum. 3. fol. 130

Renunciatio hæreditatis paternæ,  
an confirmetur iuramento præ-  
stito ab infideli, vel per falsos  
Deos. nu. 1. col. 2. fol. 134

Renunciatio iurata hæreditatis  
paternæ, non reuocatur natiui-  
tate filiorum. num. 8.

Res mobiles ecclesiarum vsuca-  
piuntur triennio. num. 5. col. 2.  
fol. 166

Res siccæ principis delatæ, quo té-  
pore prescribantur. colum. 4.  
fol. 167

Res principis secularis multis mo-  
dis considerantur. & ibi quo  
tempore prescribantur. num.  
7. col. 3. fol. 167

Res principis debita in signum re-  
cognitionis prescribi non pos-  
sunt. versu. Secunda. col. 1. fo. 168

Res & patrimonij ob tutelam

quis hominem occidens an sit  
irregularis. numer. 6. colum. 3.  
fol. 325

Rei dotalis alienatio prohibita,  
impedit naturalem obligatio-  
nem oriri. & tamen iuramen-  
to confirmatur. num. 7. col. 4.  
fol. 100

Restitutio in integrum quando  
habeat locum contra prescrip-  
tionem. nu. 3. col. 1. fol. 245. &  
num. 1. col. 2. fol. 246

Retentio possessionis quid sit? nu-  
mer. 2. col. 4. fol. 150

Rex an possit alienare res ad re-  
giam dignitatem pertinentes.  
num. 4. col. 1. fol. 81

Romana ecclesia non patitur ni-  
si centenariam prescriptio-  
nem. fol. 57. colum. 4. numer.  
6. col. 3. fol. 198

Rubricæ magni decreti authenti-  
cæ non sunt. numer. 5. colum.  
2. fol. 333

Rusticis etiam nocet annua præ-  
statio, vt inducat tituli præsum-  
ptionem. versu. Tertio. col. 4.  
fol. 179

De litera S.



**A CERDOS**  
qualis esse debeat.  
col. 4. fol. 254

Sacerdotes qualiter  
iuramentum præ-  
stare debeant. numer. 3. colum.  
2. fol. 10

Sacramentū quid significet. nu. 2.  
col. 4. fol. 1

Sacramēto contendere. colum. 7.  
fol. 2

I N D E X.

Scientia in iuribus incorporali-  
bus, requisita. num. 8. colum. 2.  
fol. 154. & column. 3. fol. 157. &  
column. 3. fol. 169  
Scientia principis si necessaria  
est, sufficit scientia eorum, qui  
eius nomine magistratus ge-  
runt. col. 2. fol. 157  
Scisma quandoque in hæresim ca-  
dit. nu. 7. col. 2. fol. 377  
Simonix crimē an efficiat quem  
ipso iure suspensum ita vt cele-  
brans sit irregularis. num. 7. co-  
lum. 3. fol. 263  
Sodomita an sit irregularis, si an-  
te dispensationem celebravit.  
col. 1. fol. 263  
Sodomita testamentum facere  
non potest. col. 2. fol. eod.  
Solutionis obiectio, an sit proprie  
exceptio? column. 1. & 3. num.  
5. fol. 145  
Sphæra ludus apud Homerum  
exponitur ad Iulij Pollucis in-  
terpretationem aduersus Eras-  
mum. nu. 7. colum. 1. fol. 307  
Sponsione contendere. column.  
3. fol. 2  
Statutum prohibens bona aliena  
ri in eum, qui subditus non sit,  
non comprehendit ecclesias.  
colum. 3. fol. 184  
Statutum illud dicitur contra li-  
bertatem ecclesiasticam, quo  
tollitur id ecclesijs, quod iure  
communi est concessum. col.  
3. fol. 183  
Statutū prohibens importari vi-  
num extra territorium colle-  
ctum an comprehendat cleri-  
cos & ecclesias? col. 1. fol. 184  
Statutum quo permittitur banni-  
tos occidi, valet. numer. 72. co-  
lum. 1. fol. 356  
Statutum vt ciues ad alia quàm  
ad Reipublicæ molendina non  
cant, an fieri possit. num. 7. co-  
lum. 1. fol. 183  
Statutum huiusmodi vt iam vali-  
dum sit, an præiudicet ecclesia-  
rum molendinis? num. 8. col. 3,  
fol. eod.  
Statuto laicorum an possint cleri-  
ci prohiberi pascuis comuni-  
bus? col. 4. fol. 184  
Statutorum exceptiones exclu-  
dentium interpretatio. versic.  
Primum apparet. column. 4.  
fol. 144  
Stipulatio alteri per alterum con-  
cepta iuramento valida sit, &  
confirmatur. num. 11. column.  
4. fol. 103  
Stipulatio quæ alteri per alterum  
fit, variè concipi potest. nume-  
9. col. 1. fol. 102  
Stipulationi quæ par alterum fit  
an resistat ius civile: & an ex ea  
nascatur naturalis obligatio.  
num. 3. col. 2. fol. 97. & num. 4.  
col. 1. fol. 98  
Strictum ius quod appelletur? co-  
lum. 3. & 4. fol. 188  
Subditi possunt præscribere ex-  
emptionem aduersus princi-  
pem. col. 1. fol. 169  
Successor in dignitate vel officio  
potest præscribere rem à præ-  
cessore mala fide possessam. ver-  
sic. Septimò. col. 4. fol. 211  
Successor vniuersalis non potest  
præscribere rem à defuncto ma-  
la fide

I N D E X.


la fide possessam. num. 1. col. 4.  
fol. 207  
Successori singulari an noccat  
mala fides authoris. num. 7. co-  
lum. 1. fol. 212  
Summariz executionis ius præ-  
scribitur, manènt actione per-  
sonali. versic. vnde. col. 1. fol. 221  
Summum ius. col. 1. 2. & 3. fol. 189  
Superioris auctoritatem esse ex-  
ceptam in omni iuramento.  
num. 2. col. 1. fol. 21  
Suscipiens vel ministrans potio-  
nem, vt inhabilis ad concipien-  
dum vel generandum reddat-  
ur, quibus poenis subiaceat.  
num. 2. col. 4. fol. 336  
Suspensio facit ministrantem irre-  
gularem, quando à iure vel ab  
homine fit propter delictum  
quoad se, & quoad alios in fo-  
ro exteriori. nu. 2. co. 3. fo. 260  
Sensus ab officio per quem  
actum irregularitatis efficitur.  
num. 1. col. 4. fol. 259  
Sensus ex eo quod antelegiti-  
mam ætatē promotus fuerit.  
num. 4. col. 1. fol. 261  
Suspensus ob corporis vitium non  
fit irregularis. num. 3. column.  
4. fol. 260  
De licta T.  
 E M E R A R I A  
iuramenta quæ di-  
cantur. col. 1. & 2.  
fol. 49  
Tempus ad vsuca-  
pionem necessarium. per totum  
5. col. 3. fol. 162  
Territorium sine iurisdictione quan-  
doquē dari, & contrariò. co. 2. &  
3. fol. 163  
Testis Atticus. col. 1. fol. 55  
Testis falsus in iudicio quomodo  
fit puniendus. numer. 6. col. 4.  
fol. 118  
Testis iustificari potest de ijs, quæ  
vidit ante pubertatem. column.  
1. fol. 179  
Testes in probatione immemoria-  
lis, cuius ætatis esse debeat. ver-  
sicul. testes. col. 4. fol. 175  
Testium dicta, quomodo inter-  
pretanda? versic. verum. colum-  
3. fol. 160  
Testimonium in causa criminali  
qui dixit etiam præmissa prote-  
statione sit irregularis, si ex eo  
mors fuerit illata. columna 3.  
fol. 314  
Theophili de possessione & detentio-  
ne, sententia. col. 1. fol. 231. &  
co. 2. fol. 152  
Tignum ædibus iunctum non pos-  
sidentur: sed tamem aliquando  
vsucapitur. versic. Eadem. col.  
2. fol. 161  
Titulus beneficij canonicus an pos-  
sit præscriptione queri? & an te-  
neatur quis Episcopo exigenti  
ostendere. numer. 9. column. 4.  
fol. 218  
Titulus est ad præscriptionem ferè  
necessarius. columna secunda  
fol. 185  
Titulus quid sit ibid.  
Titulus in quibus præscriptioni-  
bus necessarius. columna. secunda  
fol. 176  
Titulus quādo fit in præscriptione  
necessarius. nu. 2. col. 2. fol. 158

I N D E X.

- Titulacione nulla est differentia inter ius canonicū & civile. nu. 2. co. 2. fol. 185
- Transfuga occidendi. numer. 71. colum. 1. fol. 366
- Triennalis possessio etiam bona fide obventa non dat titulum canonicum, nec reddit tutum in conscientia, nec impedit Episcopum quò minus possit eum exigere. vers. Sexta. cum sequent. co. 4. fol. 219
- Triennalis possessio in beneficijs quam vnu habeat. nume. 10. co. 3. fol. 219
- De litera V.
- V**AS ALLIS onera imposta à dominis quo pacto acquirantur præscriptione, vel annuntantur. nume. 1. columna 4. fol. 178
- Venditor an liberetur ab emptione, si emptor pretium minutè soluerit intra diem iuramento præfinito constitutum, sed post. co. 2. fol. 33
- Venditor quando teneatur detegere vitia rei quam vendit. remissuè. col. 1. fol. 226
- Veneri præparatio, aut ipsius propinatio animo occidendi contingens, an sit puniendâ morte nõ sequuta. nu. 11. columna quarta fol. 281
- Verba an sint præcisè ad iuramentum necessaria. num. 4. columna 2. fol. 3
- Verba hæc, Sub pœna præfinita: quid adferant. versicul. Postre. mod. col. 3. fol. 63
- Verba varia ad blasphemiam pertinencia declaratur. numer. 9. co. 3. fol. 57
- Veritas iuramenti comes, & quæ ad eam pertinent. nume. 5. col. 3. fol. 48
- Verus dominus rei præscriptæ potest agere contra eum qui nec præscripsit, nec ius ab eo habet qui præscripsit. numer. 3. colum. 4. fol. 249
- Vim vi repellere licet, quo modo & accipiendum & intelligendū sit. numer. 69. columna secunda fol. 365
- Vitiatus corpore quando sit irregularis. nume. 5. co. 3. fol. 254
- Vnicuius actus sufficit ad constituendam quasi possessionem iuris in corporalis. co. 1. fol. 153
- Voluntarij actus quasi possessionem non inducunt. columna 3. fol. 181
- Voluntate distingui quo modò sit intelligendum. nume. 2. colum. 2. fol. 272
- Votum dispensationem requirit. nu. 4. col. 1. fol. 22
- Votum exigit explicitam vel implicitam promissionem. co. 2. f. 30
- Votum per dispensationem tolli & remitti posse. remissuè. colum. 2. fol. 21
- Voti commutatio quomodò fiat. col. 3. fol. 22
- Vsucapio an sit iustè legibus humanis introducta. nume. 1. co. 3. fol. 234
- Vsucapio & præscriptio quomodò dif-

I N D E X.

- dò differunt. versicu. Secundò. col. 3. fol. 146
- Vsucapio non interruptitur litis contestatione. versicul. Prima. col. 4. fol. 231
- Vsucapio rerum etiam immobilium acquisitionem complectitur iure digestorum, & quid de iure Cæsareo. nu. 2. col. 4. fol. 145
- Vsucapionis definitio à Iurisc. sulto tradita defenditur. num. 1. co. 3. fol. 146
- Vsucapionis iustitia ex summa æquitate & rectitudine deducitur. nu. 5. co. 2. fol. 149
- Vsucapionem triennem à longi temporis præscriptione malè distingui quò ad dominij acquisitionem. nu. 3. col. 4. fol. 226
- Vsucapione vel præscriptione an derogetur iuri nature, si ex eis trāsferatur dominiū directum. nu. 5. co. 2. fol. 238
- Vsufuctuarius an habeat naturalem possessionem. nu. 5. col. 3. fol. 152. & col. 3. fol. 153
- Vulnerans non mortiferè, an teneatur de morte sequuta ex imperitia medici. co. 2. fol. 297
- Vulnus mortiferum ab vno tantum illatum, an omnes præsentibus confictui efficiat irregulares, puniendique sint pœna extraordinaria? numer. 5. colum. 2. fol. 294
- Vulnere quis lethali affectus ab vno: deinde ab altero occisus, quem facit homicidam? nume. 4. colum. 4. fol. 292
- F I N I S.



CONSTITVTIO-  
NIS SECVNDÆ EX  
Rubrica de pactis lib. vj. cuius initium,  
Quamuis pactum. inscribi-  
tur, non inutilis in-  
terpretatio,

85

A V T O R E D I D A C O C O V A R R V -  
V I A S A L E Y V A , R E G I O C O N S I L I A R I O .

Prima huius relectionis 7 *An verbum, iuro, sit necessarium  
pars, ex cuius initio ad veram religionē iuramenti.*  
hæc colliguntur.

Prima horum Commen-  
tiorum Pars.

- 1 *Iuramenti definitio explicatur.*
- 2 *Iuramentum, & sacramentum,  
an sint synonyma. & quid  
hec dictio sacramētū significet.*
- 3 *Iuramētum assertoriū, & promif-  
sorium, an distinguatur specie.*
- 4 *An verba sint præcisè necessaria i  
ad iuramentum.*
- 5 *Examinatur latè intellectus ad  
tex. in c. penult. de iureiur.*
- 6 *An prorogatio compromissi iura-  
ti, censetur facta cum iura-  
menti qualitate.*



V R A-  
mentū, vt  
eius defini-  
tionem sta-  
tim expli-  
cemus, in  
uocatio est  
diuini numinis in testimoniū.  
Nam qui aliquid se facturum  
cū iuramento promittit, Deū  
ipsum in testē illius promissio-  
nis, ac veluti spōsore appellat.

UNIVERSITATIS RElect. Didac. Couar. 2

Rursus qui aliquid affirmat aut negat verū esse, iuramentum præstito, Deum ipsum citat in illius veritatis testimonium: quasi Deus testis sit illius affirmacionis, aut negacionis. Hoc eleganter probat diuus Augustinus in sermone 28. de verbis Apostoli Iacobi: dum inquit: Quid est per Deum, nisi testis est Deus? Idē apparet ex pluribus iuris vtriusque locis, quibus manifestissimè traditur sacramenti, & iurandi religio nem in ipsum Deū dirigi, potius quàm in priuatū hominē, cui præstatur. c. debitores. c. si verò. & c. verū. de iureiurā. quā ob rē Cæsarea cōstitutione decretū est, iurandū contēptā religionem, satis Deū vltorem habere. Sic Cicero li. iij. de officiis scribit: Est enim iurandū affirmatio religioſa. Quod autem affirmatē quasi Deo teste promissis, id tenendū est. Iam enim non ad iram Deorū, quę nulla est, sed ad iustitiā, & ad fidē pertinet. Hęc Cicero: qui iuramenti definitionē suā cōprobauit authoritate: atq; ita ferē omnes iuris diuini, & humani interpretes, etiā si varias tradiderint iurandi definitiones, in hęc tamen vnanimi consensu cōuenerūt, vt iuramentum sit adsumptio nominis diuini ad cōfirmādū iurātis fidē. 2 quę itē probatur in c. quātūlibet. 47. dist. ex Augustino in epistola 137. ad Hipponenses.

Simpliciter, inquit, fateor charitati vestrę corā domino Deo nostro, qui est testis mihi super animā meam. optimus tex. ad idē in c. & si Christus. de iureiur. col. iij. vers. alioquin. l. j. tit. xj. partit. iij. Idem probatur a thoritate gl. in sum. 22. q. j. diuī Thomę ij. ij. q. 89. art. j. Hostiē. in sum. Panor. Aciat. Felin. & aliorū in rubr. de iureiur. Bal. in l. j. ff. eo. tit. in j. q. & in c. j. s. itē sacramēta. ij. col. de pace iura. firman. tamen Ioan. de Selua in tract. de iureiur. q. j. & Ant. Corsetus in rubri. eiusdē tituli, admodū anxij cōtuler alia iuramenti definitiones tradere: cum tamē hęc sit cōgrua facilis, atq; omninō iusta definitio, quę admodū ex multis, quę ab ea per se deducuntur, apparet. Etenim ad hęc definitionē omnia penē rēdunt, quę de iuramenti ratione potissimē à plebisq; traduntur: siquidē diuini numinis testimoniu eā vim habet, vt multa quidē hoc in tractatu ex eo maximā authoritatē habeant, quòd ad maiorē iuramenti, & diuini testimonij fidem cōducere videantur. Idcirco ab ipsius definitionis verbis præsertim ea deducam, quę in hac prima huius relectionis parte dicenda sunt.

¶ Primum ex supra scripta iuramenti definitionē inferitur, pluramentū, & sacramentū synonyma esse: saltē dictionē hanc, sacramentū, idē quod iuramentum signi-

tum significare, secūdū Panor. in rubr. de iureiur. tex. in c. qui sacramento. 22. q. iiii. in authē. sacramēta puberū. C. si aduers. vendit. c. j. s. itē sacramenta. de pace iura. firmand. nam præter multa alia sacramentū appellatur iuramentū seu obligatio, diuini numinis testimonio & interuentu confirmata, auctore Festo. Is enim inquit, sacramentum dici quod iurandū sacratione interposita geritur. Hinc militiæ sacramenta: siquidē vt Vegetius lib. j. de re milit. scribit, milites iurare solēt, & idē militiæ sacramenta dicuntur. l. milites agrum. §. ignominiosa. ff. de re milit. Quintilianus lib. 12. c. ij. Sed hęc inter ipsos, qui velut sacramento rogati, vel etiam s. perſtitione cōstriciti, nefas esse ducūt à suscepta semel perſuasionē discedere. Cornelius Tacitus li. j. addebat Messala Valerius, renouādum per annos sacramentū in nomen Tiberij. Vnde Suetonius in Cæsare, c. 42. iurciurando adstrictum, teneri sacramento dixit. tamen & alia multa sacramentum significet. Etenim in genere, dictio ista idē insinuat quod Gręcè *μυστήριον*: nempe sacrum secretum, aut religiosum arcanum: per unquē equidem omnem rem sacrā absconditā, etiā si alterius rei signum nō sit vt dicimus sacramentū diuinitatis. Qua de re est tex. elegās in c. multi. j. q. j. quo in sen-

su Paul' ad Ephesios j. scribit, Deū nobis sacramentū voluntatis suę norū fecisse secūdū beneplacitū suū, quod alijs generationibus non est agnitū, sed absconditū à sæculis: nempe gētes esse cōcorporales, & cōparticipes promissiois eius in Christo Iesu, in quo oēs habemus fiduciā, accessum in cōfidentia per fidem ad ipsum. Idē j. ad Timotheum iij. inquit, & manifestē magnū est pietatis sacramentum, quod manifestatū est in carne. Verū apud Christiā religionis cultores, & Catholicę ecclesię doctores, frequētissimē sacramentū dicitur sacrę rei signū, quod eius similitudinē gerit, cuius signū est: quod admodū signa, & figurę veteris Testamenti sacramēta appellant. August. etenim contra Faustū Manichęū li. 9. c. 3. asseuerat sacramēta, quę obseruantur ex lege, prænuntiauerātū fuisse Christi vcturi. Idē August. epist. 23. ad Bonificiū Episcopū, tradit, oportere res, quib' sacramēta cōstāt, imaginē & similitudinē gerere earū rerū, quarū signa, & sacrā esse dicunt. Sic quā Baptismus lauat, cōplet in aqua. Eucharistia reficit, panis & vini speciē accipiens. Vnctio fouet: idēq; in oleo ministrat. Pœnitentia sub manifesta forma iudiciū absoluit. Tādē speciali quodā iure iuxta legē Euāgelicā sacramentū significat signū visibile inuisibilis gratiæ Dei, quam Deus efficaciter, &

certò in ipsis operatur, modò ritè, nec indigne tractentur. Quà ratione Diuus Augustinus libr. 10. de Ciuitat. Dei, c. j. & cap. sacrificium. de consecratio. distinct. ij. sacramētum definit esse sacrum signum visibilis formæ, & inuisibilis gratiæ. Notat magister Sententiarum, libro iij. & est ferè communis omnium Theologorum sentētia. Denique sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporaliū rerum diuina virtus secretiis operatur salutem: sicuti Gregorius author est in dict. c. multi. Apud veteres Ethnicos, quemadmodum Varro testis est lib. ij. de lingua Latina, sacramentum dicebatur pecunia, quæ in æde sacra à litigantibus deponebatur. Nam qui petebat, & qui inficiabatur de alijs rebus, vtrique quingentos æris ad pontificè deponebant: de alijs item rebus certū numerum æsium. Qui iudicio autem vicerat, suum sacramentum à sacro auferebat: victi ad ærarium redibat, id est victus ea pecunia, quam deposuerat, multabatur in pœnam iniustæ litigationis: quæ ærario cedebat. Sacramentum verò hæc pecunia dicebatur à loco sacro vbi ea deponebatur. Quidam autem re ipsa non deponebat, sed simpliciter spòdebant. Ex quibus dictū est, sacramento, vel sponcione cōtendere. Item sacramento, vel sponcione vin-

cere, apud Ciceronem, præsertim in oratiōe pro Milone, & in oratione pro domo sua ad Pontifices: Valerium Maximū lib. vij. c. vij. & vij. Explicarunt eleganter Budæus in l. ij. ff. de origine iuris. §. & cum placuisset. Atq; Andreas Alciatus in l. pecuniæ verbum. ff. de verbo. signifi. Est & hæc de re pulcher locus apud eundem Ciceronē libr. j. de Oratore: vbi iusto sacramento contendere oratori cū Pythagoræis non licere dixit Scæuola. Idem adnotauit Alciat. in rubri. de iure iurand. nu. vj. Nec tamen in hoc tractu de iuramento, sacramentū ita strictè accipiendum est, vt significet illud tantū iuramentum quod supra sacrum fiat, puta altare, reliquias, vel libros euangeliorū. Nam etiam si iuramentū verbo tantū factū fuerit, nihilominus sacramentum dicitur: sicuti post Panor. m. a. cæteri in dicta. rubr. de iure iurand. responderunt. Ius iurandum autem à iure dicitur, & ex eo à iure deriuatur, quòd id quod iuratur pro lege habendum sit, & veluti ius sit sanctè seruandum. l. v. §. dato. ff. de iure iurand. vel quia diuinum nomen pro iure veritatis constituitur: quasi non aliud sit Deū iurare, quàm Deū pro iure veritatis constituere, aut ius veritatis reddere Deo: cui, veluti ipsissimæ veritati, propriè competit dictionū omnium, & com-

mentorum

mentorum veritatem suo testimonio stabilire. Vnde iurare est promittere: e adhibito testimonio diuino, nos id ita seruatos, ac si ius esset: vel id quod affirmamus, ius veritatis habere. Dictionē autem istam, iusu randum, cū vnica sit ex compositione, diuisi more poetico Iuuenalis Satyra. 13. Quòd dubitaret depositum retinere, & fraudem iure tueri iurādo. Et Ouidius in epistola Cydippes ad Acontium: Quid tibi nunc prodest iurandi formula iuris?

Secundò principaliter ex eadem definitione inferitur, quod iuramentū assertionis de re præsentis, aut præterita: & iuramentum promissionis rei futuræ, non differre specie quidem ad constitutam distinctā peccati speciem in eius transgressione. Nam cū in vtroque Deus testis aduocetur, eadem erit ratio: nempe diuini testimonij, cuius non distinguitur species ex eo, quòd super futuro, aut presenti, vel præterito Deus ipse testificetur: sicuti probat Caietan. 2. 2. q. 89. articulo. j. eiusque cōclusio proderit quoad iudiciū animæ interius, in quo iuxta cōmunem regulam peccata distinguenda nominatim sunt per eorū proprias species: vtriusque verò iuramenti assertorij, & promissorij grauitatē, & gradus distinxit elegāter, summāque cū eruditione Dominicus à Soto in Institutione de ca-

uendo iuramentorum abusu, parte j. c. vij. & sequentibus. per hoc tamen non diffiteor quòd ad punitionē discrimen constitui possit inter iuramentū assertorium & promissorij: quod inferius opportuniori loco tractabitur. Quin & Chrysippus apud Io. Stobæū, sermone 26. scribit, aliud esse verū iurare, & aliud fideliter iurare: item peierare, & falsum iurare. Nam verū iurare, & falsum iurare ad iuramentū assertorij pertinēt: at fideliter iurare, & peierare, ad promissorij iuramentum, quemadmodū ipse Chrysippus longius explicat.

Tertiò deducitur ex his, an ad iuramentū sint necessariæ verba? quidā etenim existimant, iuramentū fieri nō posse sine verbis. hoc primū auctoritate tex. in c. & si Christus. de iure iurand. inquit, iuramentum esse sermonē. Deinde adducitur text. in Nouella Iustiniani de mandatis principij. §. sed neq; dum prohibet præsidibus, ne verbū, id est, iusiurandum temerè cuiquam indulgeat. eadē opinio maximā vim capit ex c. pen. de iure iurand. vbi ex solo consensu iuramentum iam semel præstitū minimè extenditur: rigitur verba ad iurandum necessaria sunt. Idem deducitur ex sentētia Caij Iuriconsulti, qui lib. ij. Institutionū scribit, oriri ex iure iurando.

quod libertus patrono præstat obligationē, quæ verbis contra hitur: tamen ea nō tam verborum solēnitate, quā religio- nē cōfirmeretur. Quamobrē verba fore necessaria ad iurandū, expressim asserūt Barto. in l. & per iurandū. ff. de acceptila. idem in l. qui iurasse. ff. de iure iuran. Alberi. Fulgosi. & Roma. in l. in princ. ff. de verbo. oblig. Hanc autē opinionē qui- dam veram esse censent in his, qui loqui possunt: at in his qui loqui nō possunt, tenēt verba nō esse necessaria ad iuramēti vinculum: sed sufficere signa. Sic etē visum est Paulo Aretino, & Alexā. in d. l. j. quorum opinio magis cōmunis est, saltem apud iuris Cæsari interpretēs, vt testatur Ioā. Crottus ibi col. iij. & Alciat. lib. j. parer gon, c. ij. quā & idē Alciat. probare videtur in rubr. de iure iuran. nu. 21 asseuerans, eā in pra- xi receptā esse: eandē sententiā sequitur Ioā. de Selua in tract. de iuramēto. j. parte. q. ij. & Andrē. Tiraquel. de legib. cōnub. glo. v. nu. 18. quibus ad stipula- tur glo. in c. testis. iii. q. 9. quæ asserit, mutū posse dicere testi- monium, modō sciat scribere, quod cōmuni omnīū iudicio receptū est, secū dūm Preposit. in c. cū apud. de sponsalib. & ta- mor ad testificandū iuramē- tum necessariū est. Sic & ad cō- tractū matrimonij verba esse necessaria in his, qui loqui pos-

sunt, visum est quibusdā, quo- rum sententiā glo. & Henric. referūt in c. tuę. de sponsalib. Hęc tamen ratio ex eo deficit, q̄ verior sit opinio, in matri- monij cōtractu verba necessa- ria nō esse etiā in his, qui loqui possunt: sicuti in d. c. tuę. docto- res respōderunt, & nos proba- uimus in Epitome de spōsalib. ij. parte, c. iij. n. j. quamobrē in hac de iuramēto controuersia fortassis magis probatur etiā in his qui loqui possunt, ver- ba minimē fore necessaria: quo- niam iuramentū Deo præsta- tur, qui solius mētis inspector est. c. l. quid inuenisti. 14. q. 5. & c. erubescāt. 32. dist. atq; ita opi- nionem istam tenuerūt glo. in summa. 22. q. j. Panor. in rub. de iure iurā. iacob. Petrus & Cy- nus in authē. Sacramēta pube- rum. C. si aduer. v. edit. eadē- que sequūtur dicentes cōmu- nem esse Lancelot. Galiula in d. l. j. col. vlti. in princip. ff. de verb. oblig. & Anto. Corser. in rubr. de iure iur. q. vj. hūc perti- net quod ex Alexide tradit Io. Stobęus, Sermonē. 25. firmū in quit, est iuramentū, si solū an- nuero. Quod si alicui proba- tur, ad iuramentū verba fore necessaria: id intelligendū est ad certiorē probationē iuramē- ti, vel ad manifestā mentis si- gnificationē: nō quod ad sub- stantiā iuramēti verba omni- nō, & precisē requirātur. Nam nullo pacto iure defendi pote- rit, nec

rit, nec admittendum est. Non oberit text. in d. §. sed neq;. si- quidem cōmunis illius cōstitu- tionis interpretatio perabsur- da est: cū ibi de iuramento nō tractetur: sed de fide publica, aut priuilegio, ac diplomate se- curitatis: quod vulgus appellat salū conductū. Inquit etiā Iu- stinianus: sed neq; cuiquā con- cedat τὰς καλαμείνας λόγους. id est, fidē publicā: quam dicit vulgō appellari verba. deircō ea cōstitutio nō potest cōmo- dē huic quęstioni, qua de iura- mento disputamus, aptari.

¶ Ceterū vrget admodū pro- priori sententiā text. in d. c. pen. quo † apparet, nō satis esse ad iuramēti religionē, & vinculū ipsū interiorē consensum iu- randi, nec ipsam mentē iurātis nisi verbis iuramentū ipsū ex- plicetur. Id sanē deducitur, si cōsideremus illius capitis deci- sionē, in hęc verba: Clericus qui iurauit se statuta in ecclesia sua ædita seruaturū: promittēs per idē iuramentum, statutū quod postmodū subsequūtū est fide- liter obseruare: licet transgredi non debuerat, quod promisit, nō tenetur ad illius obseruan- tiam ex debito præstiti iuramē- ti. His equidē verbis romanus pontifex insinuat, iuramentū semel super re quodā præstitū nō posse simpliciter cōsensu iu- rātis ad aliū casum extēdi quō ad vim iuramēti: nisi expressim iterū fiat. Vnde colligitur non

sufficere iurandi mentē, nisi & verba iuramentū significantia fuerint expressa. Sed huic indu- ctioni respōdetur, in eo capite de iuramēti extensione, nō de iuramēto mentē tantū & ani- mo cōcepto tractari. Nā q̄ iu- ramentū absq; verbis animi tā- tū deliberatione fieri possit, inibi nō negatur: licet decisum fuerit, absq; nouo iurandi ani- mo iuramentū semel iam præ- stitū minimē extēdi quoad e- ius vim, etiā ex cōsensu & volū- tate iurātis. In quo text. ille in d. c. pen. celebris est. Hęc etē ex eo cōclusionē mirē cōmen- dantes adnotarūt Abb. & do- cto. ibi Anto. de Butrio in c. ab ex cōmunicato. n. 23. de rescrip. soci. col. 97. lib. iij. col. ij. Iason in l. Gallus. §. idē credendum. col. iij. ff. de lib. & posth. & in l. j. §. & post operis. ff. de noui o- per. nūcia. col. i. Catellian. Cor- ta in Memorabilibus, dictio. iura- mentū. & Andrē. Tiraquel. in li. de legib. cōnubialibus, gl. v. nu. 20. Vnde illud etiā colligi- tur, quod ad effectū verū iura- mēti, itē & ad periuriū nō suffi- ciat relatio ad aliud iuramēti: tamen ea fiat per ipsummet iurantē. Ex quibus multa infer- re possem: sed quędā potissimū explicabo ad vberiorē huius adnotationis cognitionem.

¶ Primū equidē, si semel iura- mentū præstiterim de soluēdis centū aureis Titio: ac demū di- xerim postea, me promittere

equū dare Sépronio sub eodē iuramento iam præstito: tenebor omninō ex vi promissionis equū dare Sépronio, nō tamen ex vi iuramenti, nec ero periurus si non dederō: quod in specie Anto. de Butr. respōdit in d. c. ab excōmunicato. n. 23. de quo tamē statim latius tractabitur.

¶ Secundō constat ex his intellectus ad l. diem proferre. ad l. si cūm dies. in prin. ff. de arbi. ¶ Et enim si compromissum factum fuerit in iudicem aliquē, ut is intra certum diē causam definiat, præstitutūque fuerit iuramentū parendi, & standi sententiæ per eum intra diē lata: ac demū prorogetur compromissi dies, nō censetur iuramentum prorogatum, nisi expressim iterum iuret: quod deducitur à decisione Ioannis Andr. in Specul. additionibus tit. de iureiu. ad fin. Et iā si prorogatio fuerit facta cū eisdem clausulis, & vinculis primi compromissi: atq; idē erit si prorogatio facta fuerit intra terminum, & diē primi cōpromissi: ita quidem, ut censeatur vnū & idē cōpromissum, secundū Socin. in d. consil. 99. col. ij. vbi ad hoc expressim adducit text. in d. c. pe. & Anto. de Butr. sententiā in d. c. ab excōmunicato. quibus accedit quod elegāter scripsit Card. in cle. j. §. nos itaque. v. q. de iureiur. ex illinās, q̄ qui iuramento præstito promisit soluere alteri cētum aureos in-

tra decē dies, qui per creditorem in alium diē fuerint prorogati: nō erit periurus, quamuis eam pecuniam non soluerit intra diem ab iplo creditore prorogatum. Idem voluit Bald. consil. 436. lib. j. Catellia. Corta in Memoriali. dictione, iuramentū. Iason licet dubius in l. lecta. v. notab. ff. si cert. pet. eandem opinionem Card. dicit esse veriozem. Dec. in c. de causis. de offic. delegat. nu. vij. vbi ex ea tenet idē, quod paulō antē de compromissi prorogatione dicebamus. Cōtrariū sanē aduersus Card. tenuerit Felin. in c. j. de iureiuran. col. j. & ij. idem Felin. in c. j. de spōsal. nu. 34. Iaso. in l. j. §. & post operis. ff. de noui ope. nuncia. numer. viij. Dec. in c. præterea. de appellat. col. ij. quo in loco idem tenet post Inno. & alios ibi, quō ad sententiam excommunicationis latam in Titium, nisi is intra decē dies satisfecerit: nam si illi decē dies in alios decē proferātur, his transcursis locus erit excommunicationis censuræ. Idem probat Rebuffus in cōcordatis. rubr. de prorogatione. Sic & Bald. in c. venerabilem. col. ij. de electio. idem quō ad periurium asseuerat. Quia prorogatio facta videtur cum omnibus qualitatibus, & clausulis illius rei, quæ prorogatur. l. lecta. ff. si cer. pe. l. legem. C. locati. glo. in cap. hi qui autoritate. de præb. in vj. glo. in

glo. in l. sed si manente. ff. de precario. l. ij. §. si iudex. ff. de iudic. hoc ipsum verū esse censent Bart. l. mol. & doctor. in d. §. & post operis. num. vj. idem Bart. in l. cū stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obli. penult. col. ex quibus satis dubia redditur Card. & aliorum opinio, non tantū quō ad iuramentū cōpromissi, sed & quō ad iuramentū præstitum à debitore circa æris alieni solutionem. Nā & Dec. in d. c. de causis. testatur opinionem Card. cōmuniter reprobari. Tametsi pro Card. admodū vrgear text. in l. Labeo. ij. §. vltim. ff. de arbit. litem quæritur. §. qui impleto. ff. locat. vbi probatur, fideiussores primū datos ad alicuius obligationis tutelā, non extendi, nec censi datos ad illius prorogationē: atque inde sequitur, quōd prorogatio facta per creditorem debitori liberat fideiussozem, qui obligatus erat, ac tenebatur simul cū debitore intra certum diē soluere. idē notāt Bald. per illum text. in l. si cūm Hermes. C. de locat. Paul. Castr. per text. in l. iij. in prin. ff. de dam. in se. Abbas in c. constitutus. de fideiuf. col. vlti. quos Dec. sequitur in d. c. præterea. colum. ij. quibus tamen respondetur, supra scriptam iuris consultorū sententiam eo veram esse, quōd prorogatio fiat in præiudiciū tantū eorum, qui eidem consen-

fere, non autem in damnū absentium, & sic fideiussorū, qui nullum dedere cōsensum prorogationi. idem notant Aufre. in capella Tolosana. 181. Barba. consil. 31. col. vlti. lib. j. Rebuffus in concord. tit. de prorogatione. in glo. Frāsciscus. qua ratione cūm fideiussor minimē cōsentiat prorogationi, quæ quodam modo videtur nouū contractum induxisse: minimē dicendum est, cum quantum ad prorogationem obligari. Præterea quō ad cōpromissi dubitationem, illud plurimū obstat: quōd si fiat prorogatio cōpromissi, nō censetur pœna repetita. l. seruus ea. ff. de seru. expor. Bald. in l. pen. §. vxor. ff. solut. matr. Bald. idem in l. si à te. C. de pact. int. empte. & vendi. Hippol. in singu. 300. & tamen huic obiectioni respondetur, non esse idem de pœna, quōd de iuramento: siquidem pœna odiosa est, non ita iuramentū: quōd tantūm adijcitur ad maiorem promissionis vim. Pœnā verō censi adhuc repetitam in prorogatiōe, quidā opinantur per text. in l. cū stipulatus sim mihi à Proculo. ff. de verb. obli. vbi ex Iurisconsulto Barto. & alij adnotarunt, pœnam non censi à creditore debitori remissam per hoc, quōd creditor diem solutionis debitori prorogauerit: imō iuxta communem omnium opinionem si debitor intra diem proroga-

tum non soluerit, ad pœnâ tenebitur. Sed hac in controuersia ipse distinguendâ esse opinor prorogatiôis formâ. Quâdoquè enim ex prorogatione ad tempus ipsum additū producitur conuentio, aut obligatio prior, quæ alioqui elapso die primitiis constituto extingueretur: vt in compromisso: & tunc quidem pœna nō censetur repetita regulariter: nisi expressè, vel tacitè possit colligi, in eius repetitionem contrahentes consensisse. Sic etenim procedit decisio Bald. in d. §. vxor. Quâdoquè autè prorogatio nullam inducit obligationem ad tempus, vel diè prorogatū: sed extēdit ipsum diem qui præfinitus fuerat debitori ad solutionē eius, quod soluere, aut præstare purè tenebatur: quo casu cū elapso eo die obligatio extincta non sit, sed maneat: prorogatio nō mutat obligationis qualitatem, nec eius cōditionē: idcirco adhuc manet ad pœnam integra obligatio.

¶ Tertio inde subinfertur, de bitorem alicuius quantitatis, quam soluere intra diē sub pœna promiserit, adhuc ad pœnâ obligari, si creditor diē protulerit, nec debitor intra eū diē satisfecerit. quod cōstat ex d. l. cū stipulatus sim mihi à Procu. & his, quæ inibidoct. adnotarunt.

¶ Quarto apparet, fideiussorē eius, qui verè debitor est, ad debitâ quantitatem intra diem

certū soluere promiserit, minime ab obligatione fideiussoria eximi, licet creditor diem solutionis debitori prorogauerit. Nam quod paulò ante adnotauimus ex l. Labeo. §. vlti. ff. de arbit. locum obtinet vbi dies appositus tendit ad obligationis extinctionē: nō autem vbi dies ille obligationē non extinguit, sed solutiō dictus est, sitq; eius prorogatio miserationis causa: sicuti in hac specie explicarunt Host. Anch. Imo. & Abbas in d. c. constitutus. Bart. in l. Lucius. §. Paulus. ff. de administr. tut. Alex. Ias. nu. ix. Dec. & Curt. iunior nu. 11. in l. lecta. ff. si cert. pet. Hippo. in rubr. ff. de fideiuss. q. vi. quorum opin. communis est secundū Ias. & Dec. in d. l. lecta. optimus text. in l. vlt. C. de vsur. rei iudici. si quibus accedit satis cōgrua ratio qua certissimi iuris est, debitorem promittentē creditori debitam quantitatem soluere intra diem certū, duo quodē promississe: nēpè centū creditori soluturū, & eidem solutioni satisfacturum intra decē dies. vnde licet decem dies fuerint elapsi, aut prorogati: nihilominus manet obligatio ad solutionem. l. Celsus. ff. de arbit. c. cū dilecti. de dol. & contu.

¶ Quintò, vt difficultatē istâ amplius perstringamus, colligitur decisio Card. falsam esse. Imò si debitor cum iuramento promiserit, centū intra mensem fuerit

creditori soluere: etiâ si ea dies fuerit per creditore prorogata, nihilominus debitor manet obligatus ad solutionē cum iuramento: & ideò periurus erit, si intra diē prorogatū creditori nō satisfecerit: sicuti aduersus Cardi. Bald. Feli. Ias. Dec. & alij paulò antè citati existimant: & deinde Dec. ac Franc. Curt. in d. l. lecta. num. xj. Bart. Imo. & alij in d. §. & post operis. Marcus Anton. Blancus de compromissis. q. vij. nu. 58.

¶ Sextò, si rectè, ac diligēter scriptâ resolutionē obseruauerimus, manifestū erit in questioe de cōpromisso, cuius modò mētionē fecimus, prorogationem cōpromissi factâ iam extincto priori compromisso, eiusque die transcurra, minimè censeri factâ cum repetitione iuramenti præstiti in primi compromissi obseruationē, si hæc prorogatio simpliciter fiat. Nā in hac specie non est vera prioris cōpromissi prorogatio: sed nouum cōpromissum, secundum glo. & cōmunem in l. sed si manent. ff. de preca. Bart. & Alex. per text. ibi in l. dies. ff. de dam. in se. et. notatur in c. hi qui auctoritate. de præben. in vj.

¶ Septimò hinc deducitur quid dicendū sit, vbi prorogatio dici fit intra tempus ipsum ab initio appositū compromisso: an & iuramentū censetur repetitū quoad diē prorogatâ? & sanè si ab initio cōpromis-

sum cū iuramento ita constitutum sit, vt ipsi arbitri, vel cōpromittentes diē possint prorogare: tunc prorogatio intra diem facta easdem qualitates habet, etiam quò ad iuramentum. quia ab initio iuramentū cum sensum habet, vt iurâs sub religione sacramenti promittat stare sententiæ arbitrorū, quam ipsi dixerint intra diem ab initio definitū, vel postmodū prorogatum: nec in hac specie de iuramenti extensione tractatur: quemadmodū explicat Dec. in d. l. lecta. idem in d. c. de causis. de offic. deleg. num. vij. & Marcus Anto. Blancus in d. tracta. de compromissis. q. vij. numer. 58. post Bald. in dict. consi. 436. lib. j. qui eleganter loquitur.

¶ Octauò, Si prorogatio dici, & compromissi fiat intra diem ipsum, simpliciter tamen nulla data prorogadi potestate ab initio, sed ex consensu compromittentium: quid censent non videri repetitū iuramentum ipsum. quod ita visum est Socino in d. consi. 99. col. ij. lib. iij. Bald. in d. consi. 439. lib. j. Dec. in d. l. lecta. num. 14. & in d. c. de causis. num. vij. Marco Antonio in d. q. vij. nu. 58. quibus ad stipulatur tex. insignis in d. c. pe. de iur. quo probatur, ad iuramentū religionem, & vt quis ex iuramento teneatur, non esse factis quòd fiat promissio per relationem ad iuramentum iam præstitum: sed est necessaria

specialis iurandi forma vel verbis, vel mente concepta. vnde nō sufficit voluntas extendendi iuramentum iam pręstitum ad aliam causam. Huic tamen rationi conantur quidam respondere, illum text. intelligentes eo casu, quo iuramentum primum non fuerit pręstitum super ea re, de qua postmodū in extēsiōe, aut relatione agitur. Primū siquidem iuramentum in illius capitis casu fuit pręstitum super statutis iam eo tempore æditis: relatio autem postmodū sequuta ad iuramentum, agit de statutis æditis post primum iuramentū, & sic de re distincta ab ea, quę in primo iuramento tractatur. At vbi iuramentum & eius extēsiō super eadem re contingunt: dubio procul ad religionem iuramenti satis erit sufficiens relatio ad primū iuramentum facta. cuius resolutionis adducit auctorē Bartol. in l. vltim. C. de vend. reb. ciuitat. cuius tamen sensus verē non ita accipiendus, sed in hunc modum, vt promissio sub virtute iuramētū iam pręstiti, sufficiens sit ad periurij reatū quoties iuramentum primō pręstitum comprehendebat id, de quo nunc agitur: ita quidē de interpretatione potius, quam de extēsiōe iuramētū tractatur: atque idē Bart. sententia non omnino excludit decisionem text. in d. c. pē. quō ad pro-

bationem pręmissę illationis. Cuius cōtrariū expressim deducit ex Bart. Imo. & Iaso. in d. §. & post operis. quorū iudicem, & aliorū, qui eandem sententiam secuti fuerūt, mens in id tendit vt prorogatio cōpromissū iurati, eandem iuramenti religionem, & eius vim repetat quantum ad diem prorogatum, idem sensere ferē omnnes, quibus opinio Cardi. in d. §. nos itaque displicuit. sed adhuc mihi verior videtur Socin. & aliorum responsio.

¶ Non dē, ex pręnotatis appareret, idem dicendum fore eo in casu, quo dies cōpromissū prorogatur, ea expressa conditione, vt omnes prioris diei clausula, & iuramentum repetita esse intelligantur: aut si cōpromittētes in prorogatione promiserint sub iuramento prius pręstito stare sententię arbitrorum. Etenim non sufficit hęc relatio iuramētū ad vim ipsius periurij, nec ad alios eius effectus, nisi iuramētum in specie, ac formaliter pręstitum fuerit: quod probatur in d. c. pē. Nam quoties dies cōpromissū prorogatur, licet quodāmodo pos sit cēseri idē cōpromissum. l. non ex omnibus. §. vlti. l. nō distinguemus. §. dies. & l. seq. ff. de rece. arb. nota. in l. Sed & si manente. ff. de preca. hoc verū est quō ad eius substantiā: non tamē quō ad ea, quę requirunt specialē formā: siquidem nega-  
ri non

ri nō potest, quō ad tēpus additum nouum videri compromissum: secundū Bald. in l. si cū dies. ff. de arbi. Nec obest huic illationi, quōd cōpromittentes in prorogatione dixerint, se promittere per idem iuramentum iam ab initio pręstitū stare sententię arbitrorū: ū lata intra diem prorogatum: quia nihilominus nō cēsetur iuramentū in specie, prout oportet, repetitum: quod satis constat in dict. c. penult. vbi his fermē verbis est facta relatio ad primū iuramentū: tæctū Cardinal. ibi voluerit in hoc casu iuramenti pręstationem solenniter factam fuisse: quasi iuratum sit per creaturam, & rem sacrā eo ipso, quōd per iuramentū iam pręstitum iterū aliquid promissum fuerit. hoc etenim admittendū non est, nec romanus pontifex in dict. cap. penult. admittere voluit, sentiens hanc relationem minimē sufficere ad iuramenti formam.

¶ Decimō, illud est in hac con-  
trouersia ex prædictis obseruandum, cēseri quidem iuramentū pręstitū quō ad omnes iuramenti effectus per extēsiōnē, aut relationem ad iuramentum primō pręstitum, quoties ex alioquit verbis, aut coniecturis pos sit de præhendi mens, & intentio iurandi. Nam cū verba præcisē necessaria non sint ad iuramenti vim & effectum, satis erit mentem præsumi vel ex contentis, vel verbis quibusdā in ex-

pressis constare: quēadmodum Pan. post alios cōsiderat in d. c. penult. nu. 4. Quō fit, vt si quis iuramento iam pręstito ad aliam rem vtatur promittens & iurans eam agere per primū iuramentum, tunc sanē non iudicetur iuramenti extēsiō, sed potius eius solennis forma: quasi iurauerit is expressim per numē illud, aut rē sacram per quā prius iurauerat. Fortassis quibusdā disputationem istā diligentius perstrigentibus placebit, quō ad octauā & nonam illationem rē esse aliter diiudicandā: atque ob id existimabunt hū, prorogationē cōpromissū etiam si simpliciter factam, aut saltem cum relatione ad iuramentum primō pręstitū, iuratum cēseri quō ad omnes iuramenti effectus, quod probare conabuntur auctoritate eorum, quos octaua illatione retulimus: & quia cēsetur vnū & idē cōpromissum: atque iuramentū non tantū in casu verō, sed in ficto sit intelligendum: si cui pau-  
lō post tractabitur in hac prima huius relectionis parte. Nec tūc oberit tex. in d. c. penult. qui tantū agit de extēsiōe iuramētū ad aliā rem distinctā, quę sub primo iuramento minimē cōprehēdebatur. Etenim primū iuramentū in specie illius decretalis non cōtinebat id, in quo postmodū promissio fit cū relatione ad primum iuramentum. At se cūs erit, vbi primum iuramentū & promissio postmodum facta

idē continet quō ad effectū. nā etiam si primū iuramentū ad tēpus certū restrictū fuerit, ideōq; eius vis peritura sit eo tempore finito: tamen quia eiusdem temporis extensio fit per legitimam conventionē cum prioris iuramenti relatione, & extensione, eaque prorogatio circa eandē rem contingat, æquissimi iuris est, vt eo casu prioris iuramenti vis obtineat etiam quō ad diem prorogatū: cū semper de re tractetur, quæ sub prioris iuramenti religione fuerat cōpræhensa. quod si exactē perpēdatur, Bar. significauit in d. l. vlt. c. de ved. reb. ciuit. sic denique sententia Antonij in dict. c. ab excōmunicato. de rescript. cuius mentionē fecimus in prima huius quaestionis illatione, optimē deducitur ex tex. in d. c. penult. de iure iurand. vnde apparet, tertiam, & principalem illationem, qua probauimus non esse ad iurandum verba necessaria, verissimā esse iurēque optimo defendi, etiam in his, qui loqui possunt.

¶ Quartō, tam ex definitione iuramenti, quā ex his, quæ proximē diximus, inferitur, falsam esse Card. sententiā: is in quā in c. præterea. in j. de sponsal. scribit nusquā t̄ dici quēquā periurū, nec quō ad periurij reatū cēferri iuramentū præstitū, nisi fidem interposuerit expressē per verbū iuro. Hanc opinionē referit, & sequitur alter Card. Alexan. in d. c. præterea. quæ tamē

falsa est manifestē, pluribus quīdem rationibus: sed potissimū, quia ad iuramentū vim & religionem satis est, quōd deus in testimonium aduocetur, sicuti in de finitione constat: Deus verō in testem aduocari potest absque specifica mentione huius verbi, iuro: ideōque error Card. patet, & conuincitur palām. Dein de hac de re sunt tex. in cap. & si Christus. de iure iur. an. c. & iurabunt. 22. q. 1. & in ca. ego N. e. o. titu. quibus probatur, posse iuramenta præstari absq; hoc verbo, iuro, quod item adnotat Abb. in cap. querelam. col. 3. de iure iur. Ioā. de Selua, in tract. de iure iur. part. j. qua st. penult. Lancelot. Galiula in l. j. in principio. c. vlt. ff. de ver. oblig. qui posunt aduersus Car. auctores adduci: nē quis existimet, eius opinionem nondum improbatam à quoquam fuisse. quamuis opus non est hac in re authorem aliquem citare ad conuincendam ita falsam conclusionem. Maximē ex eo nec ipse Card. posset inficiari, multa esse iuramenta, quæ per alia verba aliāque forma absq; hoc verbo iuro, concipiuntur: idque varijs testimonijs constat. Nam & in lege veteri tatis celebratur iuramentū illud: viuit Dominus, viuit Deus ipse enim Deus iurauit, Nū. ca. 21. viuo ego. & Hieremiæ, ca. 4. iurabis, viuit Deus. sic & Paulus ad Romanos scribēs sapē iurauit per hæc verba, testor Deū,

testis

testis est mihi Deus, ad Ro. ca. j. Itē. j. ad Corinth. ca. 15. inquit Apostolus, quotidie morior per gloriā nostrā. quæ verba iuxta Græca exemplaria manifestissimā iurationem ostendūt: vt animaduertit romanus pontifex in d. ca. & si Christus. Augustinus in c. non est. 22. q. 1. ex eodē August. li. 1. de sermone Domini in mōte, idem explicat ipse hāc omnibiguitatem ex Græco dissoluēs, sermone. 30. de verbis Apostoli. Est autē apud Græcos præpositio quædam, quæ aliiūta ac satiuo iuramentum inducit. sic enim Græci per Iouem iurant *ἢ τοῦ Δία*, id est per Iouē. vnde cū Apostolus scripsit ad Corinth. *καθ' ἡμέραν ἀποθνῄσκω ἢ τοῦ ἡμέραν καθ' ἡμέραν*. i. quotidie morior per gloriā nostram. iurauit equidem per gloriam, quā habebat in Christo Iesu domino nostro. quibus tantē satis apparet, non esse necessariū hoc verbum, iuro, ad iuramentū religionem, & effectū: imō apud Card. in his cōmentarijs, qui vulgō nunc typis exci. 1. circūferuntur, ipse nō potui prædictam decisionē deprehēdere.

Ex §. sequenti.

- 1 An ad iuramentū verā religionem sit necessarium, quod fiat tactis rebus sacris.
- 2 Traduntur aliqua de veterum religione circa iuramentum.
- 3 Qualiter Episcopi, & sacerdotes iuramentum præstare debeant.

- 4 Periurium etiā in re leuissima contingens, mortale crimen est.
- 5 Per creaturas quandoq; iurare licet.
- 6 An liceat iurare per mēbra Christi.
- 7 Iuramentum præstitum per falsos deos, an habeat rationem veritatis iuramenti: & in fine huius. §.
- 8 Interpretatio tex. in ca. Ecce dico. 22. qua. 5. & mihi quid sit iapidem iurare.
- 9 Expēditur tex. in c. mouet te. 22. q. 1.
- 30 An liceat alterius vti maleficis ad bonum opus, vel ad aliud maleficium dissoluendum.
- 11 Periurium propriè non cōmittitur ab eo, qui peruersè per falsos deos iurat.

§. Primus.



VINTO principaliter, si definitio adamsim perpedatur, ex ea probabitur, ad iuramenti religionem non esse necessarium, quod fiat tactis euangelijs, nec alijs diuinis scripturis, nec super aliqua re sacra. Etiam si id tantūm exigatur, quod Deus in testimonium vocetur: colligitur apertè satis esse, vt verum sit iuramentum, aliquid pronuntii, aut affirmari adducendo Deum in testem. idem apparet in cap. & si Christus. de iure iurand. vbi per hæc simplicia verba, testis est mihi Deus, iuramentum inducitur. ad idem conducit tex. in cap. si aliqua. 22. qua. 1. quo in loco ex

auctoritate Chriftostomi tradit Gracianus ita esse iuramentum, si per Deum iuret, ac si per sacra Dei euangelia iuratum fuerit. hęc pertinet tex. in c. i. rursus. qui clericis vel vouent. quo constat, votū simplex non distinguit à solenni quò ad Deum, & quò ad veram voti obligationem: sic igitur nec iuramentum præstitum tactis sacrosanctis euangelij à simplici iuramento distinguitur quò ad veram iuramenti religionem. vnde regulariter non est necessarium, quòd iuramentum fiat super re sacra, nec tactis sacris scripturis: quoadmodum communi Docto. sententia probatur in rub. de iureiur. vbi Alciatus nu. 29. scribit hanc opinionem comunem esse, eam sequutus. Quandoquē tamen factius est, iuramentum fieri tactis rebus sacris: quandoquē necessarium. Satis enim quidem ad terrorem hominum, qui temerè iuramenta violare non erubescunt. nam etiam si idem periuriū cōtrahatur ab eo, qui simpliciter iurauit, & ab eo, qui tactis sacrosanctis euangelij, aut alijs rebus sacris iuramentum præstitit: maior tamen pœna plerunquē à legibus in posteriori casu, quā in priori statuitur: ac grauius quidem est peccatum: ac deniq; maior perire: à li religio: ac maiorem iurantium timorem. Scribit etenim Augustinus in epistola. 154. ad Publicolā: quantò enim id per quod iuratur magis fan-

ctum est, tantò magis est pœna le periurium. cap. mouet te. 22. q. j. Nam & diuus Thomas docet. 22. q. 98. artic. 3. ad. 2. grauius esse peccatum quòd ad periuriū, si quis solenniter iuret per euangelium, quàm si per Deū communi sermone: tum propter scādalum, tum propter maiorē de liberationem. Qualiter autem homagium fieri consueuerit apud Hispanos tradit l. 4. tit. 26. part. 4. & l. 25. tit. 16. part. 3. de quo etiam scribit Caro. Molin. in cōfut. Parisi. §. 2. glo. 3. col. 3. & Speculator, tit. de feudis. §. ij. nu. xij. Homagium autē Græcam dictionem esse, non temerè asseuerari potest. Nam sicut Panagium Græca dictio significat iuramentum illud, quod regi post electionem eius, aut sanè alijs, omnes sibi subditi præstant: quasi  $\pi\alpha\gamma\alpha\iota\omega\mu$  id est cōmune iurandum aut omnium iuramentū, auctore Paulo A Emilio de rebus Francorū lib. vj. & lib. 7. in eius initio. Sic Homagiū. Et græcè  $\epsilon\mu\delta\gamma\iota\omega\mu$  dicitur potest iuramentū cōmune, quod simul præstat. ab.  $\epsilon\mu\delta\gamma$  quod est simul. † Apud veteres etiam in his iuramentis præstantis, & si falsam religionem colebant, quædam peculiaris religio obseruabatur ad timorem diuini numinis, quod maximè timebant, atque reuerēbantur, nè periuria committerent. Nam C. Plinius naturalis historiae lib. 31. ca. 2. Amnis, inquit, Olachias in Bithynia

thynia Briazum adluit: hoc est & templo, & Deo nomē, cuius gurgite periuri notantur pati velut flammam vrentem. Philostratus ad hæc in vita Apollonij Tyanæi lib. j. agens de eo loco. Est autem, ait, iuxta Tyanæa aqua, quam aiunt Ioui sacratam, quam indigenæ inextinguibilem vocant. Fons eius frigidus sanè scætet, ebullit nõ secus atque igne calefactus lebes: hanc pueris & iurifurandi fidem seruantibus viris aspectu placidam, gustūque dulcem perhibent: periuris verò, & in fide palam aduersatur: epotā nānque oculos pedesque, ac manus peieratis inuadit aqua intercute, ac tæbe totum corpus inquinans, nec illinc discendi datur facultas: scđ eo loco permanentes coram aqua ipsa suam deplorant infirmitatem, palam quòd peierauerint profitentes. Macrobius libr. v. Saturnaliorū. c. 19. Palicorum historiam enarrans ad interpretationem carminis Virgiliani libr. ix. Aeneidos, vbi implacabilis ara Palici, scribit, lacus non longè inde sunt, quos incolæ Delos appellant, & fratresque eos Palicorum existimant, & habetur in cultu maximo, præcipueque circa exigendum iuxta eos iurandum, præsens & efficax numen ostēditur. Nam cum furti negati, vel eiusmodi rei fides queritur, & iurandum a suspecto

peritur, yterque ab omni cōtatione mundi ad crateras accedunt, accepto prius fideiussore à persona, quæ iurata est de soluedo eo, quod peteretur, si addixisset euentus: illic inuocato numine testatum faciebat esse iurato, de quo iurabat, quòd si fideliter faceret, discerebat illæsus: si verò subesset iururando mala cōscientia, mox in lacu amittebat vitā falsus iurator. Hęc res ita religionem fratrum commendabat, vt crateras quidem implacabiles vocarentur. hæc tamen Macrobius. Idem ferè tradit ex Aristorele Leonicus libro secundo de varia historia, capitul. sexto. Hinc & Silius Italicus libro decimo quarto scribit. Et qui præsentem domitant periura Palici pectore supplicio. Cuius & aliorum ideo libenter mentionem fecimus, quòd manifestum sit adhuc apud ethnicos, iuramenti religionem ita obseruatā fuisse, vt grauiora existimarentur ea periuria, quæ cōtingerent in iuramenti super rebus quibusdam sacris præstitis: ac deinde diuina vltio expectaretur, time returque ab his, qui specialia quædam numina quòd ad iuramenti religionem minimè reuerētur. Scribit & ad hæc Paufanias in Corinthiacis, vbi de Portuno meminit. Est & cella, quod penetrale appellant, aditus est ad eā subterraneus. ibi verò Portunū latere aiunt. Relect. Didac. Couar. b

ac si quis vel cuius, vel hospes eo in loco peccarit: quia periturij penas det, effugere nulla ratione queat. Idē Pausanias in priore Eliacorum tradit multa de iureiurando, quod olim, auctore Homero, fiebat super excelsis suis testiculis: & de signo apud Olympiā Iouis Horcij: id est iurifurandi vindicis, cuius facies erat perfidiosis hominibus formidanda. Idem fortasse, quem Romani diuum Fidiū appellarūt. Erat & apud Siculos iusurādum, quod magnum appellabāt. Nam is, qui fidem pręstat, auctore Plutarcho in Dionis vita, defecit in templum Thesmophorum, & quibusdam peractis sacrificijs, Deę purpuram induit: tum ardentem captas faculam iurat. Hac sanē ratione ob maiorem quidem iurantium timorem olim permissum fuit, quod iuramenta pręstarentur, ac fierent in ecclesijs super sanctorū reliquijs. l. generaliter. §. vlt. C. de rebus credit. regia l. j. & 19. titul. xj. parti. iij. quod & Bald. pręter alios adnotauit in c. j. colum. j. de noua forma fidel. & in c. j. item sacramenta. ij. col. de pace iuramen. firmand. Hodie verō Taurina constitutio. §. 7. iustissimis profectō de causis statutum est, quod iuramenta minimē fiant, nec pręstentur super altaribus, aut sanctorum reliquijs, quamuis id à parte petitum fuerit. Est igitur

obseruandum regulariter non esse necessarium ad veram iuramenti religionē quod id fiat super rebus sacris eisdem tactis: licet hæc solennitas aliquot in casibus iure necessaria sit, in quibus iuramentum aliter pręstitum vim vllam non habet quantum atinet ad iuris effectus: quemadmodum communi omnium Doct. sententia definitum extat in dict. rubric de iureiurand. & probatur in capitul. hortatur. iij. q. ix. capitul. testimonium. xj. q. j. clementi. j. §. porro. de hæretic. capitul. vlti. in princip. de iuramento calum. & alijs in locis iuris vtriusque, vbi requiritur ad effectus iuramenti, quod pręstetur tactis rebus sacris. Quod si lex exprimat, corporaliter iurandum esse, satis erit, scripturam quamlibet sacram tangi: si verō in specie sanxerit, iuramentum pręstandum fore super euangelijs, tunc necessariō fieri debet tactis euangeliorum libris: glo. in authent. vt iusurandum, quod pręst. collatio. ij. ver. quatuor. & in dicta clement. j. §. porro. quam dixit singul. Abb. in capit. vlti. de iuramento calum. ij. colum. idem in capitul. tuis. colum. vltim. de testib. Dixit magistrum esse Barbat. in dicto capitulo vltimo colum. iij. meliorem iuris sason in authentica sacramenta puberum. colum. iij. C. si aduers. vendit. commendat. Abb. in

Abb. in capitul. & si Christus. 3 & in rubri. de iureiuran. Nam cum in iuramento testis a iure exigatur, quod fiat tactis euangelijs, receptum est non aliter testimonium validum esse, nisi fiat iuramentum tactis euangelijs, nec sufficit aliū sacrum librum tangi iure scripto considerato: consuetudine tamen obtentum est, satis esse, id iuramentum pręstari super crucē: vt iusurandum. cuius meminit Alexand. in l. ij. §. iurari. ff. de iureiurando. notat Abb. in dicto capitulo tuis. columna, vltima idem in capitulo fraternitatis. de testibus, ad finem. & consilio 68. libro secundo. Imō si à tabellione scriptum sit, Sempronium iuratum dixisse hoc testimonium, pręsumendum erit, hunc testem solenniter iuramentum pręstitisse, tactis inquam sacrosanctis euangelijs, aut crucē, secundum Imolam consilio 56. præsertim quia ita consueuere tabelliones scribere: vt post alios explicat Andreas Alciatus in rubrica de iureiuran. in fine. ex eo, quod per locum à consuetudine generali pręsumantur seruata seruanda: vt inquit Baldus in l. vltima in fine. C. si ex fals. instrumenti.

Cæterum in casibus iure expressis, quibus iuramentum fieri debet tactis sacrosan-

ctis euangelijs, & etiam Episcopus iurare debet tactis ipsis euangelijs: capitulo testimonium. §. Episcopus. vndecima questione prima, textus in authentica de sanctissimis Episcopis. §. nulli. versiculo indictum. capitulo ego N. de iureiurando. capitulo quoties. prima questione septima capitulo quoties. §. porro. de purgatione canonica. quibus refragatur textus in dicto capitulo vltimo in principio de iuramento calumnię. qui probat, Episcopum iurantem non teneri sacra tangere. idem voluit gloss. in capitulo vt circa. de electione in sexto textus optimus in capitulo si quis presbyter. secunda questione quinta, quem dixit singularem Abbas in dicto capitulo vltimo: quo in loco Barbatias columna quarta eiusdem mentionem fecit. Etenim ex eo apparet, presbyterum non teneri cum iuramentum pręstat sacra tangere: sed satis esse per suam consecrationem tangendo proprium peccatus iurare. idem adnotauit Guido Papę questione sexcentesimadecima quinta. quam ob rem considerandum est, Episcopum, aut presbyterum regulariter in pręstandis iuramentis non teneri sacra tangere. Ab hac tamē regula excipiuntur causę graues itē & omnes illę, in quibus iure ex

presum specialiter sit, Episcopum, aut presbyterum debere tactis sacris iuramentum prestare: sicut docet Panormit. in dicto capitulo vlti. de iuramento calumniae.

¶ Sexto, cum ex definitione constet, per iuramentum Deum ipsum adduci in testem, patet manifeste, & periurium saltem iuramenti assertorij semper esse mortale crimen, etiam si in re leuissima contingat. Nam citare Deum in testem falsi, & iurati eius contrarium est. Quia atrocissima sit iniuria in eius veritate, quae quidem contumelia non potest absque peccato mortali contingere. quod nos ex diuo Thoma in 2.2. q. 98. articulo. iij. ad nota uimus c. j. nu. ij. lib. v. variar. resolutio. quo in loco de iuramento promissorio in re leui praestito etiam tracta uimus. His accedit, quod mendacium simplex utcumque in re leuissima contingat, non potest dici citra peccatum saltem veniale: can. primum. xxij. q. ij. mendacium igitur non simplex, sed cum testimonio diuini numinis contingens, dubio procul absque mortali culpa dici non poterit. Sic sane periurium assertorium nulla ex causa defendi potest, quin mortale crimen sit: etiam si fuerit ob cauendum mortem innocentis, ob liberandam a prodicione & incendio totam rempublicam, aut sane ob saluandum pro-

ximi animam ab aeterna damnatione: cuius rei testis est locus plerissimus diuini Augustinus in libro contra mendacium, qui de simplici mendacio expressim loquitur: idem fortiori ratione praemittit in mendacio, non simplici, sed quod periurium admissum habeat.

¶ Septimo ab eadem definitione deducitur quaestio illius resolutio, qua controuertitur, & an liceat iurare per creaturas. Etenim cum in iuramento de testimonio diuino tractetur, planum quibusdam uideatur, non esse per creaturas iurandum: imò id iuramentum ad speciem idololatriae pertinere, etiam si iuratio vera sit: quandoquidem per haec iuramenta constituitur in creaturis iuramenti finis, illisque reuerentia Deo debita exhibetur. quod probare quidam conantur autoritate euangelicae Matthaei cap. 5. quo in loco Iesus inquit, Nolite iurare omnino, nec per caelum, nec per terram. quibus uerbis, ut Hieronymus asseruerat, non prohibuit Christus iuramentum quod per Deum fit, sed quod per creaturas praestatur. sic & eundem locum intellexit Innocentius tertius pontifex maximus in cap. & si Christus. de iureiuramento. His accedit text. in can. si quis per capillum. xxij. questio. j. ubi Pius Papa accerrime increpat, ac reprehendit iurantes per crea-

turas,

turas, eosque puniendos esse graui poena censet. idem constat in authentico. ut non luxurient contra naturam. qua quidem constitutione satis reprobatum extat, quod per membra Christi, aut uirginis beatissimae, aut per creaturas iuretur. In contrarium adduci solet text. in c. 42. Genesis: ubi apparet Ioseph iurasse per salutem Pharaonis. Ad idem satis frequenter constat apud christianae religionis cultores per euangelium, & per crucem iurari, & sane id fieri absque offensa diuini numinis can. qui iurat. xxij. questio. v. c. si aliqua. xxij. questio. j. ca. ego N. de iureiurando. quod & alibi saepissimè commemoratur. ergo per creaturas iuramenta fieri possunt, nec inde ullum contrahitur peccatum. Hac ratione gloss. in dicto cap. & si Christus. uerb. creaturam. scribit, iuramenta per creaturas fieri posse in casibus iure expressis, non in alijs. ea tamen resolutio non rectè difficultatem istam explicat: siquidem rationem ueram omittit, ex qua quandoque licitum esse iudicetur iuramentum per creaturas. idcirco agendum est de intellectu earum autoritatum, quas modo in huius quaestione examinauimus. Primum etenim locus ille Matthaei cap. v. non ita indistinctè intelligendus est, ut Innocentius eum intellexit. Nam dupliciter per creaturas

iurare contingit: uno modo constituyendo in illis iuramenti finem, & exhibendo eis reuerentiam, & exhibendo eis reuerentiam, quae Deo debetur: & tunc species est idololatriae, & blasphemia quod eadem: licet ueritas iurationi subsit. Atque iuxta hunc sensum iuramenta per creaturas fieri non debent: imò illicita sunt: maximè quae ratione improbantur. Altero modo iuratur per creaturas referendo cas in creatorem, cuius nomen, & maiestas in illis existunt: seu qua ex parte à Deo ipso creaturae sunt conditae. hoc enim casu licitum est per creaturas iurare eo modo, quo licitum est per Deum ipsum iuramentum facere. iuxta hunc sensum accipiendae sunt auctoritates, quibus probatur, licitum esse iurare per creaturas: quem admodum tradiderunt Sanctus Thomas. 2.2. questio. 89. articulo. vj. Panormitanus post alios in dicto cap. & si Christus. colum. iij. de iureiurando. & Selua in tracta. de iureiuramento. parte j. questio. vltim. sic, cum quis iuramentum praestatur per euangelium, iurare intelligitur per Deum, cuius ueritas in ipso euangelio continetur. Item qui iurat per crucem, per ipsum iurat Deum, qui in eo ligno crucis mortem passus est pro redemptione humani generis. Illud autem iuramentum, quod fit per salutem principis, cuius meminit sacra histo-

ria dict. cap. 42. Genes. & l. si duo. §. v. l. im. ff. de iureiurand. in vim potius execrationis adsumitur, quasi creatura adducatur, vt in ea iudicium diuinum exerceatur, & eius salus Deo obligetur: sicuti cum quis per propriam vitam, per filium suum, aut per aliam creaturam, quam admodum diligit, iurat. Quandoque salus principis in vim iuramenti intelligitur adducta ad testimonium, vt tandem per Deum iuratum esse intelligitur, cuius in iudicio precipue vera principis salus consistit, & submittitur: aut equidem iuratur per veritatem diuinam iustitiae, ad cuius executionem principes terrae constituuntur, vt Thomas in dicto articulo. vj. interpretatur posteriori sensum sequutus execrationis vero sensus aptior est his iuramentis: nisi aliud subiecta materia dictauerit. Nam creaturam iustitiae Dei in confirmationem veritatis sic obstringimus, & obligamus, vt si aliter res habeat, quam affirmamus, Deus in illa creatura vlciscatur per iurium nostrum. Non obert locus ille Math. cap. v. quia verba Christi, quae inibi referuntur, intelligi possunt de iuramento, quod fit per creaturas secundum sensum priorem: nempe exhibendo eis reuerentiam, quae Deo soli debetur, & constituendo in eis iuramenti vim, & finem. Hoc etenim modo illicitum

est per creaturas iurare: quemadmodum Hieronymus Thomas, & alij interpretantur. Aut plane sensus illorum verborum is est, vt Christus nos deterre-re voluerit ab omni iurandi forma, siue per Deum, siue per creaturas: siquidem, vt auctor est Augustinus, ne quis arbitraretur, iuramenta quae fiunt per creaturas, non debent Deo, admonuit nos Christus veritatis contrarie, docens haec esse vera iuramenta: & ideo ab eis abstinendum fore ita quidem, vt quibus casibus per Deum iurare non licuerit, nec item liceat iurare per creaturas. Vnde argumentatur Christus Iesus a minori ad maius: prohibens etenim iuramenta per creaturas in Deum relatas, prohibet manifeste iuramenta per ipsum Deum. Nec tamen ex hoc statim sequitur, non esse licitum iurare indistincte: nam dubitatione istam paulo post dissoluimus. Id vero, quod adduximus ex cap. si quis per capillum. ita erit intelligendum, ¶ vt sciamus blasphemiam esse iurare per pudenda membra Christi aut virginis Mariae. haec namque iuramenta non possunt heri absque maxima iniuria diuini nominis. Blasphemia siquidem est proprie vituperium, aut contumeliam cum diminutione honoris diuini: vt explicat Hugo de sancto Victore. libro de

Fructu

Fructu carnis, & spiritu. cap. vj. de quo in hac prima huius operis parte aliquid inferius tractabitur. igitur & si Christus re vera habeat illa membra pudenda, vt quilibet alius verus & integer homo: eaque ratione illa nominantes minime mentiantur: tamen dum illa in Christi ignominiam, & vituperium nominant, volentes ex ipso modo pronuntians in innere aliquid esse in Christo ignominiosum, & vituperabile, blasphemi veri sunt: & ideo grauissimis poenis puniuntur in dicto cap. si quis per capillum. & praesertim in dicta authent. vt non luxurient. contra naturam. quo poena mortis imponitur. Quam constitutionem ita intellexit Ioannes de Selua in tractatu de iureiurand. parte. j. quaestio. vltima. qui eam poenam mortis locum habere censet aduersus eos, qui per membra Christi inhonesta iurauerint: cum ea iuratio manifestam blasphemiam habeat: quod etiam probatur a multis alijs, quorum mentio statim fiet. maxime iurationem istam per membra inhonesta Christi blasphemiam esse deducit ex blasphemiae definitione Alfonso a Castro libro. j. de infirmit. haered. pupil. capit. 12. Non me latet quibusdam visum esse blasphemiam committi aduersus maiestatem diuinam, si quis per Dei, aut vir-

ginis matris membra quaecumque, etiam honesta iurauerit: quod sensit glossa. in cap. ij. de maledic. dum allegat text. in dicto cap. si quis per capillum. Barto. in dicta authent. vt non luxurient. contra naturam. Alexander consilio 23. lib. vj. haec tamen opinionem ipse tunc flos admittentem, vbi quis esset confectus his vt iurationibus: nam eo casu propter contemptum satis praesumptum diuinam maiestatem, existimarem eum blasphemum esse, & puniendum fore graui poena, quae in dicta authentica statuta est, secundum Petrum, Cinum, Baldum & Salicetum, in l. ij. C. de rebus credit. & iureiurand. Baldus in l. ij. C. ad legem Iulii. maiesta. Anani. in dicto cap. ij. de maledic. colum. viij. & Nicolaus Boerius decisio. 307. numer. 11. Imo fortassis nec illius authenticae constitutionis poena, nec item per leges regias statuta contra blasphemos in praxi obtinebit in eos, qui per membra Christi, etiam pudenda iurauerint: tamen grauisimè sint arbitrio iudicis puniendi. Nam & Syluester verborum. iuramentum. ij. q. vlti. censet non esse vera blasphemiam, sed ficta, & virtualè, si quis per inhonesta membra Christi iurauerit, licet secundum eum mortaliter peccauerit. Iuratio verò per membra honesta Christi, si desit contemptus,

b 117

& consuetudo iurandi, non est mortale crimen, sed veniale: vt colligitur ex Angelo, verb. iuramentum. iij. §. 12. quod probatur in dictis. c. si quis per capillum. vbi pœna imponitur ita iurantibus: ex qua signum maxum est, cā iurationem culpam habere. quamvis Syluest. nullum esse in hoc peccatum existimet, si absint cōtempnentia, & irreuerentia. idem tenet Florent. ij. parte. tit. x. c. iij. in prin. Hæc autem de praxi diximus existimantes nihilominus proteruos istos, qui per membra Christi maximè inhonesta iurauerint, seuerissimè puniendos fore. siquidem Carolus Cæsar lege lata in Toletano conuentu anno vicefimo quinto sanxerit pœnas statutas aduersus blasphemos per Pragmaticas constitutiones, debere obtinere, & infligendas esse contra iurantes per membra Christi, & Deiparæ virginis. Verum in hac quæstione obseruandum est, iuramentum præstitum per creaturas eo modo, & sensu, quibus à iure reprobatur: nēpe exhibendo ipsi creaturis reuerentiam, nihilominus seruandum fore iuramenti ratione: sicuti probat textus. in dicto capitulo & si Christus. verbo & quamuis. vnde adnotarunt Abb. & alij, iuramentum seruandum esse, in vim iuramenti, etiam si fiat eo modo, quo iure prohibi-

bitum est. idem notat ipse Panormitanus. in capitulo secundano de arbitris. hanc conclusionem inducens ad intellectum authenticæ decernimus. C. de arbitr. quæ licet iuramentum fieri prohibeat, nō tamen ex hoc tollit iuramenti vim, quam id habet ex lege naturali, & diuina, quo ad rationem periurij. Idem dicendum erit in eo casu, qui traditur à Taurina constitutio. 67. cuius paulò ante mentionem fecimus: text. tamen in d. capit. & si Christus. planè procedit quantum ad hanc conclusionem, si iuramentum fiat per creaturas relatas in ipsum creatotē. hoc etenim in sensu verum constituitur iuramentum, quod & rationem periurij habet, si nō fuerit seruatum: quemadmodum constant ex his, quæ paulò ante diximus. sic & iuramenta præstita per Deum ipsum, aut per diuorum reliquias ad ipsum Deum relatas, aut per sancta euangelia: etiam si à iure prohibeantur quandoquē ob specialem rationem, quæ non pertinet ad iustitiam, nec veritatem, comites scilicet iuramenti, de quibus aliàs: nihilominus iuramenta consentent, vniquē iuramenti habent quò ad periurij notam. Etenim quamvis prohibitum sit iuramentum fieri super aliqua re sacra ob aliquam specialem causam, quæ legislato-

rem ad

rem ad eam prohibitionē induxerit: tamen si fiat, rationem habet periurij, si falsum fuerit, quod sub iuramento asseueratur: vel non fuerit ipsius promissionis seruata fides. Hoc enim in dict. ca. & si Christus. satis probatur. Imò & si absque iudicio iuramentum fiat assertorium, periurium ex eo constabit, si falsitas iurationi subfuit. Quòd si per creaturas iuratum fuerit exhibendo eis reuerentiam illam, quæ soli Deo debetur, aut in eas dirigendo iuramenti finem: tunc aliter erit res definienda, quandoquidem hoc iuramentum ad idololatriam pertineat, sitque par omnino his iuramentis, quæ per falsos deos præstantur. c. si quis. xxij. q. j. Idcirco queritur, An iuramentum per falsos deos factum, sit seruandum, & rationem habeat veri iuramenti quò ad periurium, & alios iuris effectus? Et sanè quòd Christianus iurans per falsos deos, & si grauissimè peccet, teneatur id iuramentum seruare: notant Innoc. Panor. col. vlti. & alij in dict. capit. & si Christus. Alexand. in l. ij. §. vltim. ff. de iureiurand. Ioann. de Selua in tractat. de iureiurand. quæst. j. ad finem. pro quorum sententia induci solet ex diuo Augustino sermo. 28. de verbis Apostoli. text. in canon. ecce dico xxij. quæst. v. in hæc verba: Ecce dico claritati vestræ, & qui

super lapidem falsum iuraueris periuus est. vnde hoc dico? quia multi etiam in hoc falluntur, & putat, quia nihil est per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es: quia per id, quod sanctum non putas, falsum iuras. si tu illud sanctum non putas, sanctum puta, cui iuras. non enim quando iuras tibi aut lapidi, sed proximo tuo iuras. homini iuras ante lapidem, sed numquid nō ante Deum? non te audit lapis loquentem: sed punit Deus te fallentem. Hætenus Gratianus ex Augustino. ad cuius canonis, aut decreti intellectum duo sunt consideranda. † Primum quidem, quid Augustinus senserit, dum mentionem fecit iuramenti, quod super lapidem fit: & sanè apud Gentiles omnium iuramentorum sanctissimum erat, Iouem lapidem iurare. inde sumptum, vt quidam intepretantur, quòd in prisco ferendi fœderis ritu Pater patratu manu tenens lapidē conceptis verbis iuraret: & tunc suem lapide feriret dicens, si fellero Iouem cæterisque deos precor sic me feriant, vt & ego hodie percum hūc scilicet percutiam: aut in populum Romanum ita conceptis verbis: si populus Romanus prior defecerit publico consilio, tu Iupiter illum sic ferito, vt ego hunc percum hodie feriam. statimque Pater

patratus porcum saxo silice percutiebat. quemadmodum auctor est T. Liuius libro j. ab vrbe condita Decadis primæ. idem Liuius libro 21. agnum in hoc iuramento percuti refert, ita scribens de Annibale, piæmiæque militibus promittente: æque vt rata scirent fore, agnum læua manu, dextra silicem retinens, si falleret, Iouem cæterosque precatus deos ita se mactarent, quemadmodum ipse agnum mactasset: & secundum precationem caput pecudis saxo elisit. Huius iuramenti meminere Aulus Gellius lib. j. nocti. A tri. capi. 21. Iouem, inquit, lapidem quod sanctissimum iusurandum est habitum, paratus sum ego iurare, Vergilium hoc nunquam scripsisse. Marcus Tullius lib. episto. vij. ad Trebatium. epist. 12. scribens, quomodo autem tibi placebit, Iouem lapidem iurare, cum scias iratum esse Iouem nemini posse: item Apuleius in sermone, de Deo Socratis. Quid igitur, inquit, iurabo per Iouem lapidem Romano vetustissimo ritu? Alijs placet huius iuramenti originem deduci ex eo, quod olim apud Romanos iuraturi per Iouē lapidem, tenere silicem solebant: eiusmodi ferē verba pronunciantes: si sciens fallo, qui me despicit, salua vrbe, arcæque, bonis ei jciat, vt ego hūc lapidem, statim autem lapi-

dem proieciat. Cuius quidem ritus auctor est Festus Pompeius. cui conuenit mirum in modum Polibius ita scribens. Ergo inquit, Cartagineses Deos patrios iurati sunt. Deinde Romani per lapidem secundum verustissimum ritum, Martis, Quirinique numinibus aditis, iusurandum præstiterunt. Ritus verò lapidis fuit huiusmodi: Fœcialis sumpto in manibus lapide postquam de fœdere inter patres conuenerat, hæc verba dixit: si rectè, ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iusurandum facio, dii mihi cuncta præstent fœlicia. Sin aliter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus saluis ipse percam, vti lapis hic de manibus meis decideret. Nec plura loquutus manu lapidem excussit. hæc apud Polybium. Hūc pertinet locus subobscurus apud Ciceronem libro vij. epistolæ arum epistola j. ad Marium: cuius hæc sunt verba: Deliciæ verò tuæ noster Aesopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes homines liceret: is iurans cum cœpisset, vox cum defecit in illo loco, si sciens fallo. His accedit Plutarchus in Syl-la vbi lex Cinnæ consulis meminit. Is, inquit, capitolium ascendens, lapidēque manu tenens, iuratus est sibi: dein de præsentē multitudine imprecatus est, nisi amorem in il-

lum be-

lum, benevolentiamque seruasset, non secus ex vrbe extrudi, ac lapis è manu: & lapidem abiecit in humum. hæc Plutarchus. Igitur ex his apparet, quid apud Augustinum sit per lapidem, aut super lapidem iurare. Alterum, quod ad prædicti capit. intellectum attinet, ex eodem Augustini sermone deducitur, apud quē in his codicibus, qui modò quàm emendatissimi circumsferuntur, aliter locus ille legitur, quàm apud Gratianum. Et ecce, inquit Augustinus dico charitati vestræ, & qui per lapidem falsum iurat, periurum est. vnde hoc dico? quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurij. prorsus periurus es: quia per id, quod sanctum putas, falsum iuras. Sed ego illum sanctum non puto. sanctum puta cui iuras: non enim quando iuras, tibi aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: sed nunquid non ante Deum? non te audit lapis loquentem, sed punit te Deus fallentem. hæc tamen Augustinus qui aduersus iurantem per falsos deos, vt cum perierum esse conuincat, argumentatur à diuisione, aut à sufficienti partium numeratione, duos casus constituens, vnum quidem cum is, qui iurat per lapidem, vel falsos deos

putat sanctū esse id, per quod iurat: alterum, vbi iuramentum præstans non putat sanctum esse id, per quod iurat. Et in vtroque casu censet periurum esse, qui falsum iurauerit: in primo quidem quia falsum iurat, per id, quod sanctū putat: in secundo ex eo, quod falsum iurat, per id, quod sanctum putat is, cui iurat: vel quia existimare debet illum, cui iurat, sanctum esse quod ad iuramenti & promissionis executionem. Vnde ipse opinor apud Gratianum deprauatam esse Augustini literam: quæ vtunque sit, probat, periurum esse eum, qui per falsos deos iurauerit: atque idè in iuramento promissorio vera erit doctorum sententia, dum ipsi opinantur, iurantem per falsos deos, teneri ad iuramenti obseruationem. Eandem opinionem plurimum coadiuuat † text. in capit. mouet te. xxij. quæstio. j. ex eodem Augustino in epistola ad Publicolum, epistola quidem 154. cuius hæc sunt verba iuxta ipsius Augustini text. Mouet te certe vtrum eius fide vtendū sit, qui vt eam seruet per dæmonia iurauerit; vbi te volo prius considerare, vtrum si quispiam per deos falsos iurauerit, se fidem seruaturum & eam non seruauerit, non tibi videatur bis peccasse? Si enim tali iuratione promissam custodierit fidem,

ided tantum peccasse iudicaretur, quia per tales deos iurauerit: illud autem nemo reprehenderet, quia fidem seruauit. Nunc uero quia iurauit per quos non debuit, & contra pollicitam fidem fecit, quod non debuit, bis utique peccauit. Ac per hoc qui utitur fide illius, quem constat iurasse per deos falsos, & utitur non ad malam rem, sed ad licitam, & bonam, non peccato eius se sociat, quo per dæmonia iurauit: sed bono pacto eius, qui fidem seruauit. Hæc Augustinus, quæ referre libuit, quia apud Gratianum aliquot eius uerba fuerunt mutata. Attamen hac auctoritate constat, seruandum fore iuramentum, quod fit per falsos deos. Imò & illud ex eo loco deducitur, non peccare eum, qui ad confirmandam simplicem conuentionem exigit iuramentum ab eo, qui per falsos deos iuraturus est: nempe ab infideli. Quia ratione motus scribit Angelus in Summa: *verbo, super titio. §. 13. ¶* posse quempiam absque peccato uti alterius maleficio ad tollendum malum ab alio, vel à se, modò ille maleficus paratus sit artem illam exercere: sicuti potest fidelis ab infideli, quem certò scit per falsos deos iuraturum, exigere iurationem ad confirmationem pacti simplicis. Verum opinionem istam Angeli falsam esse censet Syl-

uest. verb. maleficio. quæstio. viij. dicens opinionem istam esse valde absurdam, & periculosam, nec posse commodè iure defendi. Cum petitio ista, aut usus huius operæ sit directè cõsensus in peccatum: quia per illud maleficio aliter tolli malum non potest, quàm cum peccato mortali: sicut manifestum est. Nam quisquis ab alio petit, ut faciat id quod sine peccato facere non potest, peccat: quia sic petens consentit iniquitati alterius, inducendo illum ad peccatum. Nec uilam habet excusationem à peccato, petens, ut alter maleficio utatur, quod maleficio ille, à quo petit paratus erat ad cuiuscunque petitionem maleficio operari. Etenim & si ille paratus esset, non tamen hoc particulare maleficio fuisset operatus, nisi ille petiisset. Unde euidenter apparet, illius petitionem causam fuisse proximam, quod maleficus ille illud in specie maleficio commiserit. Siquidem si petens non fuisset, maleficus non fuisset illud particulare maleficio operatus: & illo petente fecit: ergo ille petens fuit causa, quod alius maleficio perpetraret. Idcirco illum peccare conuincitur, quia alium ad peccatum induxit, & proximam peccati causam dedit. Sic denique Angelus sententia improbat: aduersus quem contrarium tenuere Ioã.

Maiores

Maiores in 4. sent. dist. 34. q. 2. col. 8. Caieta. in opusculis. q. de maleficijs. & eruditissimè Alfonso à Castro lib. 1. de iusta heret. puni. cap. 15. quibus parum obertit text. in dict. ca. mouet te. Quia ille qui petit ab infideli quod simplex pactum iuratione confirmet: non equidem petit quod id iuramentum per falsos deos fiat: sed petit iuramentum, quod ab altero potuisset legitime per verum Deum præstari: cum res licita petita fuerit. Si autem infidelis per falsos deos iurat, culpa est ipsius iurantis, non autem iuramentum exigentis: quia is, qui exigit, id petit ab illo, quod ille, si uellet, benefacere potuisset. Quod si quis ab infideli petierit, ut is per falsos deos iuramentum præstet, peccaret dubio procul petens id, quod aperte peccatum est. Sic qui petit mutuam pecuniam ab eo, quæ scit aliter quam sub usuris non mutuaturum, non peccat. Quia rem petit, quæ non solum sine peccato, sed & cum merito fieri potest. Si autem usurarius non uult dare mutuam sine usura, culpa est ipsius usurarij: non autem petentis, qui petit ab altero quod ille si uellet sine peccato, & cum merito facere posset. Nam si petiisset quis mutuam pecuniam sibi dari sub usuris, certè peccaret: quæ de re tractauere Caietan. 2. q. 78. artic. 4. post S. Thomam ibi. Adrianus quodlib. 3. artic. 2. Syluest. verb. usura. ultimo, 2. co-

lum. Abb. Anania, & Cardina. in cap. super eo. de usur. Fit igitur ex præmissis satis manifestum, seruandum fore iuramentum, quod factum fuerit per falsos Deos. Ego sanè quoties iuramentum fit ab infideli, non quidem per falsos deos, sed per Deum creatorem cæli & terræ, quem naturali lumine cognouit, quamuis à lege euangelica is alienus sit, existimo hanc iurationem uerum iuramentum esse, euiusque ratione periurium committi, si uel falsum iuret, uel quod promissum sit, non fuerit seruatum. Fit etenim hoc iuramentum per uerum, non per falsum Deum: atque ideo ueram iurandi religionem habet. At si iuramentum fiat per falsos deos, quos ueros esse existimat, qui iuratum erit. Quia & iuramentum istud vim habet, ac ratione periurij, propter opinionem illius, qui id iuramentum præstat. quod Deus Augustinus planè fatetur in dicta epistola ad Publicolam: & in dicto sermone 28. ca. ecce dico. xxij. quæ. v. uerum si iuramentum fiat per falsos deos ab eo, qui profusus censet eos deos falsos esse: tunc iuramentum hoc ueram rationem iuramenti non habet, nec uerè periurium in hac specie constitui potest. Deficit equidè iurandi propria definitio: quadoquidè nec res, nec opinio diuinè hinc aduocetur testimonium. Nã quod Augustinus censet in dict. capit. ecce dico. in se

cundo distinctionis mēbro, non petinet ad verum periurii: sed potius ad simplicis promissionis, & fidei violationē, quæ peccatum est, & sanè grauissimum: cum proximus iniquissimè decipiat. Quæ ratione cōmunis opinio iuxta distinctionem istā erit intelligenda. Nec Christianus minime errans in intellectu circa diuinum numem Dei maximi humani generis redemptoris, si per Iouē iurauerit, per iurur erit, etiam si nec promissionem custodierit, vel falsum tali testimonio dixerit, nec iuramentum istud eas vires habebit, quæ per leges, aut canones iuramentis tribuuntur. Qualiter verò iurare debeant, aut consueuerint infideles, explicat regia l. 19. cum seq. ti. 11. part. 11j.

His omnibus adijciendum est, non esse omnino certum quod Diuus Augustinus ad Publicolanam in dict. epistola 154. scripsit, & à Gratiano relatu est in dict. can. mouet te. xxij. q. 1. dicens, minus malū esse per Deum falsum iurare veraciter, quam per Deum verum fallaciter. Hæc etenim sententia rectè defendi non potest: cum iuramentum præstitum per falsos deos ad idololatriam pertineat, eaque iuratio crimē idololatriæ sit: quod peccatū aduersus primum præceptum decalogi committitur: cuius transgressio maiore culpam habet, quam secundi præcepti de iuramento violatio. Ex

eo quidem, quod maior fiat, & atrocior iniuria Deo ab eo, qui illum negat esse verè vnum Deum, quam ab eo, qui cōtra eius dignitatem eum in falsum testimonium adducit. Est etenim prius crimem contra ipsius Dei propriam substantiam. Nec cuiquam dubiū esse poterit, isthæc iuramenta, quæ per falsos deos sunt ad idololatriam crimē omnino pertinere: sicuti probatur Hieremix capit. v. apud quem Deus filijs Israel improperat, quod ab eo veluti apostatæ defecerint & iurauerint in his, qui non erāt dii. Idē tradit Chryostomus in imperfecto, dicēs: Idololatrā se facit omnis, qui sperat aliud à Deo iurat. Ex quibus & alijs, satis eruditè hanc sententiam Augustini sic examinat Dominicus à Soto in tracta. de cauendo iuramentorum abusu, parte 1. cap. 6. Postremò nec illud est † prætermittendum, quod periurium propriè minime committatur ab eo, qui peruersè per falsos deos iurat. Ex hoc etenim quod peruersa iuratio sit, non contrahitur periurij crimē, nisi vel falsitas subijcti, vel fides ipsa violetur: quemadmodū in specie admonet Diuus Thomas. 2. 2. quæstion. 98. articulo. 1. ad secundum. Nam si comites huic iurationi accesserint: neque veritas, iustitia & necessitas: etiam si sit iuramentum hoc peruersum: quia per falsos deos præstitum fuerit, non poterit periurij nota

rijs nota propriè is, qui iurauerit censeri. Atque hæc quidem dicta sint de iuramentis, quæ per creaturas, aut per falsos deos fieri solent.

Ex §. sequenti.

- 1 Iuramentum quò ad eius vim, & iurij effectus, maxime differt à simplici loquela & promissione, quæ iurata non fuerit.
- 2 Fides interpositio, an sit iuramentum.
- 3 An ex iuramento promissorio nascatur obligatio, & actio competas iure pontificio.
- 4 Quid de iure civili?
- 5 Intellectus ad l. Si quis pro eo. ff. de fideiusoribus.

§. Secundus.



CTAVO ex eadem iuramenti definitione apparet, quod discrimen sit inter simplicem loquelam, & iuramentum. Etenim si consideremus propriam iuramenti naturam, & cōditionem, veramque substantiam, quæ ex definitione colligitur, † proculdubio manifestum erit, simplicem loquelam à iuramento differre, ex eo præsertim quod in simplici loquela nullū sit diuini numinis testimonium: at in iuramento semper assertio & promissio contingant diuino numine in testem aduocato: atque idè iure pontificio, & cælesteo multū competunt ef-

fectus iuramento, quos nequam habet simplex promissio: sicuti constat in Authentic. sacramenta puberum . C. si aduers. vendidit. capitul. cum contingat. capitul. debitores. de iure iurand. & alijs plerisque in locis. Nam & doctores quidam diligenter conati sunt plures iuramenti effectus vnum in locū cōgerere, vt manifesta esset tanta vis iuramenti. Quibus omnibus obijctur text. in capitul. iuramenti vigesima secunda quæstion. v. quem Gratianus ex Chryostomo transtulit in hæc verba: Iuramenti huiusmodi causa est. Quia omnis qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est, loquatur. Et idè Dominus inter iuramentum & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam, ita quoque in verbis nostris nullū debet esse mendaciū: quia vtunque & periurium & diuini iudicij pœna damnatur. Hæc Cratianus ex Diuo Chryostomo. Vnde colligitur, apud Deum nullam differentiam constitui inter simplicem loquelam & iuramentum. Idem probatur in capitul. querelam. ne prælati vices suas. Sed tamē hæc dubitatio poterit aliquot modis satis cōgruè & verè dissolui.

¶ Primum etenim verū est iuramentum, & simplicem promissionem, atque assertionem parèntiam habere simpliciter quò ad

1 Iuramentum quò ad eius vim, & iurij effectus, maxime differt à simplici loquela & promissione, quæ iurata non fuerit.

obligationem. Nam sicut tenetur quis seruare promissum cum iuramento: ita & absque iuramento factam pollicitationem custodire debet. Sic quemadmodum non licet falsum dicere, nec peritium committere per iuramentum adfectionem: ita nec licitum est mendacium dicere: utroque etenim casu peccatum committitur. quod probatur in d. c. iuramenti. xxij. quæst. v. Non tamen est par ratio iuramenti, & simplicis promissionis, aut assertionis quod ad fractionem, & violationem: si quidem grauius peccat qui frangit iuramentum, aut non custodit promissionem iuratum, vel falsum sub iuramento adferit, quam qui simplicem violat promissionem, vel mendacium simplex dixerit: atque ideo grauius poena prius delictum, quam posterius punitur. gloss. in cap. penultim. de iureiuran. Cuius quidem discriminis manifesta ratio est ob diuinum testimonium, quod vel continetur, vel falsa assertio ni adjicitur: sicuti Thomas explicat. 2. quæstio. 89. articulo. 8. Quia quidem ex causa constat, peritium semper esse mortale peccatum siue in re graui, siue in re leui: prout superius in hac ipsa relectione adnotauimus. §. præcedenti, numer. 4. variisque poenis puniendum fore in re publica christiana: de quibus inferius in specie tractabimus. At in simplici promissione, vel assertionem non iurata, & si peccatum

contingat, id tamen non pertinet precipue ad irreuerentiam Dei, sed ad iniuriam hominis, qui infidelis sit. Huius rei status est Sophocles ita de iuramento scribens apud Ioan. Stobæum, sermo. 25. Apposito iureiurando, cautiore & diligentior animus fit. A duobus enim sibi tum caueo, & ne lædat amicos, & ne peccet in deos. Elegantius discrimen istud inter simplicem promissionem, & iuramentum constituit apud Ouidium Acrotius ad Cydippen. *Promisit pater hæc, hæc adiuuauit amanti:*

*Ille homines, hæc est testificata Deam.*

*Hic metuit mædæ, sed & hæc per iura vocari.*

*Num dubitas hic sit maior, an ille metus?*

Ex quibus constat, & in falsitate simplicis adfectionis peccatum contingere, ut & contingit in falsitate iuramenti, seu iurati adfectionis. Item in fractione simplicis promissionis similiter peccatum committi, sicut & in violatione iuramenti: sed tamen in priori casu peccatum hoc esse mendacium simplex, vel non ita graue crimen, quia homo fallitur: in posteriori esse peritium, atque peccatum grauius quidem, quia Deo fiat irreuerentia.

¶ Secundo aliter poterit discerni autoritas illa, quæ à Gratiano adducitur in dict. c. iuramenti. vt ea minimè obtineat quoad vinculum: neque enim tantum sit dif-

ferentia inter simplicem loquelam, & iuramentum, quod ad grauitatem criminis ab eo commissi qui peierat, vel fidem frangit, sed etiã quod ad ipsum obligationis vinculum. Nam obligatio, quæ oritur ex conuentione iurata, plures effectus sortitur, & habet, qui simplici conuentioni minimè comperunt. Quos denique effectus iuris vtriusque doctores passim tradidere multa conuentionibus iuratis tribuentes, quæ nequaquam sunt promissionibus simplicibus concedenda. quod notatur in c. constitutus. de rescri. Et præsertim per Anto. Corsetum in rubri. de iureiura. Marcum Antonium de Baueria in tractat. de viribus, & virtute iuramenti. Et hi effectus his contractibus competunt, qui etiã absque iuramento validi sunt censendi, & vim habent efficacem: atque ita hanc interpretationem deduximus ex gloss. in c. iuramenti. gloss. & Panormi. in d. capit. penultim. de iureiura. Abb. in præmio Gregorius. colum. vlti.

¶ Tertio adhuc maximè diff. crimen constituitur inter simplicem loquelam, & iuramentum in contractibus, qui alioquin inualidi iure censentur, vel possunt aliqua actione rescindi. Hi etenim vel ratione iuramenti validi omnino censentur, nec possunt vlla actione retractari: capitulum cum contin-

gat. de iureiuran. c. quamuis pactum. de cuius interpretatione modo agimus. Et authent. Sacramenta puberum. C. si ad uerum vendit. Quandoquæ sanè ratione iuramenti contractus adhuc inualidis, nec robur adsumens à iuramento, rescindi non potest, nec ad eius rescissionem agendum est, donec obtenta fuerit absolutio à vinculo iuramenti, quod patet in promissione soluendi vsuras, quæ etiam iuramento præstito adhuc inualida est, & inique extorta: & tamen promissor tenetur vsuras soluere, vel absolutionem à iuramento præstito petere, & obtinere: capitulum debitorum. capit. j. de iureiuran. Quorum intellectum latius tradidimus libr. j. variar. resolutio. capitulum. iij. Sic & in iuramento per metum præstito, quamuis id non confirmet contractum, nec sit ex eo tandem commodum adquirendum: nihilominus iurans tenetur id seruare, vel ab eo absolutionem petere, & obtinere. Quia absque salutaris æternæ interitu poterit iurans quod promisit cum iuramento seruare: capitulum. si verò. capitulum. verum. de iureiuran. cuius quæstionis resolutionem tractauimus in dicto capitulum. iij. & in epitome de sponsalibus. ij. part. cap. iij. §. v. numer. ij. rãdem si in his casibus iuramentum omisium fuisset, dubio procul simplices promissiones Relect. Didac. Couar. c.

parum prodesse, nec vllum habere effectum: atque ideo & in hoc maxime differt iurata promissio à simplici: quod notant Abbas & Felin. col. ij. in d. c. debitores.

¶ Nonò ab eadem definitione deducitur quæstionis illius resolutio, qua quæritur, † An interpositio fidei sit iuramentum? Quidam enim existimauerunt, fidei interpositionem iuramentum esse: atque ideo assertionem, & promissionem per fidem promittentis cõtingentes, iuratas ex eo censeri, quòd sub fide processerint. Vnde q̄ sub sequitur violatores fidei periuros esse: quod adnotarunt glo. Abb. & Docto. in capit. querelam. per tex. ibi, nè prælat. vices suas. idem Abb. & Felin. in c. querelam. de iureiuran. Archidia. in summa. xxij. q. j. quorù sententia huic innititur rationi: quòd fides iuxta eius propriam significationem ad rem sacram pertineat. Deinde eadẽ sententia probari videtur in d. capitul. querelam. ne prælati vices suas. Sic denique in specie, & expressim Archidia. in dicta summa paria facit, quòd iuramentum fiat per rem sacrã, & per fidem. Verùm idem Archidia. in capi. iuramenti. xxij. q. v. & in capitul. j. de sepulch. in sexto. quamuis velit, ac senserit promissionem factam per fidem iuratam esse: tamen non censet esse periurij pœna ordi-

naria puniendum fidei violatorum: vt planè puniretur, qui iuramentum per rem sacrã prestitum violasset. idem sensit gl. in capitul. penulti de iureiura. Imò eo in loco Bernardus notat, non esse verè iuramentum illud, quòd fit sub fidei commemoratione: sicuti cõstat ex his, quæ in proxima illatione diximus. hoc ipsum notat Rota antiqua. 138. Et sanè controuersiam istam existimamus distinctione quadã dirimi omnino posse. Siquidem fides iuxta duplicem sensum hac in parte cõuentionibus accedere poterit. Aut etenim adsumitur pro fide humana, quã & Gentiles, Turci, ac Sarraceni seruare tenentur iure naturali gentium: item pro fide nobilitatis, quæ eam significat fidem, quam nobiles præ cæteris in humanis conuentionibus prestare solēt, & debēt. Et profectò in his casibus promissio, vel assertio facta sub mentione fidei: per fidem inquam, non inducit iuramentum: nec vim, aut religionem eius habet quòd ad periurium, nec quòd ad alios iuris effectus. Cuius conclusionis ea est irrefragabilis ratio, quòd iuramenti propria natura verè exigat, id per Deũ, vel sacrã rem præstari: quemadmodum in definitione dictũ est. Idcirco quoties fides humana expressim conuentionibus accesserit, nihil ibidem sacrum in testimonium addu-

niũ adducitur: eaque ex causa nullum adest pactis eisdem iuramentum. Sic equidem procedit, & intelligenda est ea sententia, quæ dicitur, fidei intercessionem conuentionibus accedentem, non efficere iuramentum, nec eius vim, aut religionem habere. Quam ob rem si quis contractum aliquem fecerit, quem expressim fide humana, vel ea, quæ nobilitatis iure, ac titulo falsim conuentionibus accedit, seruare promiserit, non censetur ex hoc contractus hic iuratus, nec iuramenti priuilegia obtinebit. Quandoquẽ verò fides in pactis, & conuentionibus intercedit in eo sensu, quo pro virtute Theologica adsumitur: & tunc iuramentum, eiusque veros effectus inducit. Quia vt res sacra in testimonium adducitur: atque ideo iuramentum proprie dicitur, si quis per fidem Christiani, aut per fidem Christi aliquid asseuerauerit, aut seruare promiserit. Quam equidem distinctionem ipse colligo ex Andræa Alcia. in rubrica de iureiurando numero quinto. Dominico à Soto in relectione de iuramento, parte prima capitulo quarto, & ex his, quæ traduntur per Felinum in capitulo secundo, de sponsalibus numero decimo quinto. & Caieta. secunda secundæ quæstione 89. articulo sexto, vbi scribit, fidei inter-

positionem, id est promissionem factam per fidem, nõ esse iuramentum: quia fides tunc nõ adsumitur pro virtute Theologica. Vnde sensit, fidei mentionem, quoties ea pro virtute Theologica adsumpta fuerit, & promissionibus aut assertionibus in testimonium accesserit, iuramentum efficere. Addit tamen eleganter idem Caietan. in dubio intelligendam esse hanc promissionem de fide humana: non de fide, vt ea est virtus Theologica. Fit igitur ex his satis perspicua huius quæstionis resolutio, quæ notanda est ad effectus veri iuramenti, & ad periurij pœnas vtroque iure statutas.

¶ Decimò, omnibus his, quæ circa iuramenti cognitionem, & definitionem dicta fuere, ad amussim consideratis, statim sese offert disputatio, † An ex iuramento actio & obligatio oriatur? Etenim rationi consonum est, quòd in tanta iuramenti religione, quæ diuinam maiestatem testem habet, actio, & obligatio statim oriatur. Hoc probare videtur textus in capitulo cum contingat. de iureiurando. & in hoc capitulo quamuis pactum. Quibus satis manifestũ est, contractus alioqui inualidos, & quibus nulla efficax actio nec obligatio cõpetit, ita validos fieri iuramenti religio-

ne, vt ex eis obligatio & actio oriantur. Idem deducitur ex capitulo debitores. & capitulo j. de iureiurando. vbi iuramentū de soluendis vsuris adquiret vsurario obligationem alterius, & actionem ad petendas vsuras, nisi vel absolutio Episcopi, aut remissio vsurarij accesserit. Ad hæc item facit glos. memorabilis in can. quoties cordis oculus. j. questio. vij. quæ sensit iuxta quorundam intellectum, ex iuramento obligationem & actionem oriri. Quod ea ratione comprobatur: quia iuramentum omnino seruandum est, quoties id non tendit in vinculum iniquitatis, nec salutis æternæ dispensationem inducit. Quibus deniq; rationibus sunt qui opinentur iure pontificio ex iuramento obligationem, & actionem oriri: vt tandem si quis iureiurando polliceatur se daturum, aut facturum aliquid nulla causa expressim nominata, nihilominus ex hac promissione oriantur obligatio & actio. Quod verum esse censent Ioannes Andreas & Hostien. in cap. cum venissent. de instit. Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. colum. ij. Felinus post alios in dicto cap. j. de iureiurand. Sanctus Thomas. 2. 2. questio. 89. articu. vi. quam opinionem sequuntur, & defendunt Fortunius in cap. j. de pact. n. 26. Ioan. Corafius in preludijs ad l. ad-

monendi. ff. de iureiur. nu. xvij. imò eam fatentur cōmunem esse, & probant iure viorencensendam fore Antoni. Corsetus in rubri. de iureiurā. q. tr. Ioan. de Selua. iij. parte, tracta. de iureiur. colū. ij. & Andreas Alciat. in cap. cum contingat. de iureiur. num. 172. His enim suffragatur, quod constitutiones pontificiæ, quæ de iuramentis statutz sunt, palam constituerunt iuramentum seruandum esse, modò eius obseruatio non inducat salutis spiritualis dispēdium. hæc verò verba obligationem, & actionem oriri præmittere videntur secundum Barto. & eius sequaces in l. vnic. colum. iij. ff. de condict. ex lege. Igitur iuri consonum est, pontificia lege actionē parti ex iuramento priuatim competere. Et præterea, si ex pacto nudo iure canonico actio datur priuato: c. j. de pact. quæ admodum communi omnium sententia definitum est: fortiori ratione ex promissione iurata dabitur actio ipsi, cui præstitum est iuramentum. Nam & in promissionibus iuratis illud negari non potest, quod promissio parti & priuato fiat Deo teste, & eo intercedente: tametsi & quidam hoc temere, ni fallor, negauerint. Contrariam sententiam tenuit Innocentius in dicto cap. cum venissent. de institutio. quo in loco existimat, etiam iure pontificio ex iura-

ex iuramento non nasci obligationem, nec dari actionem: idque plerisque placuit præsertim Iasoni in l. iusurandum quod ex conuentione. ff. de iureiurand. post Roman. ibi eademum ratione, quod iure civili satis receptum sit, ex iuramento promissorio obligationem, & actionem minime oriri. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. quod lege potesticia nequaquam reperitur expressim mutatum: atque ideò iure etiam pontificio seruandum est: cap. j. & ij. de noui operis nunciatio. Imò & hanc opinionem Innocent. fatentur communem esse Iasonem in dict. l. iusurandum quod ex conuentione. Fortunius in dicto cap. j. de pact. num. 26. & Corafius in dict. l. admonēdi. num. 17. Ex qua quidem opinione planè deducitur adhuc iure canonico ex iuramento nec obligationem nasci, nec actionem dari: sed tantum iudicij officium competere ad eius obseruationem: idque plurimum refert ad libellum concipiendum, vt petitor in iudicio obtineat. Qui verò huic opinioni accessere, varijs modis conantur responderi his rationibus, quas in prioris sententiæ confirmationem adduximus. Sed quia præcipua huius questionis disputatio pendet ab intellectu iurisperiti in dicta l. si quis pro eo. oportet hic perpēdere, an verum sit quod ex eo

loco frequentissimè Barto. & alij deduxerūt: nempe iure Cæfareo ex iuramento nec obligationem oriri, nec actionem dari: vnde subinserunt iuramentum non esse modum inducendæ obligationis. Nam si quis pro eo, qui libertus non est, fideiusserit, quia se præstatum operas iurauerit, non tenebitur, vt iurisperito visum est. quo fit manifestum esse, ex ea promissione iurata, nec civilem, nec naturalem obligationem oriri. Quod si civilis, aut naturalis præcederet, teneretur vtrique fideiussor. l. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussorib. Imò hæc iurata promissio nec vim habet pacti nudi: quia secundum Bartolum qui iurat, non parti, sed Deo promittit: capitul. debitores. de iureiurand. atque ideò pactum id dici non potest, cum non sit duorum consensus. l. i. ff. de pactis. Hæc autem posterior ratio satis est debilis ad probandum, promissionem iuratam adhuc nec pacti nudi vim obtinere. Siquidem & ea promissio plerumque, & frequentissimè pactum est: cum consensus accesserit iurantis, & eius, cui iuramentum fit: saltem tacitus. l. qui patitur. ff. mandat. Idcirco verè pactum, ea promissio quæ iuramento fit, censetur. Nec quicquam oberit text. in dicto capitulo. debitores. vbi probatur ex iuramento

Deo, non parti, obligationem acquiri. Id etenim verum est in his casibus, quibus obligatio parti quæri non potest ob turpitudinem quæ adquisitionem impedit. Si quis equidem promittat Titio vsuras soluere cum iuramento: nulla profectò Titio quæritur obligatio: quia quoad eum, promissio, aut potius promissionis extorsio illicita est. At tamè propter religionem iuramenti, quia is qui iurauit, licitè potest iuramento seruare, idque Deo reddere, quem habuit promissionis testem, cogitur vsuras soluere ad petitionem ipsius vsurarij, qui obligationem erga Deum iurata adiectus censeatur quò ad solutionem, eaque adiectio in ipsius adiecti fauorem intercessit: ideòque is agere poterit, & remittere illam obligationem iuramenti: quemadmodum explicarunt Antonius & Imola. ij. colum. in dicto capitul. debitores. Fortuni. eleganter in dicto capitul. j. de pacis. numer. 27. secundum quos nec principaliter, nec minis principaliter ex iuramento de soluendis vsuris obligatio parti, & sic vsurario quæritur: quanuis Cardinalis Abbas & Felinus in dicto capitul. debitores. existimaerint, minis principaliter, & vt vniùs dici solet, secundario, parti obligationem quæri: quod iure defendi non potest, refra-

gatur enim ius naturale, quod adquisitionem istam impedit. Iuramentum verò ob eius religionem eum effectum habet vt vsuræ promissæ cum iuramento, soluendæ omnino sint, quia Deo reddi debet iuramentum: licet statim repeti possint vsuræ. Sed si quod iuramento promittitur licitum sit ex parte promittentis, & illius cui promissio fit, certè nulla ratio vrget, quin existemus, ex iuramento parti, Deo teste & intercessore, promitti & obligationem acquiri. quod probat præter alia multa text. singularis in canon. eccl. xxij. questio. v. Quamobrem hæc posterior Barto. ratio satis friuola apparet: & tamen hæc opinio, quòd iure ciuili ex iuramento promissorio nec obligatio, nec actio nascatur, cõmunis est, sicuti restantur Alexander Iason, & Cagnolus in l. si quis maior. C. de ratiõ. & Lancelotus Galiaula in rubric. ff. de verborum obligatio. nib. folio vj. colum. iij. Fortun. in dicto capitul. j. de pacis. numer. 23. & Corasius in dicta l. admonendi. numer. 12. Ceterum aduersus hanc communem sententiam est gloss. in l. j. C. de oper. libert. quæ expressim voluit, etiam iure ciuili ex iuramento promissorio actionem & obligationem oriri, & competere. Eius opinionem conan-  
tatur defendere, alijs frequen-

tissimè

tissimè refragantibus, Fortun. Corasius in præcitatis locis, & Franciscus Purpura. in dicta l. si quis maior. notabi. 21. Et probatur hæc sententia cõtra communem in l. vt iurifurandi. ff. de operis libertor. vbi iurifurandus palàm fatetur, oriri obligationem, & actionem competere ex iuramento, quò libertus operas patrono prestare promiserit l. vltim. ff. de lib. caus. Huic verò authoritati nõ satis respondetur, si sequuti Bartolum & aliorum opinionem dixerimus, speciale esse in libertis, quòd ex iuramento operam promissorio obligetur. † Quia non est verè speciale in iuramento liberti: quod in dicta lege à iurifurandis responsu fuit. Quæ quidem res eo amplius manifesta erit, quo ipsam ab exordio examinauerimus. Sciendum etenim est operarum officialium promissionem ab ingenuo emissam nullam producere obligationem: quia deberi alij quàm patrono non possunt: atque ideò nullum obligant nisi libertum, cum libertatis causa imponantur. l. ij. & l. operæ. ff. de operis libertor. etiam si per stipulationem solennem fuerint promissæ: dict. l. operæ in rerum. & in l. seruus. ff. eodem titu. textus optimus in l. penult. ff. de obsequijs à lib. pat. præstan. & in l. penult. ff. si quis à parentib. fuerit manumiss. ex

quibus constat frustra operas libertatis causa solitas imponi parentem liberos manumittentem stipulari, tamen si iuramentum promissioni accesserit. tradit post alios Iason, in l. si non sortem. §. libertus. columna vij. ff. de condition. in deb. libertus autem hæc operas polliceri per stipulationem aut iureiurando dubiò procul poterit. l. vt iurifurandi. superius citata. Idque statutum est in primatum libertatis. Hinc sanè fit hæc in quæstione controuersæ discrimen in hoc constitutum fore, quòd operarum promissor libertus, vel ingenuus sit. Nam libertus promittens operas per stipulationem, vel iurandum obligatur: cui obligationi legitime accedit fideiusor. Ingenuus verò promittens operas vel per solennem stipulationem, vel per iurandum, nõ obligatur: nec ius ciuile talem promissionem admittit: imò eam improbat, adeò quidem vt nec velit, fideiusorem ei accedere: dicta l. si quis pro eo. quæ iurifurandis responsio alioqui à veteribus præuè intellecta, non procedit ex eo, quòd iurandum iure ciuili nec obligationem, nec actionem inducat. Nam & in specie, quæ traditur in d. l. si quis pro eo. si ingenuus per solennem stipulationem operas promississet, nõ obligaretur, nec huic

promissioni posset accedere fideiussor: sicuti constat in d.l. operæ in rerum. & in d.l. feruus. ff. de oper. libert. Quæ ratione factis liquet, nihil pertinere ad iurisdictionem responsi, quod ex iuramento obligatio iure Cæsareo non nascatur: id etenim parum refert: cum & ex solenni stipulatione iure civili obligatio nascatur, & actio competat: & tamen idem Iuriconsultus respondisset in promissione, quæ facta fuisset per solennem stipulationem. Igitur ratio decisionis illius ea est, quod promissio operarum ab ingenuo procedens, ut quæ fiat, vel per iurisdictionem, vel solennem stipulationem, nec obligationem inducat, nec actionem pariat. Vnde de erroneo est, aut saltem non satis conueniens existimare Iuriconsultum in d.l. si quis pro eo. ex eo respondisse non procedere fideiussoriam obligationem, quia ingenuus per iurisdictionem operas promississet: si quidem eodem modo nec procederet obligatio fideiussoria: imò nec principalis, si per stipulationem solennem operæ fuisset promissa. Promissio autem operarum in dubio de officialibus intelligitur: hoc est de his, quæ in officio consistentes per sonale commodum respiciunt: ut adesse patrono, patronum comitari. l. ut iurisdictionem. §. d. bitur. l. operæ enim. l. quoties certè. l. interdum. ff. de oper. lib.

notat Bart. in dict. l. si non forem. §. libertus. ff. de condit. indebit. colum. penult. officiales verò operæ, libertis & patronis conueniunt. d.l. operæ in rerum. ff. de oper. libert. Fabriles equidem non solis libertis conueniunt: sed quibuscumque, & à quibuscumque præstari possunt: non enim spectant ad personale ministerium, sed opus dumtaxat faciendum respiciunt: quales à fabris, suturibus, & alijs præstari solent. l. iij. ff. de usu & usufruct. legat. dicta l. operæ in rerum. secundo responso. Quæ ratione Iuriconsultus in dicta l. si quis pro eo. intelligenda est de operibus officialibus: non de fabrilibus. Nam hæc etiam ab ingenuo possunt promitti. Tandem his quæ diximus diligenter examinatis constat, iure pontificio, & Cæsareo obligationem nasci, & actionem competere ex iuramento promissorio: secundum opinionem eorum, quibus communis sententia hac in questione displicuit.

Ex §. sequenti.

*Iusurandum potest remitti ab eo cui præstitum fuerit. Superioris auctoritatem in quolibet iuramento exceptam esse. Dissensio non potest contingere in iuramentis assertorij: licet quandoquæ locum habeat in iuramentis promissorij.*

- 4 Romanus pontifex quo pacto possit in voto dispensare: & ibi de voti commutatione.
- 5 Dissensio in iuramentis quomodo possit concedi: & an sit iusta causa necessaria: & quid de absolute. & num. 6.
- 7 Ad derogationem iurata dispositio nis necessaria est mentio iuramenti.
- 8 Leges civiles & seculares, an possint vinculum iuramenti remittere.
- 9 Intellectus regie l. vj. tit. j. libr. iij. ord.
- 10 Intellect. l. vlt. ff. qui satisf. cogant.
- 11 Intellectus l. vlti. C. de non numerata pecunia.
- 12 Interpretatio l. adigere. §. vlt. ff. de iure patro. & l. si quis inquitinos. §. vlt. ff. de leg. j. & l. vlt. ff. ad municip.
- 13 Quis possit à voto penali absolute: & ibi de proposito ingrediendi religionem.

§. Tertius.



NDECIMO

ab eadem iuramenti definitione, quæ eius cognitionem aperitissime ostendit, apparet quanta sit iuramenti vis, quamque graue sit iuramenti vinculum. Nam si licet ipse, cui iuramentum sit, possit iusurandum remittere: cap. j. de iureiur. cum sim. tamen præter eum nemo habet potestatem remittendi iuramentum in fauorem alicuius priuati præstitum. Idcirco maximè illud erit obseruandum, quòd ubi iuramentum compræhendit id quod in fauorem & commodum alicuius priuati tendit, satis censetur vinculum iuramenti remissum, si eius obligationem priuatus remittat: sicuti in d. ca. j. expressim probatur, & in cap. ij. de sponsali. Quibus in locis latè hoc ipsum tradit Felin. Oldrad. optimè consil. 241. Diuus Thomas 2. 2. q. 89. artic. ix. & Ioan. Lupi. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 45. Verum præter hoc controuertitur, an possit per dispensationem superioris: nempe principis ecclesiastici, Papæ inquam, vel episcopi iuramentum remitti. Et sanè quibusdã placet, id fieri posse præstitum auctoritate Romani Pontificis. Nam † in omni iuramento semper intelligitur excepta superioris auctoritas: text. celebris in cap. constitutus. de rescript. vbi glos. alias auctoritates adducit: & post eam Abb. Felin. & alij. Iason in l. vlt. ff. qui satisf. cogant. Thomas in dict. artic. ix. text. item facit ad hoc in cap. venientes. de iureiuran. Et præterea Romanus pontifex potest votum remittere, & in voto dispensare, ut statim probabitur. igitur & in iuramento: cum votum Deo principaliter fiat. eique sit omninò redendum. Votum autem posse per dispensationem Romani pon-

tificis tolli & remitti, constat ex notatis per me in capi. ij. de testament. nume. 10. & sequen. Sed in hac quaestione aliquot sunt praemittenda ad eius faciliorem expeditionem.

¶ Primum, admodum distincta esse haec duo: scilicet, in quo liber iuramento intelligi semper exceptam esse auctoritatem superioris: & per iuramentum non intelligi derogatum iuri ipsius superioris. Etenim primum, hunc sensum habet, quod iuramentum minime sit seruandum, quoties constituerit, ipsum superiorem velle, id non seruari. Nam haec voluntas superioris, modo de ea constet, satis sufficiens est, vt iuramenti obligatio censeatur remissa: dum tamen superior ex causa vinculum iuramenti, remiserit. notatur in d. capi. constitutus. Item per Thom. & Caieta. in dicto articul. ix. & articulo. 10.

¶ Secundum autem non requirit manifestam superioris voluntatem in eo, quod iuramentum non seruetur: imò etiam si non appareat de voluntate Romani pontificis, aut alterius superioris nullo pacto ita seruandum esse, quod iuri superioris prauidetur: quemadmodum nec seruandū erit in prauidicium priuati. Esset siquidem tunc iniquissima iurifurandi obseruatio: atque ideo contra regulam illam, quae dicitur, Iuramentum

non debere esse iniquitatis vinculum: probat hoc text. in dict. cap. venientes. de iur. iuran. vbi Ioan. And. & Imo. idem videtur adnotasse. Nam si quis inferior statutum fecerit, idemque iuramento firmaverit de sententijs statim mandandis. executioni non obstante appellatione, tenetur quidem appellationi ad superiorē interpositae deferre, non obstante iuramento, quod non potuit prauidicium facere iuri superioris, qui ius hoc habet, vt ad eum appelletur: licet nondum appareat superioris hac in re voluntas: sicuti in dict. cap. venientes: responsum est ab ipso Romano pontifice.

¶ Secundò est animaduertendum. † In iuramenti assertorij non posse contingere dispensationem. Nam materia iuramenti assertorij pertinet ad actum iam praeteritum, qui mutabilis non est: vnde vel statim fuit verum, vel falsum iuramentum propter veritatem aut falsitatem actus iam praeteriti. Dispensatio autem in hac specie esset contra ius diuinum, & naturale: iuxta quod tenemur Deum in testem veritatis adducere. Etenim postquam iuramentum materiam habuit, quae ab ipso tolli non potest: necessarium dispensatio repellenda est, quippe quae ad actum iuramenti potius quam ad eiusdem materiam tunc verè pertineret quod

neret. quod elegat Thomas explicat 2.2. quaestio. 86. articulo. ix. igitur dispensatio in iuramento tantum promissorio contingere poterit non in assertorio.

¶ Tertio ad huius quaestiois resolutionem erit praemittendum, minime posse procedere, nec obtinere dispensationem quod ad vinculum iuramenti, vt aliquid contra iuramentum fiat. Est etenim ea dispensatio impossibilis: quandoquidem iuramenti vis, eiusque obseruatio sub praeepto diuino continetur: atque ideo cum dispensatio non possit procedere contra ius diuinum, nec poterit quidem contra iuramentum. Igitur in hoc tendit dispensatio iuramenti, vt id quod sub iuramento cadebat, minime sub eo contineatur, nec cadat, quasi non existens debita materia iuramenti: atque ita dispensatio in hoc casu respicit materiam iuramenti, nec contraria est praeepto diuino de iuramenti obseruatione. Sicut & in voto: in quo dispensatio locum habet in hunc sensum, vt per eam explicetur id quod sub voto continebatur, & à vouente promissum fuerat per legem sibi ipsi impositam, in aliquo casu, vel simpliciter esse malum, vel inutile, aut maioris boni impediti  
4 uum: † idcirco in voto dispensatio necessaria est: quemadmodum docet S. Thomas. 2.2. q. 92

voto. 88. articulo. 10. & de iuramento quaestio. 89. articulo. ix. quem sequuntur ceteri Theologi: praesertim hi doctor. quorum statim mentionem faciemus, & quorum meminimus in dicto capitulo. ij. de testament. numero. 10.

¶ Quarto considerandum est, veram dispensationem in voto, & in iuramento inde procedere, quod id quod simpliciter, vel vniuersaliter est honestum aut vtile, & ideo optimè comprehendatur sub voto, vel iuramento: secundum aliquam particularem causam possit esse, vel inutile, vel inhonestum, aut sanè non debita voti nec iuramenti materia. Pertinet autem ad summum pontificem, & ad alios ecclesiae principes, ac praelatos huius particularis causae examen: vt tandem iudicent hi prelati, an aequum sit voti obligationem, vel iuramenti religionem in casibus peculiaribus remittere: alioquin sanè sub iuramento, & sub voto vniuersaliter comprehensio. Nam vbi manifestè id quod in votum, aut iuramentum deducitur, inhonestum est, aut iniquum, tunc nulla est necessaria dispensatio imò iuramentum, & votum irrita sunt. Quod si dubium sit hoc, an promissum voto vel iuramento, possit esse debita voti & iuramenti materia, episcopus id poterit declarare: nec dicetur ea declaratio proprie di-

spensatio: quemadmodum hæc colliguntur ex diuo Thoma in d. q. 88. arti. 10. & q. 89. artic. ix.

¶ Quinto hinc deducitur. posse regulariter à Romano pontifice concedi dispensationem in voto ob aliquam iustam causam, quæ iuxta præmissa eam dispensationem æquam, iustamque efficiat. Quod præter alios probat Thomas dict. artic. 10. idem in iiii. sent. dist. 38. q. j. artic. iiii. & hi, quorum ipse memini in dict. cap. ij. de testamen. numer. 10. & sequ. ex quibus hoc ipsum frequentiori doctorum sententia receptum est.

¶ Sexto apparet, faciliorem multo esse commutationem voti, quam sit eius dispensatio: nam dispensatio in totum & absolute remittit voti obligationem; non sic commutatio. Etenim vota omnia temporalia possunt commutari in perpetuum religionis ingressum absque autoritate superioris: text. in c. scripturæ. de voto. Thomas. 2. 2. q. 88. artic. 12. regia. l. vij. titu. vij. part. j. glo. in ca. monacho. xx. quæst. iiii. Panor. & Felin. in c. peruenit. in ij. de iureiuran. Roman. in lingu. 498. Corset. in singu. verb. votum Syluest. verb. votum. iiii. q. vij. adeo quidem, ut etiam intra annum probationis contingat liberatio à votis, non tantum personalibus, ut ieiunio, & oratione: sed & à realibus, nempe à soluenda elemosina quod aduersus Syluest. constat

ratione vrgentissima. poterat enim votum ieiunij in melius commutari, scilicet in elemosinam: ergo poterit elemosina in melius, nempe in ingressum religionis commutari. Idem satis constat ex cap. licet. de regulari. vbi responsum est, post se quem transire ad strictiorem religionem sine licentia obtenta à prælato. Hæc verò commutationes ratione manifesta probantur. Quia Deus melius & gratius acceptabit opus id quod melius sit: cap. quod super his. de vot. Quod si commutatio non fiat in ingressum religionis, etiam si fiat in melius, non potest fieri absque autoritate superioris: capit. j. de vot. Abbas, Imola, & Felin. in dict. c. peruenit. de iureiuran. Felin. in cap. quod super. col. j. de fide instrumen. d. regia. l. vij. tit. vij. part. j. à quibus Anton. in dict. cap. peruenit. & Syluest. verb. votum. iiii. q. vij. dissentiunt in eo casu: vbi id quod cum voto commutatur, non esset cum ipso voto compatibile, nec sanè posset cum voto concurrere: tunc etenim, quia votum est impedimentum maioris boni, non est necessaria superioris autoritas. Ego verò quicquid alij scripserint, existimo tunc necessariam esse autoritatem superioris ad voti commutationem, cum sit ille qui vouerit incertus, & dubius, an fiat commutatio in melius: atque ita est intelligendus

telligendus text. in dict. cap. j. de voto. At vbi qui votum emiserit certus sit commutationem fieri melius, planè nulla erit autoritas superioris necessaria. Huius opinionis autor est Caiet. 2. 2. quæst. 88. artic. 12. siue commutatio fiat in religionis ingressum, siue in aliud bonum, quod melius absque vilo dubio sit: secundum eundem. quod & Thomas sensit dum in dict. artic. scribit, superioris, & prælati autoritatem necessariam esse in commutandis votis, ad definiendum quod sit gratius Deo. Igitur quoties hoc certum erit, nempe illud esse gratius Deo in quod fit commutatio voti, nulla erit autoritas prælati necessaria. Idem sensit ipse Caiet. in summa, verb. voti commutatio. textus. optinuit in dict. cap. peruenit. de iureiuran. probat & Dominic. à Soto libro 8. de iustit. & iure quæst. 4. artic. 3. Sic & in materia text. in capitul. licet. de penitentiæ. & remissio. vbi Abb. Cardin. & Ancar. existimarent, necessariam esse auctoritatem prælati superioris, ut qui promisit, vel tenuerit ex alia causa dies aliquot ieiunare in pane & aqua, possit ob necessitatem vni leguminibus, piscibus, aut alijs cibis ad sustentationem. Si tamen hæc necessitas certa sit, non erit necessaria prælati autoritas, quæ tunc demum requiritur, cum incertum est, aut dubium, ad sitnè necessitas illa, quam romanus pontifex

ibi exegit. quod adnotarunt Caiet. in summa, verb. à ieiunio excusantia. idem in dict. artic. 12. Ioann. Maior in 4. senten. dist. 38. quæst. 3. ad finem. Est etiam prælati superioris autoritas necessaria ad commutationem voti, quoties ea commutatio fit in non melius, sed in æquale bonum opus. in hac etenim specie si adfit iusta commutationis causa, potest prælatus eam permittere, & decernere, nec fieri debet absque eius autoritate, secundum Caieta. in dict. artic. 12. Illud vero erit præ cæteris obseruandum, voti commutationem in hoc à dispensatione differre, quod dispensatio omnino remittit voti obligationem: commutatio vero in æquale, aut melius fieri debet, iuxta Aristotelis sententiam lib. v. & hæc vnde qui potestatem habeat commutandi vota, non quidem dispensandi, non aliter poterit ea potestate uti, quam per voti commutationem in melius vel in æquale: sicuti idem Caiet. respondit in dicto arti. 12.

¶ Septimo principiè hinc ad materiam iuramenti colligitur, non posse etiam per romanum pontificem dispensari quod ad iuramentum, nisi adfit iusta dispensandi causa, saltem in materia non pertinenti ad liberam romani pontificis dispensationem. Quod tenent Sanct. Thomas in dict. quæstion. 89. artic. 9. vbi Caiet. glo. i. & Doctor. in capitul.

capit. quanto. de iure iurand. & in capitul. cōstitutus. de rescrip. vbi Abba. & Felin. Abb. consil. 12. vltim. dubio & consil. 71. colum. vlti. lib. 1. Cardi. in clem. j. §. vltim. quæst. penult. de iure iurand. Decius in capitul. significasti. de elect. colum. v. Syl. est. verb. iuramentum. v. §. 2. Aymon Saulli. consil. 7. numer. 8. tradit Ioan. de Sela in tractat. de iure iurand. 4. part. quæst. 4. Etenim si iuramentum fuerit priuato præstitum super aliquo contractu vel conuentione, non poterit summus pontifex eius obligationem per dispensationē remittere, nisi subsit causa, quæ iustam efficiat iuramenti remissionem.

¶ Octauo subinfertur, posse summum pōtificem per dispensationem, iuramenti vinculum & obligationem tollere aut remittere, ratione materia, quæ ad eius liberam dispositionem pertinet. Nam in hoc casu procedit planè illud, quod solet dici, in quolibet iuramento semper ceteri exceptam superioris auctoritatē. habet etenim romanus pontifex potestatem in beneficijs ecclesiasticis augendis, aut diminuendis: item quò ad eorū ministeria, si quis igitur numerum canonicorum in aliqua ecclesia statum iurauerit, nō vt detur contra iuramentum fecisse, si ex dispensatione romani pontificis aliquem vltra numerum in canonicum admiserit: c.

cōstitutus. vbi doctō. de rescrip. Item si quis iurauerit non alienare res ecclesiarum, poterit ex dispensatione romani pontificis alienationem rerum ecclesiasticarum permittere, & celebrare. multa siquidem ex hac octaua adnotatione poterunt deduci, si consideremus sigillatim omnia quæ distributiōni, & dispositioni romani pontificis subijciuntur. Præsertim illud est obseruandum, quòd si quis iurauerit quādam legem seruare, aut quoddam statutum, quod per principis romani dispensationem possit relaxari, aut aliquo casu suspendi: poterit quidem idē princeps in hoc iuramento dispensare quò ad vinculum statuti, & iuramenti. quod diuus Thomas sensit in dict. quæst. 89. art. 9. & inibi expressim Caieta. & est cōmuni opinio in dict. capit. cōstitutus. Host. Abb. & Doctō. in capit. quanto. nume. 8. de iure iurand. Nonò subinde constat, posse absolutionem à iuramento dari à romano pontifice, & ab alijs prælatis ecclesie, ratione quidem publici officij: quia ita expedit fieri ad vtilitatē reipublicæ: quandoquē in pœnam humanæ seuitiæ, quæ contingit in iuramenti extortis ad solutionem vsurarum: cap. j. capit. debitor. de iure iurand. de quo & nos aliqua tradidimus lib. j. variar. resol. capitul. 4. numer. v. quo in loco, & in epitome de sponsalib. 2. parte. capitulo. iij.

§. v. Idem diximus de iuramento per metum extorto, à quo datur absolutio per prælatos ecclesie ratione publici officij in pœnam eius, cui iuratum est, vel humanæ seuitiæ. Nam iuramenta ita præstita iurantem obligant ad eorum obseruationem, que potest contingere absque iurantis peccato: datur tamen ex ea causa absolutio: & hæc potest ab Episcopo peti & dari: cap. si verò. capitul. cum quidam. §. vltim. de iure iurand. Quandoquē iuramenta remittuntur ex officio publico ad punitionem eius, cui præstita fuerint, propter aliquod crimen commissum ab eo: aut propter excommunicationem, cuius causa remittitur iuramentum fidelitatis præstitum ex communicatione: capitul. nos sanctorum, & capitul. iuratos. 15. quæst. vj. capitul. vltim. de hæretic. notatur in capitul. inter alia. de sentent. excom. atque hæc equidem nona illatio manifestè exponitur à Caieta. in dict. quæstion. 89. articulo nono.

¶ Decimò ex præmissis apparet, quandoquē ab ecclesia indè rectè iuramenta remitti in totū per naturam rationis consequētis ab antecedenti. Quemadmodum accidere solet, cum aliquis Episcopus, vel aliquis princeps priuatur episcopatu, vel regno: nam ex hoc statim sequitur, iuramenta his à subditis præstita remissa censeri. capitul. ad apo

stolicæ. de re iudicat. in vj. idem dicendum est, quoties statuta religionis, aut alicuius collegij per superiorem reuocantur, aut tolluntur: statim etenim hi, qui iurarunt eadem statuta seruare absoluti censentur ab illo iuramento. quod & idem Caieta. ad monet in dict. art. 9. notatur apud nos in dict. cap. cōstitutus. de rescrip. Hæc sanè de absoluteione à vinculo iuramenti, & de dispensatione vtcunque explicuimus: non ignari multa à doctōribus hac in re tractari in d. capitul. j. de iure iurand. per Ioan. item à Sela in tract. de iure iurand. 4. part. quæst. 4. sed tamen hæc pro resolutione sufficere arbitramur. Sed & si absolutio à iuramento absque iusta causa ex certa scientia principis detur, iniqua erit isthęc dispensatio: tamen si quò ad pœnas legis humanæ aduersus periuros statutas satis proderit: siquidem eas remissite princeps intelligitur: quod facere potuit ex natura legis humanæ, quæ liberæ dispositioni principis subijcitur. Quemadmodum & alibi docuimus, romanum pontificem in simoniæ crimine dispensantem, tollere pœnas iure statutas aduersus simoniacos: non tamen posse tollere, nec permittere simoniæ vitium, vt potè iure diuino improbatum, & demique naturali: de quo disputauimus breuiter in relectōne, capitul. peccatum. de regulis iuris in texto part. 2.

§. 8. n. 9. sic & in iuramento si summus pontifex absque causa, & ubi iuste dispensare non potest, eius vinculum remittat, non redet iram tantum immunem à peccato per iurij: licet pœnas iure humano contra periuros indutas remissile videatur. Proinde cauendum est, nè quis temerè opinetur, indistinctè se immunè & tutum esse à periurio contra diuinam maiestatem commissio, per quamlibet romani pontificis dispensationem. Nam etiam si velit summus ecclesiæ præsul iuramenti religionem & vinculum eiusdem remittere: quando què id facere non poterit: secundum ea, quæ à nobis paulò ante tradita fuere. Sed & in his casibus, quibus summus pontifex potest à iuramento aboluere, & in eo dispensare. † necessarium erit, quòd sciat actum iuratum esse, scientiamque habeat iuramenti. Nam & si princeps potestatem habeat: requiritur in eo voluntas, quæ non ita planè constat, nisi demus, & constituamus in eo scientiam perfectam eius, actus, què per dispensationem tollere conatur: in specie verò quòd sit necessaria mentio iuramenti ubi actus iuratus fuerit, probat gloss. celebris in capit. cum non deceat. de elect. in vj. quæ asseruat, generalem canonem, vel statutorum derogationem minime tollere statutum iuratum, quam gloss. existimant esse singu. Roma. singul. 7. Ale-

xand. in l. j. column. penul. ff. ad leg. Falcid. Abba. column. iij. Felin. column. 2. in cap. constitutus. de rescript. notat. Bartol. in l. omnes popul. 3. quæstion. principali. ff. de iustitia & iure. quod & ipse latius examinavi in rubric. de testam. part. 2. numer. 19. Quo in loco illam quæstionem tractaui, an ad derogatione actus iurati sit satis mentione eiusdem ita facere, vt ea sit apposita clausula in derogatione, quæ hanc verborum conceptionem habet: non obstante quocunque statuto habente quæcù que verba derogatoria, quæ hic forent ad verbum referenda: ea etenim pro expressis habemus. Nam & hæc clausula maximas vires habet: sicuti in d. rub. explicumus.

¶ His equidem illa quæstio satisfactè couenire videtur, qua controuertitur, † An lex civilis, Imperator, seu princeps sæcularis possit iuramenti vinculum remittere? Accursius etenim in l. adigere. §. vlti. ff. de iure patris. scribit, legem civilem habere vim apostolicam, quò ad remittenda iuramenta. quam gloss. commendarunt Bald. in l. non dubium. C. de legib. column. 2. Baptista de sancto Severino in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. column. 33. & plures alij, quorum Iason meminit in l. vlti. ff. qui satisf. cog. ubi est gloss. similis: quibus suffragatur Iurisconsultus in d. l. vlti. respondens, non videri contra iuramentum fecisse eum, qui

qui iuratus in iudicio sistere, id ex concessa causa facere omiserit. ad idem tendit responsum d. Ladigere. §. vlti. quòd refertur lex Iulia de maritandis ordinibus, quæ remittit iusurandum liberto in hoc impositum, ne uxorem duceret. hoc ipsum deducitur ex l. vlti. ff. ad municip. quo in loco Papinianus inquit, Imperatoris Severus, & Antonius rescripserunt, gratia se facere iurifurandi ei, qui iurauerat se ordini non interfuturus: & postea diuuir creatus esset. Huc etiam pertinet text. in l. si quis inquilinos. §. vlti. ff. de leg. j. ubi probatur, iusurandum contra vim legum in testamento præstitum, nullum esse. His etenim auctoritatibus satis apparet, legem sæcularè posse circa iuramentorum vinculum & religionem, aliquid disponere & statuere. Contrarium planè colligitur ex eo, quòd cum iuramenti religio ad reuerentiã, & fidem Deo præstandam pertinet ratione quadam consequenti, ad iudices ac prælatos ecclesiasticos, veluti res spiritualis spectare videatur eius de claratio, interpretatioque. text. celebris in capit. venerabilem. de electio. optimus item in can. nouit. de iudic. capit. cum contingat. capitul. de bitores. de iurand. quibus & huius cap. quamuis pactum. decisio satis congruè accedit. Quam ob id leges sæculares de iuramento-

rum viribus disponentes nullas esse ob defectum potestatis & iurisdictionis ad statuendum in ipso quidem legislatore, asserunt Paul. Castrensis & Salice. in authen. sacramenta pueri. penul. column. C. si aduer. vedit. Cynus, Salice. & Paul. in l. vlti. C. si contra ius vel vtil. public. Hosti. Imol. & Docto. in capit. quanto. de iurciura. Abb. post Ioan. And. in capit. tua. in j. de deci. & alij pleriq., quorum mentio fit ab Alexand. & Iaso. in l. vlti. ff. qui satisf. cogan. Nihilominus tamen ad huius quæstionis integram, nisi fallimur, cognitionem sunt aliquot adnotanda.

¶ Primò, posse legislatorem laicum circa iuramentum præstandum statuere, aliqua ex causa prohibendo, nè id fiat aut præstetur: text. elegans in l. quæ sub conditione. §. si quis sub iurifurandi. ff. de condit. instit. ubi Iurisconsultus respondit, hæredè iussum à testatore aliquid iuramento præstito promittere, minime teneri id iuramentum præstare: sed tamen cogendum fore id facere, quòd testator iniurauerit. Ecce igitur quo pacto lex secularis prohibeat iuramentum fieri: idque ex causis iustis facere poterit. quod in specie adnotarunt Imo. & Domini. col. vlti. in hoc capitul. Quamuis Iason in authen. sacramenta pueri. C. si aduer. vendi. col. vlti. Idem Iason in d. l. vlti. ff. Relect. Didac. Couar. d

qui fatiſdar. cogan. Fortuni. in 9 tract. de vltimo fine iuris, illar. 20. poteſt etenim contingere, quod plurimum interſit rei publicæ aliquot iuramenta mini- mē fieri: atque idē princeps ſc- cularis prohibere iuſtē poterit, ne talia iuramenta præſtentur. Nam & in ſpecie d.l. quæ ſub conditione, ex teſtamento deducitur obligatio ad præſtan- dum iuramentū: hanc verō ob- ligationem legiſlator, qui rei- publicæ curam habet, ex cauſa poteſt remittere: nec per hoc cenſetur iuramentū remiſſe: eū id nondum præſtitū fue- rit. Huius equidem conſtitu- tionis probatio à Iafone etiā adſu- mitur ex d. Ladigere. §. vlt. qui tamen locus de iuramēto præ- ſtitō potius quā de præſtādo tractat: idcirco iſthæc Iafonis inductio improbat̄ à Fortu- nio in d. illat. 20. Eſt tamē text. hac de re ſatis expreſſus in l. ij. C. de indiſt. viduit. tollend. qui prohibet iuramentum fieri de viduitate ſeruanda, etiam ſi id à teſtatore, vel à lege veteri in- dictum fuerit. idem in matre, quæ tutelam filij capit ex lege: nō enim debet nec tenetur iu- ramentum præſtare de ſeruanda viduitate: ſicuti notatur in authen. mat. & auix. C. quan- do mul. tuto. offi. fungi poſſit. authent. ſacramentum. C. eod. titu. authen. vt matres ſine pro- hibi. tu. ger. §. vlti. regia l. iij. ti. xvj. part. vj. Hinc ſanē meritō

diſputabitur, ꝑ an regia conſti- tutio procedere poſſit, quæ vj. eſt titu. j. lib. iij. ordina. prohi- bens grauiſſimis pœnis aduer- ſus tabelliones ſtatutus iuramē- ta fieri, & in cōtractibus appo- nicea quidē ex cauſa, quōd nul- le cōringant fraudes aduerſus iuriſdictionem ſecularē, & re- giam: ſiquidem multi contra- hentes ad effugiendos iudices regioſ, diligenter curant quōd contractus fiant iuramēto præ- ſtitō ad hoc, vt etiam laici poſ- ſint conueniri apud iudicē ec- cleſiaſticum, etiam ſi rei ſint. Etenim ea lex ad euitādas frau- des, quæ frequentiſſimē ob ca- pitul. cum C. laicus. de foro cō- peten. in ſexto. fiebant ad con- ueniendos laicos apud iudicē ec- cleſiaſticum, iuſta quidē eſſe videtur. ſic denique eam deſer- dit Ioan. Lupi, in repetitio. ca- pitul. per veſtras. §. vlti. nu. 30. de donatio. inter virum & vx- orem, ſcribens, regiam hanc cō- ſtitutionem ex eo procedere, quōd circa iuramentum præ- ſtandum ſtatuerit quod legiſla- tori æquū viſum fuit, ac rei pu- blicæ maximē conuenire. Sed tamen hæc regia conſtitutio procedit in contractibus, qui abſque vinculo iuramenti val- di ſunt: non autem in his, qui ſecluſo iuramēto nulli, aut in- ualidi iure cenſentur, vel reſcin- di beneficio ætatis poſſunt. Cuius diſtinctionis rationes latē examinat Didacus à Segura in repe. l. j.

repe. l. j. §. ſi vir. nume. 138. ff. de acquirenda poſſeſſio. eam ſe- quitur: quam etiam admitten- dam eſſe cenſent Ioan. Lupi, in dicto §. vltimo numer. 30. & Guilielmus Benedict. in repeti- tio. capituli Raynutius. de teſ- tamen. verb. duas habes filias. nume. 247. quorum ea eſt po- tiſſima ratio, quōd iuramētum appoſitum contractibus alio- qui abſque religione iuramen- ti validis, omnino videatur ad- iectum in fraudem iuriſdictionis ſecularis: quæ perurbanda non eſt: capitulo nouit. de iudi- cijs. Quam ob rem cum con- tractus aliquis validus ſit, nec poſſit beneficio ætatis minoris reſcindi, ſatis manifeſta vi- detur ea fraus, quæ ratione cō- ſtitutionis vlti. de foro compe- in ſexto omnes ſerē laicos con- trahentes ad iudicem ecclēſia- ſticum trahere tēdit. Imō hæc ipſa regiæ conſtitutionis inter- pretatio expreſſim Pragmatica ſanctione Regum catholico- rum Fernand. & Flizabeth cō- probata fuit Talaueræ, anno 1482. qua tandem permiſſum eſt, quōd iuramentum appona- tur & fiat in contractibus, qui abſque iuramenti religione mi- nimē validi cenſentur: & in compromiſſis, ac donationibus perpetuis. Altera item Pra- gmatica eorundem Regū ſan- ctione apud Madritium, anno 1502. confirmata fuit prima or- dinationum regiarn conſti-

tutio, hoc addito, quōd in contractibus locationum, quæ ſunt de redditibus ecclēſiaſticis poſſit iuramentum apponi. Eſt & ad hæc optimus textus in l. 61. de las Alcaualas: quæ declarationē præmiſſam, quā ex Segura & alijs adduximus, ſatis in ſpecie probat. Non me- later dubium quidem eſſe, an lex ciuilis, & ſecularis poſſit prohibere iuramentum præ- ſtandum ex ea cauſa, vt effu- giant laici conſtitutionem vlti- mam de foro competenti. in ſexto, ſed nihilominus quōd modō diximus æquum eſſe cenſemus, videntes paſſim mil- le fieri fraudes aduerſus regiā iuriſdictionem præter inten- tionem romanorum pontifi- cum, & veterum canonum: potiſſimē cum nulla ex alia ra- tione contractibus additur iu- ramentum, quā vt locus ſit ecclēſiaſticæ iuriſdictioni contra laicos.

¶ Secundū, quod in hac queſ- tione eſt animaduertendum, ad iuramentum præſtitū perti- net, in quo illud erit maximē obſeruandum, Principē, aut le- gem ſecularem non poſſe vin- culū iuramenti remittere; etiā ex cauſa, quoties ad hanc re- miſſionem eſt abſolutio à iura- mēto neceſſaria. Abſolutio ete- nim à vinculo religionis aliq- uam vel pontifici ſummo, vel Episcopis conuenire non po- terit: cap. ſi verō. cap. cum qu-

dam. §. vlti. capitul. j. de iureiurando. capitul. venerabilem. de electio. Hostien. Abb. & Doct. post gloss. ibi in cap. quanto. de iureiur. vbi hanc secundam conclusionem expressim probarunt. His suffragatur ratio satis sufficiens. Agitur siquidē in absolutione à vinculo iuramenti de religione, & spirituali quadam ac diuina obligatione, cuius remissio, aut absolutio, quoties ea necessaria sit, ad eum tantum pertinet, ad quem cura religionis præcipue spectat.

¶ Tertium illud verè considerandum est, posse legē secularē ex ratione naturalis, diuini, & humani iuris, maximè canonici, vel ex natura contractus, alteriusvè actus, cui accessit iuramentum, interpretari, fuerit ne iuramentum licitum, quòve pacto sit intelligendum. Hæc autem conclusio ex eo constat quòd Princeps secularis, ac ciuilis legislator ius habeat interpretandi humanas dispositiones, eorum inquā in quos ius habet ferendi leges: ita quidē

eo ius principatus, iusque ferendi leges tollere. Nam potissimum legum latores hæc curant, quo rempublicam quietius administrarent. Iuramenta verò quæ actibus humanis adscribuntur, eodem modo sunt regulariter intelligenda quòd iisdem actus. Siquidem iurans nihil aliud iuramento promittit, quàm quòd simplici promiserat verbo: simplici quæ promissionem iuramenti religionem confirmat. Vnde fit manifesta ratio, quæ ostendit, iuramentum intelligendum fore iuxta interpretationem, quam actus ille humanus, cui adijcitur, ex legibus secularibus patitur. Deinde patet, ciuilem legislatores ius habere declarandi, & qualiter iuramentorum verba, quæ actionibus humanis adijciuntur, sint intelligenda: & an ea dispositio humana rei publicæ, totiusque communitatis bono contraria sit, & præiudicet. Sic denique satis iure probatur hæc tertia conclusio, ex qua plura deriuantur.

¶ Primum ¶ intelligēt. ad text. l. vlt. ff. qui fatidæ. cogant. non enim secundū iuriscōsultū ibi videtur contra iuramentum fecisse, qui postquam semel iurauit in iudicio sistere, id ex concessa à iure causa agere omiserit. Nam nihil aliud hoc iuramento pollicitus est, quàm in iudicio sistere: hæc verò actus sistendi in iudicio nō ita super-

stitiosè

stitiosè intelligēdus est, vt quo libet die, aut quolibet momento sistere quis teneatur: siquidem nec teneatur diebus feriatis, nec morbo graui impeditus, nec vocatus à maiori iudice in iudicio sistere. Habet sane hæc promissio sistendi in iudicio varias conditiones ex legibus humanis, & seclularibus, quibus iudiciorum ritus, & auctoritates submituntur. Vnde iuramentum præstitum super promissione sistendi in iudicio verè ita intelligendum est, vt qui iurauit nequaquam sistere teneatur in his casibus, quibus à iure humano, & legibus seclularibus immunis censetur ab obligatione sistendi in iudicio etiā si sistere promiserit. Quod vt eleganter explicat Fortunius in dicto tracta. de vlti. sine iur. illat. 20. deducitur à mente ipsius iurantis, qui iuratus sistere in iudicio minimè promisit, nec intēdit promittere, quèd sifister in iudicio his diebus quibus nec ius redditur, nec vlla ex parte commodè potest in iudicio præsens esse. Deinde proprium iuramentum qui iurat intellexit secundum iuris interpretationes, nec in alium sensum iurationem accepit: quod rectè fieri ab eo potuit: atque idèo non aliter est eius iuratio accipienda: cap. Quinta uallis. cap. ad nostram. de iureiuran. cap. ex parte. cap. ad audientia. de clericis non residentibus. l.

si libertus. ff. de operi. liber. c. 22. ratione Bald. in l. nō dubium. col. penult. C. de legib. gloss. in dict. l. vltim. & doct. quidam ibidem falluntur dum sentiūt in specie dict. l. vltim. ius ciuile remittere iuramentum, & iuratem verè quidem per iurum fuisse, sed tamē ficti iuris fictio ne per iurum nō esse. Hæc etenim est verè commentitia iuriscōsulti interpretatio. Nam inibi iurans per iurum non est, nec in casibus, quibus iure redditor immunis à sistendo in iudicio, necessaria est remissio iuramenti: cū id nō obliget tūc iurante. Est igitur propria interpretatio à iure humano facta eius quidē actus, & promissionis quibus iuramentū accessit.

¶ Secundò, ¶ ex hac tertia conclusione colligitur propria ratio text. in l. vlti. C. de non numerata pecunia. vbi qui iuratus promisit soluere centum sibi mutuo numerata, poterit nihilominus intra biennium opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ: quam opponere potuisset, si simpliciter cauisset pecuniam mutuam solutam. Iuramentum enim in illius cōstitutionis responso intelligitur iuxta iuratis consensum ex legis ciuilis interpretatione deductum: non alia ratione quàm quòd hæc promissio de soluenda pecunia mutuata, fiat aut præsumatur facta spe futuræ numerationis: vt

d. ij

pliat Fortuni. in l. si vnus. §. pa  
ctus. nu. 11. ff. de pact. at trigimus  
& nos obiter in ii. parte rubri.  
de testa. nu. 12. idem confirma  
tur. Quia iuramentum intra  
limites consensus à lege præ  
sumptos, & actus humani in  
terpretatione constitutos ad  
dir obligationi religionis vin  
culum, non tamen hos limites  
excedit: secundum ea, quæ tra  
duntur per Bart. in l. Titia. §.  
Imperator. ff. de lega. ij. & in l.  
si quis pro eo. nu. 15. ff. de fide  
iusfor. iurans equidem contra  
ctum literarum, & promittens  
pecuniæ solutionem, quamvis  
obligationi consentiat, sub spe  
tamen futuræ numerationis  
consentit, & ob illam causam:  
idcirco causa illa cessante, nec  
numeratiõe sequuta, rectè abs  
que labe periurij non numera  
tæ pecuniæ exceptione obij  
ciat: cū ipse nec iurauerit, nec  
obligationi consensit eo casu,  
quo pecunia numerada nõ  
esset: quod animaduertendum  
est: nam id Iason in l. si cõuen  
rit. nu. 16. ff. de iurisdic. omni.  
iudi. post Alex. ibi, & Imolã.  
in c. j. de iudic. & in c. per tuas.  
de arbi. ac Deci. in d. c. j. nu. 23.  
videntur hac in specie adno  
tare. Illud tamen obiter adno  
tandum est, exceptionem non  
numeratæ pecuniæ apud Gal  
los nõ admitti. etiã intra bien  
nium, etiam aduersus simplicè  
cautionem: vt testatur Rupel  
lanus lib. j. forensi. infitru. c. 35.

nec apud Bituricenses teste Boe  
rio in consuet. Biturig. titu. de  
iurisdic. c. viij. nec ipse apud  
Hispanos vnquam vidi admis  
sam fuisse ad effectum, vt credi  
tori intra biennium incumbat  
onus probandi pecuniam verè  
numeratam fuisse. Sic denique  
dicit. l. vlti. C. de non nume. pecu.  
quoad istam quæstionem ex  
plicada est omnino. Vnde eius  
dem constitutionis responsio  
tunc sanè obtinet, cū quis iu  
rauit se soluturum, aut promif  
sionem soluendi confirmauit  
iuramento: at si iurasset se re  
cepisse mutuam pecuniam, ex  
ceptionem nõ numeratæ pecu  
niæ amittit, ne eam oppo  
nens veniat contra iuramentũ  
& alleget se fuisse perituum:  
quemadmodum in d. l. vlt. ad  
notarunt Bald. Sali. & Paulus  
Castrensis Bal. ite consil. 447.  
lib. j. Alex. in l. Seius. & Auger  
ius. col. vltim. ff. ad leg. Falci.  
Deci. in l. qui pecuniã. nu. 4. ff.  
si cert. peta. quod Acur. com  
muni omnium consensu recep  
tus satis probat, ita intelligit  
d. l. vlti. Vnde manifestissimè  
errare videntur qui d. l. vlti. res  
ponsum etiam eo sensu accipi  
unt, vt de iuramento præsti  
to circa numerationem etiam  
accipitur: quo quidem errore  
labitur Io. Imola. in c. cū cõn  
tingat. nu. 85. ver. si. sed aduerte  
de iure iur. & alij, quos optime  
reprehendit Emanuel à Costa  
in l. si ex cautione. C. de non  
numera.

numera. pecunia. fallent. ax.

¶ Tertio, hinc apparet + in  
terpretatio text. in d. l. adigere.  
§. vlti. ff. de iure patron. vbi iu  
risconsultus iuramentum à li  
berto præstitũ de non cõtrahẽ  
dis nuprijs remittit: id est iure  
remissum esse interpretatur.  
Nam si iuramentũ id obligas  
set semel, certè non posset per  
legẽ secularẽ remitti. Sed quia  
id iuramentum nusquã obliga  
uit, potuit lex humana inter  
pretari, vim & potestatem iura  
menti explicando, nullam ex  
eo constitutã fuisse obligatio  
nem. Hanc verò interpretatio  
nem Iuriscõsultus exponit au  
thoritate leg. Juliz de maritan  
dis ordinibus. Etenim condi  
tio, aut promissio de non con  
trahendis nuprijs, apud roma  
nos olim ita odiosa censeban  
tur, reipublicæq; & eius utilita  
ti contraria, vt à testamentis,  
alijsq; actibus omnino remit  
teretur: atque ea semota, purus  
manebat actus ac si cõditioni  
obtemperatũ fuisset. l. mulieri  
& Titio. ff. de codic. & demon  
stra. l. ij. C. de indic. vidui. tollẽ.  
l. sed si hoc. §. si. cū seq. ff. de cõ  
dit. & demõst. idẽmq; nos obi  
ter adnotauimus in epitome  
ad 4. librũ Decret. ij. part. c. iij.  
§. 9. nu. 11. & lib. j. varia. resolu.  
c. 19. nu. 9. Igitur cū actus hic  
cuius meminit Iuriscõsultus  
in dict. l. adigere. §. vlti. habeat  
promissionẽ contrariam utili  
tati reipublicæ secundum iu

ris humani manifestam deci  
sionem necessariõ sequitur, ius  
iurandũ non posse illius actus.  
nec promissionis obligationẽ  
inducere, quandoquidem ne  
mo possit proprio iuramento  
reipublicæ, nec denique alteri  
priuato præiudicare. Ius nam  
que ciuile præcipuè ob utilita  
tem reipublicæ promissionem  
de nõ contrahendis nuprijs præ  
lam improbauit, eam esse rei  
publicæ perniciosam decernens:  
quamobrem nec iuramentum  
eam potuit honestam efficere:  
reg. non est obligatorium. de  
reg. iur. in vj. quod & ratione  
naturali probatur. actus siqui  
dem reipublicæ contrarius &  
perniciosus natura ipsa est im  
probatus, eo ipso quod ea di  
scet utilitatẽ cõmunitatis om  
nibus alijs præferendã esse: cui  
quidẽ utilitati, priuatorũ cõsen  
sus nocere iure nõ potest qua  
cunq; cõuentione. l. filiusfamiliã.  
§. veterani. ff. de procur. cū  
alijs, quæ notatur in l. si quis in  
constribẽdo. C. de pact. c. si di  
ligenti. de foro cõpet. Ius publi  
cum. ff. de pact. nec iuramentũ  
quidquã facit hac in specie, cū  
tractetur de iure publico, aut  
saltẽ alterius à iurãtẽ. venien  
tes. c. cū cõtingat. c. intellecto.  
de iure iur. idcirco hæc est mag  
is congrua interpretatio ad  
text. in d. l. adigere. §. vlt. quã &  
Fortun. expouit in d. tract. de  
vlti. sine. illat. 20. optime repro  
bas Aſcurfiũ & alios qui in d.

§.vlti.adnotarūt, quoad iuramēti remissionē legem habere vim apostolicā. nam id falsum est: cū nō tractetur ibidē de ablutioe à iuramēti vinculo, sed tantū de eius interpretatione.

¶ Quartò hinc cōstat defensio text.in l. si quis iniquilinos. §.vlti. ff. de legat. j. quo responsum est, iuramentū nullam habere vim, nec obseruandū esse, quoties quod iuratur, bonis moribus aduersum est. Ea si quidem responsio cōformis est iuri pontificio & naturali: quibus est satis apertū, non debere iuramentum esse vinculum iniquitatis. Vnde si quod iuramento promittitur, iustitiæ, & bonis moribus contrariū est, dubiò procul id non est seruandū. Nec video cur ius ciuile hac in parte interpretari, & explicare nō possit ea, quæ sunt bonis moribus cōtraria: cū & legislator secularis quò ad reipublicæ regimen verè interpretari possit iuris naturalis præcepta, leges, & statuta hac de re sancire: vt circa homicidium, adulterium, furtum, falsum testimonium, & his similia, quorū interpretatio necessaria est ad optimā reipublicæ institutionē l. vt vim. ff. de iustit. & iur. l. bona fides ff. de depositis. nec hoc indiget maiori probatione, cū verè negari non possit: alioqui legislatores seculares satis strictā haberent potestatem ferendi leges super actibus verè tempo-

ralibus: quod satis absurdū esset, alienūque à diuina, ac naturalis institutione. At si semel à lege seculari fuerit definitū, aliquid esse contrarium bonis moribus, & planè iniquū: manifestè conuincetur, eū actum iuramento confirmari nō posse, vt is licitus censeri debeat. Principaliter quartò erit obseruandum, legem ciuilem humanam quidem, & secularem, ipsūque principē posse iusu randum remittere in ea materia, quæ ipsius principis, legis seularis potestati subicitur: nec remissio ista vim absolutio nis obtrinet: quia iuramentum sub hac cōditione ligat iuramentum, nisi princeps superior, cui iuramēti materia submittitur, aliud voluerit, ac decreuerit: si cuti & illā conditionem iuramentum priuato præstitū semper patitur, nisi priuatus ille iuramentū remiserit. Hoc ipsum est, quod passim adnotatur, in quolibet quidē iuramēto intelligi exceptā superioris auctoritatis: quò ad ea scilicet, quæ ad superioris potestatem pertinent: cū illi per iuramētū præiudiciū fieri nō possit. c. constitutus. de rescrip. Quo fit, vt planè appareat ratio germana ad iurisdictionis responsum in l. vlti. ff. ad municipalem. Si quis etenim iurauerit, se ordini non interfuturū, poterit Princeps secularis hoc iuramentum remittere, si ille in magistratum ordi-

nis, aut

nis, aut in decurionem fuerit electus. Nam hoc iuramentum præstitum in hac materia de ciuilibus magistratibus, ad quos subeundos respublica & princeps, qui eius administrationē habet, poterunt quemlibet cogere ob vtilitatem publicam, hunc intellectum, hancvè conditionē patitur, nisi princeps aliud iusserit. aliter etenim esset iuramentum perniciosum, & vinculū iniquitatis. Sic denique est interpretandum, quod vulgò dici solet, in omni quidem iuramento intelligi exceptam esse superioris auctoritatem. Atq; ita defendi possunt aliquot iuriscelsæ decisiones, quorum tutelam, & defensionem diligenter suscepit Fortunius in dict. illatio. 20. tamen si Panorm. & alij in c. tua nos. de deci. existimauerint, eas leges nullas omninò esse. Quæ de re tractabitur in ij. parte huius relectionis cū examinabitur regu. iur. canonici, quæ dicitur, iuramentum contra bonos mores non esse obligatorum.

¶ Quintò ex his manifestè constat, ius ciuile, ac seculare posse leges statuere super puniendis periurijs: quod nos probauimus in epitome ad iij. lib. Decre. ij. part. c. vi. nu. 20. notat idem Fortunius in dict. illat. 20.

¶ Sextò hinc dubium est, an lex secularis possit tollere effectum iuramenti, cuius meminit text. in c. debitores. de iure-

iur. nam Imbert. Rupell. libr. j. forens. instit. c. 23. testatur, eum effectū apud Gallos sublatum esse: quod nō potest aliter defendi, quā ex patientia, & quadam tacita Episcoporum absolutione. aut tandem iudices, negant actionem efficacē vsurario agenti ad vsurarum solutionem, etiam si debitor eas fuerit iuramento præstito pollicitus, quod æquisimum est.

¶ Septimò apparet, dubiam esse Galliæ praxim, cuius meminit Carol. Molinæus in additionibus ad Alex. consil. 27. lib. j. quæque nusquam recepit constitutionē authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendit. vbi ratione iuramenti negatur minoribus ætate in integrum restitutio aduersus enormem lesionem, quam ætatis facilitate patiūtur in cōtractibus. Forlan enim ea praxis ob dissimulationem romani pontificis, & episcoporum, excusationē habet. vel ex eo defenditur quèd consuetudo forensis laicorum potuerit tollere ab iuramēto eam vim, & effectum quem ei leges seculares dederant. Atque tūc ex ratione cap. cū contingat. ca. debitores. c. si verò. de iureiur. licet in integrum restitutio minori, qui iurauit, concedatur: nihilominus quia egit contra iuramentum, quod potuit seruare absque interitu, & periculo salutis spiritualis, actor peritius

cēsebitur. idcirco prior practici  
stylidēfensio magis applaudet.

Hæc diximus de legibus ci  
uilibus, quæ circa vires iuramē  
ti disponūt. Nec enim possunt  
effectus iuramenti, quos habet  
ex lege naturali, diuina, vel ca  
nonica tollere: cum isthęc ma  
teria præcipue pertineat ad ro  
manos pontifices ob religio  
nem iuraturandi: text. celebris  
in cap. venerabilem. de electio.

Qui licet probet, declaratio  
nem iuramenti, an id licitum,  
vel illicitum sit, ad romanum  
pontificem pertinere: ea tamen  
constitutio hac in parte proce  
dit propter materiã subiectã,  
quæ ad summum pontificem  
pertinebat, nõ ad alium. quan  
doquidem nullus poterat de  
causa illa cognoscere, aut iudi  
care præter romanum pontifi  
cem, ex eo, quod ibidem agere  
rur de iuramento præstito su  
per electione veri, & iusti Im  
peratoris. nõ tamen ex hoc ne  
gatur in ea constitutione, ius  
interpretandi iuramenta, an  
ea licita sint, vel illicita, posse  
ad principes, & legislatores se  
culares pertinere: tametsi verũ  
sit ad summũ pontificẽ maxi  
mẽ pertinere ius explicandi ve  
ros effectus iuramēti deducen  
dos quidẽ à ratione legis natu  
ralis, vel diuinæ. Qui verò nos  
se cupit multa alia de hoc arti  
culo, legat Fortunium in dict.  
tracta. de vltimo fine. illat. 20.

¶ Cæterũ quia de absolutio

ne ab obligatione voti, & iura  
menti tractauimus, operã præ  
tium erit expendere, ¶ an pos  
sit quilibet prælatus absoluere,  
aut dispensare super voto pœ  
nali, priusquã opus illud, quod  
sub pœna interdictũ est, com  
mittatur? Et sanẽ si votum fiat  
alicuius operis absolute, pote  
rit super eodem voto dispen  
sare is prælatus, qui ius, & po  
testatem habet super ea re, quæ  
in votum deducta est, dispen  
sandi: vt si quis vouerit non lu  
dere. Nam in omni voto quili  
bet Episcopus dispensat, præ  
ter votũ religionis, & peregrina  
tionis Hierosolymitanæ: vt  
communiter receptum est, &  
explicat diligenter Dominicus  
Soto lib. viij. de iustit. & iur. q.  
iij. articu. iij. vbi idem tradit in  
voto perpetuæ castitatis, & Ro  
manæ, ac compostellanæ pere  
grinationis. Quorũ primum  
iure, duo vero vltima consue  
tudine asserit excipi ab Episco  
porum dispensatione. At si in  
hunc modum votum concep  
tum fuerit, vt quis vouerit nõ  
ludere sub pœna religiõis, aut  
Hierosolymitanæ peregrina  
tionis: ante commissam pœnam  
poterit quilibet Episcopus, cui  
vouens subditus sit, dispensare  
ex causa quidẽ: post commissam  
autem pœnã quidam censent,  
posse votũ pœnale religionis,  
aut peregrinationis Hierotoly  
mitanæ dispensari per Episco  
pum: quãuis votũ istud peregrina  
tionis

nationis huius, vel religionis,  
nullius admittat prælati dispē  
sationẽ, nisi ea concedatur à ro  
mano pontifice: quãdo votum  
hoc est absolutum. Differentiæ  
ratio inde sumitur, quod voues  
directẽ & absolute religionem  
in animo habet, & desiderio il  
lam profiteri vt rem sibi grauif  
simam: atque ideo votum deli  
berationẽ habuit perfectã. Sed  
qui vouit lege pœnæ religionẽ,  
aut peregrinationem, non ha  
bet animo ea quæ vouet, nec  
ideò promittit illa quod sibi  
sint cordi: imò ad ea tanquã  
sibi ingrata & molesta in pœ  
nam obligari voluit: vnde for  
san iusta causa est, q̄ per Epi  
scopum fiat, & concedatur di  
spēsatio. His accedit quod for  
san quibusdã videbitur nõ om  
nia vota conditionalia & pœ  
nalia esse deliberatione iusta  
emissa: nam Ambrosius Catha  
rinus contra Caiet. censet, non  
valere votũ hoc: promitto in  
gredi religionem, si commisero  
adulteriũ. quod valere præ  
mittit Caiet. in summa, verb. vo  
tũ. Nihilominus tutior est eo  
rum opinio, qui censent ad  
huc in hoc casu post commis  
sam pœnam necessariam esse  
romani pontificis dispensatio  
nem: quia iam est contracta ex  
voto obligatio ad religionem,  
cuius equidem voto derogare  
per dispensationem nemo po  
test præter ipsum romanum  
pontificem. atque ita in hac q.

visum est Dominico à Soto, in  
Institutione de cauendo iura  
mentorũ abusu, parte. j. c. ix. &  
lib. viij. de iust. & iur. q. ij. arti. j.  
& q. iij. arti. iij. Nec enim defi  
cit promissio saltem implicita  
ad votum religionis in huius  
quæstionis specie. vnde par est,  
quod obligationẽ ad religio  
nem ex causa voti inductã esse  
iudicemus. Qua in re illud est  
obiter adnotandũ in quolibet  
voto præsertim religionis esse  
necessariam explicitam, aut sal  
tem implicitã promissionem:  
nec propositum ingrediendũ re  
ligionem, & in ea permanendi  
perpetuũ, sufficeret. tex. elegãs  
in cap. literaturã. de vot. Aliud  
etenim est promittere ingres  
sum & professionẽ religionis,  
aliud habere propositũ ingre  
diendi, profitendi, ac perseue  
randi. Nam qui propositũ ha  
bet, nec explicitẽ nec implicitẽ  
promittit professionẽ religio  
nis: cum aliud sit proponere, a  
liud deliberatẽ promittere: sic  
uti eleganter explicat Caieta. li  
bro 17. responsion. c. vij. & Do  
min. Soto. d. lib. viij. q. j. artic. ij.  
tametsi doct. iuris canonici in  
terpretes non possint excusari  
à non satis diligenti huius arti  
culi examinatione. sic sanẽ text.  
in c. cõsulti. de regular. dũ pro  
positum absolutũ sufficere cen  
set ad perpetuã religionẽ, intel  
ligendus est de proposito abso  
luto, ex quo tamẽ possit dedu  
ci saltẽ implicita religiõis per

petuæ promissio: alioqui minime coueniret ea respõsio cū c. literaturā. Quòd si quis vetū fecerit ingrediēdi religionem minimè pollicitus explicite, vel implicite perpetuam religionem, cõsetur vouisse secūdum ius, vt tandē gaudeat anni probatione: intra quem possit pœnitere, si viderit eum statū sibi commodum, aut gratum, non esse: sic enim Thom. censet in 2.2.q.189.arti.iiiij. quem sequuntur Dec. in cap. in p̄sẽntia. de probat. num. 55. Archid. in c. sci mus. xij. q. j. Henricus in c. statumimus. colum. iij. de regula. & Florent. iij. part. titu. xvj. c. ij. §. iijij. Syluest. verb. religio. ij. q. 19. & Iason in l. si quis hæredem. nume. xij. C. de instit. & subst. Ex mente tamen S. Thomæ deducitur, secus esse dicēdum vbi quis votum fecerit, aut promiserit profiteri in aliqua religioe, vel esse religiosum. quod & Syluest. notat imò si quis vouerit fieri religiosum: intelligitur votū istud in anno quidem probationis: nõ tamen de perfecta, & perpetua religione. Itẽ si vouerit quispiã, esse religiosum, ea tamẽ intẽtione & mente, vt velit gaudere anno probationis, poterit intra annum ante professionẽ tacitam, vel expressam à monasterio exire. sicuti vtrunque docere conatur Caic. in d. artic. iij. quæ omnia omninò notanda sunt ad perfectam voti obligationem,

vt sciamus qua ratione teneatur quis ex deliberata promissione ad votum vel religionis, vel alterius boni, ac pij operis.

Ex §. sequenti.

- 1 *Iuramentum propriam & primordiale naruram actus, cui accedit, sortitur.*
- 2 *Intellect. ad text. in l. quoties. C. de rei vendi. an v̄ obtineat quando prima venditio fuit iurata.*
- 3 *Donatio iuramento firmata, an reuocetur natiuitate filiorum, aut eboritate l. si vnquam. C. de reuocand. donatio.*
- 4 *Fiduciosus an raturae iuramenti amittat beneficium excussionis.*
- 5 *Emphyteuta qui iuramentum in contractu præstitit, an priuatur emphyteusi, si canonis solutionem intra biennium omiserit.*
- 6 *Obligatus ad factū an ratione iuramenti cogatur p̄cise facere.*
- 7 *Intellectus ad l. si conuenerit. ff. de iurisdi. omni. iudi.*
- 8 *Intellectus ad textum in cap. ad nostram. de iureiur.*
- 9 *Iurans soluere certā quantitatem, an possit cõpensationẽ obijcere.*
- 10 *Qui iurat alteri nulli grauiam inferre, an possit iure eum in iudicio, vel extra consentire.*

§. Quartus.



**Q**UATER in precedenti §. tra ctauimus de interpretatione iuramenti iuxta consensum & metem iurantis, atque item

que item secūdum ipsius actus iurati propriam conditionem & naturam: oportet tamen modò eandem materiam iterū altius exponere, ab origine & radice deducendo, quid de hæc re iura explicuerint. Nam illud iuris est apertissimū, iuramentum propriam adsumere naturam actus cui apponitur, & secundum eam intelligēdum omninò esse. Hoc probatur in dict. l. vlt. C. de non numer. pecu. vbi iuramentum, quo quis iurat soluere pecuniã sibi mutuo numeratam, eã conditionem habet, vt intra biennum possit qui iurauit opponere exceptionem non numerate pecuniæ: sicuti paulò antè dictū est. Hæc siquidem promissio sol uendi pecuniam numeratã, propriam hæc naturam habet, quòd possit intra biennum obijci exceptio non numeratæ pecuniæ. idem constat in ea, quemadmodum. de iureiur. Etenim qui iurat aliquam in vxorem se ducturum, nõ tenebitur eam vxorem ducere, si post hanc promissio. nem ipsa fuerit fornicata: quia huius spontalitiæ promissionis illud proprium est, quòd spontaneum non mutatur: igitur iuramentum non mutat hanc propriam huius actus naturam. tacit optimus text. in l. vltim. C. de liber. caus. Sed ne quis mihi statim obijciat plures effectus, quos contra actus iurati habent, quosque minime habuissent absque iuramento, inquirere necesse est hu.

ius conclusionis verum intellectum. Et tanẽ ita est hæc propositio accipienda, vt de natura propria, & à primordio ipsi actui conuenient, non de accidentaliter intelligatur. sic demque iuramentum acsumit actus naturam primordiale, vt ita loquar, non accidentalem: ea siquidem propter vim iuramenti plerunquẽ mutatur, quod satis euidenter ex multis apparebit, quæ de effectibus iuramenti traduntur, & à me statim tradentur: & hoc probatur eleganter auctoritate iuriscõsultu. l. itẽ veniunt. §. cūm prædixerimus. ff. de petit. hære. vbi distinctio maxima fit inter ea, quæ ab initio naturaliter insunt actui, & ea, quæ ex accidenti ei conueniunt: vt actio alteri subrogata secundum primordiale naturã, non secundum accidentalem subrogetur. notat glo. in l. certi conditio. in princip. ff. si cert. petat. cuius præter Bau. tol. & docto. ibi meminit Bald. in cap. vltim. colum. 3. de iureiuran. vltim. Bald. in l. vnic. §. itẽ si non. C. de rei vxo. actio. eius tamen intellectum examinat Zafius lib. i. singul. respons. capitul. 14. ex quibus communẽ omnium cõsensu receptum est, iuramentum naturam primordiale actus, cui accedit, sequi non accidentalem: quod notant in specie Ar. et. colum. penult. & Dec. nume. 23. in cap. j. de iudic. & ibi Alciatus numer. 46. sed tamen dubitatu, quæ dicantur

naturalia, & accidentalia contractus, vel actus alicuius? Bald. equidem in l. j. colum. j. C. commodat. eleganter, ac subtiliter scribit ea, quæ veniunt accidentaliter triplici ratione contingere, ratione equidem more, culpa, vel conventionis: ea verò dicitur naturalia, quæ procedunt virtute quadam ab initio à propria rei specie: cui cognitioni plurimum accedit text. in l. pacta cōuenta. ff. de contrahen. emptio. & in dict. §. cum prædixerimus. vbi *glos.* hoc ipsum sensit. Sic sane secundum hanc traditionem advertendum erit in actibus iuratis ad ea, quæ ex natura, vel ex accidenti eadem actui conveniant. Ut denique sit omninò cōpertum, iuramentū alicui actui accedens tequitur naturam ipsius actus principalis, in quo interponitur: quod non semel ex dict. l. vltim. adnotavimus. Cuius ad hoc meminere Bald. in capitul. cum omnes. colum. penult. & ca. quæ in eccle. siarum. colū. v. de consuetu. Abba. in capitul. cum contingat. de iure iuran. numer. 14. text. elegans, sicuti Iason ibi notat, in l. sed etsi possessori. §. 2. item si iuravero. ff. de iure iura. Quibus & illud suffragatur, quod iuramentū nō auget obligationē, nec cōsensum, sed ei tantum intra limites suos manenti addit religionis vinculum: quod voluit Bald. in l. si procurator. colum. 3. versicul. & prædicta sunt vera. ff. de condit. indebit.

Nam qui iurat actum aliquem, nisi aliud expressim addiderit, illum iurare intelligitur iuxta sensum, naturam, & qualitates proprias, quas ille actus habet ex natura sua secundum leges humanas: argum. leg. Titius. in fine. ff. ad Trebelian. Quamobrem præter multa quæ de interpretatione iuramenti hac in parte adduci possent: duo tantum generaliter adnotabimus. Primum quidem, iuramentum esse intelligendum secundum naturam, conditiones, & qualitates, quas actus, cui accessit, ab exordio ex proprietate eiusdem per legem canonicam & civilem consequitur. Secundum, omninò iuramentum ita intelligendum fore, ut nullam interpretationem præter consensum iurantis patiat. c. Quintavallis. de iure iurand. capitul. cum iuramento. de homi. notatur in capitul. veniens. de iure iura. Ex quibus aliquot inferam. Nam de effectibus, qui procedunt à religionis vinculis, passim à doctoribus traditur.

¶ Primum quidem hinc colligitur vera interpretatio text. in l. quoties. C. de rei vendi. ex qua si quis domum Titio vendiderit primò, & deinde eandem Sempronio vendat, & tradat: dominium huius domus in Sempronium transfertur, nec Titius poterit adversus secundum emptorem agere. Nam etiam si prior venditio iurata fuerit: nihilominus

hominis eadem decisio obtinebit: cum natura contractus emptionis, & venditionis ea sit, ut ante traditionem dominium in emptorem minime censeatur translatum donec perfecta traditio fiat: & idcirco si res vendita alicui, alteri ante traditionem vendatur, & eidem tradita fuerit: hic secundus emptor efficitur perfectus dominus rei emptæ. l. j. cum alijs. ff. de actionib. empti. atque ita dicitur l. quoties. intellexit Iohannes Imolenis in capitul. cum contingat. de iure iurand. numer. 81. quem sequuntur Iason in ea l. quoties. numer. 36. Hippo. in l. qui duobus. numer. 9. ff. de falsis. & Ludovic. Gozardi in consili. 14. numer. 2. eandem opinionem & nos probavimus in epitome ad 4. lib. Decret. 1. part. capitul. v. numer. 9. cui accedit text. in capitul. sicut. de sponsalib. qui probat, sponsalia, etiam iurata, per subsequens matrimonium dissolvi.

¶ Secundò inferitur maxima extensio ad text. in capitul. cum locum. de spons. Ex quo patet, matrimonium metu contractū nullum esse ipso iure. id enim verum est, etiam si contractus is conjugalis iuratus fuerit. Nā id iuramentum, licet alioqui metu præstitum validum sit ipso iure donec absolutio ab eo præstita fuerit, accedens contractui conjugali eius naturam fortitur ut ratione metus nullum sit ipso iure, nec absolutioem ex-

gat: quia materia subiecta, quæ speciali quadam ratione omninò liberum consensum requirit, operatur quòd iuramentum prois sit nullum. quemadmodum latius disputavi in secunda parte epitomes capitulo tertio. §. quinto numer. 2.

¶ Tertid ex præmissis deducitur ratio eius opinionis, quam Bartol. explicat in l. Titia Seio. §. Imperator. quæst. vltim. ff. de legat. l. j. vbi Bald. & Cuma. post eum existimant, quod donationem etiam iuramento præstitam posse reuocari, si donator post eam liberos habuerit: secundum l. si vnquam. C. de reuoc. donatio. ex qua constat, donationis cuiuslibet proprium esse, quòd ea reuocetur, si donator liberos habuerit. Vnde cum iuramentum appositum donationi sequatur naturam, & proprietatem eiusdem, satis constat non deficere propter iuramenti adiectionem hanc donationis proprietatem, & naturam primè uari. Quam opinionem sequuntur plures, quos refert Andreas Tiraquellus in dict. l. si vnquam. in principio, numero 168. ex quibus apparet eam communem esse.

¶ Quarto ex his poterit perpendi veritas eius resolutionis, quam in rubr. de testamento. 2. parte. numer. 10. explicuimus circa duarum quæstionum dubitationem. Quarum prima est de donatione iurata inter virum

& uxorem, an ea habeat conditionem istam, quod præmoria- tur donator? Altera quidem est de donatione causa mortis etiam iurata, an possit ad mortem usque reuocari? Nam harum controuersiarum definitio ex eo pendet, an iuramentum tollat harum donationum propriam naturam: quod inibi latè tractauimus.

¶ **Quintò** ab eadè radice procedit quod Bald. scribit in capit. ex rescripto. de iure iuran. existi-  
 4 mans, et fideiussorem cum iuramento promittentem se soluturum creditori quicquid à debitorè principali is adsequi non possit, teneri omnino ad solutionem debitæ pecuniæ, etiam nulla facta excusio. Etenim si vires iuramenti rectè perpendamus, manifestè apparebit, falsam esse hanc Baldi sententiam. beneficium siquidem excusio- nis hac in specie non tantum ex conuentione hominis, sed ex propria natura, & primæua contractus deducitur, ac oritur: l. decē. ff. de verb. obligat. l. j. C. de conueni. fisci debitor. l. vlt. in prin. ff. si cert. peta. quo in loco Alex. Iason, & Dec. Baldi opinionem falsam esse asseuerant, ea ratione quod iuramentum sortiatur planè qualitates, & conditiones eius actus, cui accedit. dict. l. vit. C. de non numer. pecunia. capit. ex parte. de clerici. non resid. Imò & fortiori casu dicendum erit, quemcumque fideiussorem ha-

biturum esse beneficium excusio- nis & Authen. presentu. C. de fideiussori. etiam si contractum fideiussionis iurauerit: cum hoc beneficium cuiuslibet fideiussori ex natura contractu competat: quod eleganter Bald. sibi contrarius docet in capit. cum contingat. de iure iur. 7. conclusione: dicens, ex instrumento propter iuramentum oriri obligationem fideiussoriam cum omnibus qualitatibus, & beneficijs, quæ habent aliarum obligationes fideiussionæ. Vnde palam voluit Bald. beneficium excusio- nis minime tolli per iuramentum: quæ sententiam iterum sequuti sunt Barbat. in consil. 43. lib. 2. nu. 10. And. Alciat. in dict. cap. cum contingat. numer. 174. Tiraquel. in dict. l. si vnquam. in princ. num. 147. tamet si Baldum in dict. ca. ex rescripto. sequantur Alex. in consil. 29. lib. 7. col. vlti. & Hippo. in rub. ff. de fideiussorib. nu. 9. tenentes, beneficium excusio- nis excludi per iuramentum ipsius fideiussoris contractum iurantis, ex ratione tex. in cap. ex rescripto. cui responderi poterit in eo tex. quod dicitur iuramentum seruandum fore, intelligendum esse seruato ordine compulsionis, vt prius fiat excusio in principalibus debitoribus: & demùm fideiussores compellantur soluere: quæ admodum eam excusio- nem intellexit Barbat. in dict. consil. 43. col. penul. lib. 2.

¶ Sexto hinc deducitur, an ve-

rum sit quod idem Bald. docet in capit. querelam. de iure iur. a. ascuerans, et emphyteutæ, qui pensionem constitutam in contractu pro re data in emphyteusim soluere iurauerit, præcisè teneri ad solutionem, ita quidem, vt emphyteusim amittat, si non soluere pensionem, etiam biennio nodum elapso, quod probatur argu. tex. in l. si quis maior. C. de transact. quo sancium extat, eum qui contra- ctum, seu conuentionem seruare iurauerit, commodo eiusdem contractus cariturum, si iuramentum non seruauerit: quæ ob rem Bald. sequuntur Alex. consil. 85. lib. 1. idem Alex. & iuniores in d. l. si quis maior. Cattellia. Corta in memorabil. distinctione, emphyteuta. Francisc. à Ripa in cap. ij. de rescript. col. v. Hippol. singul. 226. & est communis opinio, sicuti eam sequutus adferit Ludou. Gozadi. in consil. 57. col. iij. & penul. eamque vt communem seruari in prætorio Rotæ testatur Guliel. Cassad. decisio. ij. titul. de iure iurand. quo in loco scribit, communi sententia receptum esse quod d. l. si quis maior. locum habere in quocumque contractu. Contraria sententia verior profectò videtur propter naturam, ac proprietatem huius contractus emphyteutici, cuius proprium est, non amitti emphyteusim ob non solutam pensio- nem intra biennium: cap. po-

tuit. de locat. l. vltim. C. de iure emphyteu. Hæc verò proprietas non tollitur per iuramentum, quia ex huius contractus specie descendit: vt in simili dicebat Bald. in l. j. C. de compo- dat. Sic sanè hanc Baldi opinio- nem improbant Carol. Molin. in dict. Alexand. consil. 35. in j. additio. & Curtius Iunior, in d. l. si quis maior. numero 30. Nec oberit eadem responsio dict. l. si quis maior. quia etiam si in omnibus, & quibuscunque contractibus locum haberet: esset tamè intelligenda eo qui dem sensu, vt iuramentum acciperet omnes conditiones, quas contractus, cui accedit, iure ipso ab exordio recipit: sicuti superius iam satis dictum est. Præsertim eiusdem constitutionis de cisis cessat, parumque nobis nocet, si teneamus eandem responsionem solum procedere in contractu transactionis, non in alijs: quasi ea responsio speciale quid contineat in transactionis contractu, secundum Riminal. Parpaliam & Alcia. ibi. Corne. consil. 245. lib. iij. Carolus Molin. in dict. consil. 85. qua ratione mihi displicet quod Matth. Mathesil. adnotauit in notabil. 50. scribens, venditorem ab actione euictionis liberum omnino esse, si emptor minime soluere intra diem constitutum pretium quod promisit & iurauit soluere: licet post diem nihilominus id sol-  
 Relect. Didac. Couar. e

verit. Etenim falsam esse cen-  
seo hanc sententiam: tamen ea  
procedat à communi Doctōr.  
opinione, quæ asserit, dict. l. si  
quis maior. obtinere in omni-  
bus contractibus, & cōuentio-  
nibus iuratis. Fit igitur ex his,  
non esse veram Baldi assertio-  
nem in dicto capit. querelam.  
imò. nō fallor, existimo ex men-  
te illius capituli deduci posse cō-  
trarium: siquidem post bien-  
niū à cessatione solutionis pen-  
sionis agitur ibi ad priuationē  
rei cuius ratione solvere pen-  
sionem iuravit condemnatus.  
Etenim quòd emphyteuta nō  
possit ob cessationem pensio-  
nis solvendæ priuari emphy-  
teusi intra biennium, proprium  
est eiusdem contractus, ab eius  
exordio, & natura: non ex ac-  
cidenti.

¶ Septimò ex prænotatis in-  
fertur intellectus ad tex. in ca-  
pitulo vlti. de emprio. & vendi-  
tio. atque ad omnia iura, qui-  
bus statutum est, venditorem  
teneri de euictione, si requisit-  
us admonitūsq; non defen-  
derit emptorem aduentum  
rei vindicationem conuen-  
tæ restitutionem. Etenim qui-  
busdam placet ratione iuramē-  
ti omninò teneri venditorem  
etiam non admonitum defen-  
dere emptorem, si sciuerit, ei li-  
tem motam fuisse. quod Imo-  
la voluit in l. quod te mihi. ff. si  
certum petatur. cuius opinio-  
nem ipse examinaui libro ter-

tio variarum resolutionum. ea  
pitu. 17. numer. v.

¶ Octauò illud hac ex causa  
in examē incidit, † an qui pro-  
misit cum iuramento aliquid  
facere, teneatur, & cogendus sit  
præcisè facere, an satis ei sit, si  
velit soluere id quod alterius  
hac de re interfit? Nam iure ci-  
uili qui tenetur facere non cogit-  
ur præcisè ad factum: sed libe-  
ratur si velit præstare inter-  
esse. l. stipulationes non diuidū-  
tur. ff. de verborum obligatio.  
l. si quis ab alio. ff. de re iudica.  
At si promissio fuerit iurata te-  
nebitur promittens, & præcisè  
erit cogendus facere: glo. cele-  
bris in l. si pecuniam. in princ.  
ff. de condictio. caus. dat. quam  
dicit singul. Imola in capitulo.  
colum. penulti. de iudic. Iason  
in §. actio. colum. viij. de  
actio. idem Iason, dicens hanc  
esse communem opinionem,  
in dicta l. si pecuniam. idem Iason  
& Doctores. in dicta l. sti-  
pulationes non diuiduntur. glo.  
similis in capitulo ex literis. in  
secundo de sponsalibus. quem  
Præposit. ibi ad hoc notat. tex.  
optimus in capitulo querelæ  
vbi A nto. ne prælat. vices suas  
Areti. in capitulo primo. de iudic.  
columna penultima. eandem  
opinionem latè defendit  
Fortuni. in capitulo primo nu-  
mero 17. de pactis. Aduersus ra-  
men hanc communem cona-  
tur tenere Corne. in cōsi. 246.  
libro quarto, tenet. A nania in  
dict. cap.

dict. cap. querelam. & Matth.  
Afflic. decisione Neapolitana  
29. sentit Decius in dicto ca-  
pitulo primo de iudicijs nume-  
ro vigesimotertio, ea ratione  
quòd iurans aliquid facere, vi-  
detur iuramentum fecisse iuxta  
qualitates huic obligationi, &  
promissioni iure accessorias: cū  
ea scilicet facultate, quòd libe-  
retur præstando interesse, si no-  
lit agere, nec consensit præcisè  
promissioni: deniq; ex eo quòd  
iuramentum naturam actus,  
cui accedit, sortitur. Huic verò  
rationi, si res ista exactè perpē-  
datur, facilimè responderetur.  
Nā promissio faciendi ex pro-  
pria natura habet consensum,  
& necessitatem præcisè facien-  
di: hoc etenim secundum pro-  
prium verborum significatio-  
nem hæc promissio inducit: ex  
accidenti tamē, hoc est, ex mo-  
ra, quia promittens facere non  
vult, ad interesse tenetur: unde  
cum hæc obligatio ad interesse  
in promissionibus facti sit ex  
accidenti propter moram, mi-  
nimè erit iuramentum secun-  
dum eam intelligendum: sed  
secundum primæuā obligatio-  
nis naturam: quemadmodum  
Areti. respondet in dicto ca-  
pitulo primo de iudic. colum.  
penulti. possumus aliter huic  
obiectioni satisfacere, si præ-  
mittamus, ob religionis cau-  
sam iuramenta intelligēda fo-  
re potius iuxta iura pontificia  
quàm secularia: quemadmo-

dum superius probatū est: at-  
que ideò verū erit, quoties hac  
in parte ius cæsareum iuri pon-  
tificio contrarium fuerit, stan-  
dum esse iuri pontificio: & ta-  
men iure canonico absque iu-  
ramento, si quis facere promi-  
serit, præcisè facere cogitur. ar-  
gumen. textus in capitulo primo,  
& capitulo qualiter. de pa-  
ctis. idque expresse notant  
Abb. in capitulo per tuas. col.  
iiij. de arbitris. & in capitulo. ve-  
niens. de iure iurand. Roma. in  
dicta l. stipulationes non diui-  
duntur. & ibi Iason numer. 33.  
Antoinus Burchens. in rubrica  
de empione & venditione. co-  
luma secunda. & Fortu. in ca-  
pitulo primo. de pact. numero  
xvj. Igitur licet iure civili ne-  
mo sit cogendus præcisè ad fa-  
ctum, sed liberetur præstando  
interesse: attamen quia iure pō-  
tificio, secundum quod iurati  
contractus sunt interpretandi,  
promissor facti præcisè agere  
compellitur, consequens est, ra-  
tione iuramenti, etiam à iudi-  
ce seculari promissorem cogen-  
dum fore præcisè facere: cum  
hæc promissio potius sit intel-  
ligēda iuxta naturam actui iu-  
re pontificio, quàm Cæsareo con-  
uenientem in ea specie, quæ va-  
riè ab utròque iure intelligi-  
tur. Hæc verò communis sen-  
tentia, quæ dictat, cogendum  
esse præcisè agere eum, qui fa-  
cere cum iuramento promise-  
rit, procedit, modò qui iuravit

possit facere, quod iuratus promisit, sit: illi possibile hoc factum, vt latè notat Aymon Sauiilli. cōs. 12. pluribus hanc opinionem comprobans. Atque hæc notanda sunt, licet Ioan. Andrè. in dict. c. qualiter. & Felin. in dict. c. j. de pact. nu. 9. tenuerint, etiam iure canonico promissorem facti omninò liberari, si velit præstare id quod interest: nec cogèdum esse præcisè facere: per text. in c. dilecti. de arbit. cui responderet, ibidè idèdò nō cogi quem præcisè ad factum, sed liberari præstatione pœnæ: quia alternatiuè censetur obligatus ad factum, vel ad pœnam, qui facere sub pœna promisit.

¶ Nonò, eadem ferè ratione cōtrouertitur † interpretatio text. in l. si conuenerit. ff. de iurisdic. omni. iudi. ubi iuriconsultus respondit, pactum prorogate iurisdictionis tolli per pœnitentiam prorogantis ante litem contestatam. Nam si pactum istud fuerit iuramento firmatum, quibusdam placet, non esse locum pœnitentiæ: quod notant ex religione iuramenti Imola & Aretii. in c. j. de iudic. Angl. Fulgosi. Paul. de Castro. Alexan. & Iason in d. l. si conuenerit. col. ij. quorū opinio communis est, vt fatentur Deci. in d. c. j. nu. 23. & ibi Alciat. nu. 45. in repet. qui eandè opinionem sequitur: & probatur ista pars per rationes præce-

dentis conclusionis, & deinde quia huius promissionis & prerogationis propria natura est quòd omninò seruetur: tamen si ex accidenti, ne quis cogatur coram iudice non suo litigare admittatur pœnitentiæ. Et quia Antoni. Abb. & Deci. in dicto cap. j. nu. 23. contrariam sententiam veriore esse existimant, tenentes pactum prorogate iurisdictionis, etiam iuratum, ante litem cōtestatam per pœnitentiam prorogantis tolli: existimo communem opinionem veriore esse duabus quidem rationibus, quæ licet alioqui dubiæ sint, vt quidam arbitrantur, attamen plurimū earum auctoritas persuadebit, ob religionem iuramenti non esse admittendam pœnitentiā.

¶ Primum, quia adhuc iure ciuili pœnitentiæ prorogatis minime tollit prerogationis pactum, etiam ante litis contestationem contingens. Nam d. l. si conuenerit. intelligenda est de voluntate vtriusque pacifectis mutata: siquidem vtrique inuito iudice, de cuius honore agitur, mutare poterit voluntatem: nec iuriconsultus inibi loquitur de mutatione voluntatis vnus tantum: sed inquit, si mutata fuerit voluntas: vnde absolute de vtriusque voluntate mutata vera est interpretatio: quod eleganter in dict. l. si conuenerit. notauit Alberi. & post eum Deci. in dict. cap. j. de iudic. nu.

iudic. nu. 19. Andreas Alciatus ibi num. 32. idem Alciat. libr. ij. Paradoxo. cap. 17. & Corasili. lib. iij. Miscellan. c. 5. atque hæc ipsa opinio maximè probabilis est, ne dicamus ita facile iudicium, & pactorum auctoritatem eludi, si permiserimus, pœnitentiæ vnus tantum pactum prorogate iurisdictionis, aut non declinandi iudicis alieni iurisdictionem tolli. Nec in praxi admittenda foret responsio iuriconsulti, si quis post pactum prorogate iurisdictionis alicuius iudicis, quæ prorogari potuisset, etiam ante litem contestatam pœniteret.

¶ Secundò illud ad hanc probationem adducitur, quod quidam asseuerant tenentes, iure pontificio in specie dict. l. si conuenerit. etiam si ea secundum communem intellectum accipiat, non esse locum pœnitentiæ, atque idèdò inter ius canonicum & ciuile distinguendum esse opinantur Alexā. in dict. l. si conuenerit. iij. fallent. Bald. in l. si quis in conscribendo. C. de episcopo. & clericis. Decius in dict. cap. j. de iudic. nu. 18. ea quidem ratione, quia secundum communem sententiam Alberic. Bart. & aliorum in dict. l. si conuenerit. Abb. in dict. cap. j. ubi Deci. nu. 20. scribit eam communem esse, dict. iuriconsulti responsio procedit in pacto nudo, quod iure ciuili actionem nō producit: qua

si secus sit in stipulatione. Et licet Iason in dict. l. si conuenerit. nu. 28. post Petrum, & Cinnam in l. si quis ex cōsensu. iij. quæst. C. de episcopo. & clericis. Ioan. Andrè. in Speculo, tit. de iudi. comp. adit. §. j. & Alciat. in repet. cap. j. de iudi. num. 38. teneant aduersus communem iuriconsulti responsum in d. l. si conuenerit, etiam procedere si prerogatio fiat per stipulationem: quod mihi verius apparet. quicquid enim sit de illius responsi principali intellectu, ipse opinor, nihil referre, fiat ea prerogatio per pactum nudum, an per stipulationem: nihilominus apparet ex his quàm variè dict. responsum eius interpres acceperint, vt tandem ratione iuramenti iuste possimittere: cum iuramentum sit secundum iura pontificia interpretandum: iure autem pontificio, in d. & caesareo dubium sit, an possit pactio illa prorogandi iurisdictionem ante litem contestatam pœnitentiæ tantum prorogantis tolli.

¶ Decimò hinc satis poterit disputari propria & vera examinatio † text. in cap. ad nostram. de iureiur. cuius decisio elegans est, & egregie probat eum, qui datis creditoribus pignori iurauerit quantitatē multo datam se soluturum, tenei præcisè ad eius solutionem, nec posse obijcere fructuū ex

pignoribus perceptorum computatione in principalem sortem. Etenim ea constituto videtur iuramentum interpretari contra naturam propriam contractus mutui, & pignoratitij. Est namque proprium contractus mutui datis pignoribus, quod fructus percepti ex eisdem in sortem principalem impurentur, utque ipsam extenuent. l. j. C. de pignor. action. l. 2. tit. 1. 3. part. v. cap. p. j. & c. conquestus. de vsur. c. cum contra. de pignorib. Alioqui esset contractus vsurarius adeo quidem, quod si debitor in contractu mutui datis pignoribus donationem fecerit creditori fructuum, quos ex pignore percipiet, etiam ob merita, presumetur omnino contractus vsurarius: quod notat Dominicus in consil. 12. Imo si creditor ex pignore fructus perceperit excedentes ipsam sortem, tenebitur debitori simul cum pignore restituere quod ex fructibus ultra sortem habuit: secundum Baldum in dict. l. j. C. de pignora. actio. notatur in dict. cap. cum contra. & per Ananiam in dict. c. 4. de vsur. Nec tantum fructus percepti sortem extenuant, sed & percipiendi: id est, qui per creditorem potuissent percipi. gloss. in dict. cap. cum contra. & in dict. l. j. textus optimus in dict. l. ij. de pignor. actio. & in l. ij. C. de pact. pignor. notant Alexander in l. apud Iulianum,

§. j. ff. de legat. j. Anania in d. c. j. de vsur. Sed quia Hostiensis in summa, titu. de pignorib. §. quando efficaciter. versicul. sed nunquid. Paulus de Castro in dict. l. j. C. de pigno. actio. & Rauenna in dict. cap. j. contrarium tenere videntur existimantes, creditorem solum de percipiendis percipere, non de percipiendis teneri: oportet distinguere secundum Abbatem in dict. cap. j. & in dict. cap. cum contra. Nam si contractus mutui, & pignoris factus est gratia vtriusque, ut in dubio presumendum est, tunc tenetur creditor ad fructus quos potuisset ipse percipere, non tantum ad perceptos. Quod autem communiter hic contractus fiat gratia vtriusque, probatur in §. vltim. quibus modere contra. obligat. quo quidem casu tenetur quis de dolo, lata, & leui culpa. Sed si fiat contra gratia pignoris gratia debitoris tantum, quia creditor nolebat pignus, nec id pererebat: tenebitur quidem de perceptis tantum, aut de his, quos omisit percipere dolo, aut lata culpa iuxta distinctionem text. in reg. contractus. ff. de regl. iur. quod si domus data fuerit in pignus & actum sit, ut eam creditor habitaret: tenebitur creditor ad pensionem, quam ipse solitus erat solvere: non ad eam quam pro conductione domus ab alio percipere potuisset. l. i. ea. in j. C. de

j. C. de vsur. Paulus Castrensis in l. j. C. de pignora. actio. fructus vero in sortem computandi plane sunt ab ipso creditore ex pignore percepti, ut modo diximus: & præterea à debitorum creditorum præstitæ operæ, quæ communiter æstimationem pecuniariam patiantur. l. vltim. C. de capti. & postlimi. reuer. l. 11. titu. 29. part. ij. text. in dict. cap. j. de vsur. & in dict. l. j. C. de pignor. actio. notat Iason in §. in bonæ fidei. numer. 65. Instit. de actionib. quod si ita proprium huius contractus est, fructus in sortem computari: mirum profecto videtur, quod in dict. cap. ad nostram. responsum est. Et tamen ex ea decisione frequenter adnotatur, quod si quis iurauerit ceterum Titio solvere, non poterit compensationem obijcere, etiam eius quantitatis, quæ certata ac liquida sit. quasi iuramentum sit in specifica forma obseruandum, cap. de debitores. de iureiuran. compensatio autem non est vera, sed ficta solutio. l. si cum filio. ff. de compens. idè probat text. in l. j. ff. eod. Idè inquit Iuriconsultus, compensatio necessaria est; quia interest nostra potius non solvere, quam solutum repetere. Igitur qui compensat minimè soluit saltem iure. facit ad hoc. text. optimus in l. Iulianus. ff. de eoditio. & demonstratio. ibi, quasi dederit. Ex quibus hunc esse

etiam tribuendum esse iuramentum consent Innocentius Hostiensis, Iohannes Andree, Collectarij Anto. & in specie Imola in d. cap. ad nostram. Marthes. notabili. 54. Aretin. consil. 100. longitudo. colum. ij. Zasius in §. in bonæ fidei. numer. 27. de actio. Corser. in reperitio. rubr. de iureiuran. privilegio. 15. quorum opinio communis est, ut eum sequuti fatentur Felin in dict. cap. ad nostram. colum. vltim. Iason in dict. §. in bonæ fidei. colum. penul. & idem in l. eum qui. §. si iurauero. ff. de iureiuran. colum. ij. Ludouicus Godardi. consilio 69. colum. j. Andreas Tiraquel. libr. j. de retractu. §. iij. gloss. iij. numer. vj. vbi plures ad hoc auctores allegat Socin. item in l. Iulianus. ff. de conditionib. & demonstratio. fatetur hanc sententiam communem esse. Huic opinioni ad huc suffragatur quod iuris est apertissimum: nempe compensationem opponi non posse aduersum eum, qui depositum repetit. l. penultim. C. de posit. l. vltim. C. de compensatio. cap. vltim. §. sanè. de deposito. Regia l. v. titu. iij. & lxxvij. titu. xliij. parti. v. ob maximam fidem, quam depositarius tenetur deponenti seruare, eo quod plurimum ei crediderit, gloss. in l. hoc negotium. ff. de compensatio. Angelus & Iason numero 10. in dicto. §. in bonæ fidei. igitur & ratione iuramen-

ti mirum non est idem statui, propter eius maximam religionem.

¶ Ceterum contraria sententia placuit Bartol. in l. amplius. ff. rem ratam haber. vbi tradit, eum qui iurauit soluere, non esse perituum, si compensationem obijciat. quod & idem voluere Angelus & Cumanus. ibi. lo. Faber in d. §. in bonae fidei. col. iij. & Platea ibi col. j. Bald. in d. c. ad nostram. & ibi Panor. col. vlti. idem Panormita. in c. cum dilectus. col. viij. de ordin. cognit. idem in capitulo. cum in ter. de exceptionib. numer. 24. Alexand. consilio 12. columna vltima libro secundo. Imola sibi contrarius in dicta l. Iulianus. ff. de conditionibus & demon. & Carolus Molinæus. in tractatu de contract. q. 43. qui testatur, hanc opinionem esse communem apud Legistas: licet fateatur priorè à Canonistis magis receptam esse: quem admodum paulò ante tradidimus. His authoribus ad stipulantur plura. Primum: text. celebris in l. iij. §. soluisse. ff. de re iudicat. Soluisse, inquit Iuriscōsultus, accipere debemus nõ tantum eum, qui soluit, verum omnem omnino: qui ea obligatione liberatus est: quo in loco dicitur text. eum omnino soluere, qui liberatus sit ea obligatione: id quod verè, ac ipso iure, iuxta glo. de dictione omnino in l. i. §. si pecuniam. ff. de positi. gl. in l. ob-

signatione. C. de solutio. notat Bartol. in l. j. ff. iudicatum solui. Sed qui compensat, liberatur. l. si ambo. ff. de compensat. ergo is omnino, ipso iure, & verè soluisse intelligitur. Maximè quia ipso iure compensatio fit quantitatè cù quantitate etiã ad liberandum pignus. l. si constat. & ibi gloss. C. de compensat. Secundo illud potissimè adduci poterit, quod ex codè. §. soluisse. aliter deducitur: nempe quò ad rei iudicatæ executionem, & solutionè eius causa faciendam sufficere compensationem: quod latè notat, & tradit Felin. in capitulo subortæ. de re iudicata. columna secunda. Tertio idem comprobatur autoritate textus in l. si debitor. ff. qui potiores in pignore habeantur. Nihil enim, inquit, interest compensare, an soluere. Deinde & quarto eadè opinio potissimè instruitur ex eo, quò debitor facto creditoris, qui quod debet, non soluit, imò peditur: imò iam impeditur fuisse videtur quo minus sua die soluat: & sic inutilis est actio ei. per quem stat. l. potior. in fin. ff. qui potiores in pignore habeant. Quintò idem constat ex l. dedisse. ff. de verborum significatione. & in l. vel permutauit. ff. de liberali causa, vbi dedisse intelligendus est qui compensauit. Sextò huic opinioni plurimum accedit, quòd licet iuramentum sit

tum sit strictè, & in specifica forma seruandum: nihilominus iuramentum de soluendo seruatur per compensationem: quia conditiones sunt adimplendæ in forma specifica. nec per æquipollens satis est eas seruari. l. Mæuius. & l. qui hæredi. ff. de condi. & demon. & tamen conditio soluendi impletur per compensationem. l. si peculium. §. de illo. ff. de stat. libe. ver. quòd si hæredi. & in dict. l. Iulianus. ff. de condi. & demon. Nam & si Iuriscōsultus ibidem in responso l. Iulianus. de acceptatione loquatur, idem est dicendum: cum acceptatio minus sit quàm solutio. l. si accepto latum. §. j. & ibi Par. ff. de acceptila. Alex. in l. si marito. §. j. ff. solut. matr. quibus rationibus satis defensa, & probata videtur opi. Bar. in d. l. amplius. aduersus ea, quæ notantur in d. ca. ad nostram. quam ob rem ipse existimo regulariter Bart. sententiam veriorè esse: & præterea posse iure defendi, quòd debitor iurans soluere creditor certam quantitatè sibi mutuo daram, sub pignoribus, optimè possit absque vlla peritij labe opporere compensationè fructuum: quos ex pignoribus perceperit. Ea verò, quæ priorem opinionem probare videbantur, possunt absque difficultate tolli: nam licet compensatio facta solutio sit, non tamen sequitur, eam factam solutionem non

sufficere ad satisfaciendum iuratae promissioni de soluendo, cum hæc facta solutio, quæ per compensationem fit, à reali satisfactione æris alieni procedat. habuit enim creditor quantitatè, quæ debita pecuniæ æquiualens est: atque idè etiã si iuramentum sit in specifica forma seruandum, satis per compensationè, quæ realis est quædam satisfactio, seruatur. Præsertim, quia quòd in specifica forma impleri debet, satis impletur per formam iuxta mentem dispositionis omnino æquiualementem: quod probatur in dict. l. Iulianus. & in dict. l. si peculium. §. de illo. vbi constat, compensationem similitudinem esse, quò ad omnes effectus iuris, & facti, verè solutioni. Nec aliundè à vera solutione differt, quàm quòd tempore compensationis vera numeratio non fiat, quæ tamè priùs in effectu facta fuerat. Itè non obstat argumentatio à deposito facta: quia ob specialem fidem, quam seruare tenentur depositarii illud inductum est à lege ex mète cōtrahentium. Et quia depositum non fit ea intentione, vt in ius, ac dominium depositarii transmittatur res deposita. Non sic in iuramento simpliciter præstato: quòd est intelligendum secundum ea, quæ actui iurato cōueniunt, aut iure conuenire possunt: sicuti superius dictum est.

¶ Superest respondere Dece-  
 tali, ad nostram, quæ videtur  
 hac in controuersia negotium  
 nobis facessere. Variè siquidè  
 ea constitutio intelligitur: cuius  
 examinationi præmittendum  
 est, compensationem fru-  
 ctuum ex pignoribus percep-  
 torum ipso iure fieri cum ip-  
 sa sorte principalij quoties fru-  
 ctus ipsi iam sunt à creditore  
 consumpti, vel redacti in id  
 quod recipit functionem cum  
 ipso debitor: vt adnotarunt Car-  
 din. Ana. & Doctor, in dicto  
 capitu. j. de vsur. Bartol. Alexan.  
 & Iason in l. si diuorrio. §. ob  
 donationes. ff. solut. matrimo.  
 vnde ita est intelligenda glos.  
 in dicto capitu. j. quæ de iure  
 compensatione, quæ ipso iure  
 fit, tractat. Quibus sanè premissis  
 quidam opinantur in dicto  
 capitu. ad nostram. non admit-  
 ti compensationem, nec com-  
 putationem fructuū eo, quod  
 10. debitor † iuratus creditorum  
 promiserit datis pignoribus,  
 quod donec solueret debitam  
 quantitatem nullum grauamen  
 super eisdem ei inferret: quasi  
 intellexerit non tantum  
 de grauamine facti, & sic iniu-  
 stosed & de grauamine iuris,  
 argumen. gloss. in l. Lucius. §.  
 tres hæredes. ff. ad Trebellian.  
 gloss. & doct. in l. clam. in prin-  
 cipio. ff. de acquirend. possessi.  
 Molestia etenim inferitur, cum  
 quis iudicialiter vexatur. auth.  
 de fideiussorib. §. j. verb. mole-

stus. l. j. & ibi Bald. C. de nundi-  
 nis. tradit Paul. Canfren. con-  
 sil. 204. colum. 2. lib. 1. hic tamè  
 intellectus, etiam si probetur à  
 Panormita. in dicto. capitul. ad  
 nostram. mihi non placet. Nā  
 quoties quis promittit alteri  
 adhuc iuramento præstito, nul-  
 lum alteri grauamen inferre,  
 planè ea promissio intelligitur  
 de grauamine iniuro, & in  
 iusto: non autem de ea mole-  
 stia, quæ iure permittitur: licita  
 est: nec enim de hac promissio  
 for sensit, quippe qui noluerit  
 ex ea promissione renuntiare  
 his, quæ sibi iure licent & con-  
 ceduntur. l. Aurelius. §. Caius.  
 ff. de liberatio. legat. Bald. in l.  
 j. colum. v. C. de his, quæ pœne  
 nomin. gloss. in l. si seruum. §.  
 prætor. ff. de acquirend. heredi-  
 tate. Bald. in l. j. C. de usufruct.  
 gloss. in capitu. pro illorum. de  
 præbend. Imola in l. paterfam-  
 iliās. ff. de hæredib. instituen.  
 Antoni. Corset. in singul. verb.  
 molestia. Abb. in capitu. audita.  
 de restit. spoliato. Felin. &  
 Dec. in capitu. in præsentia. col-  
 um. j. de probation. Felin. cap.  
 causam quæ. colum. xj. versicu.  
 non obstante. de rescriptis. ex  
 quibus patet, promittentem  
 alteri nullum ei grauamen in-  
 ferre, nec molestiam facere pos-  
 se, nisi aliud ex mente contrahen-  
 tium deducatur, iure ad-  
 uersus eundem experiri. Secun-  
 dō solet responderi ad textum  
 in dicto. capitu. ad nostram. idè

in ea spe

in ea specie nō fuisse admissam  
 compensatiōem: quia debitor  
 ipsos fructus dederat in pignus  
 atque idè, cum hoc casu fru-  
 ctus ipsi vt species consideren-  
 tur, non est locus compensati-  
 onis de specie ad quantitatem.  
 capitu. vltim. de deposit. l. vlti.  
 C. de compensat. l. si conuenerit.  
 in ij. ff. de pigno. actio. l. si  
 non fortem. §. si centum. ff. de  
 conditio. indebit. l. si ex pecu-  
 nia. C. de rei vendica. quam in-  
 terpretationem ad dictum tex-  
 tum adnotarunt Imola ibi, &  
 Socin. in regu. verb. accipere vl-  
 tra fortem. colum. iij. sed nec  
 hic intellectus placet. Nam fru-  
 ctus, qui consumptione fiunt  
 accipientis, & cōsumentis, nec  
 seruando seruari possunt, non  
 solent in pignus dari. de natu-  
 ra siquidem pignoris est, quod  
 non transeat in dominium cre-  
 ditoris. l. j. §. per seruum corpo-  
 ralem. ff. de acquirend. possessi.  
 Et præterea si fructus nō sunt  
 consumpti, nec redacti in id  
 quod recipit functionem cum  
 debitor, nullus est locus com-  
 pensationis: quemadmodum su-  
 perius explicauimus. Siverò iam  
 consumpti fuerint, aut redacti  
 in id quod functionem cum de-  
 bito recipiat, etiam si expres-  
 sim dati forent in pignus, mi-  
 nimè negari posset compensati-  
 onem: cum iam essent effecti ip-  
 sius creditoris. Quod si quis  
 existimauerit Imolæ intelle-  
 ctum probari in dicto. capitu.

ad nostram. dum in eo dicitur  
 quasdam ab eis possessiones,  
 & reditus recepit in pignore:  
 illi planè respondebimus, redi-  
 tus inibi fore intelligēdos non  
 ipsos fructus. sed iura quædam  
 percipiendi anno quolibet cer-  
 tam quantitatem: quæ quidem  
 iura reditus appellantur, & in-  
 ter bona immobilia cēsentur.  
 clemen. exiui. versicu. cumque  
 annui reditus. de verbo. signifi-  
 atque idè hi reditus congruē  
 dantur, & accipiuntur in pig-  
 nus: hoc ipsum palam idem  
 text. probat dum in eo expres-  
 sissim continetur, creditorem  
 de possessionibus, & redibus  
 fructus percepisse. De rediti-  
 bus enim, id est, de iuribus per-  
 cipiendi annuam quantitatem:  
 cum de redibus annuis fru-  
 ctus percipiuntur: secundum  
 Bald. in proœmio feudo. col. v.  
 Tertio Bartol. Socin. in dicto. l.  
 Julianus: colum. vltim. aliter  
 existimant intelligendam esse  
 decisionem text. in dicto. cap. ad  
 nostram. scribens, non ad mitti  
 in eo responso compensati-  
 onem fructuū ea ratione, quia  
 qui iuravit pecuniā debitam  
 soluere cum satis certus fuerit  
 tempore iuramenti de fructi-  
 bus percipiendis ex pignoribus,  
 huic compensationi visus  
 est renunciare: vnde tenebitur  
 ratione iuramenti, & ratione  
 huius tacitæ renuntiationis  
 ante omnia soluere quantita-  
 tem debitam, & postea p-

terit agere ad fructus perceptos ex pignoribus repetendos. habebit autem hæc tacita renuntiatio vim ratione iuramenti: cum debitor iuret soluere quantitatem sibi mutuo datam. Sic Ioan. à Medina vir doctissimus in tract. de restit. q. iij. causa vltima, eadem consideratione censet, admittendam esse compensationem non obstante iuramento, vbi tempore iuramenti nulla aderat spes, nec vis apparebat compensationis. Quasi, quod & Socin. scribit nequaquam sit admittenda compensatione eo casu, quo tempore iuramenti iam aderat ius, vel spes compensationis: sicuti probatur in d. ca. ad nostram. Sed si animaduertamus ad propriam vim iuramenti, quæ non extendit consensum ad ea, de quibus actum non est, ego existimo, iuramentum soluere quantitatem mutuo sibi datam, eam habere mentem, vt soluat absolute ipsam pecuniam mutua tam eo casu, quo per creditorem non fuerint percepti ex pignoribus tot fructus, qui possint eam extenuare: nec verosimile est, eum cogitasse de non obijcienda compensatione fructuum qui a pud creditorem iuxta iuris vtriusque regulas manere debent in compensatione sortis principalis: quod si verum est, nec potest villo modo negari, iuramenta esse intelligenda secundum iuris interpretati-

tionem conuenientem quidem actui, cui iuramentum accedit, profecto qui datis pignoribus iurat soluere pecuniam mutuo sibi datam, poterit compensatione fructuum obijcere: cum ea sit huius promissionis natura.

¶ Quarto præmissis interpretationibus vtcunquæ adnotatis considerandum est, idcirco in d. ca. ad nostram. fructuum computationem admissam non fuisse ante veram debitæ quantitatis solutionem: quia nondum erat liquidum quantum creditor ex fructibus percepisset. Compensatio verò nusquam admittenda est, nisi ea de liquido fiat. l. si debeas. ff. de compensatione. notat Barto. in l. frater à fratre. ff. de condictio. indebiti. quod autem in dicto capitul. ad nostram. non fuerit liquidum quantitas à creditore ex fructibus pignorum percepta, patet: quia ex fructibus erant expensæ deducendæ: vt inibi significatur ibi deductis expensis. l. fructus. ff. solut. mat. l. sumptus. ff. de rei vendic. At si quis dixerit secundum hæc considerationem nusquam fore locum compensationi fructuum in debitam quantitatem: cum semper sint expensæ deducendæ: respondebimus, quoties promissio solutionis absque iuramento præcesserit, posse compensationem opponi, si breuiter iudicis, aut boni viri arbitrio possit

trio possit ad liquidum deduci quid ex fructibus deductis expensis creditor percepit: sed si iuramentum præstitum fuerit, tunc compensatio non poterit opponi, nisi omnino, & statim appareat liquido quod ex fructibus creditor percepit: atque hunc esse opinamur iuramenti effectum, & proprium intellectum text. in dicto cap. ad nostram.

### Ex §. sequenti.

- 1 *Iuramentum in interiori iudicio anima semper intelligendum est secundum iurantis mentem.*
- 2 *Intellect. ad text. in cap. qui peierare. §. ex his. xxij. quest. v.*
- 3 *Iuramentum meum extortum ante absolutionem obligat.*
- 4 *Iuramentum est personale ex parte iurantis non ita ex parte eius cui iuratum sit.*
- 5 *Intellect. cap. veritatis. de iureiur.*
- 6 *Intellect. c. vlti. de foro compet. m. vj.*
- 7 *Intellect. l. si quando. C. vnde vi.*
- 8 *Iuramentum an possit præstari per nuntium aut procuratorem & numer. sequent.*

### §. Quintus.



**R** VRSVS in hoc tractatu de interpretatione iuramenti solet examinari, an sit iuramentum intelligendum iuxta iurantis mentem, & sensum, si is aliter iurationem acceperit, quam is, cui iuratum est, intellexerit: & sanè iuramenti verba, sicut & que

cunquæ alia, intelligenda, & accipienda sunt secundum communem aut proprium intellectum, quem significatione ipsa ostendunt. capitul. ex. literis. de sponsalib. l. lib. orum. §. quod tamen Calsius. ff. de lega. iij. cum alijs, quæ frequenter ad hoc citantur: atque ita quod ad iudiciū exterius inter pretatio iuramenti faciendā est iuxta iuris viri utique regulas. & verborum propriam, & communem significationem: quem admodum in præcedentibus Paragraphis dictū extat. At in animæ interiori iudicio si de iuramento intellectu tractemus, est elegans diui Isidori authoritas libro. 2. de Summo bono, capitul. 31. quacunquæ inquit, arte verborum quis iurat Deus tamen, qui conscientie testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur intelligit. can. quacunquæ xxij. questio. v. vnde planè colligitur, iuramenta intelligenda fore secundum mentem, & sensum illius, cui iuratur: Huic verò authoritati obstat ratio satis vrgens, quæ dicit, iuramenti obligationem, sicut & omnes alias, à consensu iurantis procedere. Etenim cum agatur de ipsius iurantis obligatione ab eius promissione, assertione vel sub testimonio diuini nominis deducenda, palam est aduersus iurantis consensum, & intentionem in iudicio interiori eam constitui non posse. cū lex humana nihil quò a d. obli-

gationem hac in specie prater iurantis consensum inducat. nec denique eius voluntati contrarium: siquidem lex de interpretatione iuramenti tractat, de que eius viribus, & effectibus ita quidem cautè, vt nihil contrarium consensui iurantis ad huc pro viribus iuramenti statuerit. capitul. quinta uallis. capitul. viens. de iure iurand. l. vltim. C. de non numerat. l. pecunia l. vlti. ff. qui tarta. cogã. nec verè quò ad Deum iuramentum dici potest absque iurantis consensu, & mente. Sic Euripides in Hippolyto de eo, qui verbis tantum non mente, nec consensu iurauerat, scripsit:

Ἡ γλώττ' ὀμώμοχ', ἢ δὲ φρενὶ ἀνώμοτος.

cuius meminit Ioann. Stobæus, Sermone vigesima octavo traduxitque Cicero id in Latinam linguam libr. tertio de Officijs, Lingua iurata est, mente iurauit nihil. Quod elegantissimè explicat apud Ouidium Cydippe ad Acontium:

Quid tibi tunc prodest iurandi formula iuris,

Linguaque presentè testificata deam?

Qua iurat mens est: nil coniuuamus illa:

Illam fidè dictis addere sola potest.

Consilium, prudensque animi sententia iurat:

Et nisi indicij viuacula nulla valent.

Si tibi coniugium volui promittere nostrum:

Exige polliciti debita iura tori. Sed si nil dedimus, prater sine pello re vocem,

Verba suis frustra viribus orba tenes.

Huc potissimum spectat Gratianus in capitul. qui peierare. vigesima secunda quaestione v. §. ex his. inquit, omnibus colligitur, quòd iuramenta secundum intentionem praestantis, non recipientis à Deo iudicantur. Idem probatur in capitul. j. de iure iurand. in vj. quo fit, satis perplexam esse quaestionem istam, eiusque definitionem admodum valem, ac necessariam fore ad plurima dubia, quae hac de re in animae iudicio contingere possunt. Quomobrem Innocenti. & Panormita. in capitul. veniens. de iure iurand. distinguunt forum exterius ab interiori, asseuerantes, in foro interiori, iuramenta esse accipienda secundum intentionem, & mentem iurantis: non eius, cui iuratum fuerit: in exteriori verò adsumendam esse interpretationem eius, cui iuratur, modò si intellexerit secundum usum, & veram, ac propriam verborum significationem. Prior huius distinctionis pars probatur in capitul. humanae aures. vigesima secunda quaestio. v. eamque sequitur Ioann. de Selua in tract. de iure iur. secunda part. quaestio. ij. est tamen intelligenda haec opinio

opinio vbi iurans nulla fuerit vltus arte, calliditate, verlutia, & dolo in verborum conceptione: quòd si is, qui iurauit, vltus fuerit in conceptione verborum iuramenti dolo, arte, aut calliditate ad decipiendum eum, cui iuratur, tunc etiam in foro animae iuramentum intelligendum est secundum sensum, & mentem eius cui fuerit praestitum: ita sane rem istam explicarunt tex. in dicto §. ex his. sub capitul. qui peierare. Diuus Thomas. secunda secundae quaest. 89. arti. septimo. ad quartum vbi Caiet. optimè, & Hosti. in dict. cap. veniens. modò is, cui iuratur, iuramentum accepit iuxta debitum sensum. Quòd si dixeris, hanc opinionem esse falsam ex eo, quòd impossibile sit, quemquam obligari iurandi obligatione absque eius animo, & consensu: respondebo libenter, animam auertendum esse ad duo. Primum equidem, quòd si iurans habuit intentionem iurandi, non poterit huic animo opponere intentionem non promittendi nec obligandi seipsum ex iuramento. Non enim potest separari animus iurandi ab obligatione seruandi iuramentum: imò animus iurandi necessariò includit obligationem ex ipso iuramento procedentem ad eius obseruationem. Idcirco non tantum in exteriori iudicio, sed & in interiori tenetur qui iurauit animo iurandi seruare iuramentum,

nec poterit aliquo pacto excusari ex eo, quòd asseueret, non habuisse animum seruandi iuramentum, nec seipsum obligandi.

Secundò est considerandum iurantem animo tamen non iurandi, minimè obligari in conscientiae iudicio ratione iuramenti: quia animum iurandi non habuit. Sed tamen hic peccatum mortale committit, quippe qui pernicioso vtatur mendacio in graue dispendium publicae & humanae actionis: ad cuius confirmationem, & tutiorem vim solent iuramenta exigi: atque ideo si is, à quo iuramentum exigitur ad confirmationem alicuius actus, non habeat iurandi animum, publicae utilitati, & humanis commercijs illudit. Deinde diuinam maiestatem offendit: quippe qui astu exteriori iudicat diuinum testimonium, actu verò interiori dissentiat ab hac inuocatione diuini testimonij: quòd nihil aliud est quam quaedam diuini numinis illusio. Quibus tandem fit hac in specie peccatum mortale committi eo, qui hac fraude in iuramentis vltus fuerit. Sicuti eruditè docet Caietan. in dicto articulo septimo, ex cuius rationibus ipse colligo, hunc ita iuramentum teneri quidem, etià in animae iudicio seruare iuramentum si id extingatur, non ratione iuramenti ex vi eiusdem, sed ratione vitandi

scandalī exterioris, quod verè oriretur, si iuramentum non ser uaret. Pro quo facit sententia Baldi, in l. ei qui seruo. C. quod cum eo. scribens, eum, qui promisit alteri centum aureos abſque animo promittendi, non teneri abſolute ex promissione: sed ex alia æquitate cogendum fore promissa seruare. Quod iustissimum esse videtur, nè alio qui tot fallacijs occasio detur in cōmercijs, & humanis cōmutionibus. Quod si quis vim iuramenti, eiusque religionem piè ac sanctè obseruare velit, vt planè tenetur, is omniò fallacias omnes, dolos, ac technas in eius cōceptione, & formula effugere debet. Qua ratione aperitur sensus eius captionis, qua Dauus ille Terentianus vsus est, dum ipse puerum Mysidi tradidit ad ponendum ad ædes Symonis, vt ea astuta Chremetem deterreat, ne filiam Phamphilo elocet. Etenim cum Mysis ei dixerit: **Quam ob rē id tute non facis inquit Dauus, Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi non apposuisse, vt liquidò possim.** Nam quid sit liquidò iurare, plerique dubitarunt. Si quidem Franciscus Duarenus li. 1. disputatōnm cap. 2. existimat, liquidò iurare, nihil aliud esse, quàm verè iurare. multaq; adducit in hanc rem testimonia: atque ita interpretatur Terentij locū, & iurisconsultū in l. alias. ff. de iure iuran. Ego sanè apud

iurisconsultum itidem intelligo liquidò iurare, in hunc sensum accipiendum esse, vt verè iurare interpretemur. At apud Terentium contendā protectò enphasim subesse in ea Dauī oratione. **Quis enim non videt, tot adeò fallacijs Dauum vsus fuisse in appositione pueri ad Simonis ædes, vt planè iuxta sensum interrogantis non posses is prorsus à perurio excusari? idque potissimum, si iurisconsultorum responsa, aliorūque prudentū simorum dicta virorum sequamur, quibus passim admone mur non tantum eum fecisse ætūm qui verè eum fecerit: sed & qui fieri mandauerit. l. j. §. deticisse. ff. de vi, & vi ma. l. item apud Labeonem. §. fecisse. ff. de iniur. l. is damnū. & l. hoc iure. §. ij. ff. de reg. iur. cap. mulieres. §. vlt. de senten. excom. idcirco serui illius fallacissimi circumspecta conditione opinor, sic accipiendum eius cōmentum, vt liquidò iurare nihil aliud sit, quàm verè iuxta ipsorum verborum propriam & manifestam significationem, nulla subintellecta ex mente legis interpretatio ne, iurare. Etenim qui non apposuit puerum, temerè tradiderit alteri apponendum, & iussit apponi, propriè secūdum apertissimum & manifestum verborum sensum, ac verè dicitur puerum non apposuisse: quāuis ex legis mente, & sensu à iurisconsultis, & viris prudentissimis sub**

mis subintellecto, qui per aliū fecit, sic fecisse dicatur. l. nemo. ff. de duob. reis. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indebit. l. j. §. ne autem. C. de ca du. tollen. laut qui aliter. §. vlt. ff. quod vi aut clam. tradidère latè Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. nu. 56. & ibi Iason. nu. 358. idem Iaso. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omnium iudic. vbi Decius col. penul. idem Dec. in d. l. is damnū. ff. de regul. iur. idē in con sil. 604. Alexan. in l. iij. §. procurator. ff. quod quisq; iur. & alij plerique passim rem istam multis in locis examinantes. Hinc palam est, non satis locum illū donatum intellexisse, qui eam dictionē exponit in hunc modum, liquidò, purè, & manifestè. alij securè interpretantur. Hæc siquidem interpretamēta nō rectè cōueniūt vero sensui: nisi ea iuxta propositā à nobis huius loci cognitionē accipiātur. optimè verò Duarenus Accur. arguit incōcinnæ interpretationis, dū in d. l. Alias. liquidò ab eo adsumitur pro manifestè. † Hinc denique apparet, quid dicendū sit de eo, qui per metū iurat, nec tamen habuit iurandi intētionē, nec mentē. Nam hic peccabit quidē mortaliter ob illusionē, quā prætextu diuini testimonij conatur facere, quod Caiet. docet in d. artic. vij. quidquid hac in specie Pan. contrarium senserit in c. si

verò. de iure iur. col. vl. nec enim ob quēcūq; metū debet quis hac illusione vt: nè pe mēdacio isto, quo perniciosè verbis exterioribus adsumit testimoniū diuinū, non tamen mente. ex quo mendaciū est manifestū, cū aliud verbis explicuerit, quā mente conceperit. & tamē ante abſolutionē teneri iuramentum hoc seruare: quia ecclesia quò ad exteriori iudiciū potius præsumit iurādū animū, ne præsumat mortale peccatū. c. verū. de iure iur. l. meritò. ff. pro socio. Ceterum hac in parte de iuramētī interpretatione illud optimè congruit, an vim habeat contra hæredē, & in hæredum fauorē? Et sanè in hac controversia illud semper mihi placuit, quòd iuramentū quò ad perijurij crimen, & animæ vinculū, minimè trāseat in hæredē iurantis: bene tamē in hæredē eius, cui iuratū fuerit, nisi materia subiecta cōtrariā interpretationē suadeat. Hoc enim iā diu probauimus in c. requisisti. de testamen. ij. col. id verò modò latius repetemus, quia locus hic aprior sit huic negotio peragēdo. Prior resolutionis pars ex eo manifesta est, quòd ex iuramento quædā spiritualis obligatio deducitur. quò ad vim religionis: hæc autē animā tantum iurantis ligat: sicuti cæteri spirituales contractus voxi. f. & similes. c. vnico. xxx. q. ij. vnde si quis iurans aliquid facere, Relect. Didac. Couar. f

aut dare promiserit, eius heres, licet teneatur ut heres stare contractui, & promissum soluere: non tamen sub vinculo, & religione iuramenti, ut si non fecerit, periturus ceteri debeatur: sicut dum Abb. & Doct. in c. veritas de iureiu. lo. And. in c. ult. de sepul. Bal. & Pau. in l. grege legatio. ff. de lega. j. Bal. in l. vlti. col. iij. C. de pact. Bar. & Bal. in l. generaliter. C. de reb. credit. Thom. 2. 2. q. 98. artic. 4. ad iij. Aleiat. in c. cum contingat. de iureiu. nu. 120. & ibi Imo. n. 18. Posterior vero pars apparet, & probatur: quia qui iurat Titio decem dare, id iuramentum facit secundum interpretationem iustam eius actus, cui iuratio adheret: sicuti superius non semel admonuimus: at actus hic absque illo dubio secundum iuris decisiones ad heredes Titij transit: igitur is qui iuravit tenebitur & heredibus Titij sub iuramenti religione, quae eius animam obligat ad periturum reatum, & poenam. quod secus est in proximo casu, in quo bona heredis, & eius persona quod ad obligationis executionem per defunctum promittentem obligata censentur: non tamen anima quod ad periturum poenam, & culpam atque ita receptum est, † Iuramentum ex parte iurantis esse personale: quae admodum Doct. adnotarunt in d. c. veritas. ex parte vero eius, cui iuramentum sit, nos opinamur ad heredes, & successores transire: quod

constat in d. c. veritatis. si eius decisio recte consideretur. Respondemus, inquit rex. ut heredes tui, qui nobis, vel alicui successorum nostrorum iurauerint, a talibus iurare minimè compellatur. Catholicis tamen successoribus nostris, qui pro tempore fuerint & homagii, & fidelitatis puritatem nihilominus ac si iurassent omni tempore teneantur absque tergiversatione aliqua fideliter obseruare. Hactenus Clemens tertius potissimum maximus: qui palam sensit, factum esse quod semel iuratum sit romano pontifici, ut qui iuravit ratione iuramenti teneatur fide seruare ipsius romani pontificis successoribus. unde plura possunt deduci.

¶ Primum, falsum esse quod quidam existimarunt dicentes, iuramentum ex parte eius, cui praestatur, personale esse, nec ad eius heredes transire: licet id ita esse asseuerent Bal. Fulg. & Roman. in l. sed si hac. ff. de in ius voc. quos dubius tamè sequi videtur Curtius Iunior in l. si quis maior. C. de trans. nu. 27.

¶ Secundò apparet verus intellectus, propriaque interpretatio † ad text. in d. c. veritatis in hunc sanè modum, ut manifestum fiat, inramentum, cuius inibi metio fit, ad heredes eius, cui iuratum est, transire, etiam si hereditum, nec successorum mentio nulla facta fuerit in formula iuramenti: qua in re existimamus falsum

mus falsum esse gl. ibi communiter receptam, teste Imola, dum dixit, necessaria fuisse mentionem successorum, ut iuramentum illud ad successores eius, cui praestitum fuit transire: etenim iuramentum simpliciter praestitum in re, quae successoribus competit, ad eos omnino transit.

¶ Tertio constat, iuramentum praestitum alicui expresso nomine proprio in re tamè ad dignitatem pertinenti ad successores dignitatis transire. Nam in dubio, an aliquis actus sit personae vel dignitati tribuendus, ex coiecturis id deprehenditur: ut probat text. elegans in d. c. requisisti. de testa. notat Abb. Fel. & Dec. in c. quonia Abb. de of. deleg. tex. & ibi Bar. in l. pe. ff. de reb. dub. & ibi Pau. Cast. Bal. ite in d. c. quonia Abb. Soci. cõsi. 34. li. iij. col. ij. Aleiat. de praesumpt. reg. j. presum. 28. coiectura verò satis sufficiens est, quod actus ipse fiat respectu rei ad dignitatem pertinentis: quemadmodum longius in d. c. requisisti. probare conati sumus.

¶ Quarto deducitur ex his, errare Ant. Card. Abb. & Doct. dum in d. c. veritatis existimant, necessariam esse in formula iuramenti saltem ipsius dignitatis mentionem, ut iuramentum extendatur ad successores in dignitate. Haec etenim conclusio falsa videtur ex his, quae modò explicuimus.

¶ Quintò ex eiusdem distin-

ctionis parte posteriori colligitur, verum esse quod Bal. scripsit in c. j. §. praeterea de prohibita feud. alienat. per Fred. c. nu. 27. dicens, quòd si quis intraverit alicui se praestaturum ei auxiliium contra omnem hominem praeter Carolum quartum: per hoc etiam censetur exceptus eius filius Ladiflaus, qui in Imperio successit. Cum haec formula iuramenti etiam quò ad exceptionem concepta sit in re, quae ad Imperatoris dignitatem attinet.

¶ Sextò hinc si priorè distinctionis partem consideremus satis probatur, quòd idè Bald. nota uit in l. libere libertateque. col. 1. pe. C. de oper. lib. qui asseuerat, heredem feudatarij non esse periturum, si debita ministeria, quae defunctus praestare iurauerat, minimè praestiterit, nisi reuocet, ac repetat iuramentum. ar. l. si cuius. ff. de usufruct. quòd ob re successori eius, cui iuratum est ratione dignitatis alicuius, sit ab ipso iurate repetitio iuramenti: non quia ea necessaria sit, sed quòd ea fiat in recognitionem beneficij, & feudi, ut quis nouum dominum recognoscat. tex. optin. c. l. ginigatate. xij. q. ij. & in c. j. §. praeterea. de prohib. feud. alic. per Fre. pro quo gl. in aut. qui re. C. de sacros. ec. Paul. Cast. re in auth. si quas ruinas. C. c. ti. Bar. in l. j. C. de iur. emph. Ex quibus solet adnotari, emphyteutae, qui re in emphyteusim accipit statim dato iusto pretio, re-

neri nihilominus quotannis vel unū numū soluere domino directo in recognitionem huius dominij: quæ quidem recognitio fit iure emphyteusis.

¶ Septimò maximè apparet ex præmissa resolutione, errasse Bald. in l. vnic. §. excepto. C. de cad. tollend. & lason consil. 159. colum. iij. lib. iij. dum tenuerunt successore vasalli, nouumque clientulum non tenere ad sacramentum fidelitatis præstandum, nec ad homagiū faciendum domino, quando prædecessor iuramentum domino præstitit expressim profes, & eius successoribus. Nam licet ita iurans voluerit vinculo iuramenti se ipsum, & successoribus adstringere, parū hæc proderit voluntas: cum iuramentum ex parte iurantis sit personale: atque ideo tenetur successor iuramentum fidelitatis præstare: quod idem Bald. notauit in cap. quæ in ecclesiarum. de consil. col. penulti. versic. sed nunquid. Auarot. in cap. j. in princip. nume. vij. quæ fuit prima caus. bene. amit. Carol. Molin. in consuet. Parisien. tit. j. §. ij. glos. iij. nu. 49. idque sensere docto. in d. c. veritatis. atq; lacob. à sancto Georgio, in feudi inuestit. versic. qui quidè inuestitus. col. 9. versic. amplius dico.

¶ Octauò his attentè perpen-  
sionem faciendam esse ab ipso.  
met iurante nouo domino, etiã

si veteri iuramentū præstitit expressim pro ipso domino, & eius successoribus, sicuti paulò antè probauimus: minimè tamen tenebitur hanc recognitionem nouo iuramento stabilires: si quidem iam semel iurauerit, nec vinculum iuramenti deleceat. text. in d. c. veritatis. de iureiur. Specul. in tit. de feudo. §. quoniam. versic. hoc etiam nota. nu. 68. Alex. consil. 79. col. pen. lib. vij. atq; ita in specie ista necessariam esse simplicè recognitionem notant Bald. & Héti. in d. c. veritatis. quorum meminit eos quidè sequutus Car. Moli. in d. gl. iij. nu. 50.

¶ Nonò ab eadem resolutione procedit + intellect. ad text. in c. vlti. de foro compet. in vj. vbi constitutum est, ratione iuramenti posse laicū, etiam reū apud iudicem ecclesiasticum conueniri: cum agatur in ea lite de obseruatione iuramenti. isthæ enim decisio locum obtinet in ipsomet iurante: non autem in eius hærede: nam eius hæres non poterit conueniri coram iudice ecclesiastico: cum iuramentum sit ex parte iurantis personale: & illa constitutio procedat ab ipsa religione iuramenti, & ad periuriam euitanda: sic sanè illum text. intellexè Io. Andr. & Abb. in c. vlti. de sepul. Bald. in authent. sacramenta puberum. in fi. C. si aduersen. idem Bald. in rubr. ff. de iureiur. iaco. à Bellouisu in repe-

in repetit. §. contrahentes. nu. 67. de foro compet. lib. vj. Ant. & Panor. in c. cum sit generale. de foro compet. & Roman. in singul. 216. tradit Paul. Paris. in consil. 75. lib. iij. col. j. & vlti. & omnes hi, quorum mentionem fecimus in priori parte huius principalis distinctionis. Econtrariò autè non tantū is, cui iuratum fuit, sed & eius hæres poterit iurante ad obseruatione iurati cōtractus apud ecclesiasticum iudicè conuenire: quod ex posteriori distinctionis parte constat.

¶ Illud sanè in hoc articulo prætermittendū non est, an regulariter si deferatur à lege iuramentum alicui, censetur etiam deferri eius hæredi? Et in specie + tractatur de intellectu 7  
specie + tractatur de intellectu  
C. vnde vi. & c. vlti. de his que vi. met. caus. fiunt. quibus constitutum est, quod super quantitate damni illati si constet de vi, & iniuria illata, stetur iuramento damnū passis. His constitutionibus conueniunt l. ij. tit. ii. part. iij. l. iij. tit. vij. par. v. l. 10. tit. 9. eadem part. Bald. equidè in l. ait prætor. in princ. ff. de iureiur. fatetur, in his casibus, & similibus iuramentum à lege deferri damnū passio: non tamen eius hæredi. nam probatio per iuramentum ad heredem nō transit, vt idè Bald. asserit in l. ij. ff. de condit. indeb. Contrarium tamen adnotarūt Paul. Cast. & doct. ex

glo. ibi in l. si per alium. §. vlti. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus. quorū opinio ex eo probatur, quod constitutio d. l. si quado. ex parte damnū passis fauorabilis sit, atq; idè extendenda. glo. & Bald. in l. ij. C. de in ius vocan. Dinus in reg. possessor. de regu. iur. in vj. col. iij. Abb. in c. non dubiū de senten. excō. lason in l. j. C. de success. edict. ij. col. His suffragatur text. in c. j. in princ. si de inuestit. inter domi. & vasal. lis oriat. Domino, inquit text. inuestiturā fecisse negante, si testibus res probari nō poterit, possessoris sacramentum decidatur. idem in corū successoribus obseruetur. Quibus quidè verbis satis probatur cōmunis opinio cōtra Bald. aduersus quæ est & decisio Martini Afflicti. 169. vbi scribit iuramentū in litem deferri ratione doli successori in beneficio ecclesiastico de his quæ acta fuerant tēpore prædecessoris. idè notat Catellian. Cotta in memorialibus, distinctio. j. iuramentū in litem. Verū tamen est, iuramentū in casu d. l. si quando. minimè deferri contra heredè eius, qui vim intulit: sicuti notat Faber ibidem cui plurimū patrocinator text. in l. iij. C. de in litè iur. & l. vj. tit. ii. parti. iij. rameris cōtrarium notauerint lason. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Chassanæ. consil. vij. col. penulti.

¶ Verū cū in iuramento tra-

fitur de animæ obligatione, solet hinc adnotari, iuramentum non posse per procuratorem præstari, nisi speciale mandatum is procurator habeat. Imò & in genere nõ posse iuramentũ præstari per procuratorem probatur ex eo qd iuratio fit actus religionis, qui à persona minime separatur. d. c. veritatis. de iureiuran. & assueurat Bald. in l. vnic. §. ne autẽ. col. j. C. de cadu. tollẽ. vnde idẽ Bal. in l. j. q. vt. ff. de rer. diui. scripsit in materia feudũ iuramentũ si delitatis nõ posse per procuratorem exhiberi: cũ ipsa fidelitas sit per ipsummet clientulũ & feudatariũ exhibẽda. Huc etiã pertinet text. gl. & Domi. in c. ij. de iuramẽ. calũ. in vj. vbi patet, herede cogendũ fore iurare de calũnia, etiã si defunctus iam in eadẽ lite idem iuramentum præstiterit. Attamẽ ad huius quæstionis perfectã cognitionẽ vnica conclusionẽ præponimus, præmittẽtes id, quod dubiõ procũ certissimum est, nempe ÷ iuramentũ per procuratorem nusquam præstari posse absq; speciali mãdato: cũ tractetur de obligatione spirituali, quẽ cõsensum speciale potissimẽ exigat. c. vlt. de procu. in vj. c. vnic. xxx. q. ij. nec enim absq; speciali consensu obligari quis potest quoad grauissimũ animæ, & religionis vinculu, præsertim qd pericuri crimẽ ex hoc imminet in iuramento pro-

missorio, nec verisimile sit quẽ quam, etiã si vellet aliquid promittere, eã promissionẽ fortissimo iuramẽti viaculo, & religione stabilire. In iuramẽto vero assertorio id facilius appareret: quia procurator nulla ratione potest iuramẽto nomine domini præstato asserere, vt verum aliquid, nisi specialiter habeat in mãdatis formulã istã: cũ alioqui dubius, & incertus sit, an dominus id verum esse sciat, itẽ an sub iuramẽto requisitus id verũ esse assueurat: atq; idẽ cũ vinculu iuramẽti assertorij certã veritatẽ exigat: ea planẽ nõ potest per procuratorem nomine domini iuramento in eius animã præstato assueuari. Sit igitur vna cõclusio, Iuramentũ ÷ verẽ præstari potest per procuratorem, aut nuntium habentẽ speciale mandatum ad iurandũ id, de quo in iuramẽto tractatur. hæc cõclusio probatur in c. vlt. de iuram. calum. in vj. vbi cõmuni omnium sententia idẽ receptu est, & in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dãno infe. quo in loco Bar. & docto. hanc opinionẽ vt iure certissimã præmittunt. Hoc autẽ iuramentũ per procuratorem fit in animã domini: sicuti probat text. in c. ij. de testib. in vj. eandẽ sententiam probat text. elegãs adhuc in materia, & tractatu fidelitatis in c. j. §. verum. de statu regul. in vj. qui probat ex cõsensu domini posse vasallum

se vasallum iuramentum fidelitatis præstare per procuratorem habentẽ ad hoc speciale mãdandum, quẽ tex. ad hoc dicit singulari. Roma. in singulari. 798. quã ob rem idẽ Roma. & alij post eum in d. §. si alieno. aduersus Bald. tenent, iuramentũ fidelitatis posse per procuratorem præstari: modõ is habeat mandatu speciale. Quam opinionẽ communẽ esse assueurat Iacobi. de sancto Georgio in tract. de feudis & inuesti. §. qui quidẽ inuestiti præstiterunt iuramentũ fidelitatis. col. iij. & Chassanẽ. in consuet. Burgund. rubr. iij. §. ij. nu. iij. quã sententiã tenuerunt Archidia. in c. tibi domino. 63. dist. & Bald. in c. j. §. nulla. per quos fiat inuesti. est tamẽ intellegenda hæc assertio, modõ dominus ipse nõ cõtradicat: quẽ admodũ probat text. in d. §. verum. notat Iacobinus in d. col. iij. nisi vasallus sit ita iustẽ impeditus, quod nõ possit cõmodẽ ad dominũ ipsum accedere tunc etenim poterit etiam domino inuito mittere procuratorem, aut nuntiu speciali mandato instructũ ad præstandum iuramentũ fidelitatis: quod notat Bald. in c. j. §. nisi iusta. nu. vj. per gl. ibi. quo tẽpore miles. Hæc verõ cõclusio à quibusdã adeõ vera censetur, vt & eam intelligant etiã in eo casu, quo lex requirit iuramentum propria manu exhiberi: nã & tunc existimant sufficere, id fieri per

procuratorem habentẽ speciale mandatu: quibus obstat text. quẽ inibi ad hoc notat Panor. in c. licet. in ij. de testib. ad idem text. in c. si verõ. in ij. de senten. ex com. quem ad probationẽ huius conclusionis existimat sing. esse Feli. in d. c. licet. col. ij. optima glo. in c. ij. verb. proprijs. de hæret. in vj. quẽ in hac ipsa specie eandem sententiam probat. Sic & Ludou. Roma. in d. §. si alieno. meminit text. in d. c. si verõ. ex cõq; prædictã conclusionem notat: scilicet iuramentũ non posse fieri per procuratorem etiam habentẽ speciale mandatu vbi lex requirit, quod propria manu id fiat. Attamẽ Alexã. in d. §. si alieno. vlt. col. ita intellexit illũ text. vt censet nõ habere locũ eius decisionẽ in procuratore habente speciale mandatum: quasi iuramentum in ea specie præstari per procuratorem nõ possit, nisi is habeat mandatu speciale. Quẽ quidem interpretatio minime placet ob auctoritatem glo. in clemen. j. de vita & honest. cleri. verb. publicẽ. quẽ probat non posse per alium fieri, quod ex lege, vcl canone agẽdum est à propria persona. Idcirco aliter oportet in hac questione distinguere in hunc sanẽ modum, vt si lex exigat in aliquo actu proprium alicuius iuramentum, possit tunc iuramentum per procuratorem habentẽ speciale man-

datum præstari, & fieri: modò is actus eius conditionis sit, quod per aliù geri possit. Ioà. Domi. & Doctor. in c. vt circa. de elect. in sexto. text. optimus in d. cap. licet. de testib. quo in loco apparet, testem nec testimonium per alium dicere, nec iuramentum ad id necessariù præstare posse, etiam si mandatum adfit speciale. Sed si lex requirat iuramentù fieri, aut præstari propria manu, illud planè per alium præstari nec fieri poterit, etiam cum speciali mandato. text. in d. c. si verò. què ita intellexit Feli. in d. c. licet. sensit Domi. in d. c. vt circa. §. penulti. & atque ita resolutionem istam. eiusque distinctionè prætorum Rotæ seruat secundum Casiodor. decisio. j. de iure iur. vbi ipse eam sequitur. sensit eandem opinionem Cardin. in clem. j. de iure iur. and. notab. 21. qui per tex. ibi existimat, posse per alium fieri in his quæ nullius, vel modici sunt præiudicij, quod iuxta iuris regulas propria persona, aut proprijs manibus agendum est. Idem notarunt Feli. in d. c. licet. colum. ij. de testib. Dec. in c. cum parati. nume. v. de appella. & Iason in l. si is, qui pro emptore. ff. de vfucapio. nume. 174. qui hac de re latius scribit. Est tamen satis frequens dubitatio, quod mandatum sufficiat ad iurandù de calumnia: nã id speciale requiritur. Quidam etenim cèsent,

sufficere mandatù generale ad omnes causas, & speciale ad iurandum de calumnia: licèt non exprimat in specie causã, super qua iuramentum hoc præstandum sit. Nam in animã domini nihilominùs poterit ex hoc mandato fieri caluniae iuramentum: sicuti receptum est in praxi secundum Bar. & Alexand. in d. l. qui bona. §. si alieno, & Capellam Tolosanam. 132. quæ quidem praxis iniusta videtur: siquidem propriè verù iuramentum in hac specie per hunc procuratorem in animã domini fieri non potest. Nã in ea lite, quæ in scio, & ignorante domino tractatur, iuramentù hoc fieri non valet: quia nulla est certitudo, quod absit in eius litis defensione, aut prosecutione caluniae. Forfan enim eã dominus minimè defenderet, hisvè defensionibus nequaquã vteretur, si eius litis scientiã haberet. idcirco fatua est isthæc procuratoris iuratio: tametsi & Matthesla. notab. 150. prædicti forensis vsus meminerit. Quã ob rē iustius, ac iure verius est, quod hoc mandatù nõ sufficiat, sed sit necessariù mandatu speciale ad iurandù de caluniae in speciatim nominata causã, & lite: secundum Bar. in d. §. si alieno. eundè Bart. in l. ij. C. de iure iur. propter calum. Abb. & Barb. in c. in pertractãdis. de iuram. calu. quorù opinio magis cõmunis est & probatur à simili in

simili in l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. ff. de acquirend. hædit. eandem sententiam tenet Alexan. in d. §. si alieno. Nam cum hic procurator iurare debeat in animam domini, non poterit absque eius speciali cõsensu eam obligare; præsertim vbi agitur de periurio committendo, quod grauissimum crimen est: nec procurator quibuscunque verbis constitutus mandatum habere videtur ad scelus aliquod nomine domini perpetrandum. l. j. §. si procurator. ff. de condic. in deb. His equidem probauimus, nullam posse iuramentum per alium, nuntiũ scilicet aut procuratorem fieri, in animam domini, nisi ipse habeat mandatum speciale: posse tamè regulariter præstari dato ad id mandatum speciali. quod maximè obseruandum est, vt miremur interim, plurima in iudicijs frequentissimè alieno nomine præstari iuramenta, quæ minimè forent admittenda.

### Ex §. sequenti.

- 1 Iuramentum lege Evangelica prohibitum non est.
- 2 Quandoquæ peccat qui iuramentũ ab alio exigit.
- 3 Iuramentum quandoquæ officium est ad religionis virtutè pertinens.
- 4 De iudicio, quod iuramentũ comes est atque ibi de iurandi necessitate.
- 5 De veritate, quæ item est comes iuramenti.

- 6 Iustitia comes est iuramenti & ibi de iuramento, quo res illicita promittitur quãdo mortalem, aut venialem culpam inducat.
- 7 Iuramentum si contineat promissionem non mutui, aut non fideiubendi, non est obligatoriu.
- 8 Intell. ad tex. in c. vlti. xxij. q. iij.
- 9 Iuramentum cui deficit iustitia comes, an verè sit periurium?
- 10 Iuramenta temeraria quæ quandoquæ periuria dicuntur, ea sint pena animaduertenda, quæ in periuros est sancita.

### §. Sextus.



OST hæc autem operæ pretiũ erit de comitibus iuramenti agere. Nam vt iuramentum honestè fiat aliquot necessaria sunt, sine quibus id permittum nõ est: imò iure optimo improbatum. Huic verò quæstioni opportunè conuenit inquirere, an iuramentum sit actus licitus per se, & an fuerit lege euangelica prohibita iuratio? Et quibusdam videbitur, iuramentum prohibitũ esse lege euangelica, iuxta illud Matthæi cap. v. quo in loco inquit Christus redemptor noster: Sit sermo vester, est est, non non: quod autè est abundantius est, à malo est. idem Iaco. A postolus admonet c. v. epistolæ scribens, nolite iurare. Sic Hiéron. in d. c. v. Matth. adseuerat, euangelicam veritatè non recipere

iuramentum: cū omnis sermo fidelis pro iureiurādo sit. c. con sidera. xxij. q. j. Et idem Hiero. in c. iij. Hieremiæ scribit, euan gelium nos prohibere iurare. item & Zachar. c. viij. testatur, Dominū in euāgelio præcepit se, ne iuremus. Hoc ipsum & Theophylactus probat dicens In lege mosaica nō erat malū iurare: post Christū autem ma lum est sicut & circūcidi, & in summa quidquid est Iudaicū. & præterea quod à malo est, il licitū esse videtur. Matth. c. vij. Nō potest arbor mala fructus bonos facere: sed iuramentum à malo est, vt constat in præci tato c. v. Matthæ. igitur illicitū esse apparet. & tamen nihilo minus proponimus primā hac in controuersia cōclusionem.

¶ Iuramentū lege euāgelica prohibitū non est. Hæc probatur autoritate Paul. ad Hæbr. c. vj. vbi Apostolus inquit. Homines per maiorē se iurant: & omnis controuersia eorū finis est iuramentum. deinde, si iuratio peccatum esset: non ita frequēter iurasset idē Apostolus. j. ad Corint. c. 15. Quotidie mori per vestram gloriā fratres. idē 2. ad Corint. c. j. Testem, inquit, Deū inuoco super animā meā, quia parcēs vobis nondū veni Corinthū. & ad Galatas. j. Quæ autē scribo vobis, ecce corā Deo, quia nō mēior. ad Ro ma. j. Testis est mihi Deus, cui serui in spiritu meo. Hæc de-

nique assertionē multis cōprobat diuus Aug. in sermo. 28. de verbis Apostoli, & in lib. cōtra mendaciū. & in lib. contra nichæos. & de sermone Domini in monte. tex. optimus in c. si peccatū. xxij. q. j. & in e. & si Christus. de iureiu. Nam quod ex euāgelio in contrariū adduximus, non est intelligendū de malo culpæ ipsius iurantis: sed de culpa ipsius exigētis iuramentū, qui sit nimium incredulus: quemadmodū ipse Aug. explicat in d. lib. de sermone Domini in mōte. romanus pontifex in d. ca. & si Christus. Thom. in 2. 2. q. 89. artic. ij. Aut sanē idē Christus dixit, Quod amplius est, à malo est. Quia iuramentū oriatur à malo pœnæ, sitquē malum pœnæ propter ingenium, & cōditionem mortalium, quibus post peccatum Adæ non est facile de rebus occultis fidem adhibere ci tra testes, & iuramēta. etenim si status humanæ innocentie perdurasset, nunquā cōcessum fuisset hominibus iurare, eo q̄ nulla tunc esset iurandi necessitas: sed simplici verbo præstarent homines mutuō sibi fidē. Cū serpens ille hæc plagam humano generi impegit: si quidē & ipse mendax semper fuit: vt habetur Ioan. c. viij. inde auctoritas hominū lesa fuit adeo quidē, vt nō facile homines digni sint, quibus adhibetur fides: iuxta illud Psal. 15.

Ego dix

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. sic & hanc interpretationē idem August. & romanus pontifex in d. c. & si Christus. ad Matthei locum, vt congruā admiserūt. c. ita ergo. xxij. q. j. Quamobrē diuus Chrysostomus in cōmentarijs super Matth. c. v. illum locū: à malo est, de diabolo interpretatur. Nimirū vt ait Theophylact. quod omnis infidelitatis diabolus primus sit author. Et præterea Iesus redēptor noster, licet in d. ca. v. Matthæ. per creaturas iurare prohibuerit, nusquā tamē vetuit iurare per creatorē: secundū Hieronymi bī, & Innocen. tertii in d. c. & si Christus. Aprior tamē est autoritati euāgelicæ, & Iacob. epistolæ ea interpretatio: vt cōstituiamus iuramentū tunc illicitum esse, ac semper fuisse, cū ei desint comites illi, & circumstantiæ, quæ solent id reddere licitū, nonnunquā honestū religionis officii: quod si fiat iuramentū adhibitis eius comitibus, nulla ex parte illicitū esse potest: iuxta communē sanctorum virorum traditionem. Deinde, vt obiter Hieronymi auctoritati satisfaciamus, forsitan voluit Christus ostendere maximum discrimen, quod latissimū patet inter antiquā Syriacā, & nouam Ecclesiam. Nam cū Iudæi, autē Paul. ad Galat. iij. veluti paruuli essent in fide, nihil à seruis differētes,

aliqua eis pro eorum imbecillitate indulgebantur, quæ pro uectioribus iam Christianis, & tanquā filijs ad legitimam ætatem adultis, atque his qui hęc dicitur per mortem Christi adierunt, nō sunt cum tāta licentia concedenda. Quamobrē iuramentorū vsus multò turpior est Christianis quàm Iudæis. Christiani enim debent illa sanctimonix, & religionis verę opera præstare, quæ vbique illis asque omni iuramento fidē, & iustā comparēt autoritatem. Nam & si Deus antiquitus iurasse legatur: tamen Magister noster Christus nusquā iurauit. vtitur equidē his verbis, Amē, Amen, quæ à iurandi significatione sunt aliena, idēque significanc, ac si diceret: verē, verē, seu firmiter dico vobis: quæ admodū constat apud Lucā c. v. ex quibus illud planē verū est, iuramentū non esse prohibitū lege diuina: imò permissum. Quod Augustin. probat, & sequuntur eum Innoc. tertius in d. c. & si Christus. & ibi docto. sanctus Thom. in d. q. 89. artic. ij. Ioan. Arboreus lib. ix. Theoso phi. c. 17. Nec tamen hinc necessariō sequitur, etiā si admittamur primā interpretationē euāgelici testimonij, peccare omandō eū qui iuramentū ab altero: exegerit nec enim vbiq̄ peccat: cū posuit iusta ex causa iuramentū ad maiorē promissionis, vel assertiōis cōfirmatio

né exigere absque illo crimine. Extat hac de re diui Augustini testimonium elegans in sermone 28. de verbis Apostoli qui exigit. xxij. q. v. Qui exigit, inquit, iurationem, multum interest si nescit, illum iuraturū falsum, an scit. Si enim nescit, & idem dicit, iura mihi, vt fides ei sit, nō est peccatū: tamē humana tentatio est. Si autem scit, eum fecisse, & cogit eum iurare, homicida est. Ille enim se suo periurio interimit: sed iste manū interficienti & impresit & presit. Hæc Augustinus apud Gratianum. sed in dicto sermone 28. de verbis Apostoli ita legitur apud Augustinum: qui de malo ipsius existens iuramentum præfatus hæc subdit verba: Tene ergo linguam, & cōsuetudinē quantum potes, nō quomodo quidam quando illis dicitur: verū dicis, non credo, non fecisti, non credo, Deus iudicat, iura mihi. & ipse, qui exigit iurationem multum interest si nescit illum falsum iuraturū, an scit. Si enim nescit, & idē dicit, iura mihi, vt ei fides fiat: non a deo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit, eum fecisse, & nouit fecisse, vidit fecisse, & cogit iurare, homicida est: ille enim suo se periurio perimit, sed iste manum interficientis, & expresit, & presit. Hactenus Augustinus. cuius verba libuit refer-

re, vt planior esset eius sensus: qui apud Gratianum non ita patet. Et tamen illud erit prænotandum non statim peccare eum, qui iuramentum exigit ab eo, quē scit falsum iuraturum. Nam si hoc exigat publico fungens officio, & munere iuxta ordinem iuris minimē peccat, secundum Tho. 2. 2. q. 9. artic. iij. Imō si rem istam penitentiū inspexerimus, † manifestum erit, iuraturū nonnunquam officii esse non modō licitum & honestum: verū & religiosum, ac laude dignū. Nam & si quod scriptum est Deuteronomio cap. vj. per nomen Dei iurabis, ad permissionem quandam tacitam habentē prohibitionem iurandi per falsos deos, potius, quā ad præceptionem referendum sit: attamen sæpē numero vsu veniet iurandum præceptū esse: nempe dum potestas publica exigere à ciue potest iuramentū ad detegenda, coercēdaque mala: quæ verunt in rei publicæ dispēdiū. imō quandoquē tenetur quis non requisitus iurandum offerre ad confirmationem testimonij, quod dicere tenetur ad liberandum innocentem à damno, aut pro alio magno rei publicæ commodo: sicuti colligitur ex traditis in cap. intima uit. de restib. & per Thomam 2. 2. q. 70. arti. j. Atque secundū hanc interpretationem illud Psalmistæ obtinet. Laudabuntur omnes

tur omnes, qui iurant in eo. scilicet in Deo. Hoc ipsum probatur ex proprijs iuramentū causis, quæ ducunt. Altera de ratione finis: cū iuramentum sit omnis controuersia: finis ad confirmationē: teste Paulo ad Hebræ. c. 6. idem tradit Iulius Celsus in l. j. ff. de iureiur. Maximū, inquit, remediū vsu venit iurandi religio. Altera verō causa, quæ iuramentū honestum, ac laude dignū reddit, est honor, qui Deo à iurante detetur: dum illū confitetur esse fontem primū veritatis. Nam sicuti reliquas humanarum scientiarū veritates, per sua prima principia philosophi demonstrant, si quidem auctore Aristotele. i. Physic. tunc arbitramur scire vnamcunque idē dum principia prima cognoscimus, vltimæ ad elementa: ita dubia omnia rerum contingentium, quæ aliter constare nō possunt, per diuinū testimonij, quasi per principij meritū cōfirmamus. Hinc denique fit, iurandi virtutē, vbi ealegitima sit, ad religionē pertinere: cū ad cultū Dei pertineat: quē iurantes confitentur infallibilem omnium veritatē, & scientiam habere: cui omnia etiā cordium abditissima sunt in conspectu. c. nouit. de iud. sic in d. l. j. ff. de iureiur. & in l. ij. C. eo. t. iurandi officij religio nuncupatur: quæ quidē ad secundū præceptum prioris tabule referen-

da est. Etenim dū in eo cauetur vsurpatione diuini nominis in vanum, significatur diuinā venerationē esse & religionē, iuramentum exhibere vbi iurandū ad sit necessitas. Vnde Hieremias c. v. cōqueritur Deus de filijs Israel, quod eum dereliquissent, iurassetque in his, qui non erant dii. Deuteronomij cap. 6. scribitur Deum tuum timebis, & illi soli serues. ac deinde subditur: per nomen illius iurabis. Aristoteles item i. Metaphysicorū, c. 3. Res, inquit, honorabilissima est iuramentū: cuius idē venerationē nunquā antiqui tribuerunt, nisi illis, quos pro deis colebant. Sic denique diuus Thomas in q. 89. artic. 4. probat, iuramentum actum religionis esse. Hæc vero virtus non est de genere illarum, quæ ex obiecto proprio, & per se sunt virtutes, quæ nihil aliud desiderant, vt bene fiant, quā vt nulla illis adsit, aut apponatur circumstantia praua: sed de genere earū quæ non sunt omnino virtutes, nisi propter necessitatem: sicuti penitentiā virtus, quæ in statu innocentia minimē fuisse peccati: sed propter necessitatem peccati virtutis nomen habuit. Etenim sicut sunt virtutes quædā ad tuendā bonā valetudinē animi: sunt & alia virtutes ad eam reparandā, si quādo fuerit amissa. Sic & hominis natura integra non exigebat vindicationem: at si mali sint, & peccatores, virtus necessaria

est: nā non vindicamus nisi malefacta. Et sicut vindicatio sceleris alieni supponit vitium in alio: sic vindicatio sceleris proprii supponit vitium proprium. quā ob rem poenitentia virtus dicitur, etiam si distincta sit ab alijs virtutibus: quemadmodum explicat Thomas in 4. sente. distin. 14. q. 1. art. 1. q. 3. & ibi Palud. q. 2. co. 3. idem Thomas 3. par. q. 85 art. 2. eruditissimè Melchior Cano in Relectione de Poenitentia, part. 2. Iuramentum igitur virtus est ad religionem pertinens, non equidem per se ipsam, sed supposita necessitate expectanda. Cōuenit etenim inter aucthores catholicos, iuramentum non esse ponendū inter ea, quæ sua natura bona sunt, sed inter necessaria: sicuti explicant Augustinus de verbis Domini in monte lib. 1. & Ioann. Chrysostomus Homelia. 26. ad populum Antiochenū. Propter multam, inquit, incredulitatem non hominem volunt sponsorem, sed Deū. Hinc sanè quod diuus Thomas scripsit 2. 2. q. 89. artic. 2. dicens, iuramentum secundū se esse licitum, & honestum: intelligendum est secundum indiuiduos comites iuxta honestatis: atque ideo non est iuramentum bonum per se appetendū: tamen si per necessitatem sit honestū adhibitus alijs eius comitibus: sicuti hæc & alia id genus eleganter scribit Domin. à Soto in relect. de iuram. par. c. 2. hæc verò

diui Thomæ interpretationem idem Thomas tradidit ea. q. 89. art. v. Igitur de comitibus iuramenti necessariō hac in parte agendum erit: vt etiam obiter interpretemur text. in d. ca. & si Christus. quo in loco Innocentius tertius auerterat, iuramentū per se malū non esse. Nec enim, inquit, iuramentū per se bonū esse: quod si dixisset, posset id intelligi eo pacto, quo diui Thomæ sententiam intelleximus: sed romanus pontifex inibi testatur iuramentum non esse de his actibus, qui sunt per se omnino mali, nec possunt aliquo casu licere: vt furtum, adulterium. Sed de his actibus, qui non sunt per se mali: imò possunt esse liciti iuxta quasdam circumstantias, & ornatus: mali autem itidē ex causa. Nam iuramentum prohibetur sapissimè ex eo, quod fiat nō adhibitis eius comitibus, quibus id potissimum honestatur. Primus ḡ iuramenti comes ipsum iudicium traditur, à quo ipsa iurandi necessitas est. Tres etenim sunt eius comites iuxta illud Hieremiæ c. 4. Iurabis, viuit Dominus in veritate, & iudicio, & in iustitia. quem locum Hieronymus interpretatur ita scribens: Animaduertendum quod iurandum hos habet tres comites: veritatem, iudiciū, atque iustitiam. Et addit, si ista defuerint, nequaquā erit iuramentū, sed per iurū. c. 2. 22. q. 2. ca. vlt. 22. q. 4. gl. in d. c. & si Christus. ver. iusti

ua. Diuus

ua. Diuus Thomas. 2. 2. q. 89. art. 3. horū autem comitū quemlibet separatim tractabimus: nec temerè primū esse diximus necessitatē ipsam iurandi: quia hūc potissimum existimamus iuramenti ornatum: nempe quod id fiat iudicio comite: siquidē primus hic comes, quod ad iudiciū attinet, alios complecti videtur. Ex quo deducitur, fieri non debere iuramentum, nisi ex causa necessitatis, vt tandē id fiat maxima cum circumspectione in re quidem graui, & vbi iuratio necessaria est ad pertuadendū id quod iuramento asseueratur. est enim temeritas quædam, & planè irreuerentia diuinæ maiestatis citra necessitatem pro qui buscūque rebus, etiam minimis iurare. Nam id est ad iuramentum Dei in vanum, cum frustra fiat iuramentum suoque fine careat. finis autem iurandi est ipsa necessitas persuasionis & fidei, vt veritas confirmetur, ac credatur allerēti, & promittenti. Hic autem statim deficit, si iuramentum fiat vbi nulla adest ad pertuadendum iurandi necessitas. Quanta verò necessitas ad iurandum sit requirenda maxime admonuit Isocrates apud Ioan. Stobæum Sermone. 25. Sacramentū, inquit, oblatum tibi duabus de causis iurato, vel vt te ipsum turpi suspensione liberet, vel vt amicos ex magnis periculis eripias. Pecuniarū verò gratia & si iustam causam ha-

beas, nullū Deum iuraueris. Similiter, alij periuurus, alij avarus videberis. Hæc Isocrat. Sed & Pythia Lacedæmonijs vnū genus iurandi proponens respondit, Satis, ac melius illis fore, si absque iure iei. affirmassent teste Plutarcho in problematis. Roma. c. 27. qui ex Phauronio tradit, veteres iussisse pueris Herkulē iuraturis exire domū, & sub diū progredi: idq; de industria, vt moram efficeret ea iolanis, & deliberadū dare spaciū: ne pueri sic temerè deierare insuccederent. Præterea iuramentum caret iudicio, si id frequenter fiat cū ex frequēti iuratione magnū sit perieradū periculū, sæpēq; periuuri inde contingat. legitur etenim Ecclesiastici. c. 23. Iuratio ni nō asseuerat os tuū: multi enim ea susin illa. Et iterū: Vir multū iurans reblebitur iniquitate: & non discedet à domo ei⁹ plaga. retulit tex. in d. c. & si Christus: Est igitur iurandi cōsuetudo periculosa, quippè que viam periuurijs sternat. Necessitas autē iurandi tūc verè cōtingit, qn̄ illa veritas, que iuramento firmanda est, nequeat alia via cōprobari: cāq; iuratio necessaria sit tuēde charitatis: siquidē Deus non est qualibet ex causa in testē vocandus. Quia & prudentia huius comitis ratione ad iurandū requiritur: nempe vt iuramentū fiat præiura cōsultatiōe, maturoq; iudicij examine. Dicitur autē iuramentū qd hoc comite caret à diuo Hic.

ronymo periurium in præcitat-  
tis locis, non ex eo, quòd verè  
periurij crimen hinc potest omni  
nò deduci: sed quia sit hæc incau-  
ta iuratio: quemadmodum  
exponit glos. ibi communiter  
recepta in cap. tua nos. de iure-  
iuran. incauta verò iuratio quo  
dammodò periurium dici poterit:  
quia iurans exponit se periculo  
peierandi ob incautam iuratio-  
nem: vt tradit Thomas. 2. 2.  
q. 98. artic. 1. & 2. qua ratione  
vbi de periurio quòd ad eius pro-  
prium vim, & significationem  
tractabitur, de hoc improprio  
periurio nulla erit ratio habenda.  
Est etenim propriè periuriū  
mendacium iuramento firmatum:  
secundum Tho. in dict. artic. 1. q. 98.

¶ Secundus ¶ iuramenti comes  
veritas est. Nam actus morales  
ex sine speciem sortiuntur: finis  
autem iuramenti est confirmatio  
dicti humani. huic verò con-  
firmationi falsitas opponitur,  
quæ dubiò procul sine iuramen-  
ti extinguit, atque tollit omnino.  
atque ideo à falsitate præcipue  
constat perueritas iuramenti:  
de què ratione periurij falsitas  
est: vt docet S. Thomas 2. 2.  
q. 98. arti. 1. quo fit, vt veritas sit  
necessarius comes iuramenti:  
quæ quidem si deficiat, periurium  
proprium efficit: quia veritas  
penitus requiritur in iuramento:  
vt id, quod asseritur verum  
omnino sit: atque id, quod  
negatur, sit vtq; falsum. In pro-

missorio autem iuramento, vt  
id, quod promittitur, tempore &  
loco impleatur. abest etenim à  
iuramento omnis eius substantia,  
si veritas deficiat: adfuit iuratio  
que nomē Dei in vanum. Qua  
ratione veritas est medulla, &  
substantia honestatis iuramenti.  
Peccatum ergo, & mortale  
est omne asseritorium iuramentum,  
si veritas desit, etiam si id  
ioco fuerit factum, imò maiore  
irreuerentiam committit in Deū,  
qui ioco falsum iurat: vt docet  
Thomas dict. q. 98. art. 3. Sic  
per iuratus grauius puniatur iure  
humano præter diuinam punitionem,  
quod statim à nobis laus tractabitur  
in eo paragrafo. quo pœnas aduersus  
periuos statutas explicabimus. Nec  
de hoc iuramenti comite amplius  
hæc tractare libet: quandoquidè  
res sit omnino expedita, absque  
veritate iuramentum periuriū  
quidem esse, grauisimūque &  
mortale crimen.

¶ Tertius ¶ iuramenti comes à  
iustitia pendet: & verè requirit  
ad iuramenti honestatem, quod  
sit licitum, aut decens id, quod  
iuratur: quemadmodū constat  
ex his locis, quæ paulò antè ad-  
duximus ad comites iuramenti.  
vnde sequuntur plura. Primum  
quod iuramentū vergens in dis-  
pendiū salutis æternæ nullo ob-  
ligato seruandū est. ea. nō est obli-  
gatoriuū. de regu. iur. in vj. cap. si  
verò. c. cū quidam. §. vlt. c. sicu-  
de iure iur. c. in malis. c. qui sacra-  
mentum

ment. cum multis alijs eiusdè  
q. 22. q. iij. Impia etenim est  
promissio, quæ scelere adimpletur.  
Nam vbi què aliquid promittitur,  
quod impleri non potest: ideo quia  
illicitū sit, vel dedecens, aut iure  
prohibitū, vel diuinis consilijs  
contrariū nulla contrahitur obligatio:  
cū Deus neminè ad aliquid ex  
his obliget. Qua ratione in  
c. nerui. xij. distinct. & in c. duo  
mala. ead. distinct. scriptum ex-  
tat, minus malum esse iuramentum  
noxii frangere, quàm implere.  
imò verè nulla est hæc iuramenti  
violatio: quandoquidè ex  
supradictis nō sit huic iuramento  
vlla obligadi vis. quod &  
S. Thomas explicat. 2. 2. q. 89.  
art. vij. Secundò hinc sequitur,  
omne iuramentum promissorium,  
quod re illicita, vel indecentem,  
aut diuinis consilijs contraria  
contineat, peccatum esse. vsurpat  
enim otiosè quis nomen Dei in  
vanum, si iuramento id promittat,  
quod nō licet, vel non debet soluere  
ex causis modò expositis. derogat  
etenim venerationi diuinæ ma-  
iestatis, qui eam in huiusmodi  
promissionum testimoniuū adducit  
atque ita hæc iuramenta temeraria  
dicuntur. c. definitio. xxij. q. iij.  
c. sicut nostris. de iure iuran. notatur  
in cap. Florentinum. 8. distinct.

¶ Tertio patet ex his, Hæc iuramenta  
temeraria tūc ad peccatum mortale  
pertinere, cū

id, quod sub iuramento includitur,  
& promittitur, crimè est mortale:  
secundum omnes in d. c. si verò. gloss. in  
d. c. si verò. gloss. in d. c. sicut nostris.  
& in d. c. Florentinū. Nā si  
obseruatio huiusmodi iuramenti  
crimen est mortale, idè peccatum  
admittitur, quando iuramentum  
prestatum: eadem equidem ratione,  
qua prohibetur res, etiam interdicitur  
iuramentum promissorium eiusdè  
rei patrādè. Et præter alia, quæ  
ad grauitatè huius peccati adduci  
possunt, constat maximam irreuerentiam  
cōtra maiestatem diuinam committi,  
si quis Deū ad rei illicitæ, & sub  
mortalis criminis reatu prohibet  
promissionē, testè aduocauerit. Deinde  
si ita iurans animū habet agēdi,  
quod iuramento promissit, planè  
constat, eam intencionem peccatum  
esse mortale: quòd si animus desit  
faciēdi, consequitur manifestè itidè  
mortalem culpam contrahi: quia nomen  
Dei in vanū iurans adsumpsit,  
Deū ipsum in testem adsumens  
falsæ promissionis: quod iam in  
hac relectione in specie adnotauimus:  
idcirco peccatum hic mortale constituitur.  
Quartò deducitur, iuramentum, &  
iunc temerarium esse, cū aliquid  
promittitur, quod veniale culpam  
habet. gloss. in c. si aliquid. xxij. q. iij.  
Ioan. And. Domi. & Frac. in hoc  
c. quauis. de pact. in vj. vbi Geor.  
Nata notab. vj. idem notat. &  
Ioan. de Selua Relect. Didac. Couar. g

in tract. de iureiur. iij. part. iij. limit. Nam cum veniale peccatum opponatur feruori charitatis: consequitur ex hoc, nullam posse, etiam praestito iuramento, constitui obligationem ad id agendum, quod veniale habet culpam: atque ideo maximam esse temeritatem iuramēto promittere rem hac culpa dignam. notant Abb. & Fel. post alios in d. c. si verò. Hinc & quinto constat, Iuramentū promissoriū venialis actus, & culpa, peccatum esse veniale. Quia & si iurans adimpleat quod promisit, solū venialiter peccat: & qui iurat veniale opus facturum, nō se illaqueat, ne iuramētum implere possit, nisi tantum sub reatu veniali: vnde nō peccat dum iurat, nisi venialiter. atque ita in specie notat Caieta. in d. q. 89. arti. vij. in responsione ad ij. & Syluester verb. iuramentum. iij. q. j. & verbo, iuramentum. ij. q. vij. idem ipse Caieta. in summa, verbo peritium promissoriū. tamen si Catharinus admonuerit, cauendum esse ab hac opinione.

¶ Sexto adhuc ex praemissis patet, si ad amissim hanc materiam expendamus, non satis sufficientem esse argumentationem istā: iuramentū quodcunque vergēs in dispendium salutis aeternae seruandum non est: igitur iuramentum quodlibet, quod non tendat in detri-

mentum salutis aeternae, seruandum erit. Haec etenim collectio minimè valet. Sunt sanè quaedam iuramenta promissoria, quae etiā si possint seruari: quia ex eo nullum dispendium salutis spiritualis sequitur: attamen nulla est obligatio ex ea promissione deducta, quae iuramēto cogat ad seruandum, id quod iuramēto promisit. Sūt ad haec pulehra verba S. Thomae in d. q. 89. artic. vij. ad secundum, in hūc equidem modum. Si quis autem iurat, se facturū aliquid peccatum, & peccat iurando, & peccat iuramentum seruando. Si quis verò iurat, se non facturum aliquid melius bonum, quod tamen facere non tenetur, peccat quidem iurando in quantum ponit obicem spiritui Sancto, qui est boni propositi inspirator: nō tamen peccat iuramentum seruando: sed multo melius facit, si non seruet. Haec tenens Tho. Idem adnotauit ipse Tho. quod libr. iij. q. 14. & Panormit. in d. c. si verò. col. iij. & colligitur ex Gratiani resolutione in c. vlti. §. vlti. xxij. q. iij. † vnde si quis iureiurando promittat, non mutare pecunias, nō fideiuberet: et in casibus quibus id officii impendere tenetur sub mortalis, aut venialis culpa reatu, dubio procul peccabit, si iuramentum seruet, & peccabit item iurando. Sed vbi nō tenetur id officium in alterum exercere:

sed est

sed est opus optimū: profectō peccauit iurando, & venialiter, vt ex Caietano in summa & in Commentarijs ad Thomā ad notauimus: non tamen peccauit seruando iuramentum: nec illud violabit si mutuum pecuniam alteri dederit, aut pro eo fideiusserit: quod satis constat ex Tho. Gratiano & Abb. in praecitatis locis. Ex quibus opinor manifestum esse Hippoly. lapsū, qui in repetit. rubr. ff. de fideiussoribus, opinatur nu. 28. post hoc iuramentū, cuius modō meminimus de non fideiubendo emissū, iurantem nō posse fideiubere, nec valere fideiusionem: quod, ni fallor, falsissimum est. Sic & dum Oldr. in consil. 90. sensit, iurantem in hac specie nec posse fideiubere, nec mutare, nisi existēti in extrema necessitate. itidem labitur: quia non obstante iuramento poterit qui iurauit, mutare cuicumque, & pro quocūque fideiubere, etiam si is non sit extrema in necessitate constitutus. Hinc etiam patet, non rectè rationē huius quaestionis perpenderit Catharinum: dum aduersus Caietañ. falsum esse censet, quod modō diximus, in hoc iuramento veniale, non mortale peccatum committi. Hinc etiam expendendū est, quod † Gratianus docet in d. c. vlti. xxij. q. iij. est etiam, inquit, quod iuratur aliquando vitiosum non in natura suis: sed

ex causis extraneis: veluti cum aliquis post votum castitatis iurat alicui, se habiturū eam in coniugem. Coniugem nanque habere, in seipso malum non est: tamen huic ex voto perniciosum est. hoc autem iuramētum, etiam si illicitum sit, non tamen seruari prohibetur: sed de violatione voti praenitentia sibi iubetur indici. Haec tenens Gratianus, qui parum sibi confisus multa quidem hac in propositione & sentit, & asseruerat, quae nullo pacto defendi simul possunt. Idem author paulò ante inquit. Aliquando nanque iuramento deest iustitia, veluti cum quispiā post votum castitatis duxit vxorē, iuramento firmans, nunquam se ab eadisceffurum: quod quauis illicitum sit, quia iustitia sibi probatur deesse: tamen auctoritate August. seruari praecipitur. ad quorum verborum perfectam interpretationem praemittendum est, praecitatum c. vlti. xxij. quaestio. iij. deductum esse ex diuo Ambrosio libr. iij. de Officijs capitul. x. vsque ad verfic. illicitum ergo iuramentum. quo Gratianus ipse in epitomen quaestionem colligit. Deinde illud est considerandum, post simplex votum castitatis si quis vxorem ducat, etiam absque iuramento, matrimonium tenet, teneturque cū vxore cohabitare, ac de bitum coniugale reddere: aut

ante copulam, & matrimonij consummatione religionē ingredi, & profiteri. Imò planè si nondum matrimonium fuerit consummatum tenebitur religionem ingredi, & profiteri ea ratione, qua tenetur votū iuxta vires proprias seruare, & effugere periculum votū violandi, si cum vxore cohabitaret. Nā licet teneatur exigenti debitū reddere: nō tamen potest exigere absque voti iniuria, & violatione: itaq; si matrimonium nondum sit consummatū ad hoc, quod modò diximus, tenetur. Et nihilominus matrimonium tenet, ac firmū est. c. confuluit. & c. rursus. qui cleri. vel vouent. tamen si cōtrahens matrimonij post votum castitatis mortaliter peccet: quippe qui cōtra votū egerit, se ipsam adstringens debiti coniugalis redditioni, quæ castitati aduersatur: vt in d. c. vlti. satis probatur. Præter hæc profectò si iuramentum vim confidremus nullo pacto negari potest, hoc iuramentū de matrimonio contrahendo emissū post votū castitatis illicitum esse, & omnimò obligatorium: sicuti patet rationibus paulò antè adductis, & ipsius gratiani testimonio, qui testatur iuramentum illicitū esse, ac perniciosum, & voto contrarium. Mirum igitur videbitur quibusdam quod statim subdit Gratian. nō esse prohibitum, quòd iuramentū

hoc seruetur. Nam si per hoc iuramentum, & eius obseruationem votum violatur, non potest id iusiurandum obligare ad rem iniquam & illicitam, & sic ad voti violationē. Quā obrem vel Gratianus maximè errat, vel eū habere debet sensum, vt intell gamus non de iuramento ducendi vxorem: si quidem hoc iuramentum seruandum non est post votū castitatis præstitum: imò prohibetur omninò seruari. quia votum castitatis contrarium est, & tendit in violationem voti sed de iuramento habendi, & tractandi vt vxorem. eam scēminam, quam per verba, quæ de præfenti dicimus, in vxorem ceperat, etiam post simplex votum ipse, qui iurat, vel modò tempore iuramenti accipit. Sic sanè duas hac in controuersia constitutumus cōclusiones: quarum prior dicitur, iuramentum post votum castitatis præstitū de accipienda aliqua scēmina in vxorem per verba, quæ de futuro dicimus, nec iurantem obligare, nec seruandū fore: imò id illicitum esse, & mortale crimen committi, si seruetur. Posterior conclusio exponit, iuramentum post votum castitatis præstitum de habenda scēmina in vxorem matrimonio cū ea contracto per verba perfectum coniugij consensum significancia, seruandum fore quoad debiti coniugalis redditionem:

tionem: licet id incautè, & illicitè præstitum fuerit ante matrimonij contractum: & teneatur iurās religionem aliquam ante coniugij consummationem ingredi, ac profiteri. Hoc etenim est quod Gratian. sentit, dum in dict. cap. vltim. vtitur verbis significantibus contractum matrimonij perfectū: saltem in versic. vnde datur intelligi. quāuis an sit perfectus matrimonij contractus per illam promissionē, qua quis aliquam scēminam pollicetur se in vxorem habiturus: quibus verbis vtitur Gratianus in parte vltim. dict. cap. satis dubium sit secundum ea, quæ notauimus in Epitome ad quartum librum Decreta. ij. par. cap. iij. §. j. numer. v. & verè in casu huius posterioris conclusionis. nihil iuramentum operatur, nisi quoad maiorem transgressio nis culpam propter periurium siquidem etiam absque iuramento contractus coniugalis iam perfectus indissolubilem inducit cohabitandi obligationem, quamuis votum simplex castitatis præcesserit. † Hæc autem iuramenta, quibus iustitia deficit, periuria appellantur in cap. sicut nostris. de iureiuran. in can. qui sacramento. xxij. q. iij. nullo etenim in futurum expectato tempore iuramenta ista, dum emittuntur, periuria sunt propter iustitiæ & iudicij defectum secundum Thom. 2.

2. quæstion. 98. articu. ij. ad ij. Nam requiritur ad honestatē iuramenti quòd sit licitum, & honestum id quod iuratur: atque ideo qui iurat se adulteriū commissurum statim periurus est, licet re vera sit completurus iuramentum, non quidē ex eo quòd iuramentum non seruauerit: sed quia iurauit id quod fas nō erat perficere, aut non tenebatur etiam post iuramentum facere. Idcirco in ipso iurandi actu periurium perpetratur, frāgiturque iuramentum: cū id fiat promittendo id, quod seruātum necessariò non est, nec vllam seruādī obligationem inducit, vel quod absque crimine, & culpa seruari nō potest. Qua ratione multis canonibus statutū est, pro his iurationibus incautis poenitentiam iurantibus iniungēdam fore. Hinc sanè definitur poterit quæstio illa, † An hæc iuramenta temeraria, quæ quādoque periuria dicuntur, sint punienda ea poena, quæ aduersus periuros statuta est? Nam text. in cap. sicut nostris. de iureiuran. & in cap. grauis admodum. de censib. probat, pro his incautis iurationibus congruam poenitentiam fore indulgendam: nec priuandus est quis beneficio ecclesiastico: quem admodum pro vero periurio priuaretur. glossi. in can. definitio. xxij. quæstio. iij. & in can. Florentinum. 85. distinct.

Ex contrario sese offert respon-  
sio text. in cap. tua nos. de iur-  
reuerand. vbi si quis iuramen-  
tum illicitum primò præstite-  
rit, ac deinde contrarium fece-  
rit iuramentum, beneficio ec-  
clesiastico priuatur. Idcirco do-  
ctores quidam iuris canonici  
interpretes existimant, decisio-  
nem text. in dict. cap. tua nos.  
ita esse intelligendam, vbi pri-  
uatio beneficij non fiat in ea  
specie propter iuramentum il-  
licitum: sed quia quoad vulgi  
opinionem contrarium præstans  
iuramentum cõstituit se  
iurans in periurio, quod vitare  
non poterat, eo ipso, quòd duo  
aduersa & contraria iuramen-  
to pollicitus fuerit: atq; ita eũ  
text. interpretantur Innocen-  
Ioan. Andræ. Abb. Imola, &  
doctor. magis communiter in  
dict. cap. tua nos. qua in re vul-  
gi opinio, & scandalum consi-  
deratur: cum periurium vulgus  
existimet necessariò cõmitten-  
dum fore ex ea iuratione: sicuti  
post alios admonet Felin. in  
dicto cap. tua nos. quem text.  
ita intellexere eum commen-  
dantes Roma. singu. 110. & Ri-  
pa in cap. ij. de rescript. colum.  
113. Sed licet hæc opinio com-  
munis sit, mihi tamen nusquã  
placuit: video etenim prius iu-  
ramentum nullam habuisse o-  
bligandi vim, nec habere: atque  
ideò non posse verè, & proprie  
periurium contingere, tametsi  
non fiat id quod in eam iura-

tionem deductum fuerat: id ve-  
rò quod posteriori iuramento  
promissum est, absque villo per-  
iurij reatu fieri quidem potuit.  
Nec est absolutio necessaria à  
priori iuramento: cum ex eo  
nullum iurationis vinculum  
processerit. Quam ob rem ali-  
ter intelligi poterit responsio  
text. in dict. cap. tua nos. Nam  
prius iuramentum, cuius inibi  
mentio fit, de soluenda pensio-  
ne maiori, potuit, ac poterat  
ab ipso iurante absque periculo  
spiritualis salutis seruari ad  
eius vitam: & ideò in hoc sen-  
su iuramentum illud validum  
fuit quòd ad obligationem sal-  
tem ante absolutionem, quæ  
necessaria est, & omninò præ-  
standa, ex eo quod iniquè fue-  
rit iuratio extorta de pensione  
soluenda, non quidem institu-  
ta episcopi autoritate, nec so-  
lita, sed noua: vt constat ex d.  
cap. significauit. & cap. Grauid.  
de censib. & quia ante absolu-  
tionem istam in specie cap. tua  
nos. contrarium iuramentum  
præstitit clericus, ac seipsum cõ-  
stituit in certo periurio, nisi ab-  
solutio fuerit obtenta, punitur  
pro periurio priuatione benefi-  
cij: quemadmodum ibidem ad-  
notarunt Cardina. & Felin. co-  
lum. penultim. quia siue serua-  
uerit prius, siue posteriùs iura-  
mentum, manifesta est periurij  
culpa: si prius, ex eo quòd  
violat posteriùs: si posteriùs, ex  
eo quòd violat prius, quòd an-  
te absolu-

te absolutionem seruare tene-  
batur. Atque hæc dicta breui-  
ter fiat de comitibus iuramen-  
ti: reliqua verò ad hanc quæ-  
stionem pertinentia non ad-  
modum recondita, nec diffici-  
lia sunt: & quæ diximus ea tan-  
tùm ratione tradidimus, vt pro-  
positæ materiæ quoad qualem  
cunque cognitionem satisfacere-  
mus.

### Ex §. sequenti.

- 1 Periurij grauitas an sit maius cri-  
men homicidij?
- 2 Periurium lege pontificia, & secu-  
lari puniri potest.
- 3 Periurus qualiter iure canonico pu-  
niatur?
- 4 Periurus, an sit infamis infamia  
iuris?
- 5 Falsi testis ratio, & criminis gra-  
uitas.
- 6 Testis in iudicio falsum dicens te-  
stimonium quo pacto sit pu-  
niendus?
- 7 Periurus ratione iuramenti de ca-  
lumnia, an sit puniendus?
- 8 Blasphemia quid sit, & eius gra-  
uitas.
- 9 Explicantur in specie verba regia-  
rum constitutionum, quæ de  
blasphemis puniendis tractant.
- 10 Blasphemi qualiter puniendi sint,  
& qua pena veteribus legibus  
fuerint puniti?
- 11 Iure Regio qua pena sit aduer-  
sus blasphemos statuta?
- 12 Blasphemus an repellatur à testimo-  
nio tanquam infamis?
- 13 Blasphemandi consuetudo, an à pa-  
na exteriori excuset.

### §. Septimus.



IS omnibus ad  
huius materiæ co-  
gnitionem præ-  
notatis, de ipsius  
periurij poena tra-  
ctandum erit: cuius equidem  
grauitas multis constat, quæ ta-  
men consultò missa facimus:  
fatis etenim est, crimen istud  
grauissimum esse, multisque  
nominibus è republica extir-  
pandum. + Nam id esse gra-  
uius homicidio S. Thom. exi-  
stimat in quodlibet. j. artic. 18.  
rationibus sanè vrgentissimis,  
Siquidem periurium est trans-  
gressio præcepti prioris tabule  
& ex eo honori, ac reuerentiæ  
Dei optimi maximi detrahitur:  
ideòq; iniuria Deo fit: quæ  
maior est omnibus alijs qui-  
bus proximus offenditur, Dein-  
de, vt ait Paulus, Omnis con-  
trouersia finis est iuramentũ.  
Quòd si ita est, cõsequitur pla-  
nè, maius esse crimè periurij,  
quàm homicidium: alioqui ho-  
micidæ, nec adulteræ nusquã  
iuramentum deferretur: quo-  
niam coniectura esset, quòd  
periurium, tanquam per exi-  
lius peccatum maiora cõtege-  
rent, & celarent crimina. Quo  
argumento Tho. vtitur in d. ar-  
t. 18. mihi tamen nõ satis pla-  
cet. Quia ex eadè collectione  
tantũ deducitur, maiori poena  
homicidij puniri, quàm periurij,  
quòd verissimũ est regula-  
riter. Quamobrè eũ tractatur

in foro exteriori de puniendis criminibus, deque eis quò ad punitione detegendis: tunc argumentatio Thomæ in praxim deducitur: in foro etenim interiori nulla est huiusmodi cõsideratio. Nam si accusatus homicidij crimen id non com miferit, nullû adest in iuramêto periculû, nec periurij timor est: si verò illud scelus perpetraverit, per periurium, quod forsitan timeatur, non effugit homicidij culpam. Idcirco argumentatio ista quò ad culpâ peccati non admodum vrget. At in foro exteriore vbi de pœna tractatur, solum de maiori vel minori supplicio est cõrouersia. Nam si maiori pœna puniretur periurium quàm homicidium, optima constitueretur coniectura, quòd reus homicidij delatus minimè auderet in terrogatus sub iuramento crimen negare ob timorem maioris pœnæ: si verò minori pœna puniendû foret, præsumeretur quidem reum iuratû, vt vera de crimine homicidij responderet, negaturum quidem homicidium timore maioris pœnæ, sibi propter homicidij iungendæ. Sic sanè dum Sanctus Thomas argumentatur ex auctoritate Pauli Apostoli tantum scqueretur ex eius cõsideratione, quòd si maiori pœna puniretur homicidium quàm periurium, non esset iuramen-

tum omnium controuersiarû finis: sed si iuramêtum est omnium cõrouersiarum finis, vt verè Paulus testatur, esset profectò grauior pœna pro periurio, quàm pro cæteris criminibus infligenda ex argumentatione diui Thomæ, ne quis ob timorè maioris pœnæ pro alijs criminibus subeudæ periuriû cõmittere auderet. Hoc autem adhuc non sufficeret: quia detestato periurio vtrunque crimen detegitur: nec periuriû, & id crimen, cuius quis apud iudicè accusatur. Igitur non omninò conuincit argumentatio Thomæ, præsertim quòd sunt aliquot crimina euidenter maiora periurio: vt hæresis, idololatry: & tamen vbi agitur de his detegendis, reus ipse per iuramenti religionè interrogatur. Omnium equidè controuersiarum finis est iuramêtum teste Paulo, quia id exigitur ad veritatem inquirendam: nec presumendum erit, quòd reus alicuius criminis delatus velit periuri crimen committere, illudque iam commissis addere: atque ita passim videmus reos in iudicium delatos, & de criminibus periurio maioribus interrogatos, palàm fateri culpam: quia non ita audent iam perpetratis sceleribus periurium addere: cuius quidem nulla est congrua satisfactio casu, quo tenentur interrogati respondere, nisi reipubli-

cæ, & pro-

cæ, & proximo damnum illatum restituerint: restitutio autem plerunquè quò ad rempublicam minimè fieri potest, nisi responsio iurata, quæ periuriû induxit, retractetur. Vnde fit, vt existimem alijs rationibus grauitatem periurij probandam fore: quæ dubio procul cõstat ex prima, quam modò adduximus, ratione: & ex alijs, quarum meminit Guilielmus Perardus in summa de vitijs & virtutibus. Tomo tract. 2. ij. part. c. iij. quo in loco duodecim rationes adducit, quæ grauitatè huius criminis ostendunt: præter quas illud est potissimè obseruandû, quòd periurium funditus euertit humana commercia: omnium enim actionum humani cõuictus firmissimum stabilimentum est dictorum, & conuentorum fides, quæ simpliciter violata maximum damnum infert: quòd magis idem continget, si iuramento stabilita violentur. Igitur de pœnis huius criminis acturi primùm de pœna simplicis periurij: secundò de punitione periurij in iudicio contingentis circa veritatis assertionem: tertio de blasphemijs tractabimus.

¶ Primò denique loco præter culpam, quam periuri quò ad criminis reatum cõtraxerunt, cuius ratio apud diuinum tribunal examinâda est, & puniendi sunt à iudicibus, & legibus

publicis, non tantùm ecclesiasticis, sed secularibus: quod probat text. in l. si quis maior. C. de transact. not. optime Roma. in consuet. cuius & nos meminimus in epitome ad iiii. Decret. lib. ij. part. ca. vij. in prin. nu. 20. Nam etsi Cæsarea constitutio in l. ij. C. de reb. cred. dicitur, iurisperuandam contemptam religionem satis habere vltorè ipsum deum: id tamè vel obtinet, vbi nulla experitio fit iniuria proximò: Accur. & doct. ibi existimant: vel non cõuincit, non potest à principe laico periuria puniri in hoc seculo: præter diuinam Dei punitionem: quemadmodum & plura delicta in re publica puniuntur, quæ tantùm pertinent ad offensam diuinæ maiestatis: quod satis est manifestum. Aut sanè Imperator, vt rationè redderet, cur periuria non puniantur grauisimè pœna in qua corporali, præmissit, hoc crimen maximam vltionem à Deo expectare, quâuis ab hominibus non ita seuerè fuerit punitum. ¶ Punire tantem periurium simplex priuatio præiudicium irrogans iure pontificio pœna depositionis ab ordine. text. & ibi doctor. in c. cû non ab homine. de iudic. not. Panor. in c. tua. de iureiur. quiniò & periurus beneficio ecclesiastico priuandus esse per sententiam: non tamen est ipso iure priuatus. text. opti. vbi glo. & eius interpretes ita opi-

nantur in c. querelam. de iure iur. glo. in c. illud. de exce. prelat. glof. in c. quicumque. vj. q. j. Abb. & alij in ca. ij. de rescript. quo in loco Felin. Dec. & Ripa fatentur, hanc opinionem communem esse: idem asseuerant, eam sequuti Ioann. de Selua de iure iur. q. vlt. & in tract. de beneficio iij. parte q. ij. Ioan. Bernardus in sua pract. c. 86. Cæsar Lamber. de iur. patro. j. part. ij. lib. q. ix. art. 17. eandem veram esse censet Andr. Alcia. in d. c. cum non ab homine. & probatur in cap. in nostra. de procur. licet Rebus. in tract. de pacific. posses. nu. 218. velit tenere, periurum priuatum esse ipso iure beneficijs ecclesiasticis, quæ iam tempore periurij obtinebat, quæ quidem opinio communi omnium sententiæ refragatur. Existimat tamè ipse Rebusus collationem beneficij factam periuro esse nullam ipso iure: cuius opinionis auctores sunt Abb. & Docto. in d. c. querelam. de iure iur. Auffer. in capella Tolosana q. 17. Dec. in c. dilecti. col. ij. de excep. Felin. in cap. ij. de rescript. col. iij. & Nicol. Milis in verb. periurus. tex. optimus in cap. accedens. de accusat. Fredericus tamè in consil. 50. tenet contrariam sententiam: imò quòd hæc collatio non sit nulla ipso iure: sed sciendenda. Priori verò opinioni suffragatur, quòd periurus sit infamis: vt paulò post trade-

tur: collatio autem beneficij facta infami, sit nulla ipso iure: regu. infamibus. de regu. iur. in vj. Ego quidè opinor non omninò verum esse, quòd collatio beneficij facta infami sit nulla ipso iure: nam eam validam ante sententiam fore tenuerunt Frederic. in dict. consil. 50. Cardi. & Felin. in dict. c. querelam. de iure iur. idem Felin. in dict. cap. ij. de rescript. col. iij. & præmittit Calderin. consil. 20. titu. de præbend. probat. text. vbi Inno. in cap. inter dilectos. de exce. prelat. nisi ea collatio fiat infami notorio in famia quidè iuris. tunc etenim collatio est nulla ipso iure: quæ admodum explicant Abb. numer. vj. in dict. capit. inter dilectos. idem Abb. in ca. super eo. ad finem de electio. Felin. in d. ca. ij. numer. iij. Ioan. de Selua in tracta. de benefici. iij. part. q. iij. col. v. & hæc de infamia iuris: nam de infamia facti tradit Calde. in dict. consil. 20. de præbend. & post eum optimè Martin. ab Azpilcueta in c. si quando. de rescript. col. 2. Idcirco caute dixit Rebus. vbi supra. num. 221. eius opinionè, & aliorum, quos modò citauimus, procedere, quando quis esset per sententiam declaratus periurus: & postea fieret ei collatio: tunc sanè collatio ista nulla est ipso iure, nõ aliàs. Quasi velit, tunc demum collationem factam periuro, & infami nullam esse, cum infam-

cum infamia notoria sit. Atque, vt rem istam tandem definiamus. ego existimo, collationem beneficij periuro factam nullam esse ipso iure, quando infamia hæc ex periurio notoria sit, non aliàs. Item in alio & secundo casu, nempe cum collatio beneficij periuro facta fuerit autoritate literarum Apostolicarum ad beneficia: harum siquidem literarum præcipua ratio est, quæ à morum honestate procedit: idcirco nõ est collatio beneficij valida, imò nõ nulla ipso iure censetur, si fiat harum literarum autoritate ei, qui infamis sit: secundum Cald. in d. consil. 20. & consil. iij. de accus. Felin. in d. c. ij. col. iij. de rescript. & in cap. inquisitionis. de accusatio. colum. ij. Rebusus in dict. tractat. de pacific. posses. numer. 222. his accedit, quòd alienum est à mente romani pontificis, infames ac periuros sub literis ad beneficia contineri: cum potius ea velit clericis bonis moribus præditis cõferri. Vnde placet profectò Calderi. sententia in infamia iuris item & infamia facti. † Periuriu item vtroque iure Pontificio, & Cæsareo puniuntur pœna infamiæ. I. si quis maior. C. de transactio. capit. infames. vj. quef. j. glof. in dict. cap. querela. de iure iur. modò periurium promissorium sit, atque in iuramento promissorio contigerit: nam ex periurio asserito

rio infamis quis non efficitur. glof. in l. Lucius. ff. de infamib. glof. in dict. cap. quicumque. vj. q. j. notat S. Thom. 2. 2. q. 98. artic. iij. Bald. in rub. de iure iur. Abb. in cap. testimonium. colum. viij. de testib. vbi Felin. numer. 20. & Lambert. de iur. patro. j. part. ij. libr. q. ix. artic. xv. & Lanfrancus in ca. quoniam contra. de probati. verb. testes. num. 135. testantur hanc distinctionem communem esse. quæ tamen intelligenda est, vt periurium promissoriu circa contractum infamiam irroget: iuxta dict. l. si quis maior. quæ in hac specie expressim hanc pœnam infert. cui conuenit regia l. 26. titu. xj. part. iij. & l. ij. titu. v. par. vij. Quod si quis in specie capiti. de bitores. de iure iur. periurus fuerit: quippe qui nõ soluerit vsuras, quas præstare promiserat, infamis non erit: vt notant Felin. in dict. c. testimonium. numer. 21. & Lambert. in dict. artic. xv. Periurium autem asseritorium rei præsentis, vel præteritæ, iure ciuili puniuntur pœna criminis stellationatus, & idèd periurus ad tēpus exulat. l. vlti. ff. de crimin. stelli. At periurium promissorium hanc etiam iure ciuili pœnam habet, vt præter infamiã periurus contractus pœnã soluat & actione, omnè que cõuentio nis cõmodu amittat, d. l. si quis maior. vbi doct. cõmuniter hoc adnotarunt: & in dict. l. ij. C. de

reb. cred. Iaso. in §. item si quis. in ij. nu. 63. de actio. idem in l. si duo patroni. ff. de iure iu. lo. an. à Selua. de iure iur. q. vlti. tradit vnde cum per iurij pœnas Chafsanæ. in consuet. Burg. rubr. 10. §. xij. quas apud ipsum lector facillimè legere poterit. Iure quidem regio qui iuramentum promissoriū violauerit omnia bona amittit, eaque fisco Regis adiudicantur. l. j. tit. vj. libr. viij. ordinat. Ex quibus præter alios intellectus, quos paulò ante tradidimus ad l. j. C. de reb. credi. apparet, posse eandem constitutionem intelligi quò ad pœnam ordinariã: nam quantum ad extraordinariã frequenter per iuria per humanos iudices puniuntur: sicuti notat glos. in authen. scenicas non solum si fideiussores præsent. quam dixit singul. Curri. Iunior in l. si quis maior. C. de transacti. colum. vltim.

¶ Secundo agendum erit de per iuria, quod in iudicio circa veritatis testimonium committitur. ¶ Si quis etenim in iudicio interrogatus alicuius controuersæ causa dixerit testimonium aduersus veritatem, dubio procul falsum committit, falsique reus efficitur. l. j. ff. de falsis. in princ. c. j. de crim. falsi. l. nullû. C. de testib. Nec solum committit falsum testis qui responderit contrarium eius, quòd verè ipse sciebat: sed & is, qui interrogatus de aliqua re veritatem

tacuerit, dixeritque se nihil scire. quod probat text. in dict. capit. j. cap. quifquis. & ibi glos. xj. quæstione j. Bald. in l. data opera. numer. 29. C. qui accusare non possunt. gloss. in capit. cum dilecti. de accusa. verb. plenam. & verb. meram. Felis. in c. j. de testib. cogen. num. iij. regia l. 4. 2. titu. xvj. part. iij. & l. j. titu. vij. part. vij. tacere siquidem vbi loquendum est, & loqui vbi tacere oportet, & est necessarium, peccatum erit secundum Thomam. 2. 2. quæstio. 71. articulo. j. & Florentin. j. parte. titulo. ij. capitulo. iij. §. v. Quòd si testis interrogatus veritatem tacuerit, forsitan absque dolo, quippe qui homo integræ fidei, & opinionis de actu post legem tempus interrogetur, excusabitur planè ex presumpsa quadam simplicitate, licet constet illius actus scientiam eum habuisse: sicuti adnotarunt Riminal. in l. qui accusare. C. de ædend. colun. ij. & Anton. Rube. consil. xvj. Potest autem testis falsum dicere testimonium in decem prædicamentis, quæ commemorat Azo in præmio C. eleganter Bald. in l. data opera. numer. 21. C. qui accusare non poss. & sane testis falsum dicens testimonium multis est nominibus execrandus. Nam & antiquitus qui apud Romanos falsum testimonium dixissent è saxo Tarpeio deijciebantur: vt author est Gellius libr. 20. No-

ti. Atti.

ti. Attica. c. j. quo in loco Sex. Cæcilius magno reipublicæ malo existimat legem hanc duodecim tabularum obsoleuisse. Accerbitas, inquit, plerunquè vlciscendi maleficij, bene atque caute viuendi disciplina est. Item & Athenis in Areopago grauissimum exercebatur iudicium. *Ἐυδομα γλυγιών*, id est, salforum testium auctore Demosthene: tamen si Cicero in oratione pro L. Flacco Græcorum fidem in dandis mutuis falsis testimonijs maxime improbet. Quibus concinit quod Euripides in Iphigenia Taurica scribit: Græcia nequaquam nouit fidem. Etiam si Atticus testis pro uerbo dictus sit is: qui probatissimus, & incorruptissimus est. Sicuti & Attica fides: etenim Velleius Paterculæ, adeo, inquit, certa Atheniensium in Romanos fides fuit, vt semper, & in omni re quicquid sincera fide gereretur, id Romani Attica fide fieri prædicarent. Sic Græca fides pro certa fide adduntur apud Aufonium ad Paulum. & de Philone villico suo inquit: mutuatur ad Græcam fidem. apud Plautum in Afsinaria, Græca fides dicitur vbi non verbis, nec stipulationibus, sed præsentem pecunia res agitur. Diem, aquam, solem, lunam, noctem, hæc argento non emo. Cætera, quo volumus uti, Cræcamer camur fidem est numerata pecunia. Quæ forsitan deflecti possunt in id, vt per ironiam di-

ta esse censeantur: idèque existimemus præsentem pecunia rem agi, quòd si fides Græca parum constans sit, & improbatissima. Pœna autem deiectionis è saxo Tarpeio iam pridem obsoleuit siquidem & Modestinus respondit in l. si diutino. §. vlt. ff. de pœnis, non posse quem sic damnari, vt de fælo præcipitur. Titus Liuius libr. 29. scribit, Marcum Liuium C. Claudium collegam Cenforium equum vendere iussisse, quòd summæ notæ erat duarum rerum causa, quai vbi præcipua fuit, quòd aduersus eum falsum testimonium dixisset. De pœna item falsi testis tradit Strabo libr. 15. apud Indos falsum testis exiremis decurari. Iosephus etiam autor est libr. 4. Antiquit. ca. 6. Mosaicæ lege cautum fuisse, vt testis falsus ea pateretur, quæ is contra quem falsò testificatur, passurus esset. eadem lex conitatur capitulo. 19. Deuteronomij. Primus autem omnium Charondas testis falso multam indixit: quæ à modo nemini Aristoteli libr. 2. Ethico. capitulo. 10. huius criminis grauitatem ostendit Salomò Prouerb. ca. 6. Testem, inquit, fallacem odit Dominus. Et rursum ca. 25. Homo qui contra proximum suum loquitur falsum testimonium iaculû est, gladius, & sagitta acuta: Quòd si testis verum dixerit, pecuniã tamen ex ea causa acceperit, vt scilicet testificaretur, falsi adhuc pœna tenetur. glo. in l. j. §. j. & ibi Bar.

ff. de falsis. Abb. in cap. j. de crimi. falsi. idem Abbas & Feli. nu. 30. in cap. licet. de probat. Hippoly. in dict. l. j. §. j. de falsi. Iason in l. Diuus. numer. 27. ff. de re iudica. doct. in capit. j. de testib. quorum opinio magis communis est: mihi tamen non omnino placet: video etenim crimen falsi non posse couenire his, qui verum dixerint: atque ideo testis, qui falsum absque pecuniæ munere, & corruptione testificatus fuerit, falsi crimine notabitur: non sic testis, qui licet pecuniam, ut testificaretur recepit, nihilominus verum dixerit: nam falsi reus non erit. Sic Philippus Decius in capitul. j. de testibus, tenet hunc testem non esse puniendum falsi poena: sed alia extra ordinem arbitrio iudicis: cuius opinio l. sty li. 115. probatur. non inficior grauius esse crimen, si quis simul pecuniam acceperit, & falsum dixerit, quam si pecuniam tantum acceperit, verum autem fuerit testificatus, aut falsum absque pecuniæ receptione: attamen ut locus sit crimini falsi, & eius poenis, oportet quod testis falsum dixerit testimonium. Sed & si quis testimonium dixerit in iudicio: contrarium tamen ei, quod iuratur extra iudicium dixerat, falsi item poena tenebitur secundum Bart. in l. eos. vltim. column. ff. de falsi. Tyndarum in tracta. de testibus. capit. 11. Matthe. de as. sicut. in constit. Neapolit. lib. 3. titul. de perjuris, numer. 14. quo.

rum opinio admodum est dubia: non mihi falsa videtur. Nam si quis extra iudicium etiam cum iuramento contra veritatem responderit, non punitur ordinaria poena falsi: sicuti notat Albericus. 2. parte stat. quæst. 147. idem contra Barto. tradit Hippoly. in dict. l. eos. numer. 11. Bald. in capitul. j. §. si enim. Quid sit inuestit. in feud. colum. 2. Atque Alexand. in cõsi. 74. lib. j. scribit communi opinionem esse Barto. lo contrariam. Felin. etiam à Barto. discedit in cap. cdm in tua. de testibus. vbi extra iudicium responsio data est absque iuramento: nam si quis iuratus respondisset falsum etiam extra iudicium ipse Felin. Barto. sententiam defendit, ut poena falsi locum habeat. Ego verò fateor, periturum hunc esse, & poena perituri puniendum fore, non poena falsi, quasi ea tantum admittenda sit contra testem in iudicio falsum quod Albericus in dict. quæsti. 147. significare videtur: tamen Alexand. Hippol. & alij, qui Barto. sententiam improbarunt, expressim loquantur quando extra iudicium absque iuramento quis respondisset contrarium eius, quod modò in iudicio testificatur. Nec me præterit, in hac specie quoties quis contraria responderit, primò quidem extra iudicium iuramento præstito, ac demùm in iudicio per solemnem testimonium coram iudice, hoc posteriori responsum non esse

non esse admittendum, nec fidem ei exhibendam propter manifestum peritrium, quem admodum ipse tradidi lib. ij. variar. resolutio. ca. 13. nume. 7. 6 Testis tamen, qui falsum dixerit testimonium, punitur iure potestativo: si clericus sit, depositione, & derustione in monasterium, ut ibi poenitentiam tanti sceleris agat: secundum Panormi. in cap. j. de crimi. fal. text. optimus in capitul. si Episcopus. 50. distincti. nisi clericus ex officio iudicis tunc puniendus sit nulla constituta contra eum accusatione: quia in hoc casu punitur poena extraordinaria iudicis punientis arbitrio. text. & ibi gloss. §. præbyteri. v. quæstion. vj. Sic & iure civili dicens falsum testimonium, si puniatur à iudice ex officio citra accusationem: quia apud eum dixit falsum testimonium, extra ordinem arbitrio iudicis punitur: non ordinaria poena. l. nullum. & ibi gloss. C. de testib. l. vltim. tit. 16. part. 3. notat Ioan. Ferrari. in Practica in rubric. de forma iuramenti testis. colum. 3. quod si iudicio ordinario accusationis actum sit contra testem falsum, punitur is falsi criminis poena: quæ traditur in l. j. §. vltim. ff. de falsi. probat. text. in l. eos. ff. eo. titul. l. 13. titul. 8. libro 2. fori: ut tandem poena falsi in homine libero sit deportatio, & omnium bonorum publicatio: in seruo autem vltimum suppli. cum. Sed si quis in causa capi-

tali falsum aduersus reum testimonium dixerit, puniendus erit eadè poena, qua puniretur reus ipse, si criminis conuictus foret. text. in l. j. §. j. & ibi Bart. ff. de sicarijs. cuius meminere Bald. in capitul. j. in princip. de pace tenend. & eius violatori. column. vltim. Iason in l. & si legibus. C. si contra ius vel vultat. pub. & in l. si duopatroni. §. vltim. ff. de iure iuran. Felin. in capit. si cut. de testibus. Chassan. in consuetud. Burgundia. rubr. lo. colum. vltim. text. optimus in capit. fatis. xxxij. quæsti. v. cuius mentionem fecit Aretin. in capitul. super his. de accusation. numer. 24. idem gloss. sentit in cap. Rex debet. xxij. quæstion. v. est & in his regnis hac de re egregia decisio in l. 3. Tauri. cuius & nos obiter meminimus libr. variarum resolut. 2. c. 9. probat hoc ipsum text. Deuteronomij c. 19. Poenæ verò statutz aduersus falsos testes non admittentur, nec admittendæ sunt vbi testis falsum dixerit in his, quæ accessoria sunt: nec ad substantiam actus pertinent: tunc etenim poena extraordinaria punienda est falsitas ista: quæ immodum notat Speculator titulo de teste. §. j. verum item quod aliquid de suo. n. 8. & ibi Ioannes Andræas. Angel. in l. Lucius. ff. de his, qui nota in famia. Hippoly. in sing. 76. Innante alios in capit. fraternitatis. de hære. cui sententiæ suffragatur quod falsitas minimè punitur, &

contingat his, quæ siue vera siue facta sint, nemini nocere possunt. gloss. in l. danus. C. de falsis. quam doct. mihi sequuntur, & Soci. consil. 104. lib. 1. Hippoly. in l. 1. §. præterea. ff. de fidei iur. nume. 14. idem & Socin. in consil. 85. lib. 2. qui hanc opinionem testificator communem esse. Est & ad hoc ipsum glo. Abbas. lmo & doctor. in capitul. quanto. de iureiuran. verbo. nomine patris. notat. Anton. Rube. cõs. 16. l. 1. Et punitur: pena falsi is, qui testem ad dicendum falsum testimonium induxit, aut testem munere, & dono corripit, ut aduersus veritatem testificaretur. l. j. ff. de fals. regia. l. j. titu. 7. par. vbi expresse hoc probatur. Nec tamen ex hoc casum amittit: siquidem is tantum ius litis & cautæ perdit, qui falsum comittit circa acta causæ, non qui circa testes ipsos aliaue instrumenta, quæ ad causæ acta non attinent. tex. in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fidei. quem ita Barto. ibi intellexit. quæ sequitur Benedic. à Plubino in l. qui agnus. ff. de except. rei iudicat. colum. 15. tradit Hippoly. in rubr. C. de probatio. numer. 186. cum sequentibus; & est hæc opinio omnium secundum Alexan. & lason. in l. diuus. colum. 4. ff. de re iudi. & Dec. in capitul. cum venerabilis. de except. numer. 30. qui tamen conatur aduersus Bartol. distinctionem disputare. Lege regia testis falsum dicens testimonium pu-

nitur pœna quadam satis extranea. Nam ei extrahuntur dentes, non quidem omnes, sed quinta eorum pars, etiam si hoc testimonium dixerit in causis civilibus. l. ij. titu. de falsis, lib. 4. fori. quam legem ipse video in praxi admissam esse, siue iudex ad punitionem istam procedat ex officio, siue ad accusationem alicuius. Quidam opinantur lege veteri huius regni, testi falso omnes dentes extrahendos fuisse: atque ita legem obtinuisse in hæc verba. *Quente los dientes. l. d. que nullisimum fuit: & tandem adiectis iteris paulum corrupta dictione scriptum fuisse: *Quente los dientes. Qua de re nihil certum affirmare audeo. His vero, quæ de puniendis periuuriis diximus, illud est adijciendum, quod periuurus ratione iuramenti de falsis calumnia non est puniendus, nec aduersus eum procedi potest per viam inquisitionis, nec per modum accusationis: quia iatus Deum vitorem habet: qua in specie intelligenda est. l. ij. de re b. credit. secundum glo. in prin. Insit. de pœna teme. litigant. verb. religione. quod expressim aduocatur vnt Bald. in consil. 299. lib. v. Frederi. consil. 23. Rebus fur in tract. de pacificis possessionibus. numer. 219. quorum ratio ea potissima est, quod sit facilis humana memoria, etiam in factis propriis: atque ideo licet ex iuramentum iudicio præstiterit de calumnia, & victus fuerit, non**

ex hoc

ex hoc arguitur, eum periurum fuisse. Imò si locus foret accusationi, aut inquisitioni ad punitionem periurij ex iuramento de calumnia commissi, profectò mille quotidie proponerentur accusationes aduersus periuros, totidemque inquisitiones à iudicibus ex officio instituerentur: quæ quidem res satis esset in republica perniciofa: quippe quæ daret ansam multis calumnijs, & delationibus. Non inficior, periurum de iuramento calumniæ procedens puniendum fore, quoties per ipsius iurantis confessionem, aut per euidentem probationem constaret, iurantem vel in iuratione ipsa, vel aduersus eam calumnia usum fuisse. capitulo vltimo de iureiurando, in sexto.

¶ Tertiò de blasphemijs agendum erit: nam eas ad periuria, & temeraria iuramenta quidam exilimant pertinere: cum plerumque potius sint execrationes quædam. † Est autem blasphemus qui negat aliquid de Deo, quod ei cõueniat: aut tribuit Deo aliquid, quod ei nequaquam conuenit, quem admodum Sanct. Thomas explicat. 2. 2. q. xiiij. articulo. 1. & ibi Caiet. Syluest. verbo blasphemia. quæstione prima. Nam blasphemix nomen significare videtur quandam derogationem alicuius excellentis bonitatis, maximè diuinæ. Atque ideo

blasphemus est qui diuinæ maiestati derogat, eius potestati aut bonitati detrahens. Et hæc quidem proprie: improprie etenim quodlibet conuiuium in Deum prolatum, & itidè contumelia maledictione in ipsum Deum, aut virginem matrem, aut sanctos blasphemix nomè habet. Probatur eiqdem hæc ad blasphemix crimen pertinere in c. ij. de maledicis, notat Anania ibi, Bar. in litem apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iniuri. idem in consil. 274. Quidam Pellinus Socin. consil. 102. lib. 1. Matth. Afflic. in consil. Neapoli. de blasphemis, col. iij. Thomas Grammat. decisio. 50. Bartholo. Socin. consil. 119. lib. iij. quorum opinio communis est, & eam ratione habet, quod maledictio, aut imprecatio Deo minimè cõueniat, quippe cui nullum possit malum contingere aut nocere. Idè de conuicio respondendum erit: cum id tēdat in derogationem diuinæ maiestatis, & excellentiæ. Præsertim hoc constat ex blasphemix definitione, quæ tradit Hugo de sancto Victore libro de fructu carnis, & spiritus, c. vj. ita scribès: Blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate, & diminutione honoris diuini vituperium, aut conuicium. Diximus autem priorem definitionem ex Sancto Tho. ad Blasphemias proprie pertinere: quæ vel negant alii

Relect. Didac. Couar. h

quid de Deo, quod ei maximè conueniat, vel tribuunt Deo, quod ab eius excellentia est omninò alienum. & item distinctimò proprias blasphemias ab improprijis: quæ etsi maximis pœnis sint puniendæ, admodùmque blasphemix nomen habere debeant: non tamen veræ blasphemix sunt: quia directè non tendunt ad derogationem diuinæ potestatis, & eius excellentiæ: vt quidam existimant, tametsi ego censeam, eas blasphemias in Christiana republica eodè iure, eisdemque constitutionibus cum alijs ad quâdas fore. Nam eas verè blasphemias esse opinor, quicquid alij dixerint, etiam iuxta Thomæ definitionè: siquidem nec maledictio, nec cõuicium Deo possunt aliqua ex parte conuenire. Ex his oportet aliquot speciales examinare vulgi in iram excãdescens sermones, qui multis nominibus sunt execrandi: sed tamen refert censere, an sint veræ blasphemix, vt locus sit regijs pragmaticis cõstitutionibus, alijsque pœnis iure communi aduersus blasphemos in Deum statutis: quod satis vile apparet.

¶ Primò quidem deducitur, an blasphemus sit qui dixerit: hoc fiet à despecto de Dio: sicuti Doctores Itali referunt. & Baldus in consil. 476. libro iij. incipit: ille qui dicit. in ea est sententia, vt opinetur, hæc ver-

ba ad blasphemiam non pertineret: quia potiùs sunt iniuriosa verba, eumque sensum habere videntur: quòd simul multa mala sunt Deo nolente speciali concursu, & quæ diuine maiestati displicent: ita & hoc malum fiet, etiã si Deo displiceat. quibus verbis non derogatur immensæ Dei potestati: atque ita sequitur Baldum Alexand. in additionibus. ad Bart. in dicta l. apud Labeonè. §. ait prætor. & Felin. in proœmio Decretal. colum. iij. idem notauerat Angel. in l. his verbis. §. ff. de hæredibus instituendis. contrarium tamè plerisque visum est iure verius esse. Nam isthæc verba nullo pacto possunt à culpa blasphemix excusari: siquidem manifestè tendant in derogationem potestatis diuinæ: quasi blasphemus velit, id agendum esse, etiam si Deus omnipotens noluerit: quo quidem sensu omnipotentis Dei maiestas læditur. Et præterea etiam si hic sensus abesset, non potest aliter his verbis aptari interpretatio, quin in contemptum diuinæ maiestatis, eiusque potestatis pronuntiatã censetur: quo fit, vt Baldi sententiã falsam esse existimaerint Imola in d. l. his verbis. §. ff. de hæredibus instituendis. Socin. in dicto consil. 102. libro primo. Boerius decisio. 301. Thomas Grammaticus. in dicto. decisio. 50. quo in loco testatur ita in regio

Neapolitano

Neapolitano prætorio pronuntiatum fuisse. Quibus accedit pragmatica huius Regni cõstitutio, quæ prima est: & inter alia, quæ ad blasphemiam pertinent, hæc verba cõnumerat: à despecto de Dios.

¶ Secundò, vt ad alia verba accedamus, quæ in eadem cõstitutione continentur, hinc possumus considerare, an illa verba: abnego Deum, nõ credo in Deum: sint blasphemæ? & dubiò procul si ad falsam affirmationem, aut negationem referantur, Apostasiæ crimen inducunt. Nam qui ait, se non credere in Deum: nisi id quod falsum est verum sit, iã Deum diffidetur. Imò & si hæc execratio ad verum referatur: minimè congrua iuratio est. quoniam Deus sub hac forma nõ allegatur in testem: sed potiùs eius nomen blasphematur. sceleratissimum enim crimen est Deum, cuius nutu conditi sumus, cuius providentia gubernamur, abnegare: & quod prodigiosum est, Deum ipsum renegare. aduersantur sanè hæc verba confessioni fidei: atque idè etiam si ad veritatis confirmationem his verteretur verbis, blasphemus est iudicandus, quippè qui Deum in testem non adducat illius veræ negationis, aut assertionis: sed potiùs diuinæ maiestati tribuat, quod aliquo casu ea temerè negari possit.

¶ Tertio in eadem regia cõstitutione subsequitur aliud verbum: nempè, *malgrato aya Dios*: quod manifestam habet blasphemix culpam. tribuit etenim blasphemus hic Deo id, quod est omninò ab eo alienum. quia Deo nihil mali potest contingere.

¶ Quarto eadem cõstitutio subdit idem de hac imprecatione: *No ha poder en Dios*. Quæ potestati Dei omnipotentis aduersatur: idèque blasphemia cõsetur, pœnisque eius puniuntur.

¶ Quintò idem inibi dicitur de hac oratione, *Pese a Dios*. Deum tadeat: displiceat Deo: non enim conuenit displicentia Deo, nisi de his, quæ ab hominibus prauè, & aduersus eius præcepta committuntur. qua ratione detrahit excellentiæ diuinæ qui hos humanos affectus illi tribuit. Et præterea hoc verbū hominis, est ægritum dinem sui animi respiciens in Deum, quasi Deus nostris officia tur perturbationibus: & odiū quis Deo aduersus homines tribuat, quos diligere maximè præcepit. Hæ sanè quinque imprecationes in dicta cõstitutione regia maximè improbatur, & puniuntur, vt blasphemix.

¶ Sextò hinc deducitur quid dicendū sit de ea oratione, quæ irascenti animo in hunc modum pronuntiat, per Dei vitam: *Hispanè, por vida de Dios*. Nam apud Tolerum Carolus

Cæsar anno vigesimo quinto statuit hanc orationē eandem habere pœnam, quæ per pragmaticam constitutionem fuerat cõtra blasphemos statuta. Et profectò hæc oratio nõ habet eum sensum, quem illa, viuit Deus: quia cū dicimus per Dei vitam, nõ inuocamus sicut pliciter Deum in testē: sed est execratorum verbum: quemadmodum & illud: per vitam patris. etenim salutem patris quis in pœnam adstringit, & vltionem, si aliter res est, quàm is affirmat. vnde blasphemia est maxima per Dei vitã iurare aut execrari. Quia ipsam Dei vitã designat, qui ita execratur vltionem, ac si Deus de seipso supplicium fumere possit. deinde ex his verbis significatur, vitã Dei posse finiri, & cum mortalem esse. quod admodum blasphemum est.

¶ Septimò patet, cur ad blasphemiam referenda sint verba illa: de uoueo Deo, *de uoueo a Dios*. quorum eadem Tolotana constitutio & regia responsio meminit ea ex æquans præcedentibus. Nam hæc verba ferè eundem sensum habent, quæ illa, descreo: nõ credo in Deũ: abnego Deum. Forsã ista verba, *de uoueo a Dios*, Latine reddi debent: deuoto Deũ, id est male dico Deum. Nam Augustinus lib. quæstionum super numeros c. 40. de uotore maledicere interpretatur ex vulgi usu

& interpretatione, vt anathematizare apud Marcum cap. 14. Petrus cœpit anathematizare, & iurare: quia non noui hominẽ. Iurauit enim Petrus per execrationem maledictionem sibi imprecatus, si nouisset hominẽ. quod iuramentum grauisimum est, vt testis est Augustinus super Psalmum 7. Illa autẽ oratio: uoueo Deo, non tam ad iuramentũ, quàm ad expressum votum pertinet. quam ob rem cum hæc verba ad futurum aliquid referuntur, quod pollicemur, voti formã, & speciem habent: idẽq; tunc ad voti materiam atinet: & inspicendũ est, quid fuerit promissum. At si nihil promittatur futurum, sed velur iuratoria verba proferantur assertionis, aut negationis, ineptissima locutio est: cum Deus in testẽ minimè allegetur.

¶ Octauò, eadem regia responsio sub eisdem pœnis prohibet iuramenta per membra Christi. Quia hic potius blasphemia contrahitur, quàm iuramentum. quemadmodum etenim cum quis per Dei vitã iurat, execrationis forma vitur in eum sensum, vt Dei vita in discrimine cõstituat, si quod affirmatur verum non sit: ita & quando quis vitur his verbis, per caput Christi & similibus: capiti Dei malum imprecatur, si falsitas assertioni subsit. atq; idẽ hæc formula execrandi vel

crandi vel ad blasphemiam attinger, vel ineptissima est plurimum maiestati diuinæ derogans. de hac verò iuratiõẽ paulo ante diximus, cum tractauimus eam quæstionem: cum liceat iurare per membra Dei.

¶ Nonò hinc patet qua ratione huius regni pragmatica cõstitutio, quæ prima est, easdem pœnas infixit his, qui de virgine intemerata, de iparãq; Maria eadem verba dixerint quæ de Deo ipso dicta blasphemiam inducunt. Nam, vt scribit Sanctus Thomas in 2. 2. q. 13. artic. j. Sicut deus in sanctis suis laudatur, in quantum laudantur opera, quæ deus in sanctis efficit: ita vt blasphemia, quæ confertur in sanctos in Deum consequenter tendit, præsertim si in beatissimam virginem Mariã. vnde maxima ratione præfata constitutio stabilita est ad coercendas improbissimorum hominum linguas. Nam & l. iij. titu. 28. part. vij. duplo maiorem pœnam statuit in blasphemantes sacratissimam virginem, quàm cæteros sanctos.

¶ Decimò eodem iure constat iurationem istam: per intemeratam de iparẽ Virginitatẽ: esse omninò improbam. Nec enim Deus hic in testem adducitur alicuius veritatis: sed execratio est linguæ temerè in irã excadescens. Vnde Carolus Cæsar Hispaniarum Rex apud Madritium anno quingentesi

mo vigesimo octauo, l. 68. sanxit, hanc temeritatem puniendam esse pœnis statutis aduersus blasphemos in d. pragmat. j. & in constitutione Toletana anni vigesimi quinti.

¶ Vndecimò eadem Madritia lege improbantur iurationes istæ, & blasphemie: eisdemque pœnis veteris pragmaticæ, ac Toletanæ legis puniuntur: videlicet, Abnego fidem, aut chrisma, quod recepi: *Renego de la fe: o de la chrisma, que recebi*: quæ quidem verba ad manifestam blasphemiam pertinent, & ad infidelitatem. Item illa eadem lege ad hunc & eundem modum puniuntur. Sicuti Deus est veritas: vt Deus est filius virginis Mariæ: hæc siquidem æquiparationes nostrarum veritatum cum diuinis, blasphemie nomen habere videntur. Quamobrem dum falsitas sub his iurationibus affirmatur, foedissimum est periurium cum blasphemia coniunctum. quod si affirmatio veri veritate polleat adhuc non fugiunt, qui hisce verbis vtuntur, blasphemie crimen, & culpam: quemadmodum hæc eleganter explicat Dominicus à Soto in relectione de iuramento. cap. vj. scribens in hunc sanè modum: Nã quamuis veritas, vt aiunt philosophi cõ quòd ad æquatio rei ad intellectum in indiuisibili consistit, non recipiat magis, nec minus: tamen quia verita-

res æternæ, & diuinæ ipsissimę sunt, necessaręque veritates ac subinde principium, & finis creaturarum omnium, nulla nostrarum veritatum cum illis est comparanda. Imò est quædam hæc non infima blasphemiarum species, quæ vel à nostra superbia procedit: vel nostra inflammatur iracundia: dum tantam nobis fidem præstari affectamus, qui & decipi solemus, & decipere, quanta inuincibili debetur veritati diuinæ.

¶ Duodecimò verè ex his colligitur, verum esse quod Socinus respondit in consilio 119. libro iij. dicens, blasphemiam esse, si quis in Christianam fidem aliquid iniuriòse obiecerit, quod eius auctoritati, & certitudini derogat: quasi verè in Deum ipsum fidei auctorem, & patronum dictum esse videatur. Cum fides catholica ab auctore ipso certitudinem infalibilem habeat.

10 Blasphemi t̄ autem olim veteri lege pœna mortis puniebantur. Leuit. capitul. 24. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Sic & propter blasphemiam Senacherib angelus dominivna nocte torum exercitum percussit: ipsęque à filiis postea interfectus est. iij. Regum capitul. 19. varias autem punitiones diuinæ vindi-

ctæ blasphemis illatas commorant Chastanus in consilio. numer. 68. & sequentibus: & Boerius decisione 301. tamen quandoque possit crimen hoc culpam habere venialem: nempe cum quis non aduertens verba, quæ pronuntiat, esse blasphemiam, ex aliqua passione in ea prorumpat eorum significationem minimè consideras. Nam hoc casu peccatū veniale tantum committitur. Quod si quis aduertat, verba quæ effudit, blasphemiam esse, minimè excusatur à peccato mortali ex iracundia impetu: sicut nec ille, qui eadem affectus passione aliquè occideret: secundum Thomam. 2. 2. quæstio. 13. articulo. ij. ad finem. Habet autem blasphemiam grauitatem infidelitatis vt scribit idem Thomas dicta quæstio. 13. articulo. iij. opponitur etenim confessioni fidei: & tamen, quemadmodum inibi explicat Caieta. de ratione blasphemiarum non est sentire in intellectu, aut dicere ex eodè intellectu errore aliquid falsum de Deo. Qui enim blasphemat, licet non sentiat, nec intellectu perceperit, falsum esse quod dicit, dicendo tamen induit personam sentientis sic esse, vt ore pronuntiat. & deinde quia sentire falsum de Deo, & dicere de Deo falsum contingunt super materia indebita, & habent obiectum ipsam fidem:

fidem: vt rone sentire, & dicere ad grauitatem infidelitatis pertinet: tamen si dicere falsum de Deo non sit vera infidelitas, sicut est sentire de Deo falsum: habet tamen grauitatem ex materia, & hæc grauitas pertinet ad infidelitatem propter obiectum fidei: & prætereà eo quod eadem ratione actus hic sit per se malus, atque opponatur perfectæ confessioni fidei. propriè autem, & verè vt sit blasphemiam infidelitas, necessariò exigit intellectus errorè, nempe, quod quis sentiat falsum de Deo: cum possit blasphemiam contingere salua fide absque falsa opinione de Deo, exercendo solam detestationè voluntatis. Nam sicut in fide duo contingunt, scilicet assentire articulis fidei: & dicere exteriori locutione, vel interiori ea, quæ sunt fidei: quorum primum pertinet ad ipsam fidem: secundum ad confessionem fidei: iuxta illud credidi propter quod loquutus sum. ita in infidelitate inueniuntur duo: primum quidem dissensus ab his, quæ sunt fidei: secundum, dicere intus, vel exterius contraria his, quæ sunt fidei. Prius horum spectat propriè ad infidelitatis vitium, & illius species est: atque in errore intellectus consistit. Posterior autem ad blasphemiarum vitium attinet: ita quod blasphemiam propriè contingit dicen-

do intus, vel exterius aliquid contra Deum. Deinde quia in materia morali cum de actibus est sermo, intelligitur de voluntarijs: idcirco blasphemiam consistit in dicendo voluntate, & sponte contra Deum. quemadmodum Caietanus explicat in dicta quæstio. 13. articulo. ij. qui ad maiorem huius quæstionis elucidationem scribit, posse blasphemiam cum fide, & sine fide contingere: atque utroque modo non tantum actu, & verbo exteriori, sed etiam interiori. Potest siquidem quis credens Deum omnipotentem esse, velle dicere secum vt iniuriam Deo faciat, quod Deus non potest aliquid, & in hoc mendacio delectari. Quia potest oppositum eius, quod scit & credit, concipere: quamuis non possit tali opposito assentire. omnis autem blasphemiam quia est voluntaria, procedit à voluntate mala: non tamen omnis blasphemiam contingit cum voluntate affecta ad derogandum diuinæ excellentiæ, & maiestati. Sicut & credere in Deum est voluntarium, non tamen semper procedit à voluntate affecta charitate Dei. Vnde malitia ista, & affectus derogandi per blasphemiam diuinæ excellentiæ se habet ad blasphemiam, sicut charitas ad fidem. Hinc sanè fit, vt blasphemiam potest contingere exterius. & inte-

rius secundum solam voluntatem simplicem absque affectu derogandi maiestati, & excellentiæ diuinæ. Hæc appellat diuus Thomas blasphemiam secundam solam opinionem intellectus. Aliiter etiã blasphemia datur cù effectu detestandi Deū, & inferendi ei iniuriam, ac derogandi maiestati diuinæ, & eius excellentiæ: & sic cum effectu detestationis: & hæc à precedenti distinguitur ex ipsa malitia. vtraque autē blasphemia si exterius non erūpat, deus tantum est: si verò actū exteriorē in habeat, exterior blasphemia censetur: quod ipse Thomas explicat in d. artic. j. blasphemiam verò nō detentis in Christum: id est Saracenis, Turcæ, alteriusvè infidelis est solum blasphemiam secundū se. quia quando blasphemus non credit contra Deum se dicere, solum est blasphemiam ex parte Dei blasphemati. Blasphemiam sanè illius qui credit in Christum est blasphemiam secundū se & secundum blasphemantē: ac per hoc perfectior est blasphemiam sine infidelitate, quàm cum ipsa infidelitate cōiuncta. Nam vt inquit Petrus ij. cap. ij. melius erat eis veritatem non agnoscere, quàm post agnitam retroire, atque ita Caiet. ad notauit in dicta quæstione xij. artic. ij.

¶ Iure Pontificio blasphemiam puniunt publica pœnitentiæ: &

si fuerit blasphemus laicus iungitur iudici seculari, vt eū puniat pœna pecuniaria: text. in c. ij. de maledi. Synodus autem Lateranensis sub Iulio II. cōpta, & deinde sub Leone X. continuata, sessione ix. aduersus blasphemos crimē hoc maxime detestata pœnis grauissimis infertur, his quæ sequuntur verbis. Ad abolendam verò execrabilem blasphemiam, quæ in maximum diuini nominis, & sanctorum contemptum supra modū inualuit, statuimus, & ordinamus, vt quicumque Deo palam seu publicè male dixerit, contumeliosiq; ac obscœnis verbis dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam virginem Mariam eius genericè expressè blasphemauerit, si munus publicum, iurisdictionemvè gesserit, perdat emolumenta trium mensium pro prima, & secunda vice dicti officij: si tertio deliquerit, illo eo ipso priuatus existat. Si clericus, vel sacerdos fuerit, eo ipso, quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcunque haberit fructibus applicandis vt infra, vnus anni mulctetur. Et hoc fit pro primavice, qua blasphemus ita deliquerit. Pro secunda verò si ita deliquerit, & conuictus fuerit, siuicū habuerit beneficium, eo priuetur. Si autem plura, quod ordinarius maluerit, id admittere cogatur.

cogatur. Quod si tertio eius sceleris arguatur, & conuincatur, dignitatibus, ac beneficijs omnibus quæcunque habuerit, eo ipso priuatus existat: ad eaque vltimus retinenda inhabilis reddatur: eaque liberè impetrari, & conferri possint. Laicus verò blasphemus, si nobilis fuerit, pœna viginquinq; ducatorum mulctetur, & pro secunda vice quinquaginta fabricæ Basilicæ principis Apostolorum de vrbe applicadorum, & alij, vt infra deducitur. Pro tertia verò nobilitatem perdat. Si verò ignobilis, ac plebeius fuerit, in carcerem detrudatur. Quod si vltra duas vices publicè blasphemus depræhensus fuerit, mitra infami per integrum diem ante fores ecclesiæ principalis mitratus stare cogatur. Si verò pluries in hoc ipsum peccatum lapsus fuerit, ad perpetuos carceres, vel ad triremes damnetur ad iudicis deputati arbitrium. In foro autem conscientie nemo blasphemus reus absque grauissima pœnitentia seueri confessoris arbitrio iuncta possit absolui. Qui verò sanctos reliquos blasphemauerit arbitrio iudicis rationem personarum habituri mitius aliquanto puniri volumus. Statuimus etiam, vt seculares iudices qui contra tales blasphemus conuictos non animaduerterint, eosque iustis pœnis minimè affecterint, quatum in

eis fuerit, quasi eidē sceleri obnoxij eisdē quoque pœnis subiiciantur. Qui verò in illis inquirendis puniendisque diligentes, & seueri fuerint, pro qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem multæ pecuniariæ habeant. Quicumque verò blasphematem audierint, eum veris acriter obiurgare teneantur, si citra periculum suum id fieri posse contingerit, eundemque deferre, vel notificare apud iudicem ecclesiasticum seu secularem intra triiduum debeant. Quod si plures dictum blasphemantem simul audiuerint, singuli eum accusare teneantur, nisi fortè omnes conuenerint, vt vnus pro cunctis tali fungatur officio. Quos omnes in virtute sanctæ obedientiæ hortamur, & monemus in Domino, vt pro diuini nominis honore, ac reuerentia in suis domibus, ac ceteris præmissa omnia seruari, & exactissimè exequi mandet, ac faciant, vberissimam ab ipso domino Deo tam boni operis, ac pij mercedem habituri. Si millemque annorum decem indulgentiam ab Apostolica sede consequuturi cum tertia parte multæ, qua dictus blasphemus plectetur, quoties tale scelus puniedum curauerint, quam quidem indulgentiam, & reliquam tertiã multæ partem accusatori blasphemus no-

men deferenti similiter concedi, & assignari volumus: alijs pœnis contra huiusmodi blasphemus per sacros canones expressis nihilominus in suo robore manentibus. Hactenus synodus ipsa Lateranensis. Sed quia pœnam dicti capituli. ij. de maledict. laici tantum non clerici subire debent secundum Ioan. Andream, & Abb. ibi. & Hostien. in summa de maledictis. §. blasphemantes. verfic. grauior etiam sciendum est, quod clerici blasphemam deponendi sunt ab ordine ecclesiastico, & clericali. text. optimus in cap. si quis per capillum. xxij. q. j. que quidem pœna vel obtinuit, vel obtinere debet data incorrigibilitate, vel consuetudine blasphemandi: quemadmodum notat Hostien. in dict. verfic. grauior. & Alexan. in consi. 72. lib. j. column. iijj. aut sanè cum ita grauis fuerit blasphemia, quod maximam inducat diuinæ maiestatis iniuriam: sicuti Panor. in dict. cap. ij. existimat, quem sequitur Ioannes Bernard. in practica criminal. cap. 103. cum alioqui pœna dicti canonis sit iam olim antiquata per desuetudinem: sicuti idem Hostien. testatur in dict. §. blasphemantes. Iure autem civili blasphemam olim pœna mortis puniebantur. text. in authen. vt non luxurientur contra naturam. §. præterea. cuius quidem constitutionis pœna tunc locum

habet, cum quis ex consuetudine, & incorrigibilitate Deum blasphemauerit: quod adnotarunt Petrus Cinus, Baldus, & Salicetus in l. ij. C. de rebus creditis. Alexander in consilio, 233. libro vj. columna j. Anan. in dicto capitulo. ij. de maledict. columna vij. & Nicolaus Boerius in decisio. 301. numer. xj. Iason in l. si duo patroni. §. vlti. & in l. iij. §. iurari. ff. de iureiurati. & tamen adhuc ea pœna in desuetudinem abiit: sicuti asseuerat Lucas de Penna in l. omnes iudices. C. de delatori. lib. 10. colum. iij. Iure regio variè blasphemus punitur præsertim iure partitarum, quod vij. parti. titu. 28. continetur. Quo in loco Alphosus Rex diligenter pœnas aduersus blasphemus distinxit, & statuit. Præsertim quod plebeius pro prima blasphemiam verberetur, pro secunda notetur in labijs ferro candenti signo crucis: pro tertia lingua mutilus fiat, eique abscindatur. ita sanè l. iijj. statutum est. Sic & apud Gallos præter alias pœnas blasphemus pro sexta blasphemiam labium superius, pro septima inferius abscinditur, ita quidem vt dentes appareant pro octaua verò blasphemiam lingua amputatur: sicuti statutum fuit per Carolum octauum, & Ludouicum duodecimum, teste Nicolao Boerio dicta decisio. 301. numer. 15. qui

hanc la-

hanc labiorum & linguæ abscissionem ad Ludouicum duodecimum refert: cum tamè & Carolus octauus sanxerit aduersus blasphemum, quod is pro secunda blasphemiam puniatur pœna abscissionis superioris labij: pro tertia inferioris: pro quarta linguæ: alijs item pœnis per eum statutis: sicuti refertur in stylo Parlamenti sub constitutionibus regis titulo. de maledictis, & blasphem. alias verò pœnas aduersus blasphemus statutas iuxta varias prouinciarum leges refert ipse Nicolaus Boerius in dict. decisio. 301. vbi etiam tractat de his, qui non lingua sed manibus offendunt diuinam maiestatem, eius imagines, aut virginis Mariæ, aut sanctorum lædentes qua de re regia l. v. titu. 28. part. vij. itidem agit blasphemus etiam iure Neapolitani regni abscissione linguæ iuxta constitutionem de blasphemantibus. tamen ea pœna per vsum commutata sit in linguæ perforationem, quæ clauo publicè fiat: secundum Thomam Grammat. decisio. 50. iure deinde huius regni postmodum constitutum est, quod blasphemus in curia principis, aut intra quinque leucas puniatur pœna verberum, & amputationis linguæ: extra curiam autem punitur pœna amputationis linguæ, & amissionis dimidiæ partis bonorum. l. fe-

cunda, titulo octauo, libro octauo ordinatio. Attamen nouis constitutionibus praxis aliam recepit huius criminis punitionem: siquidem blasphemus pro prima blasphemiam punitur carcere vnus mensis: pro secunda exilio sex mensium à loco habitationis, & mille quadrantum pœna in tres distribuenda partes: quarum vna accusatori, alia iudici, tertia pauperibus compeccit. pro tertia verò blasphemiam clauo linguæ perforabitur. nisi blasphemus sit exhis, qui scutiferi apud nos appellantur, vel maioris conditionis homo, quia is pro tertia blasphemiam punitur exilio vnus anni, & multa duorum milium quadrantum: quod in pragmatica prima constitutum est, & deinde per Carolum Cæsarem Toleti anno M. D. vige simo quinto. Prædicta tamen linguæ fixio, aut perforatio, quæ clauo fit aliquot in locis in desuetudinem abiit, ac mutata est in eam pœnam, qua ligno præmitur lingua. nos Hispani lignum hoc: Mordaza appellamus. Seneca verò id lignum linguarium Latine dixit libr. iij. de beneficijs, capit. 36. damno, inquit, castigabo prouidentis temeritatem. Ecce, vt doleat tibi, vt postea consideratiùs loquaris, quod dicere solemus, linguarium dabo. Ita enim eum locum legit noster Pincianus vir, Latine

Græcæque peritissimus, & præter hæc in emendandis veteribus Latinæ linguæ authoribus foelicissimo præditus iudicio. inquam in suis ad Senecæ adnotationibus linguarum interpretatur lignum, quo blasphemanti præmittitur lingua. Nam & veteres Senecæ codices linguarum ea in parte agnoscunt: tamen variè locus is à viris doctissimis legatur.

¶ His equidem præmissis poenis aduersus blasphemos statutis non est prætermittendum, blasphemum à testimonio repellendum esse in his causis, quæ testes exigunt omni exceptione maiores: quemadmodum placet, Alex. in consi. 152. lib. v. colum. iij. Dec. consi. 163. nu. 10. Thomæ Grammar. v. o. to. 22. nume. v. & vj. modò blasphemus fuerit semel saltè etiã pœna pecuniaria pro hoc crimine damnatus: quod norat Nicola. Boëri. in d. decif. 301. numer. 13. post glos. Superantij in constitutionibus Neapolit. tit. de blasphematoribus. Quibus refragatur quòd blasphemus iure ciuili infamis non sit auctore Baldo in consilio 152. libro j. colum. j. quem sequitur Aymon Sauillian. consil. vj. colum. ij. textus optimus in l. famosi. ff. ad l. Iuliam maicest. Lubricum, inquit Iurifconsult. linguæ non debet facile trahi ad pœnam. Sed nihilominus hac in quæstione, etiã

si verum sit, blasphemum infamum non esse infamia quidem iuris: attamen ipse censo post vnicam huius criminis cõdemnationem non esse hunc idoneum testem in his causis, quæ requirunt testes omni exceptione maiores. quod probatur ex cap. licet causam. de probatio. vbi in causa ardua non admittitur testis, cuius fides aliqua ex parte diluitur. nec negare possumus blasphemum post condemnationem esse infamum; saltè infamia facti. Atque idè nõ est omninò tellis idoneus, de quo ipse tractaui in epitome ad iij. lib. decre. §. vlt. num. vij. & viij. ¶ Quid de consuetudine blasphemandian ea excuset à pœna exteriori? Et quibusdam forsàn videbitur, consuetudinem prouinciarum excusare blasphemos à pœna exteriori, iuxta glossam in causa cum venerabilis. de consuetud. quæ probat, prauam consuetudinem excusare à pœna exteriori, licet ea non excuset à peccato, & culpa. similis gloss. in capitulo. denique. iij. distinct. quas commendat Roman. in singulari. 19. & Cremens. in singulari. 149. est etiam glo. in cap. sanè. de temporib. ordinatio. tradit multa hac de re Rochus Curtius in cap. vltim. de consuetud. folio paruo. xiiij. notat Cardinal. in consi. 132. colum. ij. Roma. consi. 466. multa tamen, quæ ad huius conclusionis cõprobationem


tionem citantur, pertinet ad consuetudinem, quæ dubium actum interpretatur, eum inquam licitum esse dictans. Siquid etenim fiat, quod in dubio est, an sit illicitum iure consuetudinis, vel licitum est, vel impubibile: quod Bartol. sensit in l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de Aedili. edict. cuius nos alibi mentione fecimus, eius opinionem examinant. hoc ipsum Bartol. in l. singularia. ff. si certum petat. significare videtur. quo in loco lat. & alij idè explicant, quòd si aliquid verè illicitum sit, ac lege diuinæ, vel naturali cõtrariu profectò consuetudo vt cunque sit longi temporis minimè excusat à pœna temporali, & exteriori saltem à tota: licet excuset ab aliqua parte pœnæ: quemadmodum adnotarunt Præpo. in dict. cap. denique. laton in d. l. singularia. Hippoly. in l. j. limitatio. 19. ff. de ficiarijs. Deci in causa. nam concupiscentiam. 2. lect. de constit. senerat Innocent. in cap. sanè. de offic. ordin. tamen contingat quibusdam rationibus peculiaribus minimè puniri in re publica actum aliquem, qui lege naturali, & diuinæ contrarius sit: vt simplex fornicatio in meretricibus. Nec tamen id accidit ratione consuetudinis excusantis à pœnatiõne quia Reipublicæ interest ob morum prauitatem eam fornicationem dissimulatiõne quadam permittere ad maius malum euitandam. Blasphe-

mia verò, cum sit maximè criminem legi equidem naturali, diuinæ, & humanæ contrarium, minimè debet ob vsum, & consuetudinem prouinciarum impunita dimitti: quod senerat Iafon in lat. prætor. §. iurari. v. col. ff. de iure iurand. & Gerard. singu. 83. Thomas Grãma. decifio. 56. colum. 2. excusatur tamen frequenter ad mitionem punitiõnem blasphemus, qui iracundiæ calore blasphemauit: Archidia. in cap. quid ergo. xxij. q. iij. De ci. consil. 163. numer. 10. modò calor iracundiæ à iusta causa oritur: sicut si ex iniusta: sicuti explicat Abb. & Anania in cap. ij. de maledi. Iafon in l. filia tuam. C. de inoffic. testam. Crimen autem blasphemie absque villo discrimine puniri potest per iudicem ecclesiasticum & secularum. ca. ij. de maledic. tradit latè, & eleganter Bartho. Socin. consil. 119. lib. 4. & an aduersus blasphemos possint procedere inquisitores hereticæ prauitatis, pendet ab ea quæstione, qua tractari solet, sitne blasphemia hæresis. quam obiter paulò antè tetigimus, & latius exponit Alfonso à Castro lib. j. de iusta hæreticorum punitio. ca. xij. etenim vbi blasphemia attentus eius circumstantijs vel hæresis sit, vel præsumi possit error intellectus aut denique adsit suspiciõne hæresis, poterunt inquisitores eam punire: sicut de fortilegijs cauetur in ca. accusatus. §. auè.

de hæretic. in vj. qua de re multa tradit eleganter pro eius in signi eruditiõe Jacob. Septimæcensis in Institutionibus Catholicis aduersus hæreses, ea. 8. Postremò solet dubitari quem sensum habeant illa præcepta, quæ plerunquè iniunguntur à prælati subditiis, qui iuramento obedientiam promiserunt: his quidem verbis: sub pœna præstiti iuramenti. & satis constat hæc significatio, quòd id præcipiatur sub pœna periurij: nempe quasi dixerit quis, hoc tibi præcipio sub iuramento mihi pœstito ita vt si nõ feceris, periurus sis. Nam pœna iuramenti præstiti periurium est, & eius supplicium: quod solet periuris infligi. Nec enim iuramentum præstitum est pœna: nec periurium ipsum absolute quia culpa est: sed sensus huius loquutionis est sub pœna præstiti iuramenti: id est sub pœna, quæ debet ei imponi, qui iuramentum violauerit. Vnde Genitius ille præstiti iuramenti, non stat intransiuitiue: id est sub pœna, quæ est præstitum iura-

mentum. quod explicat Ioannes Driedo, in Christiana libertate, pagina 172. quo in loco scribit, omnia mandata rectoris vniuersitatis alicuius, vt in terfunt scholastici alicui congregationi. Missarum celebrationi, non esse durè accipienda, etiam si fiant sub pœna præstiti iuramenti, quasi mandator ipse voluerit ita vocatos ad mortale periurij crimen obligare, si non fecerint quod eis mandatum fuerit. Et enim præsumendum est attendenda mandantis intentione, quòd in his cõmunibus congregationibus, quæ magni ponderis non sunt, tantum voluerit ad memoriam iuramentum reuocare, nè per contempum omittant subditi obedire eius præceptis: non tamen, vt periurium ab his committatur. quod maxime est obferuandum, nè passim quis temerè periurij reus damnetur: etiam si omiserit facere quod superior mandauerit. Hæc de prima huius relectionis parte.

Finis primæ partis.



## SECUNDA RELECTIONIS

P A R S.



Ex secundæ partis Initiatio hæc colliguntur.

- 1 Traditur ratio, & intellect. ad text. in reg. non est obligatorium. de reg. iur. in vj.
- 2 Pactio futura successionis qua ratio ne sit contraria bonis moribus.
- 3 Panalis stipulatio apposta promissioni de non reuocando testamentum: & item de contrahendo matrimonio, contraria est bonis moribus.
- 4 An sit necessaria absolutio à iuramento præstito contra bonos mores?
- 5 An nobilis, vel Hidalgo possit renuntiare beneficio, quod habet: nè in carcerem pro debito mittatur?
- 6 Beneficio cessionis honorum, an possit renuntiare?
- 7 Mater tutrix an possit in carcerem mitti pro pecunia debita filijs.
- 8 Iuri reuerentia an possit quis renuntiare, & ibi de intellectu. l. ad egregias. ff. de iure iur.
- 9 Intellect. & ratio text. in cap. si diligenti. de foro compet.

¶ De viribus Iuramenti quòd ad contractus, cæteròsque actus humanos, Secunda Pars.



N huius operis partitione polliciti sumus hac in parte de iuramento confirma-

torio contractus inualidi tractare: atque idèd necesse est quaestionem istam ita examinare, vt eius resolutio faciliùs percipi valeat. Bartol. etenim in l. si quis pro eo. ff. de fide iussoribus, conatus est rem istam distinctè ad perfectam quandam cognuonem, vt ipse opinatur, deducere. Attamen quia passim eius conclusiones vel improbantur, vel in dubitationem reuocantur, conabimur ex Barto. cõmentarij

adnotare, quid ipse hac in re senserit, deinde eius assertiones in specie examinabimus ad amulsum perpendentes, an veræ sint, vel frequentiori doctorum sententia probentur.

¶ Prima igitur conclusio + sit. Actus, vel contractus bonis moribus contrarius, minimè confirmatur iuramento. Hæc probatur in reg. non est obligatoriu. de regul. iur. in vj. Non est, inquit regula, obligatorium contra bonos mores præsitum iuramentum. atque ita hanc conclusionem proposuit Bartol. in dist. l. si quis pro eo. numer. vj. Quam tamen quidam conantur hunc in modum intelligere vt de contractu, vel actu contrario bonis moribus naturalibus, vel canonicis accipienda sit: nõ autem de actu contrario bonis moribus civilibus: quasi velint hi doctores, actum contrarium iuri naturali vel canonico, non posse iuramento confirmari, nec posse iuramentum quemquam obligare agendum id, quod iure naturali, vel canonico vetitum sit: actum verò aduersum iuri tantum civilis, posse iuramento confirmari: quam quidem interpretationem probant Panormita. numer. v. & Ino. numer. 33. in capitul. cum conungat. de iure iu. Corneus in Authentic. sacramenta. puberum. C. si aduersu. vendit. nume. 28. Baldus, & Paulus Castren. in l. pacta que contra. C. de pactis. Abbas in capit.

si verò, de iure iurand. Quorum opinio communis est, & probatur: quia quælibet lex civilis aliam quem actum prohibens habet fundamētum in bonis moribus: atque id eò actus is erit contrarius bonis moribus civilibus: & tamen dubium non est, iuramento confirmari actum lege civili prohibutum, saltem plerumque & si euentissimè: sicuti paulo post latius tractabitur. Verum hæc communis interpretatio nõ est omnino admittenda: quippe quæ aliena sit à vera verborum significatione. Siquidem diuersa sunt hæc duo: quòd aliquid sit prohibutum, quia bonis moribus repugnet: & sit vetitum, quia moribus contrarium. Primu enim significat, eam prohibitionem habere rationem à iure naturali, ita vt cõtrarius actus sit iuri naturali aduersus. Nec in hoc aliqua est differentia inter bonos mores naturales, cononicos, & civiles. Nam boni mores civiles non distinguuntur à bonis moribus naturalibus, aut canonicis quando quidem boni mores simpliciter dicantur qui à ratione naturali procedunt, & ab ea rationem habent. Iuris enim canonici, & civilis eadem sunt principia, & prima præcepta iustitiæ quod probatur in proemio Gregoriano: & in l. iustitia. ff. de iustitia & iure, idemque finis ex eisdem principijs constat. idcirco boni mores civiles, id est quos lex civilis dicit esse bo-

nos mo

nos mores, non possunt distinguui à bonis moribus naturalibus, aut canonicis. & præterea vtriusque iuris est præceptum honestè viuendi. quia ratione si quid lex civilis censet esse cõtrarium bonis moribus, id pertinebit ad bonos mores naturales, & canonicos: si verò quid esse cõtrarium moribus lex civilis responderit, hoc ad civiles tantum mores referendū erit. mores etenim simpliciter, consuetudines appellantur. l. moribus. ff. de vulgar. l. more maiorum. ff. de iurisdic. omnium iudic. l. est receptum. ff. eod. titul. quòd si quid sit cõtrarium bonis moribus naturalibus, erit planè contrarium bonis moribus civilibus: cum lex civilis non possit in hoc differre à naturali. Igitur quoties lex civilis respondet, aliquid esse contra bonos mores, nõ aliud sentit, quàm quòd illud sit turpe, & à ratione naturali alienum. l. si quis inquilinos. §. vlti. ff. de legat. j. l. mercalem. C. de cõdicit. ob turp. caus. Vnde illud deducitur, hanc primam Barto. conclusionem, & iuris canonice regulam, quæ asseruat, non esse contra bonos mores obligatorium præsitum iuramentum: intelligendā esse de bonis moribus naturalibus, vel canonicis, & civilibus, quatenus hi cõueniunt naturalibus: quod in dubio ex verborum significatione, & vsu Iuriconsultorum

ita est interpretandum: quem admodum distinguit Fortunius in tractatu de vltimo sine iuris. illat. xij. qui expressim estimat, & asserit, non posse iuramento confirmari actum, què lex civilis ex eo tantum prohibuerit, quòd sit contrarius bonis moribus.

¶ Secundò hinc constat, non esse ad intellectum huius regule distingendum inter legem civilem, & canonicam: sed esse considerandum, an boni mores sint fundati super ratione naturali rãquam ex causa proxima. Nam in hoc casu iuramentum contra bonos mores nõ est obligatorium: secus si boni mores sint fundati super ratione naturali tanquam causa remota: tunc etenim iuramentum confirmabit actum his bonis moribus cõtrarium: quod in specie adnotauit Alciatus in d. c. cum contingat. nume. 74. cui ipse libenter addiderim, bonos mores nusquam distinguui ab immediata ratione naturali: atque id eò siue fiat mentio de his à lege canonica, siue à civili semper intelligerè, hos bonos mores ita ad honestatem pertinere, quòd eis contrarium turpe sit: quemadmodum ex his, quæ statim tradentur, constabit.

¶ Tertio constat, non rectè à Doctoribus hac in questione dici, secundum canones id tantum esse contra bonos mores, quod peccatum inducat. Relect. Didac. Couar.

Quia ratio peruersa est: imò id est peccatum quod est contra bonos mores: idcirco contrarium bonis moribus vtroque iure canonico, & ciuili turpe quidem est, & peccatum: quia est cõtra rationem immediatè naturalem: sicuti in dict. illat. 20. col. iij. admonet Fortunius.

¶ Quartò apparet, Dinù in d. regul. non est obligatorium. rectè sensum eius percepisse, dum tenuit, non confirmari iuramento ea, quæ sunt prohibita propter sui turpitudinè. hic etenim est verus præfata regula sensus.

¶ Quintò ex his cõstat intellectus ad textum in l. non dubium. C. de legib. qui probat, contractum lege prohibète factum, iuramento non confirmari. Etenim decisio præter alias interpretatiões habet hæc, vt procedat quoties à lege contractus prohibitus est propter turpitudinè. quia sit bonis moribus contrarius.

2. ¶ Sextò patet, þ pactio futuræ successiõnis facta absque consensu eius, de cuius hereditate agitur, non confirmari iuramento: quia turpe sit, ac bonis moribus contrarium, pactum fieri super viuientis hereditate absque eius consensu. Nam hæc pactio turpis censetur. l. vlti. & l. pactum. C. de pactis. & l. pactum quod dotali. C. de colla. nec tamè ea sola ratio turpem efficit hanc pactio-

nem, quòd detur votum capti de mortis: quæ mouet hæc in d. vltim. expressa sit: siquidem ob hanc solam rationem non efficitur pactum turpe. quod patet quia ex cõsensu eius, de cuius hereditate agitur hæc pactio licita est: & tamen occasio captandæ mortis non tollitur per cõsensum istum. & quæ ita est intelligendus text. in d. vlt. & ei similis in l. ex eo. C. de inutilibus. stipulatio. quod ipse adnotauit in rubri. de testam. ij. parte. nume. xv.

¶ Septimò ex eadem prima conclusiõne probatur, þ pœnalem stipulationem appositã promissioni de non reuocãdo testamentum, contrariam esse bonis moribus, nec iuramento confirmari. Eam etenim contrariã esse bonis moribus probat text. elegans in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligatio. non confirmari iuramento: probatur ex prædicta prima conclusiõne, ex qua Bart. in d. l. si quis pro eo. hanc illationem fecit. Si quidem illicitum, & inhonestum est, pœnæ adiectione quenquã velle alterũ adstringere ad certam heredis institutionè. Cui equidem ambitioni eorũ, qui ita anxie aliorum patrimonia, & hereditates habere contendunt, occurrit lex ciuilis existimans, ac decernens hanc iniuriam sedulitatè, & curiosam cautelam contrariam esse bonis moribus.

nis moribus, & idèd turpem. Quam ob rem iuramento minime confirmatur.

¶ Octauò eadem radice constat intellectus ad text. in l. Titia. ff. de verborum obligatio. vbi Iurifconsultus scribit, contrariã esse bonis moribus pœnalem stipulationem appositã promissioni contrahendi matrimonij propter eximiam libertatem, quam contractus cõiugalis requirit. c. Gemma. capit. cum locum. de sponsalibus. Etenim hæc promissionis pœnalis stipulatio nequaquam iuramento confirmatur propter eam rationem, qua diximus, bonis moribus contrariã esse. quod in specie Bartol. notauit in d. l. si quis pro eo. nu. vij. idem Bartol. & Doctor. in d. l. Titia. nume. xj. cui nos accessimus in dicta tubrica de testamento. ij. partit. numero decimo sexto, & sequentibus. tamen si quidam contrarium responderint, quorum inibi mentionem fecimus.

¶ Nonò solet ex prænotata regula deduci, promissionem non reuocandi testamentum, vt potest contrariam bonis moribus, minime confirmari iuramento: quam questionem nos examinauimus latè in dicta ij. parte, rubric. de testamen. quo in loco respondimus, promissionem istam iuramento confirmari in hunc sensum, vt testator, qui contra iuram pro-

misionem testamētum reuocauerit, perius planè sit, licet valeat secundum testamentum: ita equidem post multa hanc opinionem probauimus numero xv. Nec verè dici poterit ex d. l. stipulatio hoc modo concepta. promissionem non reuocandi testamentum contrariam esse bonis moribus. Nam ea Iurifconsulti responsio locum habet in pœnali stipulatione: non in simplici promissione. Sicut & in simili, licet promissio pœnalis matrimonij contrahendi contraria est bonis moribus. d. l. Titia. & c. Gemma. non tamen simplex promissio coniugalis contractus. sicut fati manifestum est in c. sicut. & in capitul. ex literis Syluani. de sponsalibus. quod & Ioannes Imola in dicto capitulo cum contingat. j. Bartol. membro explicat. Sic licet promissio simplex, aut iurata non reuocandi testamentum non sit bonis moribus contraria, erit tamen aduersa bonis moribus pœnalis stipulatio & promissio non reuocandi testamentum dicta lege stipulatio hoc modo concepta. Sic denique Bartolus in dicta lege si quis pro eo. numero sexto. dum explicat exempla textus in dicta lege stipulatio hoc modo concepta. & in dicta lege Titia. ad hunc modum est intelligendus. Nec voluit Bartolus simplicem promissionem

matrimonij contrahendi, & simplicem item promissione non reuocandi testamentum, contrarias esse bonis moribus: quicquid alij hac in quaestione scripserint, non rectè exami nantes Barto. sensum.

¶ Decimò ab eadem prima cõclusionè palàm inferitur, pro missione actus turpis, contractumve turpitudinem continentem minimè confirmari iuramento: quod iuris est apertissimū. Nam & superius satis probauimus, iuramentum quo turpe quid promittitur, minimè seruandum esse, nec obligare: cū ei desit comes necessarius: nempe iustitia. Quã obrè satis constat nullam hinc oriri obligationem: quod Bartol. in dict. l. si quis pro eo. notat num. vj. quem alij frequentissimo suffragio sequuntur. Nec est necessaria absolutio à vinculo huius iuramenti secū dum communè omnium opinionem in dict. cap. cum contingat. † Quibus obstat textus singularis in cap. cum quidam. §. vlti. de iure iurand. quo probatur, necessariam esse absolutio nem à iuramento præstito de non loquendo patri, vel matri, sorori, vel fratri: aut non exhibendo eis humanitatis subsidium: cum tamen, vt ibidem expressim asserit summus pontifex, hoc iuramentū illicitum sit, & contrarium rationi. Etenim non loqui pro-

ximo est contra charitatem erga extraneos: erga patrem est contra iuramentum paternæ reuerentia: item non subuenire repugnati rationi naturali. cap. inter cetera. xxij. quaestio. iij. l. si quis à liberis. §. si parens. ff. de liber. agnoscend. idèò prædicta responsio in dict. §. vlt. cum præmittat, iuramentum esse illicitum ex parte iurantis, & nihilominus absolutio nem requirit, eum debet habere sensum, vt absolutio ad cautelam potius in ea specie, quam necessario requiratur: quemadmodum illum text. intellexere gl. Hostien. Imol. & Panormita. ibi. atque hic est verus huius responsionis intellectus: tametsi Cardina. Innocen. & Felin. ibi Andr. Alciat. in dict. cap. cum contingat. num. 80. & Anton. in dict. cap. eum quidam. §. vlt. contentur intelligere præfatum text. ita quidem, vt necessaria sit absolutio à iuramento quoties id aliquo casu poterit seruari absq; interitu salutis aeternæ, licet eius obseruatio peccatum inducat aliquo casu. Sic sanè si promissio iurata, continet id quod bonis moribus repugnat regulariter, aliquo tamen casu promissum sit, erit necessaria absolutio ad hunc effectum, vt etiam in eo casu non habeat iuramentum vim obligandi. Cuius rei exemplū est in dict. §. vltim. si quis iurauerit non loqui parentes. potest enim

recte enim contingere, quòd obseruatio illius iuramenti non sit peccatum, & possit omittere loquelam istam absque vllo vitio, & culpa: nempe cum parentes non indigerent hac familiaritate, nec esset oportuna aut cõueniens: atque idèò quòd ad istos casus, quos iuramentū potuit iuste comprehendere, & comprehendit, absolutio necessaria est. Ego verò hanc interpretationem censeo nõ esse admittendam, quippè qui videam in eo text. præmitti iuramentum illicitum fuisse, & contrarium bonis moribus: vnde ea ex parte, qua iuramentum illicitum est, non potest congruè vera absolutio ab eo contingere: quemadmodum superius dictum est. §. vj. numer. vj. Verum quòd manifestius ostendamus prænotatam interpretationem falsam esse, oportet in specie dict. §. vltim. tria considerare. Primum quòd filius qui ita temerè iurauit, patre tenetur alloqui, aut alere sub peccati reatu: & isto casu dubiò procul absolutio à iuramento necessaria non est: quia iuramentum nullam quòd ad hoc induxit obligationem: quod fateatur omnes. Secundum, quòd hic constitui potest, eum continet casum, quo absque læsione reipublicæ, vel offensa diuina filius non potest parentem adloqui, aut ei subuenire: & hac in specie absolutio mi-

nimè datur à iure nec ab homine huiusmodi iuramentū, quòd in hoc sensu rem iustissimam, & necessariam comprehendit: qua ratione non potest respon sio dict. §. vltim. in hoc casu intelligi: dum absolutio nem à iuramento concedit. Terriò contingere potest filio ita iuranti, quòd non teneatur patrem ad loqui, nec ei alimenta exhibere, aut subuenire: multis quidem de causis, quæ ipsum ab obligatione excusare possunt. & adhuc in ipsa specie opinor, iuramentum istud non obligare iurantem, nec teneri eius vinculo, nec esse absolutio nem necessariam. Si quis etenim iuret non facturum aliquod melius bonum, quòd tamen facere nõ tenetur, peccat quidem iurando in quantum ponit obicem Spiritui sancto, qui est boni propositi inspirator: non tamen peccat iuramentum seruando: sed multò melius facit, si non seruet: secundum Thomam in 2. 2. quaestio. 87. articulo. vij. cuius sententiam latius examinaui in dict. §. vj. nume. vij. Quis autem ita proteruè impius erit, quòd neget melius esse filium patrem alloqui, eique subuenire etiã vbi nec loqui, nec subuenire tenetur, quam ab his operibus pijs abstinere? certè nemo. Quamobrem absolutio ab hoc iuramento, cuius meminit romanus pontifex in dicto cap. cum quidam. §. vltim.

Etiam si in eo accipiatur sensu, quem Anton. Cardinal. & alij comminiscuntur, necessaria non est. Poterit forsitan ea responsio in hunc modum intellegi, vt absolutio requiratur ibi non à iuramento sed à peccato, quod iurans commiserit ita temerè iurando: siquidem manifestum est, iuramentum illud fuisse temerarium: cum fuerit illicitum: cap. inter cætera. xxij. quæst. iij. idcirco peccatum, qui iuravit, iurando commisit. Vnde text. ille interpretatus est hoc sanè modo, dum dixit: absoluendi sunt ab illius obseruantia iuramenti: id est à peccato, quod commiserunt iurantes, cum promiserunt seruare id quod in dispendium salutis aeternæ manifestè vergebat. Igitur iuramentum præstitum contra bonos mores obligatorium non est, nec confirmatur contra bonos mores, aut contra legis prohibitionem à bonis moribus procedentem.

¶ Postremò ex hac prima Bartoli conclusionè procedit intel. ad text. in l. alia. §. vltimo. ff. soluto matrimonio. vbi Iurisconsultus scribit, pactum, quo tollitur priuilegium alicui competens ob reuerentiã & honestatem personæ, ne cõpeniatur vltimã quàm facere possit, esse cõtra bonos mores. Nã ea pactio iuramento minimè confirmabitur: quia est priuile-

gium illud deductum à iure naturali, quo illis personis debetur mutuus amor, & reuerentiã: atque ita hanc opinionem tenent gloss. Barto. Imol. Alexander, & alij magis communiter in dict. l. alia. §. vltim. Alciatus in dict. cap. cum contingat. nume. 69. Hinc sanè disputari poterit quæstio elegans, quam semel in hoc Granateni prætorio memini controuersam in specie fuisse apud iudices eruditissimos, ac iurisvtriusque consultissimos, ipsũque huius curiæ præsidè D. ab Alua & E. qui vel Abulensem episcopum, diuini & humani iuris insigni disciplina maxima ac non vulgari in expediendis negotijs dexteritate percelebrem: quorum quidem tribunali contigit ea controuersia, An t nobilis, quem Hidalgo, nos Hispani dicimus, & qui iure saltem regio ob debitam pecuniam, seu æs alienum in carcerem mitti non potest ob nobilitatis priuilegiũ, possit huic speciali fauori renuntiare: ita sanè, vt propter hanc renuntiationem Hidalgo in carcerem ratione æris alieni ducatur deficientibus bonis in quibus locus sit executioni? Tandè definitum fuit, prædictam renuntiationem validam fuisse, & eius causa posse nobilem ob æs alienum non obstare eius priuilegio in carcerem mitti, si nõ habeat bona, ex quibus possit debita pecu-

debita pecunia solui. Huic definitioni multa obstant, & suffragantur, quæ eius examinem dubium efficiunt: qua ratione aliquot hic repetemus, quæ in similibus tradidimus in libr. ij. variarum resolutio. cap. j. Et quia hæc sententia in sui fauorem habet regulam iuris, quæ præmittit, posse quemlibet renuntiare his, quæ in sui commodũ statuta sunt. l. si quis in conscribendo. C. de pact. cum similibus: oportet in hoc loco primum ea tradere, quæ refragari videntur, ac simul si quid responderi obiectionibus possit.

¶ Primum etenim obstat, quod nobilitatis iura ad sanguinem pertineant, quasi iura sint sanguinis. l. ij. §. quæ omnia. C. de veteri iure enucleando. l. j. C. de iure aureo. anulo. l. j. in princip. ff. de censib. l. stemmata. ff. de gradibus. quod & Iuuenalis ostendit dum dixit,

*Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo  
Sanguine censer?*

¶ Iura verò sanguinis nec renuntiatione, nec vlla humana lege tolli possunt. l. iura sanguinis. ff. de regu. iur. l. ius agnationis. ff. de pact. l. abdicatio. C. de patri. potest. Igitur iura nobilitatis tolli non possunt renuntiatione. Vnde cum inter alia nobilitatis iura, & priuilegia hoc sit non vulgare: quod nobilis sanguine, vel priuilegio

ob æs alienum in carcerem mitti non possit: Bald. in l. j. ad fin. C. qui bonis cedere possunt. Alexander in l. Centurio. numer. 25. ff. de vulga. l. ason in l. miles. colum. ij. ff. de re iudica. qui extendunt Iurisconsulti responsorum in dict. l. miles. à milite ad nobilem. Idem colligitur ex distinctione Gulielmi de Cuneo in l. penultim. ff. ex quibus causis maior. quam refert & sequitur Ioannes Baptista de Seuerino in tractatu de debitis suspectis. & sagiti. quæstio. v. princip. quæstio. v. text. optimis in simili, in l. medicos. C. de professor. & medic. libr. Io. Regia eademque expressa constitutio in l. iij. & v. titu. ij. libr. iij. ordin. l. 79. Tauri. quarum & ipse memini in dict. cap. i. numer. iij. libr. ij. variar. resolutio. constat sanè, non posse nobilem apud nos renuntiare huic iuri nobilitatis, & priuilegio quo cautum est, ne in carcerem ob æs alienum mittatur. Huic tamen rationi facillimè respondetur, si consideremus, priuilegia iure data nobilibus non esse, nec posse dici iura sanguinis: sed iure ipsius nobilitatis: nobilitas autem sanguinis non est, sed sanguinis, & generis qualitas, quod notissimum est. Quod si & hæc iura sanguinis verè dici possent, non tamen de his intelligitur textus in dicta regu. iura sanguinis. Quandoquidem illa

est intelligenda de iuribus à sanguine iure naturali procedentibus: qualia sunt ipsa agnatio, cōsanguineorum amor, & dilectio, hisque similia, quæ nullo à civili constitutione tolli possunt. l. tutelæ. ff. de capit. diminutio. notat Bar. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusat. iura verò, quæ sanguini, aut agnitioni iure humano tributa sunt, tolli poterunt, & possunt lege humana gloss. in §. quod autem. vers. cognationis. instit. de capit. dimi. Bald. in l. j. in si. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. Roma. consil. 82. Dec. in d. iura sanguinis. col. j. qua ratione constat, privilegia data iure humano nobilibus, posse tolli iure item humano: nec ideo renuntiatione eorum inuvalidam esse, quod iura sanguinis tolli non possint.

¶ Secundo eisdem sententiæ obesse videtur cōmunis omnium opinio, quæ probat, renuntiationem cessionis bonorum minimè valere ex eo, quod cū ipsa sit beneficium ne quis ob æs alienum in carceribus detineatur, videtur sanè renuntiatione cōsensu parū ei obesse quod ad perpetuam captiuitatē, & detractionem in carcerem, aut sanè temporalem, donec soluat. Quod humanæ libertati plurimum refragatur: siquidem hæc renuntiatio esset quasi perpetua obligatio ad carcerem publicum, & præcisam seruitus, ad

quam liber homo se adstringere nequit. l. ij. de lib. homi. exhib. l. Titius. §. Titia. ff. de condi. & demonstratio. notat gl. & Docto. in l. antiquitas. C. de usufruct. & in l. post certi. C. de libera. caus. atque ita renuntiationem beneficij cessionis bonorum esse nullam tenuerunt Richar. Malumb. Bart. Imo. & Alberic. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matri. Cinus. q. vj. & Salic. nume. ix. in l. j. C. qui bonis cede. pos. Ioan. Faber in §. vlti. de actio. idem in l. vlt. C. qui bonis ceder. pos. Alexand. consil. 37. nu. vj. libr. ij. post Dinum in d. §. eleganter. Ab. & alij in cap. Odoardus. de solut. quorū opinio communis est secundum Alberic. in rub. C. qui bonis ceder. pos. colum. vlti. & Alciat. in capitulo cū contingat. numero 69. de iureiurando, ipse etiam idem adnotauit in dicto libro secundo. variarum resolutionum capitulo j. numer. vij. Quam ob rem si renuntiatio beneficij cessionis bonorum, quo debitor liberatur à carceribus, non tenet, nec tenebit renuntiatio facta per nobilem eius beneficij, & privilegij, quo liberatur ob æs alienum à carcere. Eadem etenim ratio vrobique adest: nēpè quod quis non possit per pactum se adstringere ad præcisam carceris inclusionem: nec possit renuntiare his beneficij, quæ iure concessa sunt ad effugiendos carce-

res, etiam

res, etiam publicos. His etiam accedit quod notat omnes in cap. ex rescripto. de iureiurand. tenentes, non posse hominem liberum inuitum detineri pro ære alieno soluendo, etiam ex conuentione: hoc etenim notant gloss. in vltima responsione in dicto cap. ex rescripto. & ibi Abb. & Imola. Idem Imola & Aretin. in l. obfides. ff. de testam. Francisc. de Ripa in l. obligatione. nume. 12. ff. de pignori. gloss. in cap. vt pridem. xxij. q. vij. regia l. iij. titul. xij. part. v. Ergo cū per hanc renuntiationem privilegij, quod nobilibus datum est, ne ob æs alienum possint in carcerem mitti, in effectu fiat obligatio ad carcerem pro ære alieno soluendo, & hæc inuvalida sit: consequens erit non esse renuntiationem istam à nobilibus factam admittendam, imò ea non obstante seruandum fore privilegium nobili, ne in carcerem ducatur pro ære alieno soluendo. Verum huic argumentationi multipliciter responderi poterit: & denique quibusdam videbitur eam non procedere, quia communis sententia à qua argumentatio colligitur falsa sit: cū renuntiatio beneficij cessionis bonorum valida censeri debeat: sicut in specie tradiderunt Frederic. consil. 60. Rota decisio. 565. in antiq. Fel. post alios in dicto cap. ex rescripto. num. xj. idem

Felin. in cap. si diligenti. de foro compet. colum. ij. Roma. Alexand. Imola & Ripa, quorum memini in dicto cap. j. numer. vij. lib. ij. Variar. resolut. & Alciat. in dicto cap. cū contingat. numer. 69. Nec enim ista renuntiatio iuri publico præiudicat, nec bonis moribus contraria est, nec præcisam, & absolutam seruitutem inducit: atque ideo nihil impedit huius renuntiationis vim, & effectum. Præsertim quia taciti, & expressi idem est iudicium. l. cūm quid. ff. si cert. petat. & in l. vltim. C. qui bonis ceder. pos. statutum est, debitorem, qui cedere bonis volebat, nisi creditores ei dilationem ad soluendum concessissent, non posse postea cedere, si dilationem ad soluendum à creditoribus acceperit. Nam tacite renuntiare videtur debitor beneficij cessionis bonorum eo ipso, quod dilationem ad solutionem acceperit. Deinde etiam si vera sit communis opinio, quæ probat, Renuntiationem cessionis bonorum minimè validam esse, adhuc opinor non omnino ex hoc sequi itidem nullam esse renuntiationem privilegij, quod nobilis habet ne in carcerem propter æs alienum mittatur. manifesta etenim est ratio discriminis: siquidem sublatum beneficij cessionis bonorum, nullum superest remedium ad effugiendam car-

ceris captiuitatem. quod apertissimi iuris est. At etiam si renuntiatio nobilis tollat beneficium, & priuilegium, quod habet, ne in carcerem pro ære alieno mittatur, superest ei remedium cessionis bonorum, quo poterit effugere carceris captiuitatē. Dicit forsan quis, hanc rationem non esse congruam: quia nobilis non tenetur bonis cedere: id etenim & ipse fateor: sed tamē satis erit, quòd possit hoc cessionis auxilio, & remedio nobilis ipse, qui priuilegio nobilitatis renuntiavit, carceres ipsos ex causa æris alieni effugere. Ex quibus constat, nō esse pares has duas renuntiationes: scilicet cessionis bonorum, & priuilegij nobilibus competentis, ne in carcerem pro debito ciuili ex causa contracto mittantur, Præterea, ne quis ratione carceris inhumana existimet esse has renuntiationes, considerandum est ab ipsis æquissimis legibus non censeri impium, quòd quis ob solutionem æris alieni in carcerem mittatur: id etenim æquum ius ciuile censuit, præmissa prius bonorum, & rerum ipsius debitoris excussione: imò quòdquē etiam si debitor bona habeat iure in carcerem mittitur, donec pecuniam debitam soluat: nempe ubi æs alienum ad fiscum, principem, aut rempublicam pertinet: sicuti explicauimus in

dist. libr. ij. variar. resolut. capit. j. id verò, quod adduximus ex communium omnium sententia in capit. ex rescripto. de iure iurand. pertinet ad carceres priuatos, qui multis ex causis à iure odio habentur: ideòque ab ipsa republica extirpandi sunt etiam ex priuato consensu, ac spontanea conuentione. Nos autem de publicis carceribus agimus, qui iure ipso probantur adhuc in ea specie, quam tractamus, ob æs inquam alienum soluendum: maxime quia non desunt qui velint iure defendere pactiōnē illam, ex qua homo liber obligatur, vt retineri possit pro ære alieno, & debito ad effectum seruandi conuentionem initam inter debitorem & creditorem: ita sanè glos. tenuit in dist. cap. ex rescripto. l. solutione. & inibi Hosti. Henric. Card. & Feli. colum. ij. Bald. in l. ij. C. de patri. qui filios distraxe. colum. vlti. quorum mentionem fecimus & nos lib. ij. variar. resolut. cap. j. numer. j. eorum sententiam reprobantes: hinc verò eam adducimus, non vt eam veram esse censamus, sed quòd manifestum sit non esse ita sine controuersia id quod modo præmissimus.

¶ Tertio principaliter eidem sententię oberit, quòd cum forma ob æs alienum in carcerem mitti non possit: auth. sed nouo iure, C. de custod. reor. l. j. cum

j. cum authen. ibi posito. C. de offic. diuersor. iudic. l. regia 62.  
7 Tauri: & attanē etiam ob causam tutelarem filiorum appositis quibuslibet renuntiationibus mulier adhuc priuilegium habet, ne conueniatur vltra quā facere possit, & ne in carcerem mittatur: quod ipse colligo ex Bartol. in l. si quis sub conditione. ff. de testam. tutel. num. 20. ex l. patronus. ff. de re iudic. notant in specie Præposit. in c. ex parte. M. de appellatio. Barb. in cap. ij. numer. iij. de pigno. Ioan. à Monte Sperelo in l. plerique. ff. de in ius voc. Hip. poly. in pract. crimi. §. attingā. num. 94. Ludou. Gomec. in c. ij. de iudi. in vj. nu. 22. Andreas à Pomate in addition. ad Bartol. in authen. matri & auie. C. quando muli. tuto. offic. fungi possit. quod longius ipse probaui in dist. libr. ij. variar. resolut. cap. j. num. ij. quo in loco multa hac de re radidimus. Igitur nemo potest renuntiare priuilegio, quod habet: ne in carcerem mittatur pro debito, aut ære alieno. Sed tamen huic rationi priuimū respondetur quod Bartol. ipse in eadem l. si quis sub conditione. num. 18. contrarium in matre tutrice adnotauit: cui consentiunt plures, quos ipse retuli in dist. capit. j. num. iij. & sanè hæc posterior opinio receptor est. At tamen quia prior à me probata fuit in dist. cap. j. secundò

respondeo, eam opinionē procedere in renuntiatione generali. cum mater omni legum auxilio renūtiat: quasi aliud dicendum sit, vbi mater specialiter huic priuilegio renuntiat: vt in hac questione patet, quæ de speciali renuntiatione tractat. Adhuc verò quia hæc responsio nō omninò tuta est ob eandem rationem, quæ eadem videtur esse in renuntiatione generali, & in speciali, opinor hanc tertiam obiectionem parum obesse: quia specialem rationem habet ex causa pietatis & reuerentiæ, amorisque paterni: quæ omnia inter parentes & filios contingentia impediunt hanc in carcerem detractionem ob æs alienum, & huius beneficij renuntiationem efficiūt inhumanam, bonisque moribus contrariam: textus sing. in d. l. alia. §. elegāter. ff. solu. mat. Quamobrem non est congrua argumentatio ea quæ fit in presenti controuersia à renūtiatione beneficij, & priuilegij hac ratione competentis parentibus erga filios, ad renuntiationem beneficij nobili competentis.

¶ Quarto illud magis nobilibus fauet, quod nobilitati maiores deserunt honores quam plebeijs. cap. de multa. de prælnobiliore. C. de mercatorijs & mercatorib. notar. Iason per textum. ibi, in §. item seruiana. num. 26. de actioni. latē Andr.

Tiraq. in tracta. de nobilitate, cap. 20. honor autem reuerentiam præmittit. l. honori. & l. parens. ff. de oper. liber. Bald. in l. liberti. iij. colum. C. de oper. liberto. & in cap. licet. de probatio. vnde & in decalogo præceptum est, Honora patrem & matrem. f. luri autem, & privilegio reuerentiæ causa indulto quis renuntiare non potest. textus optimus in l. vlti. C. de bonis libertor. Roma. in singu. 4. 30. Alexan. & Iason in l. penulti. C. de pact. v. colum. Decius in l. venia. colum. vltim. C. de in ius vocan. quamobrem in specie & privilegio l. ad egregias. ff. de iure iur. nobilibus & egregijs personis cõcesso, quod ei non possit quis renuntiare. notant Roman. in sing. 169. Cuius in l. nec honorem. C. de episcop. & cleric. Alberi. & Alex. in dict. l. ad egregias. Felin. in cap. si qui testium. de testib. colum. j. à quibus ferè adducitur text. in cap. ij. ad finem, de iudic. in vj. quo probatur, non posse moniales renuntiare privilegio à iure sibi concessio, ne teneantur ad iudicem accedere causa dicendi testimonium: quia, vt doct. præcitat existimant, id cõcessum fuit reuerentiæ iure & ratione quem text. commendat Dominic. in cap. indemnitatibus. §. vt autem. de election. in vj. quamobrem & Ludonic. Gomeci. in dict. cap. ij. numer. 45.

quod ad l. ad egregias. eundem intellectum probat. Igitur cum hoc privilegium nobilibus concessum, ne in carcerem ob æs alienum mitti possint, datum eis sit reuerentiæ, & honoris causa, constat ei per nobiles renuntiare non posse. text. optimus in dict. l. alia. §. de elegant. ter. quo probatur, non posse pacto partium tolli privilegium, quod reuerentiæ causa datum sit. Ego verò, t huic rationi satisfaciam considero, nobilibus multa privilegia iure concedi, quorum aliquot directè tendunt ad reuerentiam, & honorem eis exhibendum: qualia sunt locus sublimior inter plebeios, item quod plebeis, præferantur in honoribus: & in his fortassis obtinebit quod renuntiatio admittenda non sit: quia hæc nõ potest renuntiant nocere quin & toti noceat nobilitati: idcirco renuntiatio non procedit ex eo, quod reliquis nobilibus, & toti nobilitati præiudicat. argumen. text. in cap. si diligenti. de foro com. petent. Alia quidem nobilium privilegia licet ea cõcessa sint, vt honos deferatur nobilitati non tamen tendunt immediatè, & directè ad exhibitionem reuerentiæ publicam: vt sunt immunitas à publicis oneribus, quod in carcerem publicum ob æs alienum non mittantur nobiles, & his similia: in his profectò renuntiatio admittit

admittenda est. Nec quicquam oberunt ea, quæ in contrarium fuere adduct. Primùm etenim text. in l. vlt. §. vlt. C. de bonis libert. non probat id quod ex eo adnotatur: siquidem tantum mihi constat, non censeri remissum ius in gratitudinem, nec ius reuerentiæ exhibendæ patrono à liberto, etiam si remittatur ab eo ius patronatus. Quia per hanc remissionem generalem iuris patronatus non videtur patronus remississe ea iura, quæ ratione beneficij accepti in remunerationem, & reuerentiam libertus patrono exhibere tenetur: hæc etenim pertinent ad gratitudinem libertatis à patrono datæ: reuerentiam ei debitam, atque ad evitandam ingratitudinem: idcirco præsumendum non est, patronum velle per remissionem iuris patronatus, quod libertus possit liberè ea agere aduersus eum, quæ ingratitudinem inducerent: atque hic est illius constitutionis sensus: cum tamen de renuntiatione speciali nihil ibidem responsum fuerit. Quod si renuntiatio specialis patroni etiam contineret ea, quæ sibi reuerentiæ & honoris causa debentur: profectò prodesset renuntiatio quod ad pœnas iure humano statutas aduersus libertos, qui patronis non exhibent honorem ac debitam reuerentiam: has etenim, si ad patronum pertineant, is remittere possit: non tamen prodesset hæc renun-

tatio quantum ad culpam, & vitium, quod ratione ingratitudinis contraheret libertus omnittendo officiales operas: atque in hoc sensu futura culpa remitti potest quod ad pœnas in gratitudinem contra patronum commissas. Vnde mihi nõ placet quod Bald. in dict. l. vltim. ad finem. C. de oper. libert. scribit asseuerans, non posse patronum remittere renuntiatione expressa ius reducendi libertum in seruitutem ob ingratitudinẽ. Nam ex hoc non remittit reuerentiæ iura, quæ ex causa datæ libertatis sibi debentur: sed pœnam iure humano aduersus ingratum libertum statutam. Et nihilominus condigna quidem alia pœna pro delicti culpa libertus ingratu à iudice puniendus erit. Ea verò responsio iuriconsulti, quæ refertur in dict. l. alia. §. eleganter. idedò renuntiatione tolli non potest, quia rationem habet non tantum à reuerentia simplici: sed ab ea, quæ simul est pietati paternæ coniuncta: qua duo efficiunt eam pœnam in contrariam bonis moribus: atque idedò nullam, & iniquam. Quod autem ad comprobationem tradidimus circa intellectum l. ad egregias, profectò minime probatur in dicto capitul. ij. de iudic. in vj. quia ea decisio specialis est in monialibus æquissima quidem ratione: non solum ex eo, quod reuerentiæ, & honoris causa id privile-

gium concessum sit, sed ne de-  
tur occasio vacandi monialibus  
quibus iure pontificio, & plerū  
quē ex voto necessariō conue-  
nit ea inclusio, vt non possint  
honestē monasteriū exire, etiā  
ad iudicem proferendis testimo-  
nijs: sic demque Felin. in cap. si  
diligenti. de for. compet. nu. 24.  
ad illum text. respondet sentiens  
posse renuntiare beneficio l. ad  
egregias. quod magis in specie  
adnotarūt Roma. & Aretin. in ea.  
l. ad egregias. Angel. in dict. l.  
alia. §. elegāter. sentit glo. in l. in  
viti. C. de testibus. opimus text.  
in dict. cap. ij. de iudic. in vj. dum  
dicit, scēminas inuitas ad iudiciū  
trahi non posse: igitur sponte per  
illius beneficii renuntiationem  
poterunt ad iudicium accedere  
& trahi. Maximē fatentur Ci-  
nus in dict. l. nec honorem. Fe-  
lin. in dict. cap. si diligenti. nu. 24.  
& Iason in dict. l. ad egregias.  
nu. j. & Ludouij. Gomet. in dict.  
capit. ij. nume. 51. dum approbat  
Felin. distinctionem, quod licet  
huic beneficio l. ad egregias.  
non possit quis in vniuersum re-  
nuntiare: poterit tamē quodam  
in casu eadem renuntiatione vti:  
quod probat l. quauis. ver. inui-  
tus. ff. de in ius vocā. nūcta l. vni.  
C. eo. titu. Ego tamen & si vi-  
deam hanc vltimam Cini senten-  
tiam passim adnuti, & eam plu-  
rimam suffragari huic senten-  
tia, quam defendere conamur:  
nempe posse nobilem quodam  
in contractu renuntiare nobili-

ratis priuilegio, quo nobiles gau-  
dere debent, ne pro are alieno  
mittantur in carcerem: attamen  
ex Cino, Iafone, Feli. & alij ita  
intelligo eorum distinctionem  
in specie dict. l. ad egregias. &  
ex dict. l. quauis. & ex dict. e.  
ij. in princi. vt quis tacite renun-  
tiare valeat huic priuilegio, si  
in aliqua causa spontē velit ad  
iudicem accedere pro testimo-  
nio ferēdo absque expressa qui-  
dem renuntiatione. Idque mirū  
non est: nam in dicto cap. ij. de  
iudic. in vj. hoc significatur ex  
priuilegio egregijs personis, &  
scēnams cōcedi, quod inuitē nō  
trahantur ad iudicem: quasi cer-  
tissimum sit, nihil priuilegio no-  
cere, si spontē veint ipsi egre-  
gij ad iudicem accedere. Atque  
hic est sensus huius conclusio-  
nis. Nam quoties priuilegio ob-  
reuerentiam concessio renun-  
tiationi non potest: eaque renun-  
tiatione à iure improbat, vt bo-  
nis moribus contraria, certē nec  
in quodam peculiari, & speciali  
casu admittenda est: quod ex-  
pressim probatur in dict. l. alia.  
§. eleganter. ff. solu. matrimoni.  
cui decisionem nulla congrua re-  
sponso dari poterit: quod verō  
Iason, Felin. & alij post Cinum  
tradidere, nempe renuntiationē  
generalem l. ad egregias. quō  
ad omnes causas: nō valere: nihil  
non placet: quia nobilitati pu-  
blicæ nulla ex hoc iniuria irro-  
gatur, quod aliquis, licet egre-  
gius sit, polliceatur se accessu-

rum ad

rum ad iudicem pro ferendo te-  
stimonio quoties ab eo in qua-  
cunque causa vocatus fuerit  
qua ratione, etiam si articulus  
iste non attingat nostram qua-  
sitionem, opinor aduersus Cinū  
& alios hanc renuntiationem  
admittendam fore: nisi forsitan  
quis existimauerit, ex hoc inu-  
riam irrogari ac præiudicium  
ferri toti nobilitati: quod ipse mi-  
nimē censo. Sic denique renun-  
tiatione specialis priuilegij dictē.  
l. an egregias. etiam expressa  
valida iudicabitur, secundum  
Roma. Fel. & alios huius partis  
auctores: quicquid alij dixerint.

¶ Quinto aduersus præscrip-  
tam sententiam facit text. in d.  
§. eleganter. quo probatur, non  
valere pactionem, qua quis ren-  
untiat beneficio à lege dato,  
nē conueniatur vltra quā fa-  
cere possit: quod in effectu con-  
cessum est, nē pro debito quis  
in carcerem mittatur. sed ea re-  
sponso procedit in his personis,  
quibus ratione reuerentiæ simul,  
& pietatis, aut naturalis dilectio-  
nis priuilegium hoc conceditur  
ratione quidem deducta à bo-  
nis moribus: idcirco non idem  
erit in militibus, aut nobilibus,  
qui hoc priuilegium alia ex  
causa habuere. quam solutio-  
nē iam obiter hac in disputatio-  
ne attingimus.

¶ Sexto fortiter hac in contro-  
uersia argumentor † ex capit. si  
diligenti. de foro compet. quo  
apparet, Clericum etiam cū iu-

ramento non posse renuntiare  
priuilegio fori, vt apud iudicē  
laicum conueniatur: nō alia ra-  
tione quā quod hoc priuile-  
gium concessum sit ordini cle-  
ricorum, & dignitati status ec-  
clesiastici. Eadem ergo rauo-  
ne nec nobilis poterit renuntia-  
re priuilegio nobilitatis, ne is in  
carcerem publicum pro soluē-  
do ære alieno mittatur. Cū  
hoc priuilegium nobilium sta-  
tui & nobilitati iure datum sit:  
eiusque renuntiatione, ac denique  
missio in carcerem alicuius no-  
bilis totius nobilitatis deroget  
excellentiæ. Ego quidem non  
inficior, hanc esse vrgentem ar-  
gumentationem: sed tamen ani-  
m aduertendum esse censo, dis-  
spareni esse rationem: quando-  
quidem priuilegium clericorū  
ob sacras res, quæ ab ipsis tra-  
ctantur, magis spectat ad ius pu-  
blicum, quā priuilegium nobi-  
lium. l. j. §. huius studij. ff. de iu-  
stit. & iur. ca. contingit. in j. de  
senten. ex com. vbi glo. & in ca.  
parochianos. eo. tit. Nam & pri-  
uilegium clericorum. cutus mo-  
dō mentionē fecimus, partē ad-  
sumit à lege diuina, quod alibi  
tractamus. Nec potest renuntia-  
tio in eo casu admitti: quin ten-  
dat in derogationem honoris  
status ecclesiastici: cū clericus  
secularia tribuālia non possint  
absque dedecore ordinis totius  
frequētare, apud eaque litigare:  
iuxta rubric. nē clerici, vel mo-  
nachij maximē in capitul. j. ij.

& cap. sed neque. & ideo lex, cui renunciat, continet publicam & priuatam vtilitatem omnino inseparabiles: quod post alios notat Felin. in dict. cap. si diligenti. numer. 16. Non sic in præsententi quæ sitio: quamuis etenim aliquis nobilis in carcerem pro ære alieno ducatur: non ex hoc iniuria fit cæteris nobilibus, nec eorum honori derogatur: cum frequenter nobiles criminu cau-  
**sa in** carceribus sint. Deinde nobilis, qui huic privilegio renuntiavit, poterit carceris molestia effugere, si bonis cedere velit: quæ sane cessio ignominiosa non est, modo ea simpliciter absque actibus infamibus fiat. Sic denique videtur iure pronuntiatum fuisse in hoc regio prætorio, renuntiationem à nobili Hidalgo factam eius beneficij, quo nobiles non possunt pro ære alieno in carcerem mitti, validam fuisse. Multa hinc missa facimus quæ possent hanc sententiam comprobare: quia ea pertinent ad tantam renuntiationem ipsius nobilitatis: siquidem in hac questione ne agimus de renuntiatione expressa alicuius privilegij nobilibus concessi, quæ fuerit facta manente ipsa nobilitate. Non meli-  
 tet, hanc opinionem dubia esse, & tamen eam æquissimam existimo: nè causa nobilitatis ipsi nobiles luxui, ludis, & comestationibus dedit absque villo delectu res alienas, præsertim pecunias mutuo acceptas temere

consumant. Quod si ex renuntiatione alicuius privilegij derogaretur nobilitati in vniuersum: tunc non foret renuntiatio ista admittenda: nempe quod ad aliquod ignominiosum supplicium nobili inferendum: quod maxime obseruandum erit in his, & similibus renuntiationibus,

Ex §. sequenti.

- 1 *Iuramentum non confirmat actum prohibitum propter fauorem publicum.*
- 2 *Intellect. ad. tex. in l. ij. & l. quem admodu. C. de agrico. & censu. lib. xj. & inibi explicatur, qui sint coloni censiti, adscripti, & originarj.*
- 3 *Intellect. ad l. senatus. ff. de contrah. emptio.*
- 4 *Instantia an pereat triennio, non obstante pacto partiu, etiã iurato.*
- 5 *Iuramentum confirmat contractum prohibitum principaliter infauorem priuatum.*
- 6 *Fauor publicus, & priuatus quo pacto considerentur in legibus constituendis.*
- 7 *Iuramentum adeo confirmat contractum ob priuatum fauorem prohibitum, vt non tantum sit ipsum seruandum: sed & ipse contractus.*
- 8 *Iuramentum an habeat hanc vim confirmandi contractum prohibitum à lege: quoties lex ipsa hanc confirmationem expressim impedit.*
- 9 *Alienatio rerum Paraphernarum fieri potest absque iuramento.*

10 Intellect.

10 *Intellectus. authent. sine à me. C. ad Velleia. & ibi de donatione propter nuptias, & eius alienatione.*

§. Primus.



1 **P** A D E M Bartol. commentaria sequuti secundam constituimus conclusionem. † Actus in fauorem publicum principaliter prohibitus iuramento confirmari non potest. Hæc probatur in c. si diligenti. de foro com. peten. c. cum ad Apostolicam. de regular. l. ius publicum. ff. de pact. quibus satis expressum est, idemque ratione manifesta constat, non posse ius publicum pacto priuatorum remitti. Sic sane hanc conclusionem tenuit Bart. in d. l. si quis pro eo. nume. 7. quem sequuntur Doctores. in ibi Anto. Abb. & alij in d. capitul. cum contingat. quo in loco Andr. Alcia. numer. 83. & Corneus in rep. authent. sacramenta puerum. nume. 29. C. si aduer. vendi. fatentur, hæc  
 2 **2** opinionem comunem esse eam sequuti. Idem fatetur Ioan. Imo. in dicto capit. cum contingat. numer. 35. qui tamen ab ea discedit ex eo, quod licet ius ciuile aliquem actum prohibeat in fauorem principaliter reipublicæ: non per hoc idem actus iure pontificio prohibitus est: quod autem canonicum est equidem considerandum quod ad iura-

menti vim, & effectum: quæ ratio videtur, actum iure ciuili tantum prohibitum principaliter ob reipublicæ fauorem, posse iuramento confirmari. Cui rationi non admodum est difficile responsum accom-  
 modare. Nam utcumque actus aliquis iuratus sit, nemini præiudicat, nisi iuranti: quod satis expressum est in d. c. cum contingat. in fin. sed si priuato præiudicium non fit ex actu ab alio etiam iurato: multo fortius reipublicæ minimè debet præiudicium inferri: atque ita satis iure probatur Bartol. opinionem veram esse, quicquid Ioan. ab Imola contrarium voluerit. Denique l. non dubium. C. de legib. quæ respondet, actum iure ciuili prohibitum iuramento non confirmari, adhuc poterit iuxta hanc secundam conclusionem intelligi: vt tandem ea responsio procedat, quoties prohibitio legis tendit in fauorem reipublicæ, & principaliter.

¶ Primò ex hoc infertur † intellect. ad text. in l. ij. & in l. quem admodum. C. de agricol. & censu. lib. xj. quibus constitutionibus statutum est, non posse quem vendere prædium, & retinere colonos agriculturæ prædij adscriptos. Ea etenim prohibitio, vt patet in dicta l. quem admodum. publicam vtilitatem respicit: ne agricultura detrimentum patiatur, in graue  
 Relect. Didac. Couar. k

reipublicæ dispēdium : idcirco ille contractus nec iuramento confirmabitur. Cui quidem de cisioni præmittendū erit, olim cum maior cura agriculturæ habebatur, fuisse colonos quofdam, qui adscripturij dicebantur. Et hi per contractum, priuatimve conuentionē adstringebātur agri alicuius culturæ, vt perpetuū operā in eo agro colendo impenderent. De his agit titulus C. de agric. & censit. vbi gloss. in rubri. text. optimus, & ibi Panormi. eleganter in capitul. iudicatum. de immunit. ecclesiar. tradit Ludouicus Cælius lib. iij. lect. antiq. capit. vlti. vnde qui agricolationi recens adscribuntur cum alijs colonis ibidem originarijs adscripturij dicuntur: quod etiam explicat Oldendorpius 3. Actio- num classe. actio. 9. Alij autem dicebantur coloni originarij: & hi sunt qui ex ascripturis nascuntur, & procreantur. l. colonos. C. de agri. & censit. Quoniam colonariū ius in eo fundo cōtrahunt principaliter origine, seu natiuitate in persona sua. Sic originarij ciues dicuntur, qui ex parentibus ciuibus alicuius oppidi oriūdi sunt ad diferētiam incolarum, qui nuper ipsi municipatum contraxerunt. Ciues quidem origo facti: incolas domicilium. l. ciues. C. de incol. & in rubri. C. de municipi. & origina. l. adsumptio. l. vlti. §. penulti. ff. ad mu-

nicipalem. Cicero pro Archia: Venit. inquit, Heracliam, quæ cum esset ciuitas æquissimo iure, ac fœdere, adscribi se in eam ciuitatē voluit. Alij coloni censiti appellabantur, eo quod eorum agris census publicus esset constitutus, vt quidam existimant: quæ quidem expositio minimè conuenit l. ij. C. in quibus causis colo. domi. accusar. post. Quam ob rem ex eadem constitutione arbitror dici colonos censitos eos, qui adscripturij quidē sunt, perpetuū adscripti culturæ agrorum, & tamen præter hoc ex conuentione tenentur aliquem censum domino soluere ex ipsis agris, eorūmq; fructibus: hoc ipsum Hostiens. & Abbas adnotarūt in dicto capitulo iudicatum. Quibus sanè præmissis, quia coloni solēbāt agros deserere, & in ciuitates fugere: aut ipsi domini prædiorum eos colonos sibi retinebant in venditionibus agrorum maxima cum iactura reipublicæ: cuius tunc intererat agros, & prædia coli, vt ex eorum fructibus esset reipublicæ consultum in frumentaria inopia, sancitum est, quod prædia minimè possint alienari sine ipsis colonis. dicta l. ij. l. quemadmodum. l. omnes profugi. l. originarios. C. de agricol. & censit. eaque prohibitio non aliam quam publicā vtilitatem præcipuè spectat. Hodie sanè dubitarem

bitarem ipse, an in praxi foret attendendus fauor hic publicus: cum non immineat illa necessitas colonorum ad colendos agros, quæ olim ob militiæ præmia reipublicam vrgebat. Et tamen fati sit, conuentionem reprobam in dicta l. quemadmodum. non confirmari iuramento: quod Bartol. communiter receptus in dicta l. si quis pro eo. numer. vij. expressim notat.

¶ Secundo ex eadem con-  
3 clusione infert Bartol. ¶ intel- lectum ad legem senatus. ff. de contrahenda emptione, & l. cetera. ff. de legatis primo, quibus prohibitum est, ne quis vendat marmora, aliasque res affixas edibus, ea ratione quod interfit reipublicæ publica edificia, item & priuata minimè deformari: ne ciuitates ipsæ deformentur. Idem tradit regia l. xvj. titulo quinto partita quinta. Nam cum ea prohibitio nullam aliam præcipuè vtilitatem afferat præter publicam: constat non posse venditionem earum rerum, quæ adibus affixæ sunt, iuramento confirmari: quemadmodum Bartol. quem alij sequuntur in dicta l. si quis pro eo. numero septimo, in specie notat. Sed, vt liberè quid hac in re sentiam, respondeam, non admodum tuta est hæc conclusio nostris temporibus: & fortassis in iudicialibus controuersijs, si hæc

incideret dubitatio, non admitteretur ad sententiam pronuntiandam. Multa etenim iure veteri statuta fuerunt, quæ vel per defuetudinem, aut contrarium vsum sublata planè sunt.

¶ Tertio Bartol. idem in dict. numero septimo intulit ex hac secunda conclusione ad interpretationem text. in l. prope-  
4 randum. §. fed. & siquidem. C. de iudi. vbi statutum est, ¶ instantiam litis per triēnium extingui. Nam ea constitutio rationem præcipuam habet ab vtilitate publica, ne lites fiant immortales. capitul. finem. de dolo & contuma. Idcirco Bartol. censet, non posse iuramento confirmari pactionem, quæ inter litigantes facta sit super prorogatione instantiæ, vt ea duret vltra triēniiū. Idem notant ipse Bartol. & ibi Iason, numero 21. in dicta l. prope-  
randum. in principio. Panormi- ta. in capit. penulti. de iudic. numero decimoquinto, quorum opinio manifestè probatur in dicta l. prope-  
randum. in principio. Panormi- ta. vbi lex ipsa omnino auferit potestatem ipsis litiganti- bus ad prorogationē instantiæ, ac iudici mandat, quod non obstante litigantium consensu perēpta instantia per triē- nij lapsum minimè procedat in causā: atque ita hæc est communis opinio, de qua Bartol. idem dubitasse videtur in l.  
k ij

Seius. ff. ad legem Falci. & contrarium tenuerunt Felin. in d. c. pen. nume. 11. Imol. libi, idem in dict. cap. cum contingat. in ij. casu, & membro principali. ea ratione quod ista conuentio iurata, non sit contraria iuri canonico: imò secundum id omnino permittitur iuxta text. in dict. cap. penult. quo probatur iure pontificio instantiam non perire per triennij lapsum: unde iuramentum obligatorium est, & conuentio valet. Ego vero etiam sciam à plerisque traditum fuisse iure pontificio non perire instantiam per triennium per text. in dict. cap. pen. & in cap. vlti. de probat. & cap. cum olim. verb. iudices. de priuileg. in dict. cap. penult. & in cap. fin. de dolo & contu. & in c. Anteriorum. §. ad hoc facimus. ij. quæst. vj. quarum opinio communis est, secundum Felin. in dict. cap. penult. col. j. & Iaso. in dict. l. proferendum. nume. 27. atque ita ferè in praxi recepta: at tamè opinor, nullam in hoc esse constituendam differentiam inter ius pontificium, & Cæsareum: imò respondendum erit, etiam iure pontificio instantiam triennio finiri. Nam text. in dict. cap. penult. qui fortius cæteris vrget, planè tantum probat, iurisdictionem iudicis delegati non finiri, nec extinguì per triennij lapsum, quo lis apud eum cœpta, finita non est: atque in hunc sensum acce-

pit gloss. inibi illam decisionem eandemque opinionem doctor. ibi sequuntur cõmuniter, Rota noua. 96. deniquè quod iure pontificio instantia per triennij lapsum pereat, adnotarunt Fulgosi. & Iaso. in dict. l. proferendum. in princip. fi. col. & Roma. in consil. 220. Sed & si quis contendat adhuc constituendum fore discrimen inter ius canonicum & ciuile: non ex eo sequitur, iuratum conuentionem posse præiudicare iuris ciuilibus sanctioni quoad ciuile forum propter publicam utilitatem, à qua fundamentum & rationem habet iuris Cæsarei cõstitutio. Nec mirum cuiquam videri debet, aliquid esse vtile foro ciuili, & seculari, quod non ita vtile sit foro pontificio. Illud equidem verum erit, quod Barto. sensit in dict. l. Seius. & tenent ibi Imola & Alexand. conuentionem istam de proroganda instantia iuramento confirmatam, etiam si ea valida sit censenda, id tantum inducere, quod non possit aliter ex litigantibus proprio nomine & ratione priuati cõmodi opponere exceptionem instantiæ finitæ, licet triennium sit transcursum: atque hæc dicta sint de prorogatione instantiæ. Qua de re poterit lector legere Bonifacium in clem. Quandiu. de appella. 3. colum. Rom. in singul. 276. Bald. Nouel. de dote, parti. ix. priuilegio

14. Alexand.

14. Alexand. in liij. §. hoc autem iudiciu. col. 5. ff. de damn. infect. Capicium in decisione Neapolita. 11.

¶ Quartò ab eadem secunda conclusione deducit Barto. in dict. l. si quis pro eo. numer. 7. non posse à priuato renuntiarì statuto, quo debitor frumenti liberatur soluendo certam pecuniæ quantitatem pro qua liber frumeti debiti mensura, quoties id statutum ea ex causa sancitum fuit, vt ciuitas, vel prouincia plures ciues & rusticos habeat, qui possint onera subire, inditam à republica pecuniam soluere, aliæque in cõmunem vtilitatem expedire. Et licet Ioannes ab Imol. in dict. cap. cum contingat. dubitet de hac sententia Barto. & dubitari possit: quia vtilitas publica in hoc versatur, quod ciues non cogantur inuiti præcisè frumentum soluere: sed liberentur præstando certam eius æstimationem: non tamè ex hoc vtilitas ista publica tollitur, aut diminuitur, si sponte ciues velint in quibusdam contractibus huic fauori renuntiare: at tamen opinio Barto. verior est propter expressam in eodem statuto publicam vtilitatem absque vlla statuētium fraude: sicuti Alciat. adnotauit in dict. cap. cum contingat. nume. 88. & quia si locus foret renuntiationi, facillimè tolleretur vis ipsius statuti: siquidem

passim debitores eidem renuntiarēt mille præstitis iuramentis.

¶ Quintò ipse hac ex conclusione deduco, minimè valere donationem à clerico factam concubinæ, etiam si ea iurata sit. Sicut in hac specie latè probant Aymon in consilio 229. libr. ij. & Ripa in l. miles. ff. de re iudicat. Nam huius donationis prohibitio fauore publicæ vtilitatis, & honestatis facta est: vt constat. De ea vero tractant præter alias Anton. in consilio 14. Iason in consil. 37. libr. 3. Afflict. Decisio. Neapo. 102. Bermondus Chaueronius de concubinarijs. pagina, 242.

¶ Tertia principalis conclusio. Iuramentum + omnino confirmat actum, seu contractum prohibitum iure ciuili præcipue, aut sanè principaliter propter priuatam vtilitatem: etiam si minus principaliter &, vt aiunt, secundario, publicam vtilitatem contineat. Probat hęc conclusio in dict. cap. cum contingat. de iure iurand. & cap. licet. eodem titul. in vj. Nam etiam si publicæ intersit, fœminarum dotes augeri, saltem conseruari potius quam minui. l. j. ff. soluto matrimo. atque idèò lex ciuilibus prohibuerit alienationem fundi dotalis: vt tradit iurisconsultus in rubrica. ff. de fundo dotali. Quia tamen ea prohibitio præcipue priuatam vtilitatem, & fauorem spectauit: etiam si nihilominus & pu-

blicum commodum respexit: minis tamen principaliter, nihilominus alienario fundi dotalis iuramento confirmatur: sicuti probatur in dict. cap. cum contingat. à quo poterit adsumi prima huius conclusio nis illatio: ipsa etenim conclusio omnium ferè consensu recipitur: & ea ratione communis est: ut testantur eam sequuti Corne. in dict. authen. sacramenta puberum. numer. 30. & Alciat. in dict. cap. cum contingat. numer. 92. vbi Abb. numer. 5. & Imola, numer. 36. eandem conclusionem veram esse censent, & probari etiam in dicta authen. sacramenta puberum. Huius sententiæ ea est ratio, quod ne quis periuus sit, satis esse constat, eum cuius fauorè principaliter lex respexit, eidem renuntiasse tacite vel expressè. Nam vbi aliqua constitutio in fauorem edita est, semper consideramus fauorem quem precipue, ac principaliter lex ipsa inspectat, non eum qui secundum loco ab ea significatur: iuxta gloss. celebrem in hoc cap. quauis. de pact. in vj. cuius statim mentionem faciemus ad intellectum decimum huius constitutionis in iij. relectionis parte. Ceterum Fortun. Garsias in l. j. §. huius studij. ff. de iust. & iure. maximè improbat hunc dicendi modum: quod nostri iuris vtriusque interpretès existimant, † legem aliquã

quandoquè principaliter ob fauorem priuatum conditam fuisse, & secundario propter fauorem publicum: qua consideratione vtuntur passim doctores, sed præsertim in hac questione Barto. & alij hanc distinctionem tradidère: quæ ex eo falsa videtur, quòd finis præcipuus in rebus agendis attendendus sit: qui quidem in legibus constituendis semper est ad commune bonum tanquã ad potentius, & præclarius. Ea etenim quæ ad cõmunem vtilitatem pertinet aliquo modo, principaliter, & ex priori causa introducta sunt ad commune bonum, non secundariò. deinde quælibet lex, in sua dispositione quacunque principaliter tendit ad publicum commodum. can. erit. vbi Archidiacon. fact. x. iij. distinct. Thom. 1. 2. quæst. 90. articulo. ij. Quòd si aliqua iura dicuntur in humanis legibus ad priuatam vtilitatem constituta fuisse: idcirco id dictum est: quia hæc iura nõ disponunt super rebus publicis, & ad omnes in communi pertinentibus: & tamen quia necessarium est, quòd particulares regantur ad regimen totius: ideo iura prædicta, quæ priuatam vtilitatem continere videntur, adhuc spectant ad commune bonum: & hic respectus principalis est, non secundarius. Igitur opinio Bartol. & sequacium nõ est omni-

nò admi-

nò admittenda: cum iuxta prædictam considerationem etiã actus contrarius humanis legibus priuatam vtilitatem spectantibus, aduersus omnino est constitutionibus ad publicam vtilitatem pertinentibus principaliter: non secundariò: sicuti modò probauimus. Hic tamen modus dicendi defendi poterit, si animaduertamus, finem cuiusque dispositionis dupliciter accipi, principaliter nempe vel quò ad intentionem, vel quò ad executionem: finis autem principalis communi significatione dicitur, qui propinquior est in executione, quãuis remotior sit in intentione legis. lex igitur, quæ de priuatorum rebus disponit, principaliter intendit commune bonum: sed quia ex lege ista prius bonum ad priuatos defertur: dicendum est, legem hanc principaliter fauere priuatis: principaliter inquam executione: secundariò autem intentione. Vnde cum Accursus in dicta l. j. §. huius studij. dixit leges quasdam secundariò tendere ad fauorem publicum, & principaliter ad priuatum: est intelligendus secundariò, non quoad intentionem, sed quò ad executionem. qua ratione quælibet lex, etiam de priuata vtilitate tractans intentione quidem principaliter ad commune bonum spectat: illa verò lex, quæ de rebus publicis di-

spõnit, principaliter intentione, & executione ad commune bonum, & fauorem publicum spectare videtur. Priori sanè legi finis principaliter conuenit quoad priuatã vtilitatem respectu executionis: atque item quoad communem bonorum respectu intentionis: quem admodum in specie docet eleganter Martinus ab Azpilcueta in cap. inter verba xj. quæstio. iij. col. 85. sensit Bart. in Lambitiosa. nu. 19. ff. de decr. ab ord. faci. **¶** Quarta conclusio ex Bartol. colligitur in dict. l. si quis pro eo. numer. 8. dum ad declarationem præcedentis conclusionis scribit, in ea specie, & casu † non tantum iuramentum seruandum fore, sed & contractum ipsum alioqui inualidum, iuramenti religione confirmari, & firmum fieri. Hæc sententia patet in dict. cap. cum contingat. ibi, omnino. & in hoc cap. quamuis. ibi, seruari debet vbi gloss. hoc expressim notat. & rursus in cap. licet. de iureiurand. in vj. & in authen. sacramenta puberum. ibi. inuiolabiliter. quibus quidem auctoritatibus hæc sententia probatur, quam sequuntur Calderi. Ancha. Cardina. Abb. numer. 8. & Imola numer. 18. in dict. cap. cum contingat. Bald. Bartol. & doctor. in dicta authentica. sacramenta puberum. vbi Cornel. numer. 56. scribit, non esse ab hac opinione recedendum: in

iudicando, & consulendo, eandem fatentur communē esse, eam sequutus Abb. in d. capit. cum contingat. nume. 8. Iason in dict. authent. sacramenta puberum. numer. 36. Curtius Iunior consil. 47. colum. 2. & Aretii. consil. 22. colum. 3. idem fatetur. Alciat. in dict. capitul. cum cōtingat. numer. 113. Contraria sententia quibusdam placuit: nempe quod in hoc casu iuramentum seruandū sit: non tamen confirmetur cōtractus ratione iuramēti: nec validus fiat. huius opinionis auctores sunt Ant. in dict. c. cum contingat. Cuma. in dict. l. si quis pro eo. Ioan. Faber, & ibi Porcius in princip. instit. quibus alienat. licet, vel non. idem Porcius in §. extranco. instit. de heredit. quæ ab intestat. defer. Iason in dicta authentic. sacramenta puberum. numer. 37. Fortuni. eleganter in tracta. de vlti. sine. illatio. 19. latē Ioan. Igneus in l. j. §. si vir, aut vxor. ff. ad Syllan. numer. 145. sentit eandem opinionem Barto. in l. qui superstitis. ff. de acqui. heredit. ex quibus Andr. Alciat. in dict. capit. cum contingat. dicebat, non esse admodum certum, quod prior sententia communis sit: & posse istam vltimam iure defendi. Posterioris opinionis ea est ratio præcipua, quod cōtractus iuramento quidem cōfirmatur ad hunc effectum, vt non obrepta absolutioe à iu-

ramenti vinculo seruandus is sit: non ita, si absolutio fuerit obrepta. Præter hæc multa alia pro hac assertionē traduntur, quæ dubiam efficiunt priorem sententiam. & tamen ego censeo, non esse aliquo pacto ob opinione Bart. in dict. l. si quis pro eo. recedendum in iudicio, nec in priuatis responsis. Sunt etenim adeo fortia verba text. in dicta authentic. sacramenta puberum. & alijs similibus constitutionibus, vt nullam ex æquo patiantur congruam responsonem: idcirco existimo non esse locum disputationi huius cōtrouersia quod ad tribunalia: tamen si non infier dubiam esse quæstionem quod ad priuatā disputationē. Quidquid sit de hac quæstione refert tamen plurimū quæ harum opinionum sit recipienda propter varios cuiusque effectus. Nam si communis, & prior opinio admittenda est, primum sequitur, falsam esse gloss. in dicto capitulo, cum contingat. dum asserit, in eo casu tenere, ac validum esse accessorium, id est iuramentum, non principale, id est cōtractum. valet etenim cōtractus ratione iuramenti iuxta Bartol. sententiam: atque ita Aretii. in dicto consilio 22. reprobatur gloss. in dicto capitul. cum contingat.

¶ Secundo, si vera est cōmunis opinio, planè constat, hæredes mulieris,

mulieris, quæ præstito iuramento rem dotalem alienauit, non posse rem alienatam vindicare, aut petere: quia cōtractus valet, eiusque vis ad hæredes vtrunque transmittitur. quod si cōtractus minimè confirmaretur iuramento, sed tantum iuramentum foret seruandum, eiusque vis inspicienda, profectò hæredes iurantis minimè obligarentur stare iuramento, nec cōtractui iurato, cum ad eos vis iuramenti non transeat: sicuti superius adnotatum est in prima huius relectionis parte. §. v. numer. iiii. in specie autem huius illationis hoc tenent Imola in dict. cap. cum contingat. nume. 18. & ibi Alciat. num. 120. tradit optimè Paul. Paris. consil. 75. col. j. & vltim. lib. 3. quorum opinio communis est: licet Panor. in dict. cap. cum contingat. nume. viij. velit tenere, ac probare, quod etiam si cōtractus non confirmaretur iuramento, teneretur nihilominus hæredes iurantis stare cōtractui: quod falsum est, nec iure probari verè poterit. Nam & rationibus Panorm. respondet Alciat. in dicto ca. cum contingat. nu. 120.

¶ Tertio, si admittenda esset opinio Fabri, & aliorum contra communem, posset equidem mulier, quæ rem dotalem alienauit, eandem rei vindicatione petere à tertio possessore, qui non haberet causam ab

emptore. siquidem iuramentum, quod seruandum est in hac specie, solum habet vires in fauorem emptoris, cui præstitum fuit: atque idcirco is, qui non habet causam ab eo, nequaquam poterit se defendere ratione iuramēti: sicuti in hoc casu adnotarunt Imola in dicto cap. cum contingat. col. ix. & ibi Alciat. num. 128. Ioan. Faber in princip. quibus alienare licet vel non. quod si communem opinionē sequamur, contrarium est dubio procul respondendum. Nam ex quo cōtractus alienationis iuramento fuit confirmatus, satis apparet dominium rei dotalis ab alienante in emptorem translatum fuisse, nec vllum ius remansit penes mulierem ad petendam rem dotale: quod doctor. communiter fatentur.

¶ Quarto ex communi sententia inferitur, cōtractum istum alienationis fundi dotalis, & ei similes iuramēto præstito confirmatos adhuc manere validos, etiā præstita absolutioe à iuramento ex aliqua iusta causa, atque idcirco oportere, quod iudicio ordinario agatur ad cōtractus rescissionē. Prædicta etenim absolutio tantum concessa videtur ad effectum agendi: quam obrem Panorm. in cap. j. de iureiur. col. pen. hanc illationem probat. idē tenuit Ange. consil. 160. Nam cōtractus ab initio iuramento con-

firmatus nõ ex hoc irritus est, quòd postmodum cesset iuramenti vinculum: reg. factum le gitimè. de regul. iur. in vj. idem tamen Panor. in dict. cap. cum contingat. numer. ix. & Felin. in dict. cap. j. eiusdem titu. numer. 26. Card. & Anto. in cap. debitores. eo titu. contrariam sententiam verioreme esse censent, existimantes contractum irritum manere præstita absolutione à vinculo iuramenti, quoties is contractus à solo iuramento robur accepit. quòd si contractus alioqui etiam sine iuramento validus sit: tamen si aliquem effectum ex iuramento accipiat: vt in specie l. ij. C. de rescind. vend. tunc fatentur Abb. & alij adhuc manere ius firmum ex contractu, etiam obtenta absolutione à iuramento. Sed in hac controuersia expedit tres distinguere casus. Primus quidem constitutus est, vbi contractus est omninò nullus, nec iuramento confirmatur, sed iurans tenetur tantum seruare iuramentum: vt in cap. debitores. de iureiur. & in hac specie data absolutione à iuramenti vinculo contractus manet omninò nullus absque vlla rescissione: secundum Abb. in c. cum cõtingat. notauimus & nos in lib. j. variar. resolu. c. iij. nu. v. Secundus casus est, cum contractus iure validus censetur, etiam absque iuramento: & tamen

propter iuramenti vim, is qui iurauit, non potest aliquo iuris remedio aduersus eundem contractum agere: vt in specie. l. ij. C. de rescin. vendi. tunc sanè obtenta absolutione à vinculo iuramenti, nihilominus contractus vim aliquam habet: sed qui iurauit, agere poterit aduersus contractum eo remedio, quod si non iurasset, sibi iure competere: ita Panor. in dict. cap. cum contingat. num. ix. atque tunc in eo iudicio tractabitur de remedio, & actione contra ipsum contractum competentibus. Tertio considerandum erit, quid dicendum sit, vbi contractus alioqui omninò nullus ex solo iuramento confirmatur: & denique Angel. in dict. consil. 165. & qui eum sequuntur tenent, data absolutione à iuramento adhuc contractus vim superesse, vt nihilominus de eius viribus agendum sit, & præcipue an ex iuramento omninò fuerit confirmatus: iuxta notata per Abb. in dict. cap. j. de iureiuran. colum. pen. & Socin. in l. hæc scriptura. ff. de conditi. & demonstrat. ex cuius commentarijs tres hi casus distinguuntur: tamen si eius, & aliorum, quos modò citauimus mente adamusim examinata, præsertim his obseruatis, quæ Alciat. in dict. capit. cum contingat. scribit numer. 125. & quæ nos tradidimus dict. cap. iij. huius questionis resolutio in hoc vertitur, an

titur, an absolutio obtenta fuerit, & concessa ad effectum agendi: quod constabit ex ipsa negotij serie, vel ex modo procedendi, quia summarie actum fuit de ipsa absolutione præstanda. in hoc etenim casu vtunque sit, contractus manet firmus, eamque vim habet, quam haberet nondum data absolutione ab ipso iuramento: tantum sanè est iuranti concessum, vt non obstante iuramento possit in iudicio tractare de viribus contractus, & an aliquod robur ex iuramento obtinet in omnibus casibus per Socin. traditis. Sed si absolutio data sit non tantum ad effectum agendi: sed & omninò ab ipsa iurati contractus obligatione: quod apparebit ex modo agendi, & cognoscendi, definiendique de præstanda absolutione quæstionem: tunc omninò absolutione data nulla superest contractus vis: nec de eius viribus iterum agi potest.

Cæterum † si lex ciuilis, que contractum prohibet, nõ tantum simpliciter prohibitionem continet: sed & iuramentum contractui appositum, præstitum, & adscriptum irritum facit: tunc equidem obtinet opinio eorum, qui teneunt contractum prohibitum lege ciuili non confirmari iuramento. Lex etenim ciuilis velle videtur in hac specie,

quòd contractus iuramento non confirmatur: tamen si de obseruatione iuramenti nihil tractauerit: illud siquidem seruandum est: qua ratione si iurans à vinculo iuramenti fuerit absolutus quacunque ex causa, quæ potissima erit, quia ita aduersus legis vrgentem prohibitionem contraxerit, non renebitur stare contractui, nec contractus manet confirmatus: quemadmodum in specie ista visum est Frede. consil. 272. Paulo Castrensi, & Corneo in d. authent. sacramenta puberum. numer. 54. Imolæ numer. 43. & Alciato numer. 135. in dict. capit. cum contingat. Anthoni. in capi. canonum statuta. de constitution. folio. xj. colum. iij. idem voluisse videtur Fortun. in tractat. de vltimo sine, illatio. 19. & 20. Nam etiam si lex ciuilis non possit iuramenti vim tollere, poterit profectò impedire iusta ex causa, ne fiat contractus prohibitus confirmatio per iuramentum: secundum ea, quæ latè tradita fuerunt in prima huius relectionis parte. §. iij. nume. vij. Non obere tunc quæ Panor. docet in dicto capitulo. cum contingat. numer. 11. quem sequitur Ioann. Baptista de sancto Severino in repetitio. l. omnes populi. colum. 33. ff. de iust. & iur. quibus vterque conatur probare legem ciuilem non posse tollere vim iuramenti, nisi in eo actu, in

quo lex ipsa iusta ex causa præsumat fraudem, metu, aut deceptione. Hæc enim vera sunt quantum ad vim, quam iuramentum habet ex lege diuina, & naturalis, vt seruandum omnino sit, nisi iusta ex causa fuerit data ab eo absolutio: non quantum ad confirmationem contractus humani, cuius vis, & robor legibus humanis subiicitur: ad quas totius reipublicæ cura spectat. Sic sanè cum quotidie apud regia tribuna- lia videamus cõtrouerti super alienationibus rerũ dotalium, quæ præstito iuramento iam ita passim fiunt, vt nullus locus sit legi ciuili, quæ fundum do- talem alienari vetuit: fiunt ete- rnum hæc alienationes, sicuti ex ipsis iudicialibus quæstionibus apparet, frequētissimè absque mulierum libero cõsensu: quæ etiam secluso metu nõ audent maritis alienare volentibus re- fragari ob reuerentiam, & amo- rem, quem eis exhibere tenen- tur: alioqui nõ admodum tran- quillam vitam cum eis acturæ, præsertim quia multoties me- tus grauisimus infertur, qui probari non potest, cõstat mul- tis litibus, & alienationibus re- rum dotalium causam dedisse responsum romani pontificis in dict. cap. cum contingat. at- que oportere ad tot lires vitan- das, totque maximè reprobas alienationes extirpandas reme- dium aliquod à legiflatoribus

adhiberi: ne tandem ita teme- rè dotibus fraudentur femi- næ, quas reipublicæ interest, non manere indotatas. Forfan foret admodum vtile reipubli- cæ legem ciuilem constitui, quæ statueret, res dotales, etiã per mulieres non posse alienari: nisi consensu ab ipsã vxore apud iudicem præstito, & iti- dem iuramento, quo adseue- ret, se liberè, & absque villo me- tu alienare, & alienationi con- sentire: & per iudicem ipsum receptis testibus fide dignis su- per utilitate ipsius alienationis, vt tandem iudex comper- ta utilitate viri & vxoris, decre- tum decernat, quo alienationem cum vxoris iuramento permittat: alioqui absque hac solennitate alienatione facta, etiam cum iuramento, ipsum contractum nullum esse pro- pter fraudem, & metum à iure in hac specie præsumptum, nulla probatione in contra- rium super libero cõsensu ad- mittenda. Posset item lex sta- tuere contractum alioqui ce- lebratum, ratione solius metus reuerentialis, rescindendum fore, ac si metus cadens in con- stantem virum causam contra- ctui dedisset. Nam per hæc con- stitutioni pontificiæ satisficit ma- xima cum reipublicæ utilitate, ob mille fraudes, quæ hodie à viris vxoribus fiunt super re- rum dotalium alienationibus. Verum quia hæc in parte, dum

Bartol.

Barto. assertiones examinamus, adducitur præcipuè decisio tex. in dict. capit. cum contingat. o- portet, vt illius capituli responsio aperius intelligatur, aliquid adnotare ad expeditiorem eius interpretationem.

¶ Primum equidem obseruan- dum erit, ¶ an ea constitutio sit necessaria, in alienatione rerum paraphernarum, ita quidem, vt res paraphernæ possint alienari per vxorem absque iuramento. Et Ioan. Faber in princip. Insti- quib. aliena. licet vel non. num. xi. tenet, prohibitionem aliena- tionis fundi dotalis minimè ob- tinere in rebus paraphernis, qua- rum alienatio prohibita iure nõ est: idem respondit Angel. in l. iubemus. C. ad Velleianum. ci- tatur à Fabro Innocenti. in ca- pitul. ex parte. de consuetudin. ad finem, quasi is sit huius opinio- nis auctor: & tamen Innocen- solum tractat, an teneat aliena- tio rerum paraphernarum facta per maritum: ac distinguit: an sit translatum dominium in ipsum maritum, an non: vt prio- ri casu teneat alienatio: postero- ri vero sit nulla. Sed in fauorem opinionis Ioann. Fabri sunt duo consideranda. Primum quantum differant in priuilegijs res para- phernæ à rebus dotalibus: cum res paraphernæ etiam si habeat priuilegium hypothecæ: non tamen habent priuilegium præ- lationis: quemadmodum ipse ad- notauit lib. i. variar. resolutio.

capitul. 7. in princip. post gloss. in l. si ego. verb. sed condici. ff. de iure doti. Secundum, quod huic sententiæ plurimum patro- cinatur, deducitur ab ea conclu- sione, quæ dicitur, constante ma- trimonio procedere præscri- ptionem contra vxorem: in re- bus paraphernis: licet ea nõ pro- cedat in rebus dotalibus: sicuti distinximus eodem lib. i. var. resolu. capitul. 8. nume. 8.

¶ Secundò ¶ est adnotanda constitutio authen. siue à me. C. ad Velleianum. vbi proba- tur, res vxori donatas propter nuptias, non posse alienari per maritum, etiam ex consensu vxoris, nisi vxor ipsa post bien- nium à tempore contractus ite- rum alienationi consentiat, & eo tempore marito supersint alia bona, quæ sufficiant solutioni dotis. Hęc etenim decisio admo- dum distincta est ab his, quæ fundi dotalis alienationem prohibue- runt: cum in alienatione fun- di dotalis minimè sufficiat con- sensus post biennium gemina- tus, ac repetitus in rebus immo- bilibus secundum gloss. & do- cto. in Authen. siue à me. Bart. in l. j. ff. solut. matrim. & ibi Ale- xand. colum. 8. vbi Ripa nume. 103. scribit, hanc opinionem com- munem esse: idem fatetur Bal- dus Nouel. in tractat. de dote. 7. parte. priuilegio 1. columna quarta. At in rebus propter nu- ptias donatis, procedit alienatio facta per maritum consentien-

te vxore, modò post biennium consensus repetatur, & eo tempore super sint bona, quæ sufficient solutioni dotis: quemadmodum tradit Imol. colum. 4. in dict. capitul. cum contingat. doctor. in dict. authentic. siue à me. & in capitu. peruenit de emptio. & vendit. vbi Antoni. Burgar. colum. 1. & vltim. eandem resolutionem probat. Attamen alienatio rei donatæ propter nuptias, si fiat vxore consentiente, & iurante, valebit profectò: si cut valet alienatio rei dotalis facta cum iuramento: secundum gloss. & communem in dict. capitul. cum contingat: vbi gloss. sentit, iuramentum habere vim duplicis, ac repetiti consensus. eandem gloss. & eius conclusio nem quò ad alienationem arharum, & donationis propter nuptias, teret Hostiens. & Imo. in dict. capitul. peruenit. Bald. & Sahcet. in dict. authentic. siue à me. & in authentic. si qua mulier. C. ad Velleia. Ioan. Lupi, in rubric. de donation. inter virum & vxor. §. 17. nume. 14. tamen vterius ista consideratio exami nanda sit. Nam maiorem vim habet iuramentum, quàm repetitus consensus: cum tempore repetiti consensus necessarium sit vt alienatio rei donatæ propter nuptias valeat, maritum habere bona, quæ sufficient solutioni dotis: non sic in alienatione iurata, quæ valida omninò est, etiam si tempore iuramenti nõ

super sint hæc bona apud maritum: sicuti docto. communiter fatentur. deinde errat gloss. in dict. capitul. cum contingat. dum notat, alienationem fundi dotalis perpetuò non prohiberi, eiùque prohibitionem non esse perpetuam: ex eo, quòd valida sit ex consensu vxoris, modò is fuerit post biennium repetitus: authentic. siue à me. C. ad Velleian. quæ quidem constitutio tantum locum obtinet in alienatione rei donatæ propter nuptias: non in alienatione fundi dotalis: sicuti paulò antè explicuimus.

¶ Tertio animaduertendum est, gloss. in dict. capitul. cum contingat. dum conatur soluere obiectionem l. non dubium. C. de legib. errare quidem primò cum constituit hac in re discrimen inter ius pontificum, & cæsareum: quod constituendum non est: si quidem & apud forum seculari iurata dotis alienatio valida est, & seruari debet. capitul. licet. de iure iurand. in vj. Nam & ius civile hanc vim iuramento tribuit. authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. præsertim quòd licet gloss. asseueret, finem principalem iuris canonici tendere ad animarum salutem: finem autem principalem iuris civilis ad humanam felicitatem, & reipublicæ quietem, & tranquillitatem. idèmq; adnotauerint Cald. Abb. & alij in proemio Gregoriano:

Gregoriano: non omninò id certum est. Nam & finem principalem iuris civilis dirigi in animarum salutem contendit Fortu. in tract. de vltim. sine iur. colum. quarta & sequentibus, ex Aristotele, Cicerone, & alij: atque item ex eo, quòd humana, ac civilis lex sit correctio peccatorum. l. ij. ff. de legib. Tho. 1. 2. quæstion. 92. artic. primo & quæstion. 95. artic. primo. Iustiniano in authentic. vt non luxuri. contra nat. collation. vj. quæ quidem opinio maxime conuenit legibus civilibus principum Christianorum: quòd quidem leges civiles principum Gentilium, & eorum, qui nondum cognitionem habuerunt summæ illius felicitatis super naturalis, quæ Christi fidem contentibus promissa est, tantum in hoc tendunt, vt quæta ac tranquilla res publica sit, bonisque moribus instituta: & vt moraliter bona opera præmium consequantur, illud quidem, quod naturaliter intelligi, ac cognosci potest. Sic denique temperanda sunt quæ hæc de re pro Fortunio, & aduersus eum adduci possunt. Præmium verò salutis æternæ, & illius felicitatis, quæ ex æternam gloria Christianis promissa extat, sola lege naturali cognosci non potuit: quod eleganter disputat egregius vir Dominus à Soto lib. 2. de natu. & grati. capitul. 11. & Melchior à Cano eiusdem professionis, eruditio-

ne & censura celebris in 2 parte relectionis de sacramētis, atque hæc quidem sufficient de quarta Bartol. conclusionē.

Ex §. sequenti.

- 1 *Contractus à lege prohibitus conceptis prohibitionis verbis in ipsam personam non confirmatur iuramento.*
- 2 *Alienatio rei dotalis non confirmatur iuramento, vbi mulier prius iurauerat, dotem non alienare. Et inibi expenditur gloss. in calicet. de iure. in vj. & pertotū §. Juramento premitens non renouare procuratore, si eum renouauerit, renouatio tenet: licet peritus sit.*
- 3 *Intel. c. intellecto. de iure. Et an reus possit alienare res ipsius regni?*
- 4 *Actus spiritualis contrarius iuramento an valeat?*
- 5 *An positis quis renuntiare clausule Decreti irritantis in eius favorem apposta?*
- 6 *An agens contrarium prohibitionis legis humana peccet mortaliter vel venialiter, an non: Et ibi rur sus de opinione Bart. quò ad primam huius §. conclusionem.*
- 7 *Promissio arharum ultra summam lege præsumtam non confirmatur iuramento.*
- 8 *Fidensio prohibita accedere promissioni dotis restituenda iuramento confirmatur.*

§. Secundus.



ADEM Bartol. commentaria examinaturi quintam ex eo conclusionē adnotamus, in hunc

quidem sententiam. + Iuramentum

nequaquam confirmat contractum prohibitum à lege, quæ prohibitionem in ipsam contractantis personam dixerit. Hæc colligitur conclusio ex Bartol. in dict. l. si quis pro eo. ff. de fide iussio. num. 9. vers. aduerte. vbi Angel. idem tenet. Bartol. in authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Calder. & Anca. in dict. cap. cum contingat. rursus ipse Angel. in cõsil. 160. quorum opinionem sequuntur Legista cõmuniter secũdum Imolam in dict. capit. cum contingat. numero. 36. & Rodericus Xuarez in l. j. tit. de las arras, libr. Fori. quæst. 3. Huius opinio nis ea est ratio, quòd in hac specie agens contra legem istam mortaliter peccet: quia legislatori refragatur, cui obedire tenetur. capit. ij. de maiorita. & obediẽ. atque ideo cũ iuramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, constat planẽ, nõ confirmari contractum lege prohibitiu ex iuramento iniquẽ præstito. Ad huius sententiæ confirmationem adducit Barto. gloss. in cap. licet mulieres. de iureiu. 2. lib. vj. quæ assuevit ÷ alienationem rei dotalis, etiam præstito iuramento factam minimẽ vale re, vbi mulier prius iurata promiserat, se non alienaturam dotem, nec aliquam rem dotalem: non alia ratione quã quòd hoc secundum iuramentũ iniquum sit, nec possit seruari absque interitu, & periculo salutis æternę.

Eam gloss. sequuntur doct. ibi, præsertim Francus, & Imola in dict. cap. cum contingat. nume. 81. & inibi Alciatu. numer. 43. Chassanæu. in consuetudinibus Burgundiæ, Rubr. 4. §. 16. num. 5. & Abb. per text. ibi in capitu. intellecto. de iureiura. quorum opinio communis est, sicuti testatur Imol. nu. 81. & Andr. Ale. in dict. nume. 43. Ioan. Crot. in l. si ius familiass. §. dui. col. 25. & ibi Ferdi. Loazes nume. 431. ff. de lega. j. eandem opinionem sequitur Ioan. Lupi in rub. de dona. §. 45. nu. 6. Verum, vt hæc opinio Barto. diligentius examinetur, oportet primũ expendere rationes, quibus eam Bart. probare conatur: maximẽ statim erit congruum perpendere gloss. in dict. c. licet, cui plurimũ obstat altera gloss. in c. vltim. de procu. in vj. quæ assereit, ÷ promittentem cum iuramento non reuocare procuratorem ab eo constitutum: posse nihilominus eum reuocare ad hunc sensum, vt reuocato teneat, licet periurus sit, qui reuocauerit. Hanc gloss. plurimũ commentant eam sequenti Abb. Feli. numer. 12. & Dec. numer. 7. in cap. cum accessissent. de constit. idẽ Feli. in cap. si diligenti. de foro compe. col. 6. Iason in l. si nõ sortem. §. si certum. ff. de condic. indeb. col. 3. Socin. cons. 58. libr. 3. Dec. in cap. ad nostram. de constit. vtili. colum. vltim. Rochus Curt. in tracta. de iure patrona.

ver.

ver. honorificum. q. 12. quorũ opinio dubio procul communis est. Igitur actus contra primum iuramentum geitus valet, & tenet, tametsi periurus sit, qui actum illum egerit. Idcirco & in casu gl. in d. c. licet. secunda alienatio rei dotalis valida cenferi debet, aduersus vulgò receptam sententiam. His accedit tex. singu. in c. sicut ex literis. de spons. quo apparet, sponsalia quę de futuro dicuntur, etiam iurata dissolui per sponsalia de præsent. Cuius decisionis nos meminimus in Epitome de sponsalibus, parte 1. cap. 5. num. 9. Ergo iuramentum primum non impedit, quin actus cõtra ipsum postea factus validus sit. Quã obrem admodum dubia reddi rur conclusio gloss. in dict. ca. licet. Præsertim quia ea nullo modo probatur in d. c. intellecto de iureiuran. quod manifestissimum spec. si animaduerta 4 mus in fine illius ca. ÷ non ideo reprobari alienationem præstito iuramento factã a rege rerum quidem ad ipsam Regiam dignitatem pertinentiũ, quòd ea facta fuerit cõtra primum iuramentum à Rege præstitum de non alienandis rebus ad regiam dignitatem pertinentibus. Nam actus contra rursus iuramento primo, etiam si iuratus non sit, valet, ac tenet, tametsi agens periurus sit & peccet: vt colligitur ex gloss.

in d. ca. vlti. de procura. in vj. & ex dict. c. sicut. de sponsa. deinde illud est apertissimi iuris, quod in casu cap. intellecto. alienatio, etiam iurata non valet, quauis rex ipse nullum præstitisset iuramentũ de non alienandis rebus ad regiam dignitatem pertinentibus. meminit ergo romanus pontifex inibi prioris iuramenti ad per iurium notandum in ipso rege & ad criminis maiorem culpã non quòd rationem potissimam constituerit propriã decisionis in priori iuramento. Est enim alienatio facta a rege rerum ad regiam dignitatẽ pertinentium in maximũ præiudiciũ reipublicæ, cuius ipse administrator est, non dominus: atque ideo etiam iurata alienatio in præiudicium tertij non tenet. c. cum contingat. de iureiuran. Quòd autem Rex non possit alienare bona, & res ipsius regiæ dignitatis: quia ipsa potius sunt regni, quã regis, notant latẽ Ab. & aij in d. c. intellecto. Hostiẽ & Feli. in c. dilecti. de maior. & obed. Ioannes Lup. in c. per vestras. 2. notab. §. j. num. 4. regia. l. j. tit. xvij. & l. iij. tit. xv. part. ij. l. ij. & ij. tit. ix. lib. v. ordina. quæ omnia intelligenda sunt, vbi alienatio tenderet in maximum præiudicium regni: alioqui si in modicum profectò valet. secundũ Ab. & communẽ in d. c. intellectu. Relect. Didac. Couar. l

cto. Bart. in l. prohibere. §. pla  
n. ff. q. vi aut clam. Corfet. latē  
in tract. de excellēt. Regis q. 4.  
Felin. in c. ad audientiā. ij. col.  
de p̄sump. Mattha. Afflict. in  
consti. Neapolit. in prin. q. 24.  
ad quam distinctionē multa re  
ferri possunt, quæ hac de re tra  
dit Francisc. à Ripa lib. 1. respōs.  
cap. 1. nu. 51. Ioā. Igae. in repe.  
l. donationes, quas diuus. nu.  
26. C. de don. inter vir. & vxor.  
Et Aymon Grauetta cōsi. 241.  
lib. 2. huc etiam pertinet, quod  
quidā adnotarunt, nepe posse  
Regem causā remunerationis  
rem aliquā ad dignitatē regiā  
pertinentē donationis titulo  
in aliquē transferre, qui de ipsa  
repub. sit benemerit<sup>9</sup>. optimus  
tex. in l. cum plures. §. cū tutor.  
ff. de admin. tur. Sic etiam obti  
net regia l. 9. ti. 4. par. 5. statuēs  
q̄ si rex aliquā ciuitatē, vel ca  
strum regiē dignitatis iusta ex  
causa alienauerit, excepta intel  
ligūt iura exigēdi gabellā,  
publica vectigalia, atq; punien  
di aliquē sanguinis pœna, nisi  
& hæc iura expressa fuerint:  
atq; tunc adhuc suprema iuris  
dictio, & quod ad Regē appel  
letur exceptū intelligitur. Imō  
si quis superiorē in tēporalib<sup>9</sup>  
recognoscens habeat villā, aut  
ciuitatem cū iuribus regalibus,  
non poterit iura illa regalia  
alienare: sicuti responderet So  
cinus in consi. 7. in 3. lib. Ciui  
tas autem, aut villa alienari nō  
potest inuitis hominib<sup>9</sup> ipsius

ciuitatis: & si dominus ex cau  
sa necessitatis velit eam aliena  
re, admittēdi sunt homines hu  
ad emptionē libertatis, si tan  
tundem domino dare velint,  
quantū ab alio emptore polli  
citur fuerit: quod tradunt Ho  
stien. & Fel. in d. cap. dilecti. de  
maio. & obed. & Hypol. in l. j.  
§. cū quidā deponere. nu. 10.  
ff. de quest. qui alios huius opi  
nionis auctores allegant. Hæc  
tandem obiter adduximus, vt  
ostenderemus nō probari glo.  
in cap. licet. in d. ca. intellecto.  
de iureiuran. atque ea ex causa  
dubiam reddi eius conclusio  
nem, nisi ex radice amplius ei<sup>9</sup>  
intellectus exquiratur.

¶ Est igitur concilianda glo.  
in d. cap. vltim. cum gloss. in d.  
cap. licet. eo quidem modo, vt  
quoties quis promiserit iura  
mento præstito se non acturū  
id, quod iure facere non pote  
rat, procedat glo. in d. ca. licet.  
& ideō actus contrarius huic  
iuramento, etiam si iuratus sit,  
non teneat: quia est cōtrarius  
iuri, & præterea priori iuramē  
to, quod fuit omnino conforme  
iuri communi. At si propo  
namus iuramentum prius con  
tinere id, quod erat iuri cōtra  
rium, imō quod iuramēto pro  
missum est, ne fieret, fieri pote  
rat iure permittente, saltē non  
refragate: tunc obtinebit glo.  
in d. cap. vltim. de procurat. in  
vj. Hanc distinctionem videntur  
vtrique opinioni aptare  
Franc

Franc. in dict. cap. licet. Imol.  
in d. cap. cū contingat. nu. 81  
& ibi Alcia. nu. 43. Iaso. in au  
then. sacramenta puberum. C.  
si aduer. vendit. nu. 60. idem in  
l. non solūm. §. vlti. 7. col. ff. de  
noui operis nuntiatio. Alexan.  
in consil. 16. lib. 3. 2. col. Ioan.  
de Selua in tracta. de iureiur. 3.  
parte 15. Fallen. Ioannes Crot  
rus in d. l. filius familiaris. §. diui.  
ff. de lega. j. coll. 25. & ibi Ferdi  
nan. Loazes, nu. 431. quorum  
interpretatio cōmunis est: &  
tamē vltieris aperienda. Nam  
cū lex ciuilibus prohibuerit alie  
nationem fundi dotalis, si mu  
lier iuxta hanc prohibitionem  
promiserit, & iurauerit, non  
alienatam dotem, nec rem  
aliquam dotalem, addit iura  
menti vinculum ipsius leg  
gis prohibitioni, quæ irritam  
facit alienationem in contra  
rium factam: idcirco ne secun  
dum iuramentum legi prohibi  
tenti, simul & priori iuramen  
to prædicet, actus posterior  
non valet. Nam etiam si legis  
prohibitioni principaliter pri  
uatum fauorem concernenti  
cum iuramento renuntiare  
quis possit, priori tamen iura  
mento quod Deo præstitum  
fuit, nullo pacto nec renuntia  
re, nec refragari valet. Huic ta  
men distinctioni obijcitur ad  
huc textus in ca. sicut. de spon  
sal. vbi actus contrarius priori  
iuramento validus est, & te  
net: quanuis iuramētum prius

idem cōtineat, quod ius com  
mune, & deniq; fuerit iuramen  
to promissum, iurantem ipsum  
non acturum, quod iure pro  
hibitum est fieri. Etenim post  
sponsalia iure prohibetur ma  
trimonij contractus cum alia,  
quàm sponsa: licet contractus  
teneat: quod satis manifestum  
est. Et tamen si sponsus iurauit  
rit sponsalia, & iuramento pro  
miserit, se non contracturum  
cum alia matrimonium, q̄ cum  
spōsa: posteaq; matrimonium  
cū alia cōtraxerit, etiā sine iura  
mento, tenet hic vltimus cō  
tractus: qui quidem cōtrarius  
est priori iuramēto, quod fuit  
cōforme iuri communi eandē  
prohibitionem continens. Vn  
de prædicta interpretatio ad  
glossam in d. cap. vlti. de procura  
rat. in vj. non omnino cōgrua  
videtur. Et ne quis dicat, id spe  
ciale esse i<sup>9</sup> matrimonio, quod  
semel cōtractum rescindi non  
potest, illud idem adducitur,  
quod idem sit in alijs quibus  
cunque contractibus, in qui  
bus valet quidem quod poste  
riori loco actum est, etiam si  
sit contrarium priori iuramen  
to, quod erat conforme iuri  
communi: vt in casu l. quoties.  
C. de rei vendi. cuius ipse men  
tionē feci in Epitome de spon  
sal. 1. part. cap. 5. nume. 10. deim  
de si quis rem istam penitus  
confideret, nonne comperiet  
iuramentum continens idem  
quod ius commune, etiam si

Deo præstitum sit, continere iidem fauorem priuatum iurantem, si lex ipsa, cui consonat iuramentum, priuatam vtilitatem respiciat: profecto id satis arduum: & tamen iuramentum, quantum Deo præstitum semper sit, remitti potest ab eo, cuius fauore fuit iuratum, cuiusque intercessor Deus ipse fuit constitutus. Ergo sicut per iuramentum appositum alienationi fundi dotalis remitti potest, & remittitur fauor priuatus ipsius legis: ita remittitur præstitum iurantem fauor ei per prius iuramentum acquisitus. Quam ob rem quidam existimauerunt, gloss. in dict. cap. licet. tunc procedere cum iuramentum prius fuit alicui, cuius intererat, præstitum: alioqui si præstitum sit ipsimet iuranti mulieri, vel alteri, cuius non interfit res dotales non alienari, valebit secunda alienatio cum iuramento, aut seruandus erit contractus alienationis iuramento secundo confirmatus: quod visum est Baldo in l. duobus. §. vltimo. ff. de iureiuran. & in cap. veniens. in fine, eod. titulo. Alexand. in consil. 16. lib. 3. nume. 6. Deci. in consil. 536. num. 13. Alcia. in dict. cap. eum contingat. num. 46. ea ratione, quia per prius iuramentum nemini sit ius quaesitum. l. si repetendi, C. de condi. ob caus. & l. filiusfamilias, §. diui. ff. de legat. j. vnde solet deduci

intellect. ad text. in d. cap. cum contingat. dum dixit, iuratum alienationem dotalis rei validam esse, & seruandam fore, modo alteri, quam iuranti non præiudicet: potest equidem hoc præiudicium considerari eo casu, quo mulier prius promiserat præstito iuramento eandem rem alteri vendere. Imò & si hæc promissio facta fuerit absque iuramento, idem erit dicendum. Quia venditio alteri facta cum iuramento non tenet ea quidem ratione, quod contraria sit priori promissioni & alteri præiudicet, quod in specie tenet Imol. nu. 17 & Alcia. 4. notabi. in d. cap. cum contingat. & num. 45. Quia in re illud est animaduertendū, quod per priorem promissionem tantum fuit acquisitum ius personale: nec ille, cui est facta promissio aliam actionem, quam personalem habet aduersus mulierem promittentem: aduersus verò rem ipsam, aut emptorem secundo nullum ius habet reale nec personale; quod argumento fortiori constat in l. quoties. C. de rei vend. quam ob rem hæc opinio Imolæ, & Alciati dubia videtur.

Cæterum, quò res ista apertior fiat, est adhuc considerandum, alienationem rei dotalis alioqui prohibitam iure ciuili, tunc confirmari per iuramentum autoritate iuris pontificij: cui iuramentum eiusmodi sit, quod possit

possit seruari sine interitu salutis et iuræ. tex. hoc ipsum probat in d. cap. cum contingat. Iuramentum autem contrarium non tantum priori iurationi, sed promissioni simplici, seruari nullo modo potest absque animæ periculo, & peccato mortali. cap. veniens. vbi Inno. & doc. de iureiura. Ergo licet alioqui alienatio facta contra promissionem, aut contra aliam alienationem teneat: quia iure prohibita non est ipsius rei alienatio: quantum qui alienat male faciat. l. quoties. C. de rei vend. dicat. attamen alienatio iure prohibita non potest confirmari iuramento, quoties qui alienat, id iuramentum non potuit nec potest seruare absque salutis spiritualis periculo, & detrimēto: sicut in d. cap. cum contingat. probatur. non enim equum est, iuramentum iniquum hæc vim habere, vt contractum iure prohibitum confirmet. vnde inferuntur duo.

¶ Primum, vera defensio gloss. in d. c. licet mulieres. Nam cum secundo iuramentum illicitum sit, non poterit confirmare alienationem iure prohibitam, quod in hac specie adnotauit Ripa in cap. cum M. de constitut. nume. 83.

¶ Secundum, eandem gloss. opinionem dubio procul veram esse, vbi primum iuramentum præstitum fuerit in fauorem alicuius, cuius intererat non alie-

nari rem dotalem. atque hoc probari in d. cap. cum contingat. vbi Imol. & Alcia. hoc ipsum adnotarunt, ex eo text. dum excipit præiudicium alterius quam iuratis. Sed & idem erit, vbi mulier iuramentum sibi-met præiudicet, quasi timens à viro requirendum fore consensum, & iuramentum ipsius ad alienationem rei dotalis, cupiens iuxta iuris ciuili prohibitionem dorem conseruari, & saluam manere, iurauerit, se non alienaturam dorem, nec rem aliquam dotalem. Hoc autem iuramentum Deo tantum præstitum fuit: nec ei poterit iuratis refragari absque absolutione: Siquidem licet iuramentum præstitum in fauorem alicuius priuati remissum esse censeatur eo ipso, quò d. ipse priuatus illud remiserit: tamen vbi iuramentum nullius quam iuratis proprium consensum spectat, Deo principaliter emissum est: nec potest iurans absque absolutione eidem refragari, saltè vbi præter vtilitatem principalem ipsius iuratis, ex ipso iuramento attendi, ac deduci possit vtilitas aliqua, etiam minus principalis, quæ vtilitatem erit ad hoc, vt iuramentum liberè non possit à iurante violari: maxime quia hæc iuramenta de non alienandis rebus dotalibus, etiam fieri videntur propter vtilitatem heredum ipsius mulieris, parentum, filiorum, & con-

sanguineorū, qui alioqui non præstito hoc iuramento minime foret censendi inter eos quorum interest. Sic sanè Ale. in d.l. duobus. §. vlt. ff. de iureiurand. dubitat de sententia Baldi ibidem, & merito. Nam si vera est gloss. in d.c. licet mulieres. profecto nō video, quare ratione defendi possit Baldi distinctio: tameti existimem eam communem esse

¶ Satis etiam controuertitur an opinio gloss. in d. cap. licet mulieres. procedat, quando ille, cui est facta secunda venditio rei dotalis cum iuramento ignorat tempore contractus, prius iuramentum à muliere præstitum fuisse: nō enim æquum est, in hac specie opinionem prædictæ glossæ admitti ob iustam ignorantiā emptoris: quod responderūt Imola in l. cum vir. ff. de vsu capio. pen. fol. Alexan. in d. consil. xvj. lib. iij. col. ij. & iij. Bald. in d. ca. cum contingat. col. v. num. xiiij. idem Bald. in repetitione. l. ij. ff. de iureiurand. col. xij. & consil. cxxxiij. libro j. Iason. in l. duobus. in fin. ff. de iureiuran. idem Iason in l. non solum. §. morte. ff. de noui oper. nuntia. quem Ripa allegat in c. cum. M. de constituto. numero lxxxiiij. quorum opinio magis recepta est sed apud me falsa si vera est opinio glo. in d. ca. licet mulieres. parum enim refert sciētia vel ignorā-

tia secundi emptoris si iuramentum appositū alienationi, nō potest eam cōfirmare quia seruari non potest absque interitu salutis æternæ: vnde And. Alciat. in d.c. cum contingat. num. 48. ab opinione Imolæ discedit, veriolem existimans contrarium sententiam, nisi mulier dolose fecerit primum iuramentum, vel id tacuerit tempore alienationis, causā circūueniendi emptorem: nā in his casibus valet secunda alienatio cum iuramento. quod etiam notat Imola in dict. ca. cum contingat. num. 82. ita intelligens quæstionem istam & eius resolutionem.

Sed & in gloss. in d.c. vlt. de proc. in vj. non videtur habere congruā decisionis rationem eam, quam illi eius interpretes aptare conantur: scilicet vt procedat: quia quod quis per iuramentum non facere promissit, poterat optime agere iure permittente. Etenim id verum est ante præscriptam promissionem: postea verō iure non licet ei absque petiurij crimine id agere: imò nec licet, si simpliciter promississet. vt in c. veniens. de iureiu. & ibi Inno. & alij quemadmodū & paulo ante adnotauimus. idcirco illius gloss. ratio ea est, quod simplex promissio, & iuramentū eum habent intellectū quē ex iuris sanctionib. actus ipse patitur vt tandē iuramentum

rum qua ex parte id fieri possit, habeat interpretationem secundum naturam actus cui apponitur, quod latius alibi probatum fuit. Sic sanè qui iurat non reuocare procuratorē periturus erit si eum reuocauerit, & tamen reuocatio tenet: quia hæc est huius actus conditio & natura, vt libera sit procuratoris ad negotia, vel lites reuocatio: cū nemo possit me inuito nomine meo quidquam agere. nusquam enim procuratoris constitutio perfecta, & irreuocabilis est, si propriam eius naturam consideremus. Item si promisso cū iuramento domū Titio vendere nō alteri, & demū alteri eā domū vendidero, eiq; tradidero: profecto malè feci, ac petiurij reus sum: & tamen nihilominus secunda venditio valet: quia hæc est natura huius actus promissi, vt ante traditionem nullam perfectionem habeat, quæ irreuocabilis sit, saltem in hoc sensu vt cōtrarius actus teneat, si is per factū fiat. l. quoties. C. de rei vendica. eadem est ratio in casu cap. sicut ex literis. de sponfal. Nam si quis etiam iuratus promiserit Semproniam in vxorem ducturum, & demū accipiat in vxorem Mariam, periturus est & nihilominus matrimonium cum Maria sponsalia prima omnino dissoluit Eodem modo qui te

stamentum fecit, & iurauit illud non reuocare, ac tandem secundum testamentum condiderit, per quod prius reuocauerit, certè periuruserit, & tamē secundum testamentum præfertur primo: quare de re latius disputaui in rubrica de testa. 2. parte. Idcirco hac in controuersia oportet distinguere vtriusque gloss. conclusiones, & vniciq; veram, atque congruam rationem aptare, quo facilius quæstio dissoluitur: & intelligantur multa quæ ad hoc tradit Ias. in l. si quis promiserit §. ea. l. nu. 23. ff. de verb. oblig.

¶ Prædicta verō conclusio gl. in d. c. vlt. de procu. in vj. quæ voluit, actū cōtrarium iuramento validū esse, licet agēs piur<sup>o</sup> sit, procedit vbi iudex adiri nō debet ad illū actū: alioqui si act<sup>o</sup> ille requirat iudicis autoritatē aut q̄ ipse sit præses: tūc iudex ipse non debet admittere, nec probare actū cōtrarium iuramento: imò illū omnino reprobare tenetur, & pot. q̄ Paul. Cast. respondit in cōs. 361. nu. 9. & consil. 339. nu. 11. lib. 1. in res ex hoc, ad patroni quādā presentationē. Etenim patronus quidā iurauerat nō reuocare presentationē cuiusdā clericici ad beneficiū ecclesiasticū p̄ eū factū. Nā licet alioqui posset variare, in hac tamē spē variatio nō est admittenda: quippe quæ apud iudicē, & superiorē fieri

debet: eamque ipse reproba-  
bit ex eo, quod cōtraria sit iu-  
ramēto. Idem notant Rochus  
Curtius in trac. iuris patronat.  
verb. honorificum. q. 12. & Ce-  
sar Lambertinus de iure patro-  
nat. 2. lib. parte. 1. q. 4. prin. art.  
13. & 2. parte eiusdem libr. q. 7.  
prin. artic. 16. Idem quod Paul.  
scripsit, sentit Barro. in l. i. quis  
in prin. ff. de legat. iij. col. vlti.  
licet Alex. Imol. in d. consi. 16.  
lib. 3. contrarium senerit: cuius  
opinio obtinebit, si iudex,  
coram quo secunda præsentatio  
fit, eam præsentationem  
expressē, vel tacitē receperit,  
& probauerit: alioqui opinio  
Pauli æquissima est, & iure ve-  
rior. Secundò potest intelligi  
opinio gl. in d. c. vlt. in actu tē-  
porali. Nam actus spiritualis  
factus contra iuramentum nō  
tenet: imò nullus est: secundū  
Inno. in c. dilecto. de præben.  
per text. ibi quo in loco Host.  
idem tenet, & Anto. in c. cum  
M. col. 2. de consi. pro qua sen-  
tentia adducitur tex. in d. c. di-  
lecto. vers. nisi fortē. vbi con-  
stat, canonicos ecclesiæ: cathedra-  
lis non posse, etiam communi  
consensu augere nume-  
rum canonicorum statuto præ-  
finitum: nisi id statutum fuerit  
iuramento confirmatum. Hoc  
etenim casu minimè possunt  
agere contra iuramentum: nec  
ualet actus iuramento contra-  
rius, & si iure ordinario muta-  
tio numeri subit voluntari, &

consensu canonicorū ad hoc,  
vt cum possint augere: præfer-  
tim hoc probatur in d. vers.  
nisi fortē. qui paria facit statu-  
tum de certo numero iuratu,  
& habens clausulam decreti ir-  
ritantis: & tamen absque vlla  
controuersia, actus factus cō-  
tra clausulam Decreti irritan-  
tis, etiam alioqui subiectus li-  
beræ agentis voluntati non te-  
net: igitur nec tenebit actus  
contrarius iuramento. Et quia  
Panorm. in d. c. dilecto. tenet  
contra Inno. dicens eius opi-  
nionem cōmuni omnium sen-  
tentia reprobari. & quia text.  
in c. sicut ex literis. de sponsa-  
libus, tractat de actu spirituali:  
quidam conantur intellige-  
re opinionem Inn. in actu spi-  
rituali, qui tantum clericis, nō  
autem laicis conueniat. Qua-  
lis est actus, cuius mentio fit  
in d. c. dilecto. & huic similes.  
Sic etenim Inno. interpretan-  
tur Antoni. in d. c. cum M. col.  
2. Rota in antiquis. 104. Alex.  
in d. consi. 16. lib. 3. col. 2. Imol.  
in d. c. dilecto. col. 7. idem in d.  
c. cum contingat. de iure iurā.  
num. 81. quorum distinctio ea  
ex parte, quæ Innocentij asser-  
tioni conuenit, autoritatem  
habet à prædicto cap. dilecto.  
versicul. nisi fortē. Idem norat  
Deci. in c. cum accessissent. de  
constitu. num. 7. Nihilominus  
Panormi. in d. c. dilecto. etiam  
quò ad actum spiritualemente-  
ricis tantum cōuenientem te-  
statur

statur opinionem Inno. com-  
muniter esse probatam: idem  
asseuerat Andre. Alciat. in d. c.  
cum contingat. num. 180. vter-  
que quidem hanc communē  
aduersus Inno. sequutus. Ean-  
dem sequitur Ioann. de selua  
in tractat. de beneficio. 3. part.  
q. 27. dicens ex ea, quòd si quis  
iurauerit, beneficium ecclesia-  
sticum, cuius libera collatio  
ad eum pertinet, digniori se  
daturum: & postmodum id cō-  
tulerit alicui digniore præter-  
misso, petiturus erit: collatio ta-  
men ualet. huius sententiæ  
nos meminimus in relectione  
reg. peccatum. de reg. iur. in vj.  
2. parte. §. 7. num. 4. ad text.  
autem in d. c. dilecto. respon-  
detur, eam esse allegationem  
litigantium, non romani pon-  
tificis responsionem, quod mi-  
hi non placet. Est etenim ea  
pars illius ca. quæ opinionem  
Innocen. probat, præcipua rati-  
o responsionis romani ponti-  
tificis: atque ideo non potest  
congruè tolli obiectio illius  
c. quæ pro Innocentio aduersus  
communem fit. Ego vero  
non omnino sequar in huius  
quæstionis resolutione Inno-  
centij opinionem, vt ea vniuersalis  
sit, ac sensum habeat vniuersalem:  
siquidem iuxta communem  
sententiam opinor, actum contrarium iuramen-  
to, etiam in spiritualibus, quæ  
laicis non conueniunt, vali-  
dum esse: tamen si agens periur-

rus sit: quoties per iuramen-  
tum non est sublata libera dis-  
ponendi potestas quò ad ac-  
tus vim & perfectionē: quòd  
in dubio præsumendum est:  
aut quoties natura actus di-  
ctat, adhuc manere potesta-  
tem apud iurantem etiam si  
cum periculo periurij. Sed exi-  
stimò distinguendum fore, an  
ex natura actus, & eius quali-  
tate appareat, vel præsumi pos-  
sit, non fuisse per iuratum pro-  
missionem sublata potesta-  
tem iuranti agendi actum cō-  
trarium iuramento: licet peri-  
culum periurij, si egerit, ei im-  
mineat: An ex contrario pos-  
sit colligi ex inspectis circum-  
stantiis, & negotiorum quali-  
tatibus, penes iurantem nul-  
lam agendi contrarium man-  
sisse potestatem, atque ab eo  
abdicate fuisse: vt tandem  
priori casu procedat commu-  
nis sententia, ex qua actus cō-  
trarius iuramento ualet, ac te-  
net, etiam in spiritualibus: ta-  
meti agens periurus sit. At in  
posterioři specie vera est opi-  
nio Innocentij: imò in vniuersum  
hoc in sensu procedit: idcirco  
tunc actus contrarius iuramento  
nullus omnino erit. Quod probatur expressim in  
d. c. dilecto. de præb. vers. nisi  
fortē. ad cuius interpretationem  
oportet animaduerrere, statutum  
canonicorum de certo numero  
præbendarum iuramento  
confirmatū eam vim

habere, vt canonici vnanimi etiam consensu minimè valeant contra iuramentum ire, nec aliquem admittere in canonicum vltra numerum: atque ideò si admiserint periuri sunt, & est receptio nulla. text. est ita communiter intellectus in dist. ca. dilecto. qui probat idem esse si certus sit numerus canonicorum statutus, & confirmatus à romano pontifice cum clausula decreti irritum decernentis quicquid actum fuerit in contrarium. Vtriusque quidem considerationis, & conclusionis ea est ratio: quòd statuentes per statutum si mul & iuramentum sibi ipsis abdicauerint potestatem agendi contrarium: eodè modo eandem potestatem romanus pontifex apposita clausula prædicta decreti ceteris ab eis tollere, statutumque ipsum in vtilitatem ecclesiæ, nõ ipsorummet canonicorum cedere significans: quorum prius Andræ. Alciat. obseruauit in d. c. cum contingat. nume. 181. posterius autem Deci. adnotauit in d. c. cum accessissent. nume. 3. Ex quibus deducitur, etiam in spiritualibus actum contrarium iuramento, etsi agens periurus sit, validum fore secundum communem, licet is clericis tantum, non laicis conueniat: nisi materia subiecta, aut ipsius negotij qualitas dicat, per iuramentum ipsum

iuramentum potestatem agendi contrarium sibi ipsi abdicasse. Infertur item ex hoc, quòd licet aliqui statuentes possint renuntiare, & agere contra statutum in eorum fauorem conditum, etiam confirmatum per romanum pontificem. text. optimus vbi Abb. & doct. in c. cum accessissent. de constit. l. omnium. C. de testament. attamen si confirmatio habeat clausulam huius decreti decernentis irritum quicquid in contrarium actum sit: non poterunt statuentes à statuto recedere, quanuis id in eorum tantum fauorem tendat: quod probat text. elegans in d. c. dilecto. vers. nisi forte. & ibi glo. verb. clausula, quem inibi multum ad hoc extollit Abb. Antoni. & Imol. Felin. in d. c. cum accessissent. colum. 4. idem in c. vltim. §. is autem. de offi. delegat. Corfet. in singul. verb. clausula. Quorum opinio communis est, & in hoc tendit, vt sciamus, neminem posse renuntiare his, quæ in eius fauorem statuta sunt, si statutum, aut lex habeat clausulam decreti irritum decernentis quicquid in contrarium actum fuerit. Huic verò sententiæ primum obicitur text. celebris in l. filio præterito. ff. de iniusti. rupt. vbi consensus filij præteriti testamentum patris comprobatur, & impedit ne omnino extinguatur ex iure cuius

in eius

in eius fauorem statuto, & habente clausulam istam & decretum cuius modò meminimus. Item oberit text. in c. vlt. §. j. de offi. deleg. vbi constat, posse quem renuntiare formæ inductæ in eius proprium fauorem, & tamen quicquid est inductum pro forma, decretum hoc omnino habet. iuxta not. in c. cum dilecta. de rescri. atque ita Abb. Imol. & doct. in d. §. j. ex eo adnotarunt, posse formæ renuntiare, si data sit in priuatam vtilitatem. & licet gl. in c. quanuis. de præben. in vj. verb. in pensione. voluerit, non posse quemquam renuntiare formæ mandati, etiam si ea data sit propter eius fauorem ex autoritate illius text. & ad hoc eam dixerit notabilè. Aretin. in l. nemo potest. col. 4. ff. de legat. j. profecto parum obstat illa gl. quippe quæ falsa sit, dum existimat formam, cuius ibi mentio fit, dari in priuatam vtilitatem: cum verè data sit, ac concernat fauorem ordinariorum, & ecclesiarum. Literæ etenim ad beneficium restringendæ sunt ob præiudiciũ. Episcoporum & ecclesiarum.

¶ Tertiò communi opinioni refragatur ratio, quæ dicitur, præceptum factum alicui in eius tantum vtilitatem consilium esse proprius quam præceptum. l. cum pater. §. mando. ff. de legat. ij. l. ij. §. vlti. ff. mand. Paul. Castrensis. hoc no-

tat in l. legis virtus. ff. de legib. Quibus tandè rationibus hæc pars verior apparet, vt statutum, vel his, quæ sint in fauorem alicuius statuta, possit renuntiare, etiam si habeant clausulam decreti, vt aiunt, irritantis. Cui sententiæ suffragatur text. in c. statutum. §. in nullo. & §. vltim. de rescri. in vj. vbi, licet ea constitutio decreti huius clausulam habeat, attamen consensu illorum quorum fauorem respicit, permittitur eius derogatio, aut illius formæ remissio. Sic denique hæc opinionem quòd quis possit renuntiare clausulæ decreti irritantis in eius fauorem apposita, tenuerunt Aretin. in d. l. nemo potest. colum. 4. Felin. in cap. cum dilecta. num. 7. de rescript. Deci. in cap. cum accessissent. nume. 3. de consti. idem in cap. olim. de exceptioni. idè in l. posthumo. nume. 9. & ibi Curti. Iunior. nume. 46. C. de bonor. poss. contra tabul. Ludouic. Gometi. in cap. j. de rescript. in vj. nume. 59. Quibus accedit gloss. in dist. cap. statutum. §. j. verbo. committatur. ea in parte, qua sentit, secus esse, si in fauorem partium illud esset statutum: possent enim ei fauori renuntiare, tamen si ea constitutio clausulam istam decreti irritantis habeat. Vnde Petrus Anchara. in d. c. statutum. in fine eandem opinionem, quam hic contra com-

munem

munem probamus, expressim tenet. Et itidem Andre. Tiraquel. in l. si vnquam. verb. reuertatur. C. de reuo. dona. nu. 282. optima gl. quam sequuntur Abb. & Felibibi in cap. cum olim. de offic. deleg. verb. protinus. quæ probat, posse iudicem ex tacito consensu partium mandati formã excedere. Non obest tex. in d. cap. dilecto. de præb. nam eo ipso, quod Papa confirmat statutum de certo numero canonicorum & præbendarum: atque addit clausulam istam decreti irritantis, videtur facilitati canonicorum, qua vti solent in augendo numero occurrere, & ecclesiæ utilitati consulere: atque ideo in ecclesiæ utilitatem clausulam præscriptam addidisse: vt explicat Abb. in d. c. dilecto. & Deci. in d. c. cum accessissent. nu. 3. de constit. Hæc equidem dicta sint de secunda ratione Bar. in d. l. si quis pro eo. dum allegat notata per gl. in d. c. licet mulieres. de iureiuran. in vj. id enim procedit his rationibus, quæ modò traditæ fuerunt: & ideo nihil conducit ad opinionem Bartol.

¶ Prima igitur Bar. ratio semper fecit dubiam quæstionem istam: si quidem eius causa Andraz. Alciat. in d. c. cum contingat. nu. 94. sex rerulit responsiones, quibus vtitur qui Bar. opinionem conantur improbare. ipse tamen breuius hæc

de re agere conabor. Primum etenim, ni fallor, existimo in præsentia controvertita parum conducere, quod lex prohibens contractum fieri, dirigat prohibitionem in rem, aut in personam. Causa enim prohibitionis potius, quam verba, consideranda est. Quis enim obscuro poterit vnquam dubitare, minimè confirmari iuramento contractum à lege ob publicam vtilitatem principaliter prohibitum, etiam si prohibitionis verba in rem, non in personam contrahentis dirigantur? certè nemo, quisano sit præditus? intellectu Cum hæc tractemus de publica vtilitate, cui priuatorum iuramenta nec obstant, nec obesse possunt. Sic sanè quoties lex contractum prohibens principaliter priuatam vtilitatem respicit, etiam si minus principaliter publicum commodum respexerit, profectò nihil huius qualitatis mutat, si concipiat prohibitionem directam in rem, vel in personam contrahentis. Siquidè principalis ratio, quæ legislatorem mouit quò ad vtilitatem à lege inductam, nequaquam mutatur ex verborum conceptione per Bar. tradita Et planè fateor, me nullo pacto posse percipere quid discernimus quo ad effectum iuramenti inducat forma verborum, qua Bar. distinctione inducit: tamen si fortassis alia in

specie

specie hæc verborum distinctio possit effectum aliquem afferre: quemadmodum idem Bart. docet in l. cum lex. ff. de fidei iussori. vbi Pau. Castren. & Fortun. in l. veluti. ff. de iust. & iure. 4. colum. Secundò illud est considerandum, iuramentum tunc confirmare contractum iure prohibitum: cum id seruari possit absque periculo salutis æternæ. tex. est singu. in dict. cap. cum contingat. Nec etiam par est, ius canonicum, nec ciuile hanc vim tribuisse iuramento illicito, aut quòd seruari absque peccato minimè possit. Maxime enim esset inconueniens, hæc virtutem & hunc effectum concedi, vt iuramentum seruetur, ei iuramento, quod secundum canonicas sanctiones seruandum nõ est. Hoc ipsum obiter superius admonuimus, & id Bar. rectè admonet in dict. l. si quis pro eo. nu. 9 in quo quidem minimè reprobatur.

Tertiò hinc constat, nõ tantum contractum lege prohibitum non confirmari iuramento, & legi aduersatur, mortaliter peccat, quod Bar scripsit hanc considerationem magni faciens: sed etiam vbi qui cõtrahit, venialiter peccaret: nõ enim potest actus venialem habere culpam iuramento comprobari, & ex eo vires adsumere: cum iuramentum inducens veniale

culpam, & habens pro materia actum venialis culpæ: minime sit seruandum, nec seruari possit absque periculo anime sicuti tradidimus in hac relectione dum examinauimus iustitiam comitè esse iuramenti.

Quartò illud apud me nullam habet dubitationem, scilicet. in specie cap. cum contingat. & sic in alienatione fundi dotalis, mulierem alienantem nec mortaliter nec venialiter peccare: si venialiter peccaret, minimè hic actus venialem culpam habens confirmaretur iuramento, nec quidem valeret: non rationem ipsius simplicis alienationis: quia ea per legem prohibentem efficitur nulla: nec ratione iuramenti: quia id non est seruandum præmissa saltem culpa veniali in eius obseruatione.

¶ Quintò aduertendum est: idem respondendum fore, si lex de fundo dotali verba conquireret directa in mulieris personam. eadem etenim ratione confirmaretur alienatio per iuramentum, & minimè peccaret alienans etiam venialiter. cuius rei ea est ratio: Nam licet ex verbis præceptiuis ipsius legis soleat præsumi legislatorem voluisse obligare transgressores ad peccatum quandoque mortale, quandoque veniale: quemadmodum eleganter explicat Alfonso à Castro lib. 1. de pot. legis pœna. cap. 4. & 5. attamen

attamen prius, ni fallor, attendenda est materia legis: quæ si principaliter pertineat ad publicum commodum, transgressor eius peccabit mortaliter, vel venialiter, attenta ac perpensa qualitate, vel quantitate vtilitatis, aut dampnabilitatis: si tunc colligitur ex Clem. exiui. ver. item quia præter. de verb. significat. Decio post alios in cap. Nam & concupiscentiam. de constit. vlt. col. l. homa. 1. 2. q. 96. art. 4. & ibi Caieta, Anto. & Abb. in capit. ij. de maiori. & obed. præsertim ex Adriano quodlib. 6. ar. 2. & Ioan. Driedonio in libr. 1. de liber. Chri. pag. 166. qui latè improbat opinionem Gersonis scribentis ratione transgressionis legis humanæ non posse committi peccatum mortale: quam etiã sententiã reprobat post alios Alfonso in dict. lib. 1. cap. 4. & tamen quoties lex humana principaliter priuatã vtilitatem respexit, atque ea ex causa nullum esse censet actum prohibitioni contrariũ: nihilominus cõsiderans minus principaliter publicum commodum priuarus is, qui legem in eius vtilitatem principaliter statutã violauerit, nullum cõtrahit peccatum: quod probatur in dict. cap. cum contingat ac satis erit tunc legi actum ab ea nullum censeri ob illam minus principalem reipublicæ vtilitatem: siue lex vtatur verbis

directis in rem ipsam, vel in contrahentis personam. quã ob rem aliquot ex his inferenda sunt.

¶ Primũ, falsam esse Bart. opinionem in dict. l. si quis pro eo. de qua modò disputamus: imò respondendũ fore in hac controuersia, iuramentum contractum consummare, & etiam prohibitu lege humana dirigente verba prohibitionis in ipsam personam: modò lex fuerit ita tuta principaliter in vtilitatem priuatam quam opinionem aduersus Bart. veriorẽ esse existimant Antoni. Abb. nu. 6. & Imola, nu. 36. in d. cap. cum contingat. Anchar. in cap. j. de cõstit. in rep. fol. 12. colũ. 1. Feli. in c. ij. de maior. & obed. Decius in dict. cap. Nam concupiscentiam. de constit. 1. lectio. Paul. Castrẽ. in dict. l. si quis pro eodem in Auth. sacramenta puerum. C. si aduerf. vendit, quã sententiam etiam sequuntur dicentes communẽ esse Corne. in dict. Auth. sacramenta puerũ. nu. 23. & 25. & ibi Iason; nu. 51. Alexan. in consi. 27. lib. 1. fatetur eam communem Alciat. in di. cap. cum cõtingat. nu. 94. dubius quidẽ de eius veritate & tãdẽ eã sequitur propositis quibusdã interpretatio nib⁹ q̄ sunt, apud ipsũ legẽ dã.

¶ Secundum, ex his inferitur, Antoni. Butrium, Paul. Castrẽ. Abb. & alios huius opinionis authores optimẽ respondisse rationi

racioni Bar. dum existimant in hoc casu, contrahentem minime peccare, ea quidem ratione, quòd lex humana etiam præcepti verba in personam dirigens, respiciens tamẽ ipsi⁹ priuati vtilitatem principaliter non obligat in vim præcepti ipsum transgressorem, cuius vtilitatem lex inducit. argu. l. cum pater. §. ij. ff. de legat. ij.

¶ Tertio patet, minime posse defendi, quòd Imola in dic. cap. cum contingat. nu. 36. scripsit existimans legem humanam civilem etiam præceptiuã nusquam obligare transgressorem ad peccatũ culpam saltem mortalem. cum hac obligatio propria sit legis naturalis, vel diuinæ; aut pontificiæ, non ciuilibus. Quæ quidẽ opinio Gersonis fuit: à quo, vt modò adnotaui, ceteri Theologi, & canonistæ communi omnium consensu discessere.

¶ Quarto constat, Panormi. non rectè Bartoli rationi respondisse: cum dixit, iuramentum contractum confirmare in præsentĩ quæstione, etiam si contrahens mortaliter contrahendo peccauerit: contrahendo inquam, id est aduersus prohibitionem legis alienando rem dotalem. Nam etiam si verum sit plerumque contractus humanos validos fore, etiam in vtilitatem eorum, qui contrahendo peccauerint: quòd modò non

vacat examinare: attamen id verum est, quoties contract⁹ ipsi ex propria vi & natura vim, ac valorem habent: at vbi contractus minime valet ex propria vi, imò prohibitus & nullus est, nisi ex iuramento vim, & confirmationem accipiat: tunc non aliter confirmatur iuramento, quàm si iuramentum ipsum pro materia habuerit, & pro subiecto actũ immunem à culpa mortali, vel veniali. Nam vt iam in hac disputatione non semel admonuimus hic effectus confirmandi contractum non conuenit iuramento; quòd seruandum non est, nec seruari debet, aut potest absque periculo salutis spiritualis. Quale quidem esset iuramentũ istud, si præmitterem⁹ alienatẽ peccasse mortaliter alienando rem ipsam lege alienari prohibitam: atque ita paucis verbis, ac breuius quidem Andra. Alciat. in dict. cap. cum contingat. num. 96. Abbatis opinionem reprobat.

¶ Quinto libet ex hac controuersia inquirere intellectũ Taurinæ cõstitutionis; quæ quinquagesima est: & de arthris tractat, prohibes post veteres huius regni leges maritũ vxori arthas cõstituere excedẽtes decimam partem bonorum mariti, addit, huic legi maritum minime posse renuntiare, puniens grauisimis

uisimis pœnis tabellionem, qui hanc renuntiationem cōtractui arrharum adscripserit. Est etenim hac de re lex Fori. l. i. titul. de las arrhas. lib. 3. & dubitatur, an si fuerit arrharum promissio, & constitutio iuramento præstito facta: valeat vltra decimam bonorum partem, & teneat renuntiatio. & Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter vir. & vxor. §. 2. 4. in ea est sententia, vt opinetur, hanc arrharum promissionem, etiam vltra quantitatem lege regia præfinitam iuramento confirmari, ac validam esse. Nam regia lex, quæ prohibuit huc cōtractum principaliter prohibicionem constituit in fauorem mariti: tamen minus principaliter publicum fauorem respexerit: vt constat: ergo cum iuramento potuit optimè fieri huc prohibitus contractus iuxta Bart. conclusionem communiter omnium cōsensu probatam in dict. l. si quis pro eo. nu. 8. Et præterea donatio inter virum & vxorem constante matrimonio prohibita iuramento confirmatur: quemadmodum ex communi resolutione nos tradidim⁹ in rubri. de testament. 2. part. num. 10. Ergo & constitutio arrharum quacunque in quantitate, licet prohibita sit vltra decimam bonorum partem, iuramento confirmabitur: cum nulla sit maior ratio prohibitionis ar-

rharum, quam donationis inter coniuges. Sed cōtraria sententia, quod constitutio arrharum vltra decimam partē minime confirmetur iuramento, teneat Vincent. Episcopus, Montaluis, & Roderi. Xuates in dict. l. i. titul. de las arrhas. q. 3. præcipuam rationem adsumētes à decisione Bart. in dict. l. si quis pro eo. cuius veritatem paulo antè examinauimus: quia regia lex vltra prohibitionis dirigit in ipsum maritū. vnde iuxta sententiam Bar. nō potest contractus iuramento confirmari. Hęc verò ratio cessat ex eo, quod opinio Bart. non potest iure procedere: sicut paulo antè tractauimus: & tamen nihilominus ego cetero hanc interpretationem Vincentij, & aliorum ad l. regiam veriorē esse duabus rationibus, quarum prior adsumitur ab ea conclusione, quam probauimus superius in §. præc. nu. 8. vers. ceterum, dum diximus, minime confirmari iuramento contractum prohibicionem iure ciuili principaliter ob vtilitatem priuatam, quoties ipsa lex non tantum prohibet contractum: sed etiam prohibet eidem apponi iuramentum, ac tandem eundem contractum adhuc apposito iuramento improbat, & decernit nullum esse. Sic fanē regia l. i. titul. de las arrhas, libro 3. Foro Iuxgo. expressim statuit,

statuit. promissionem aut constitutionē arrharū vltra quantitatem regia lege præfinitam etiam apposito iuramento prohiberi: idem de renuntiatione non iurata, sed simpliciter, sancitū extat dicta regia & taurina l. 50. Idcirco nec iuramentū cōtractum istum cōfirmat. Posterior ratio procedit ab eisdem constitutionibus regijs, quæ prohibentes dationem arrharum vltra præfinitam quantitatem, contractum hunc nullum esse decernunt in fauorem nō ipsius promittentis arrhas: sed eius cōsanguineorum, quibus regia lex defert ius repetendi arrhas istas, quæ fuerint promissæ, aut datæ vltra quantitatem lege definitā. Qua ratione locus est vltimæ parti responsionis romani pontificis in d. ca. cum cōtingat. dum ab hoc iuramento contractum prohibitu confirmante, exceptit cuiuscunque; alterius à iurātē præiudiciū. Vnde apparet, hanc vltimam opinionē veriorē esse.

¶ Sexto ex præmissa resolutione deducitur veritas illius opinionis, quam in d. l. si quis pro eo. num. 9. Bar. explicat dicens, non posse confirmari iuramento cōtractum fideiussionis dotis receptioni accedētis: ea quidem ratione, quod lex prohibens dationem fideiussionis pro dote restituenda verba direxerit in ipsam personam, non in rem; atque ideo

hic contractus iuramento minime confirmabitur. Eandem opinionem sequuntur Anto. & Andr. Alcia. in dict. cap. cum contingat. de iureiuran. num. 218. qui aliam item rationem addidēre, censentes esse dationem istam fideiussionis contrariam bonis moribus propter perfidiam, quæ inter coniuges oriri posset: cōtingeret etenim odium viri in vxorem ex eo, quod ipsa, vel eius parētēs minime existimauerint vltimum esse, eiusque fidei, vt ei posset tutò dos committi & credi. Eandem opinionem præfens Bald. in repetit. l. 2. ff. de iureiur. col. 48. vers. sed cōtra. Ceterum quò res ista penitus intelligatur, ipse opinor, prohibitionem istam: ne dentur fideiussores à viro pro dote restituenda, proceffisse quidem à quadam honestate congrua, & æquitate, quæ dicat ab eo, cui vxor committitur, cuiusque potestati traditur absque vlla alia cautione, quam quæ à natura inest, nō esse fideiussionem cautionem dotis, & rerum dotium exigēdam: cum hæc sint multò minoris æstimationis, quam ipsius vxoris persona. Item nē forsan contempta viri fides causa sit, vel saltem occasionem præbeat alicui⁹ odij inter maritum & vxorem. Quæ fanē rationes non adeò vrgēt, quin à republica contrarium statui posset: ac forasatis ita

fieri oporteret, præsertim eo tempore, quo facillimè vxores ob maritorum culpam dori<sup>9</sup> iniquissimè spoliatur. Etenim prior ratio congrua licet sit, non tamen est necessària. Si quidem vxoris persona apud virum tuta est ob coniugalem dilectionem, & ob timorem punitionis imminētis viro à republica, si malè vxorem tractauerit. Deinde secundè ratio ni satis sit, dum quilibet recto præditus iudicio existimauerit neminem vlla esse dignum culpa, si proprium patrimonium absq; tutiori cautela nolit alteri tradere. Atq; ideo arbitrator, non esse bonis moribus contrarium, quòd à viro dentur si deiussores pro dote restituenda & conseruanda. Idcirco licet æqua sit prohibitio, honestati & dilectioni coniugali cõueniens: non tamen ita est in republica necessària, vt non possit lex in cõtrarium statui: & deinde sit bonis moribus contraria datio fideiusso<sup>9</sup>rum pro dote restituenda. Sic denique cessat ratio Antonij de Butrio, & Alciati. Ratio autem Barto. vera non est, nec conuenit huic quaestioni: quia lex nõ direxit prohibitionis verba in fideiussores, sed in ipsum virum: vnde quòd datio fideiusso<sup>9</sup>rum pro dote seu ipsa fideiussio iuramento præstito confirmetur, notant Abb. in fi. & Imola in decimo & vltimo membro

in d. cap. cum contingat. versi. circa secundum aduerte. Ang. & Paul. in dict. l. si quis pro eo. Salicet. Fulgo. & Corneus in authen. sacramenta puberum. q. 17. versic. 3. Bald. in l. iurigen<sup>9</sup> tium. §. si paciscar. ff. de pact. Bald. Nouel. in tracta. de dot. 6. part. priuileg. 21. limit. 12. Ioã. Campeci. de dote, in 3. parte quaest. 174. quorum opinio<sup>9</sup>ne dicens cõmunem esse sequitur Ioan. Lupi. in repetitio. capit. per vestras. de donario. inter virum & vxorem. §. notab. nume. 10. quo in loco tractat latè intellectum l. i. C. ne fideiussio. dori dentur, post Baldum, vulgò Nouellum in d. priuileg. 21.

Ex §. sequenti.

- 1 *Contractus à lege in odium. creditoris prohibitus minimè confirmatur iuramento: licet ipsum iuramentum seruandum sit.*
- 2 *Latè examinatur intellect. cap. debitorum. de iurciuran.*
- 3 *Intellect. cap. significante. de pignoribus. & inibi de pacto legis commissorie in pignorib.*
- 4 *Filiusfamilias, qui iuramento præstito mutuum contraxit: an possit opponere exceptionem Senatûscõsulti Macedoniani.*
- 5 *Fœmina an possit esse fideiussor iuramento præstito, non obstante beneficio Senatûscõsulti Velleiani.*
- 6 *Contractus prohibitus fauore debitoris: concepta tamen prohibitione in*

*ne in personam creditoris, an confirmetur iuramento.*

- 7 *Prohibitus exigere, an censetur prohibitus accipere ab sponte solente.*
- 8 *Contractus prohibitus aliqui cum prodigo, an eiusdem prodigi iuramento confirmetur.*

§. Tertius.



EX TA principalis cõclusio ex Bar. in d. l. si quis pro eo. nu. 10. in huc modum colligitur, ¶ Contractus à lege in odium creditoris, aut eius, cuius utilitatis causa sit, prohibitus, minimè iuramento confirmatur: licet iuramentum ipsum seruandum sit. probatur hæc conclusio in cap. debitores. de iureiuran. cap. 1. eod. tit. cap. significante. de pignor. Nam si quis vsuras soluere creditori promiserit, in cuius odium ratione naturali vsura prohibetur, & denique iurauerit, soluere tenetur: licet ex iuramento contractus minimè fuerit confirmatus. Hanc conclusionem Bart. sequuntur docto. communiter, vt testatur Phillip. Corneus in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. nume. 31. de eius tamen intellectu quòd ad eius sensum agendum est, ne perperam intellecta præter iuris, & autoris intentionem extensiones acci-

piat. Solet etenim Bart. in hoc sensu intelligi, vt velit iuramentum non confirmare contractum lege prohibitus: quoties ea prohibitio facta fuerit in odium creditoris: quia illicitè, & iniquè ex eo contractu acciperet. hoc ipsum probant tex. in d. cap. debitores. & cap. significante. notat. & sic interpretari videntur Barto. verba Paul. Castren. & Ange. in d. l. si quis pro eo. Anto. & Imo. in d. cap. cum cõtingat. 4. casu principalis, & Corneus in d. authent. sacramenta puberum. num. 31. imò fortassis, vbicumque iuramentum ex parte eius, cui præstitum fuerit, illicitum est, iniquè quidem extortum, vel ratione materiæ subiectæ iniquitatem præmittens, profectò opinor alienum esse à mente canonis, quòd velit hoc iuramento contractum cõfirmari: tamen si ipsum ob religionem sacramenti à iurante seruandum sit. Quod rationem habet ab eodè cap. cum contingat. vbi hanc vim confirmandi contractum iure prohibitus noluit romanus pontifex tribuere iuramento vi, metu, vel dolo extorto: idque maximam equitatem habet.

Effectus autè, qui ex hac cõclusionem sequitur, optimè explicatur à Bartolo. Nã, vt nos etiam adnotauius libr. 1. variar. resolu. capitu. 4. nume. 5. qui iuramentum hoc præstito-

SECUNDÆ PARTIS RELECTIONIS

rit, poterit petere à iudice ecclesiastico, quòd compellat creditorem hoc iuramentum, eiusque vinculum, & religionem iuranti remittere. text. in cap. 1. de iureiurand. Idemque peti potest à iudice seculari secundum Frederi. consil. 272. & Feli. in dicto cap. 1. nume. 22. ↑ aut denique ipse, qui iuravit petet ab ipso episcopo absolutionem huius iuramenti, quæ facillimè præstanda est eo ipso, quòd iuramentum ex parte recipientis iniquitatem habet. capitu. si verò de iureiurand. Abb. in cap. ad aures. de his quæ vi. Felin. in dicto cap. primo. nume. 16. quod & Barto. notat in dicta. l. si quis pro eo. nu. 10. adiciens quòd obtenta hac absolutione manet ipse debitor liber à contractu omnino, nec tenetur ex eo quicquam soluere creditori. **Quod** si ante absolutionem obtentam soluerit, poterit pecuniam solutam repetere, nec ad hanc repetitionem est necessaria absolutio à iuramento: text. in dicto cap. debitor. nisi etiam iurauerit debitor non repetere vsuras etiam post eorum solutionem: tunc etenim ad repetitionem præmittenda est absolutio: aut sanè locus erit auxilio text. in dicto cap. 1. de iureiurand. vbi hoc notant gloss. & docto. textus item & gloss. in cap. tuas. de vsur. Sed & si debitor iurauerit non re-

petere vsuras solutas, nec petere ab hoc iuramento absolutionem: nihilominus poterit absolutionem petere, Nec enim iuramentum, aut votum de non petenda absolutione, vel relaxatione ligat, quoties melius est, ac reipublicæ, vel saluti priuatorum conuenit, eam peti, notant Felin. in cap. constitutus. 4. col. de referi. idem in c. 2. de sponsal. col. 6. Florét. 2. par tit. tit 11. cap. 2. §. 9. col. 5. Et vt tutius res agatur, poterit peti absolutio ab hoc iuramento præstito de non petenda absolutione secundum communem. Imò præter hæc debitor, si nolit vt præscriptis auxilijs, denuntiabit apud iudicem ecclesiasticum peccatum creditoris vsurarij, denuntiatione quidè euangelica, cap. nouit. de iudi. q. si iurauerit non denuntiare, id iuramentum minime obligat tanquam illicitum. sicuti not. Thomas in 3. sentent. distinc. 39. artic. 3. ad finem.

Hæc autem, quæ de absolutioe, aut remissione iuramenti præstiti circa solutionem vsurarum diximus, procedunt priusquam debitor periurus sit ex mora commissa in soluendis vsuris: nempè quia dies non dum præterijt, intra quem soluere promiserat. Nam si periuurij crimine hæc ex causa iam est irretitus, præcisè soluere debet, ac demum poterit repetere: & præterea penitentiam agat commissi periurij: sicuti notant

§. TERTIVS.

91

notant Frederi. in consil. 300. in ii. Roman. in singu. 493. Cœpola consil. ciuili, 18. colum. 2. Nec ipse, cuius fauore præstitum est iuramentum, licet possit illius vinculum remittere, periurium tamen iam commissum remittere valet. Bart. in l. Labeo. ff. de iureiu. Bal. in auth. quod eis. C. de nupt. Aymon consil. 151. col. 3. aduersus Socin. in l. j. colum. penul. ff. solut. matr. in l. j. colum. tenuit, cuius opinio posset obtinere quòd ad pœnam periurij, quæ ipsi parti remittenti competere. Igitur debitor postquam in soluendis vsuris periurium propter moram incurrit, non obtinebit absolutionem: sed præcisè soluere debet in pœnam periurij: ac postea repetet vsuras solutas: quod etiam tenet Abb. colum. ij. & 5. in d. c. j. vbi Felin. num. 28. & Alexan. consil. 17. lib. 3. colum. 2. fatentur hanc esse communem opinionem eam sequuti.

Quæ illud obseruandum erit in hac specie, quam tractamus circa intellectum c. debitor. de iureiuran. de illo, qui vsuras soluere, & non repetere promiserit, iudicem posse nemine petente ex officio procedere aduersus creditorem, & eum compellere, vt remittat iurandam debitori vel ei restituat vsuras extortas: aut tandem absolutionem eidem exhibere à iuramento. text. in d. c.

tuas. de vsur. vbi Abb. & Anania. idem Abb. Anton. & Feli. in d. cap. j. de iureiur.

Superest tamen examinare, quanam ratione qui iuravit vsuras soluere creditori, teneatur omnino eas soluere sub reatu periurij: iuxta textum in dicto c. debitor. Etenim non possumus diffiteri iuramentum istud ex parte iurantis licitum esse ac seruari posse absque periculo salutis spiritualis. Vnde dubio procul in casibus quibusvsurarum solutio esset crimè mortale, vel veniale, minime teneretur debitor eas soluere: quod not. in c. super eo. de vsur. atque eadem ratione si quis causa pactionis simoniacæ aliquid dare iuramento promiserit, nequaquam tenebitur seruare iuramentum: cum illud etiam ex parte iurantis illicitum sit: quemadmodum in specie notat Io. Staphy. de literis gratiæ & iustitiæ, fol. 184. alleuerans iuramentum istud nullum esse nec ab solutione indigere. At iuramentum de vsuris soluendis ex parte creditoris, cui præstatur illicitum est: nec enim absque peccato mortali potest vsuras accipere: imò turpiter eas ad stipulatur, iuramentum & promissionem de eis soluendis iniquissimè exigat. Qua ratioe, si consideremus rationem text. in l. si ob turp. ff. de cõd. ob tur. cau. & prohibitionem iuris natural. diuini & humanæ

circa vsurarum exactiōnem, ac conventionē de eis soluendis, planē cōstabit ex hoc iuramento nullā adquiri obligatiōē, nec actiōē ipsi creditori. Nā & in d.c. cōtingat. de iureiu. animaduertit summus pōtēfex, vt iuramentum seruetur, nullā cōmissam fuisse turpitudinem in eiusdem iuramenti exactiōne. Ex ipsa verō promissione simplici absque iuramento palām est creditori nullam adquiri obligatiōem, nec actiōnem. Igitur iniquum videtur quod in d.c. debitores. responsum extat: nempe, cogendum fore debitorem petente creditore vsuras soluere, quas iuramento præsūto promisit.

Idcirco aduertendum est, in hac specie ratione iuramenti obligatiōē & actiōnem Deo principaliter adquiri in fauorē tamen, & vtilitatē creditoris: tanquā is fuerit solutiōni adiectus. Hoc probatur in d.c. debitores. dum statuitur debitore reddere debere iuramentū Deo. Ipse autē creditor, vt adiectus solutiōni Dei noīe aget equidē vt iuramentū obseruetur: & poterit remittere illius obligatiōē, & vinculum. Si quidem adiectus solutiōni ad propriam vtilitatem potest si sibi fuerit quo quomodo satisfactum remittere obligatiōnem. §. planē. Inst. de iur. stipulat. ex quo apparet, posse fieri adiecto solutiōnem inui-

to stipulante: atque ita ratio ne ista procedit text. in d.c. de bitores. & in d.c. j. de iureiurā. sicuti eleganter explicat Fortu. in c. j. de pact. num. 27. ex quo possunt plura deduci.

¶ Primū ex hoc intellectu constat, nec principaliter, nec vt aiunt, secundario adquiri obligatiōem creditori ex promissione iurata de soluendis vsuris, quod notant Anto. & Imo. 2. colum. in d.c. debitores. Fortu. in d. num. 27. tamētū Abb. in d. c. j. de iureiurā. & penult. colum. Card. Feli. & alij frequentiori consensu existimauerint ex promissione iurata de soluendis vsuris Deo principaliter, secundario creditori adquiri obligatiōē quod ex præsūta ratione nō potest congruē defendi.

Secundo infertur, Barto. nō rectē loquutum fuisse hac in materia in l. scius Augerius ff. ad l. Falcid. dum dicit contractum à lege prohibitum in odium creditoris, confirmari iuramento: licet detur debitori repetitio post solutiōnem: hoc etenim falsum est. Nam iuramentū in hoc casu minimē confirmat contractum: multis quidem rationibus. Et præsertim, quia iure naturali hic contractus nullus est omnino nec vllam inducit obligatiōnem non tantū iure humano: atque ideo impossibile est quod iuramento confirmetur. Dein  
de iur

de iuramentum illicitum ex parte eius cui præsatur, nufquam confirmat contractum quod iam non semel admonuimus. Quod si contractus hic iuramento cōfirmaretur nufquam esset locus repetitiōni: & tamen Bart. fatetur, dari debitori repetitiōnem, sic sanē rectius Bartol. idem in d. l. si quis pro eo. dixit, iuramentum seruandum fore: non tamen contractum confirmari: atque ideo repetitiōnem post solutiōnem debitori cōpetere

¶ Tertio hinc tollitur difficultas, quæ circa text. in d. ca. debitores. passim adducitur: nempe qua ratione ibidem accessorium, id est iuramentum, non sequatur naturam principalis: cum contractus principalis ibi nullus sit: iuramentū autem omnino sit validum & seruandum. Etenim Hostien. Panor. & docto. communiter existimant reg. accessorii. de reg. iur. in vj. parū obesse decisiōni tex. in d.c. debitores. quæ est diuersa ratio principalis, & accessorij: cum principale tendat in fauorem partis iniquē exigentis, accessorium in reuerentiam diuinæ maiestatis, cui reddenda sūnt iuramenta. Hæc verō solutio etiam si vera sit, non tamen conuenit, nec est necessaria ad intellectum huius obiectiōnis. Si qui dē in hac spē nulla datur principalis obligatiō, cui iuramen-

tum accedat. Nam & ipse Panorm. in ca. j. de iureiur. col. penult. scribit in hoc casu principalē obligatiōē Deo adquiri secundariā parti. Ex quo, etiā si eius opiniōē aliqua ex parte paulō antē reprobauerimus, colligitur iuramentum esse hic principale, non accessorium. Quamobrem cum iuramentum hic principaliter extet, & valeat: frustra quaeritur, cur accessorii nō sequatur naturā principalis: quod Fortun. admonet in d. c. j. nu. 27.

¶ Quarto, ex hac interpretatiōne poterit lector faciliē plures tollere obiectiōnes, quæ à glōf. & docto. opponuntur dictæ decisiōni, quæ in c. debitores. continetur. omnia enim illi responsiōni opposita cessant si consideremus, ratione iuramenti seruandi soluendas esse vsuras absq; aliqua obligatiōne principali: nec posse ante absolutiōē aut remisiōnem iuramenti ipsum debitore aliqua cōgrua vti defensionē vt non teneatur vsuras creditori soluere.

¶ Quinto, ex his manifestum fit. tex. in d.c. debitores. admittendū fore, etiā si constet contractum vsurarium esse: secundū Car. Fel. & doct. ibi. imo si expressim debitor iuramento præsūto promiserit pro decē sibi mutuatis dare, ac soluere creditor i duo decim vbi manifesta est vsura, obrinebit illius  
m iij

c. decisio: quod ita verum esse censent inibi Card & Fel. col. 1. quòd si debitor iuratus asseuerauerit in contractu se creditori debere duodecim pro decem sibi mutuo datis: tunc non est locus huic decretali responsioni: quia promissio censetur erronea, & impossibilis quòd ad duo. Est et. nim impossibile quòd pro decem mutuo datis statim debeantur duodecim: atque ideo propter errorem præsumptum non est in hoc casu admittenda decisio text. in d.c. debitores. quem admodum visum est Aretino 1. col. um. & Francisco Purpura 1. col. um. 35. in l. Rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. potius equidem præsumendus error est, quam delictum vsuræ l. merito. ff. pro soc. Hæc autem dicta sunt de intellectu text. in d. c. debitores. quem Bart. adducit pro eius conclusione comprobanda. Adducit præterea idem Barto. ¶ decisionem text. in c. significante. de pignori-  
 bus quasi velit ex eo probare, Quòd pactum legis commissoriae in pignoribus alioqui maximè improbatum, minimè confirmetur iuramento: ita metisi iuramentum seruandum sit, donec absolutio ab eo detur, vel remittatur à creditore. Et sanè de pacto legis commissoriae qua ratione sit in pignoribus improbatum, tradidit latè lib. 3. variarum resolu-

tion. cap. 2. num. 6. & sequentibus. Atque præter ibi adnotata erit hoc loco animaduertendum, Pactum legis commissoriae in pignoribus minimè confirmari iuramento: cum id reprobaturum sit in odium creditoris, ex eo, quòd vsuræ vitium habeat: sed tamen iuramentum hoc seruandum donec vel remittatur à creditore, vel detur absolutio ab Episcopo. argum. d. c. debitores. & est optimus text. in d. c. significante. quo in loco hoc adnotarunt Innocè. Abbas & doct. Bar. in d. l. si quis pro eo. num. 10. Guido Papæ q. 6. Delphinat. Anton. Fanensis de pignori-  
 bus. 4. parte. nume. 4. Andraz. Tiraquel. lib. 2. de retrac. in si. nume. 119. Fortalsis iuramentum appositum in pignoribus pacto legis commissoriae habebit eum effectum, vt res pignori data, maneat post redemptionis tempus penes creditorem vendita, non equidem pretio mutuatæ pecuniæ, sed iusto arbitrio boni viri definendo: ita vt creditor possit rem ipsam retinere, adiiciens eam pecuniam, quæ iuxta boni viri arbitrium deficiat quòd ad iustam ipsius rei estimacionem: quod ipse colligo ex his, quæ Antoni. Rubeus scribit in consi. 134. ad finem. Ex eadem principali conclusione Bar. infert ad Senatusconsultum Macedonianum, ¶ vt tandem si filius

filius familiæ macedoniano renuntiauerit prætitio iuramento, teneatur soluere mutuo sibi datam pecuniam creditori, vel absolutionem petere à iuramento: tamen si non confirmetur contractus mutui iuramento isto: imò post solutionem poterit à filio familiæ reperi soluta pecunia. Hæc sunt ferè Bart. verba, cuius ea est ratio, quia contractus mutui dati filio familiæ prohibitus est lege ciuili in odium ipsius creditoris. l. j. ff. ad Macedon. l. 4. titu. 1. part. 5. Huius etenim senatusconsulti auctor fuit Vespasianus Imperator, vt Tranquillus testatur in Vespasiano cap. 11. Caufam ei dedit Macedo, qui inter alias sceleris causas, quas illi natura administra-  
 bat, auctore Vlpiano, etiam æs alienum adhibuisset, & sæpe materiam peccandi malis hominibus præstaret, qui pecuniam, ne quid amplius diceret, in certis hominibus crederet. Ea etenim ratione placuit, ne cui, qui filio familiæ mutuatam pecuniam dedisset, etià post mortem parentis eius, cuius in potestate fuisset, actio, petitiòque daretur: vt scirent qui pessimo exemplo fœnerarent, nullius posse filij familiæ bonum nomen expectata patris sui morte fieri. Hactenus Iuriscultus in d. l. j. cuius autoritate Bar. præmissam adnotauit conclusionem, quæ

quibusdà dubia videtur. Nam Panor. in d. c. cum contingat. nu. 22. censet, iuramentum in hoc casu omnino nullum esse, nec indigere absolutione: ea ratione quòd contractus hic occasione peccandi præbeat. Ant. autem, & Imo. in d. c. cum contingat. num. 67. tenent, iuramentum validum esse: absolutionem tamen ab eo præstendam fore, vbi in ea prouincia multa mala contingere soleat ex his mutuis, quæ filiis familiæ sunt: presertim circa vitæ parentù, quibus infidias quandòque parauerint. idem notat Corn. in auth. sacramenta puberum. nu. 31. C. si aduers. vendit. Ego verò difficilem esse existimo hanc Bar. conclusionem, cuius examini præmittò iuxta communem sententiã, filium familiæ absque iuramento non posse renuntiare huic exceptioni quæ sibi competit ex senatusconsulto Macedoniano: cum ea exceptio non tantum concernat vtilitatem ipsius renuntiantis, sed etiam parentis, & denique publicam ferè ob euitanda pericula, quæ parentibus solent imminere ex his mutuis: quemadmodum constat in d. l. j. tamen si aduersus communem Zasius lib. 2. singu. respon. ca. 28. conetur probare, posse filium familiæ absque iuramento renuntiare huic exceptioni, quæ ex senatusconsulto Macedoniano si-

bi competit. Deinde illud fit hac in re constitutissimum, quod filiusfamiliās, etiam si habeat hanc exceptionem, si tamen soluerit mutuo datam sibi pecuniam ipsi creditori, minimè possit repetere solutam pecuniam. l. qui exceptio nem. ff. de condict. in deb. text. insignis in l. sed & si pater. §. vlti. ff. ad Macedo. Quia hi deum, inquit Ulpianus, solutū non repetunt, qui ob pœnam creditorum liberantur actione: non quoniam exonerare eos lex voluit. Ex quibus verbis item apparet, filiumfamiliās non obstantem Macedonia ni exceptionem in animæ iudicio verè teneri ad solutionem mutuatae sibi pecuniae, & quidem ipsi creditori. Est etenim manifesti iuris creditoribus de negari iure civili actionem in pœnā: non tamè ex hoc ipsos debitores ab aere alieno liberari, nec ipsos creditores propria pecunia à lege priuari: tantum sanè actione apud iudicè exteriorè proponenda priuantur: atque ita hæc opinio verior est, & eā sensit Fortuni. in l. veluti. ff. de iusti. & iure. col. 8. vt certè hinc appareat quò ad forū animæ hac in questione plurimū a vero diuertisse Inn. & Panor. in c. quia pleriq. nu. 26. de immuni. ecc. Iasonè in §. actio nem. nu. 35. Inst. de actioni. A. dr. quolib. 6. vers. infertur primò. & Alciat. in c. nouit. de iud. nu.

16. qui quadā vtūtur distinctione in hac quaestione: quæsi velint, tūc in animæ iudicio filii teneri ad solutionem pecuniae sibi mutuo datæ, cum nullum ex his malis, quæ lex præsumit, ex mutui datione contingerit. Nam etiam si hoc euenerit, non apparet creditorem à lege priuari propria pecunia, nec filiumfamiliās debitorem ab eius solutione liberari. Sic & Bart. in l. si pœna. ff. de condictio. in deb. scribit, liberationem iure pœnæ causā contingentem minimè liberare debitorem in animæ iudicio. Cuius opinionè sequitur ibi Alexan. dubitat tamen de eius veritate Paul. Castrensis in e. l. si pœnæ. & eam opinionem reprobant Panor. in c. vlt. de præscrip. col. 3. idem in c. nouit. de iudic. num. 33. Fortuni. in l. veluti. col. 7. ff. de iust. & iure. Nec tamen eorum opinio his, quæ modò diximus, aduersatur. Aliud etenim est, quòd lex civilis in pœnam & odium creditoris ab actione iudiciali tantum liberet ipsum debitorem, & tunc nihilominus tenebitur in animæ iudicio debitam pecuniam soluere. Quia lex civilis noluit exonerare debitorem, licet actionem negauerit creditori in pœnam: & hoc casu in hunc sensum accipienda est: aliud quòd lex civilis debitorem in pœnā creditoris à debito

bito exonerare voluerit, ac liberauerit: & planè in hac specie autoritate legis humanæ, iustæ etiam in animæ iudicio debitor ipse liber erit, nec tenebitur quidquam creditori in conscientia foro soluere. vtroque tamen casu si debitor creditori soluerit, minimè habebit ius repetendi per condictionem indebiti: quia per eam solutionem visus est renuntiare legi pœnali, quæ cum actione, vel debito liberat: nollèque ea vt: quod in d. l. si pœnæ. probatur: & explicat optimè Fortun. in d. l. veluti. col. 7. ex quibus ad Bar. conclusionem ipse infero, falsum esse quod ipse Bar. scribit, dum asseuerat, filiumfamiliās, qui mutuo sibi datam pecuniam soluere iurauerit, si semel is iuramentum seruauerit, ac soluerit, posse eam pecuniam repetere. Nam etsi absque iuramento soluerit, minimè habebit repetitionem: vt modò diximus: igitur fortiori ratione nec repetere poterit si contractum iurauerit: cum multò maior sit tunc vis ipsius contractus. Et præterea non opinor esse congruam Bar. illationem ex eius conclusione principali: siquidem illa tunc vera est, quando creditor inique, & illicitè ex contractu acciperet, & contraheret. At in præsent. casu, etiam si creditor iniquè contraxerit, ob prohibitionem senatusconsulti: non

tamen iniquè accepit pecuniā à filiofamiliās sibi mutuo datam. quod satis ex præmissis constat. Vltimo exitimo ab hoc iuramento non esse dandā ab solutionem ad effectū, vt possit filiusfamiliās opponere exceptionem Macedoniani: nisi admodum vile esset quieti rei publicæ propter multa mala, quæ ex his mutuis in ea provincia contingere solent, secū dum Ant. Imo. & Com. qui simul & alij absque villa controuersia fatentur, ante absolutionem obtentam nō posse debitorem filiumfamiliās aduersus creditorem exceptionem senatusconsulti opponere. Quæ ratio perpena opus nō est in hac quaestione tractare, an contractus hic confirmetur iuramento.

¶ Septima conclusio, quæ ex Bart. commentariis colligitur, eadem serè est, quam superius tertiam constituimus in hunc sanè modū: Contractus lege civili prohibitus fauore debitoris, eius iuramento confirmatur. auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vè. quā conclusionè nō aliter probare conabor, quàm his, quæ ad probationè tertiar principalis conclusionis adduximus. Ex ea verò Bar. infert ad contractū fideiusionis per fœminā gestū, qui senatusconsulto Velleiano improbat in fauorè fœminatū, quas ob earū facilitatè noluit pro aliis intercedere fideiusionis causa.

Nā si fideiusionis cōtractum forma iurauerit, cōtractus is iuramento confirmatur. Huius quæstionis examinatio exigit, vt præmittamus, mulierem in iudicio posse renuntiare expressè absque iuramento beneficio Velleiani, si certa sit de eius auxilio. l. vltim. §. penul. ff. ad Velleian. extra iudicium autem non potest expressè adhuc renuntiare, etiā si certa sit: quia eadem facilitate, qua inducitur ad fideiubendum, eadem & ad renuntiantium. l. doli. §. diuerfime. ff. de nouat. notant docto. in l. vlti. C. ad Velleian. quam distinctionem dixit esse commune Imola in cap. ex rescripto. de iureiurand. quibus quidē præmissis illud certò constituendum est, etiam extra iudicium valere renuntiationem expressam huius beneficij, si mulier hanc renuntiationem, vel cōtractum iurauerit: quod communi omnium sententia receptum est. Imò secundum consuetudinem sufficit renuntiatio expressa huius beneficij, etiam sine iuramento, etiā extra iudicium: vt testantur Imola & Felin. in d. cap. ex rescripto. colum. 4. & docto. in l. vlti. C. ad Velleian. Dubium verò in hoc vertitur, an fideiussio mulieris iurata simpliciter absque renuntiatione Velleiani, sit sufficiens ad hoc, vt huic beneficio renuntiatum ef-

se videatur? & sanè iuramentū hoc sufficere, & habere vim certiorationis, vt aiunt, id est certæ scientiæ apud forminam quod hoc auxilium habeat: te nuerunt Bartol. in di. l. si quis pro eo. num. ii. idem Barto. in authent. sacramēta puerum, C. si aduers. vendit. & ibi Ang. & Paul. Castr. Abb. Imo. & Felin. col. 4. in dict. cap. ex rescripto. idem Felin. in cap. si diligenti. de for. compet. post Anton. ibi, Alexand. & Iason in l. in repudienda. ff. de acq. hæredit. Roman. & Alexand. in l. sciendum. num. 30. ff. de verb. obligat. eandem opinionem sequuntur dicentes communem esse Antoni. Burgenf. in cap. penulti. num. 36. de emptio. & vendit. Alexan. in cōs. 27. lib. i. col. 3. Curti. iunior consil. 47. colum. vlti. cui sententiæ & alij plures subscribere, quorum meminit Andr. Tira. in l. si vnquam. C. de reuocan. donat. in prin. nu. 131. & in tracta. de legib. connubialib. in glo. §. nu. 148. huius opinionis præcipua sumitur autoritas ex dict. cap. ex rescripto. vbi probatur, posse forminam fideiubere iuramento præstito, atque hanc fideiusionem validam esse, non obitante beneficio Velleiani. eandem sententiam fatentur communem esse Iason in dict. authent. sacramēta puerum. na. §. 6. & Imol. in dict. cap. penul. contraria tamē opinio

opinio nec autoribus, nec rationibus delectata est. Nam iure verius quibusdā videtur, forminam etiam præstito iuramento fideiubentem non ex hoc renuntiasse beneficio Velleiani, ea quidē ratione, quòd iuramentū minimè extendatur ad incognita, vel incogitata. cap. veniens. cap. quintaullis. de iureiurand. propter defectū consensūs. l. vlti. C. de non numerat. pecunia. forma verò præsumptionem habet, quòd hoc beneficium ignoret ob sexus fragilitatem. l. si emancipata. C. de iuris & facti igno. l. in bonorum. ff. eo. tit. not. in l. iuris ignoratā. C. qui admit. Sic denique hæc posteriore opinio sequuntur Ioan. Andræ. in additionibus ad Speculam, titul. de renunt. & conclu. col. 3. Imola & Areti. in di. l. sciendum. col. ii. Hipp. in rub. ff. de fideiussori. nume. 38. Imola in di. cap. penulti. de empti. & vendit. Iason in dict. authent. sacramēta puerū, num. 56. Imò & hanc opinionē sequutus dixit communē esse Bal. in consil. 47. lib. i. eandem plures alij sequuntur, quos citat Andræ. Tiraq. in dict. l. si vnquam. in princip. nu. 146. à quo tamen cauendum est, nā in allegadis autoribus hac in quaestione quādoque fallitur. Et sanè si vera est communis sententia, quæ adseuerat, extra iudicium non posse formi-

nam renuntiare beneficio Velleiani: satis operabitur iuramentum, vt confirmet expressam, & speciale renuntiationem: nec tamē efficiat renuntiationem vbiq; subintelligi, eamque validam fore. Nec obierit text. in dict. cap. ex rescripto. Etenim eo ipso, quòd romanus pontifex inibi statuit forminam compelli ad solutionē pecuniæ, pro qua fideiussit, præsumendum est, forminam vel expressim renuntiasse beneficio Velleiani, vel eo tempore, quo fideiussit, certam fuisse huius auxilij. Quod ita verisimile est; si considerem⁹ cautissimè proprium negotiū in specie illius cap. creditorem egisse. quam ob rem etiam si prior opinio communis sit, hæc tamen posterior magis iuri, & rationi consona est.

¶ O Etiam conclusio ex Bart. colligitur. † Cōtractus nequaquam iuramento confirmatur, quoties is prohibitus fuerit fauore debitoris, concepta tamen prohibitione in personam creditoris. cuius rei exemplum sit, si lex ita prohibuerit: Nemo cum minore cōtractum faciat: Nemo cum fratre hunc, vel illum cōtractum gerat. Nam & si formina vel minor iurauerint cōtractum istum prohibitorum à lege minimè is cōfirmabitur: cum nec minor, nec formina prohibeantur cōtrahere: sed ipse creditor

ditor etiam fœmina, vel minore volente prohibetur accipere. adducit Bart. glo. in l. inuitus. §. vlti. ff. de regul. iur. quæ probat, ¶ prohibendum accipere non posse etiam ab sponte solvente adsumere: quod frequētissimi iuris est in salariis, stipendiis, & sportulis iudicum, tabellionum, & aliorum, qui publicis funguntur muneribus. optimus text. iuncta glo. ibi verb. volente. in cap. exigit. de censu. in vj. & in cap. statutum. §. assessorum. de rescip. in vj. qua in re illud est obseruandum regulariter prohibitum exigere posse recipere ab sponte solvente. text. in cap. dilectus. in ij. ad finem de simonia, nisi & is prohibitus sit accipere: tunc etenim verum est, cum nō posse ab sponte solvente quidquā adsumere, text. singul. in l. j. §. proinde. ff. de varijs & extra. cognit. gl. in l. ij. verb. sed præstari. ff. de orig. iur. glo. in dict. cap. exigit. verb. volente. Bart. & Deci. in dict. l. inuitus. §. vlt. glo. & ibi doct. in cap. j. de simonia. Florenti. 2. par. titu. 1. cap. §. §. 6. Ioan. Maior. in 4. sentent. dist. 27. q. 4. quod si ob publicam utilitatem quis sit prohibitus exigere, profectō etiam ab sponte solvente accipere non poterit. Hoc etenim probatur in dicto §. assessorē. & in d. cap. exigit. notat Deci. in dict. l. inuitus. §. vltim. idem Regiis constitutionibus con-

stat: quibus iudices, aliiq; publica munera obtinentes prohibentur ob publicam utilitatem exigere aliquid præter familiaria, & sportulas consuetas, iurēque definitas: atque eodē modo puniuntur, si ab sponte dātibus acceperint. Interest enim reipublicæ, iudices, tabelliones, & quoscunq; alios, penes quos iustitiæ cultus, & ministeriū tractatur, omnino imunes esse à muneribus: vt quidquā etiā à volentibus minime accipiant: ne iustitia periclitetur vel pretio præsentis, vel spe futuri, etiā sponte præstadi. Non diffiteor in animæ iudicio ab obligatione restituendi excusari eum, qui post actum perfectū aliquid ab sponte, & omnino liberē dante receperit: quoties lex humana exigere prohibuit ob quācūq; causam. quod sensit Ripa in tract. de peste. vltima parte. §. de medicorum. nu. 113. tamen in foro exteriori hæc vltima opinio nō admodū cōgrua sit, nec ita facile admittenda: quidquid idem Ripa & in hoc casu senserit. Verū quo ad Bar. opinionem, si lex in fauorē debitoris, etiā creditorē ipsum cōtrahere prohibuit, in ipsū prohibitionē dirigēs: nō tātū iuramentū, cōtra cū accedens seruandum erit, quod Bar. fatetur: sed & contractus ipse cōfirmabitur. Et enim iuramento præstato debitor potuit, & visus est renū-

tiare prohibitioni in eius fauorem inducitur: atque hæc renūtiatio propter vim iuramenti effectum habet confirmandi cōtractū. cap. cum contingat. cap. quauis pactū. de cuius interpretatione modo agimus. Authen. sacramēta puberum. C. si aduer. vendit. nec oberit quod Bar. adducit ex l. inuitus. §. vlt. quia in hac specie, quam modo examinamus, creditor in fauorem principalem debitoris prohibetur accipere: atq; ideo virtus iuramenti efficit, vt contractus confirmetur.

8 ¶ Nona conclusio: ¶ Contractus à prodigo gestus minime confirmatur iuramento. Hæc assertio tractata fuit à Bar. obiter in dict. l. si quis pro eo. col. penulti. sed ab eodē expressim probata in l. si cui bonis. ff. de verb. obliga. vbi eam tenet Bal. Angel. Paul. Alexā. & Iason: quorū ratio potissima est, Quia iuramentū prestitū à prodigo, iudicio quodāmodo caret: atque ideo nō tenet, aut saltem non potest hunc effectū habere, vt cōfirmet cōtractū quē lex ratione deficientis iudicij improbat. ca. & si Christus. de iure iuran. & præterea contrahens cum prodigo certe in mala fide quasi constituitur, ex eo, quod contraxerit cum eo, qui ob defectum iudicij, & discretionis contrahere prohibetur. atque ita hæc opinio communis est secundum

Alcat. in dict. cap. cum contingat. nume. 138. Alexan. Iasonē & Ripam in dict. l. si cui bonis. nu. 17. quo in loco latē questio nem istam disputauit Ripa. His accedit, quod prodigus, cui bonis interdictum est, furiosō equiparatur. d. l. si cui bonis. l. j. C. de curat. furiosi. l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quibus caus. in posse. eat. l. si qui. §. diuusu. ff. de tutor. & curato. dat. ab his. §. furiosi. Inst. de curator. sic sanē Frederic. consil. 31. eandem opinionem communem sequitur Bertran. cō. 47. lib. 2. Cōtrariū sententiā, quod cōtractus à prodigo, cui bonis interdictū est, factus iuramento cōfirmetur, probare cōnātur Anto. à Butrio & Imola in ca. cū contingat. Roman. & Aret. in d. l. si cui bonis. Capel. Tholosana. 498. ea quidē ratione, quod cōtractus prodigi prohibetur in eius utilitate, & fauorē: ergo iuramento confirmari poterit: authēt. sacramēta puberū. cū his, quæ ad idē solent allegari. Hæc tamē ratio parū vrget. Quia non tātū prohibetur prodigus cōtrahere propter eius fauorē: sed & propter defectū iudicij: sicuti furiosus. Etenim in rebus propriis administrādis qui prodigus est, dubio procul quō ad hoc iudicio carere videtur. Adducitur & contra communem altera ratio. Nam prodigus adulto curatorē habenti cōparatur. l. si cura-

fi curatorē. C. de in integr. restit. Sed adulus etiam curatorem habens iuramento obligatur efficaci quidem obligatione. dicitur authentic. sacramenta puberum. igitur & prodigus Huic argumentationi respondetur facillimè: si quidem prodigus cum alienat curatoris auctoritate æquiparatur ad id habenti curatorem. at cum alienat absque auctoritate curatoris similis est furioso. Et ideo eius alienatio etiam cum iuramento indiscreta est, & iudicio caret: eaque ratione mirum non est, eam nec tenere, nec confirmari iuramento. Unde communis opinio verior est. Cui etiam suffragatur, quod cum non careat præsumpta fraude is, qui cum prodigo contrahit. l. si quis cum sciret. ff. pro emptore. videtur iuramentum ab eo præstitum dolo extortum fuisse: idcirco minimè confirmat contractum dicitur. cap. cum contingat. cum similibus. Et præterea contractus à lege prohibitus ratione fraudis præsumptus non confirmatur iuramento: ut Bartol. explicat, quem alij frequentiori suffragio sequuntur in l. omnes populi ff. de iustiri. & iur. ij. q. iij. q. princip. Cardina. Imola, & Panormita. in di. ca. cum contingat. argumen. l. vitim. C. de non numer. pec. cu. quasi dolus, & fraus consensus saltem liberum impediât,

præsertim quia prodigo administrationis interdicatur propter faciles, ac admodum frequentes deceptiones, quæ fieri possunt his, qui hoc vitio laborant ex defectu integritatis iudicii, qui contingit, ac procedit ab ipsa prodigi cupiditate, quæ eius iudicium cæcum reddit. quem admodum & in hac specie Panormita. explicat in di. cap. cum contingat. col. 12. vers. in eum tamen, quod dominus Antonius. quibus tandem effectum est, ut opinio Bartoli æquior, ac verior semper visa fuerit.

Ex §. sequenti.

- 1 Confessio absente parte facta iure canonico præiudicat consenti.
- 2 Promissio facta alteri per alterum iure canonico valida est. & nu. 4. & 9.
- 3 Stipulationi, quæ alteri per alterum fit, non resistit ius civile, & auoriatur ex ea naturalis obligatio & num. 4. 6. & 10.
- 4 Pœna adiectio nulla est, si principalis ipse contractus sit nullus.
- 5 Naturalis obligatio dupliciter consideratur quò ad intellectum iuris humani.
- 6 Humana lex potest contractus quosdam pro communitatis utilitate prohibere, qui iure naturali non sint improbi.
- 7 Reidotalis prohibita alienatio impedit naturalem obligationem oriri: & tamen alienatio iuramento confirmatur.

- mento confirmatus.
- 8 Naturalis obligatio quæ sufficiat ad impediendam repetitionem scient. r soluti per iuris errorem.
  - 9 Variè potest concipi stipulatio, quæ alteri per alterum fit. Cui nec assensit nec resistit ius civile. & nu. 10
  - 11 Stipulatio alteri per alterum contracta iuramento valida fit, & confirmatur.
  - 12 Pactum nudum quod sit.
  - 13 Pactum nudum iure civili nec obligationem, nec actionem producit: quid si sit iuratum. & nu. 15
  - 14 Iure pontificio pactum nudum obligationem & actionem habet.
  - 15 Pollicitatio an iure canonico obligacionem, & actionem inducat.
  - 16 Iuramentum an operetur, quod ex pollicitatione orjatur iure civili obligatio & actio detur.

§. Quartus.



Andem materiã Bart. examinans proponit aliã conclusionẽ, quæ iuxta ordinẽ præscriptum decima est, Contractus cui nec lex assensit, nec resistit, iuramento confirmatur, Huius conclusionis probatio ea est, quod in specie nec iuramentum ex parte iurantis, nec ex parte illius, cui fit, ullam turpitudinem habet: nullus etenim quicquam contra legem contrahendum committit: idcirco locus est regulę traditę in d. c. cū cõtingat. quã in tertia conclusione superius explicuimus. Quã obrem non video aliquam super hac Bart.

sententia tractari controuersia, quæ ipsam dubiã efficiat: tamen illationes à Bar. irradat du bix perisq; videãtur: quas ob id oportet expèdite diligenti. ¶ Prima Bar. illatio fit ad intellectũ l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. Etenim stipulatio alteri per alterum facta, licet iure civili effectum nõ habeat: tamen si iuramentum ei accesserit, valida est: quia eidẽ ius nõ resistit: & si nõ adfuerit, hanc opinionẽ Bar. probat gl. celebris in cap. quoties cordis oculus. j. q. vij. quæ satis in specie vult, iure canonico, maxime si accesserit iuramentum, stipulationẽ alteri per alterum factã validã esse. ex cuius gl. verbis duo colliguntur. Primum iure pontificio stipulationẽ alteri per alterum factã presentĩ actionẽ adquirere, atq; ideo licet aliã iure civili confessio facta parte absente siue in iudicio, siue extra iudiciũ nõ valeat, quò ad probationem plenã. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. gl. in cap. vlt. eo. ritu, vbi Abb. nu. 15. & doct. cõmuniter in l. genera liter. C. de nõ num. pec. tradit Fel. in c. si cautio. de fide instr. Hipp. in Rub. C. de proba. nu. 89. idem in singul. 202. quò ad semiplenam verò probationẽ valet, etiã facta extra iudiciũ. Bart. in l. admonendi. num. 48 ff. de iure iurand. Abb. per text. ibi in capitu. vlti. de success. ab intest. idem Abb. num. 7. Imo. Relect. Didac. Couar. n

& Felin. nu. 30. in d. cap. si cautio. Attamē iure canonico hęc cōfessio etiam extra iudicium facta absente parte, valida est, & quō ad plenam probationē præiudicat consententi, etiam si verba in absentem dirigantur: sic deniq; ex dicto glo. adnotarunt Anto. & Imol. in d. cap. si cautio. vbi Felin. nu. 2. 7. asserit, hanc opinionem tanquam pluriūm autoritate comprobata tenendam esse, quam etiam sequitur Hipp. in dict. rub. C. de proba. nu. 92. & in dict. singul. 202. & Alcia. in d. cap. cum contingat. nu. 228. fallitur tamen, dum requirit, quōd hęc cōfessio iurata sit. Procedit etenim gloss. & cōmunis opinio ab ea deducta, etiam in cōfessione, quæ iurata non sit. nec id mirū cuiquam videri debet: quia cōfessio ius nullum tribuit: sed iam inductū probat. l. Publia. ff. de pos. & ibi Paul. Cast. Nec ramen omnino deducitur ex dict. glo. quia illa non tractat de confessione: sed de promissione & stipulatione: & præter ea loquitur in eo casu, quo verba obligationis diriguntur in præsentem, licet exequutio in absentem concipiatur.

3 Ipsa autem conclusio principalis, quæ ex dict. glo. colligitur: † nempe iure canonico validam esse promissionem alteri per alterum factam, recepta quidem est per Anton. & alios in dict. cap. si cautio. Bald. in l.

illud. C. de sacrosanct. ecclesi. quibus accedit ratio glo. in l. j. ff. de pact. quo in loco glo. & Bartol. tenent, stipulationem alteri per alterum factam pactum quidem esse: etiam si nudum sit. Sed ex pacto nudo iure canonico actio oritur. ca. j. de pact. igitur & ex hac stipulatione obligatio & actio que ritur: atque ita hanc opinionē defendit Fortun. in d. l. j. ff. de pact. nume. 23. qui latē eius rationes considerat: eam præcipuē, quæ dicitur naturalē obligationem adquiri stipulati ex hac stipulatione alteri facta: sicuti probat glo. in dict. l. stipulatio ista. §. alteri. verbo interest. vbi Barto. & docto. eam sequuntur. Idem Bart. in l. cum lex. & in dict. l. si quis pro eo. col. penulti. ff. de fideiuss. quorum opinio quō ad hanc rationem communis est: secundum Iasonem in dict. §. alteri. num. 20. & Fortu. in dict. l. j. num. 24. ff. de pact. qui pro hac communi hac item ratione vtiunt. Nā stipulationes in hoc ipsum iure iurati inuentæ, ac inductæ sunt, vt quis sibi stipuletur, quod eius intersit. l. stipulatio. §. alteri. cum similibus. de verbo. obligat. † & ideo inuitem iura ciuilia esse censent stipulationem, quæ alteri per alterum fiat. Hęc verō ratio iure naturali cessat secūdm quōd tantum in pactis, & conuentionibus consideratur, quōd

fides

fides data seruetur. Igitur iure naturali, & item iure canonico stipulatio alteri per alterum facta valida est, & ius stipulanti acquirit: licet ius ciuile obligationem ciuilem & actionem ei negauerit, ne quis stipuletur, quod eius minimē intersit. Multa possent in fauorem huius opinionis adduci, quæ missa facimus, quia omnino expedita non sint, nec admodum vrgeant pro eius probatione. Illud tamen omnittendum non est, quod huic disputationi causam dedit: nempe ratio Bart. in dict. l. si quis pro eo. dum scribit huic stipulationi ius ciuile nec admittere, nec resistere: imō ipsam vites iuris naturalis habere. quod adnotarunt gloss. in dict. §. alteri. verb. conueniat. gloss. in l. cum principalis. ff. de regu. iuris. & in l. non dubium. verb. ob id. C. de legib. vbi Bart. Idem Bar. & docto. cōmuniter, teste Iasone ibidem in d. §. alteri. nu. 16. quibus suffragatur text. in d. §. alteri. cum similibus. quibus probatur stipulationem alteri per alterum factam validam esse

4 appōita pœna. † Et tamen si stipulatio prædicta esset cōtra legē, minimē valeret adiectio pœnæ. Nam vbi principalis cōtractus nullus est, & legi contrarius, etiam appositione pœnæ non tenet. l. Seius & Augerius. l. quod de bonis. ff. ad legem Falc. l. non dubium. C. de

legib. l. vlti. ff. de constit. pecu. cap. P. & G. de offi. deleg. gl. & Felin. in cap. significantibus. col. vlti. eod. tit. vbi etiam hoc notant Abb. Bal. & Barba. Felin. in cap. tua. col. 3. de iure iuran. idem in cap. nobis. de simo. l. si homo mortuus. l. ita stipulatus in magna. ff. de verb. obligat. vbi Ripa num. 36. Alexan. cōsi. 32. lib. 2. & ibi Caro. Molinæ. gloss. singularis in l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraud. patron. l. ason in impossibile. col. vlt. ff. de verbo. obligat. ex quibus deducitur hęc communis consequentia, quæ asserit, Pœnæ adiectionē nullam esse, vbi & contractus nullus sit, à legēque reprobatus. Vn de maximum signū est, stipulationem alteri per alterū factam non esse lege reprobata, nec legi resistenti contrariam: quia appositio pœnæ eidem stipulationi accessoria valida est. idem notant gloss. in l. pacta quæ contra. C. de pact. & in reg. accessorium. de reg. iur. in vj. Innocen. in capitu. penult. de pact. Henri. in cap. vlti. col. 3. eodem titu.

Sed aduersus hanc cōmunē sententiam, q̄ stipulatio alteri per alterū facta sit cōtraria legi resistētī, & oīno nulla, ita vt nec ex ea oriatur naturalis obligatio, probatur iuxta quorundam opinionem in dict. §. alteri. dum in eo dicitur, Alteri stipulari nemo potest.

Etenim negatiua dictio præposita verbo, potest, præcisam induci necessitatē, ac significat actū esse impossibile. gl. ce lebris in cap. 1. de reg. iur. in vj. Abb. in cap. 1. notab. 4. de caus. post. & propriet. idem in c. 1. 2. notab. de hīe instrum. Bart. & Doc. cōmuniter secundum Iaso. ibi nume. 23. in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & posthu. late And. Tiraq. post leges conubiales glo. 2. in princ. & nu. 8. Fortuni in d. l. Gallus. col. 14. Carol. Molinæ. in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. in glo. 3. Corasius in l. 1. col. 2. ff. de verb. oblig. Alciat. lib. 3. parad. cap. 4. idem in l. nepos Procul. ff. de verb. signific. Ergo stipulatio ista alteri per alterum facta, nulla omnino est, & iure impossibilis, eoque resistente concepta. Huic verò rationi respōdet Barto. in d. l. cū lex. ff. de fideiussor. col. 3. eam esse admitendam, quoties lex dictionē negatiuā præmisit verbo, possit futuri temporis, quasi aliud sit, cū negatiua fuerit præposita verbo, potest, præsentis tēporis. Quæ quidem distinctio minimè placet Iasoni in d. §. alteri. nu. 17. & in d. l. Gallus. Et merito: non enim video rationem congruam huius discriminis: maximè quia frequentissimè, negatiua præposita verbo, potest, præsentis temporis inducit præcisam necessitam. l. nemo potest. ff. de legat. j.

Deinde contra communem sententiam sunt verba responsionum iuris ciuilibis satis aperta in l. j. §. quod seruus. ff. de stipul. seru. ibi, nullius momenti. Et in §. si quis alij. Institu. de inuti. stipul. & in l. j. §. j. ff. de stipul. seruo. ibi, nihil agit. & in lita stipulat°. §. Chrylogon°. ibi, nullam obligationē. ff. de verb. oblig. quibus in locis Iuriconsulti de hac stipulatione tractantes, his verbis vtuntur: quæ videntur aperitissimè ab ea excludere naturalem obligationem, & ostēdere eam iuri resistētī contrariā esse. Quā ob rem, stipulationē istam de qua disputamus, esse cōtrariā iuri resistētī contendit Iason in d. §. alteri. num. 16. idem Iason in l. non dubium. C. de legib. col. penul. Nec oberit, si velimus tenere contra cōmunē rationē, quæ de adiectiōe pænæ valida quidē adducta fuit. Siquidem non ex eo valet in hac stipulatione adiectio pænæ, quòd stipulatio ista nō sit cōtraria iuri resistētī: sed quia ratio iuris ciuilibis denegantis huic stipulationi actionem, & obligationē, deficit vbi pænæ eidem adijcitur. Etenim alteri stipulari nemo potest: quia ei⁹ non interest quòd alteri deat. Hæc autem ratio satis deficit, si pænæ apponatur stipulationi: nam illa pertinet ad ipsum stipulantē, & ei soluenti est: idcirco valet adiectio pænæ

pænæ licet stipulatio minimè sit valida: secundum Bald. in dict. leg. non dubium. 14. opposit. & ibi Iason. colum. pe. Bartol. in lita stipulatus. in magna, 12. oppositio. & ibi Ripa. num. 38. ff. de verb. obligat. Curti. Iunio. in dict. leg. pacta quæ contra. C. de pact.

Sic & quod stipulatio ista nullam producat obligationem naturalem in fauorem quidē stipulantis tenent Raine. de Forliuio, Cuma. Paulus Castr. & Alexan. in dicto §. alteri. quos ibi Iason sequitur. num. 20. & Cuma. idem in l. j. ff. de pactis. quorum rationes aduersus communem ferè sunt ille, quas modò adduximus ad probandum huic stipulationi ius resistere. Nec diffiteor quidem ambigam esse hanc conuersionem, multisque difficultem visam fuisse. Nam & iure pontificio alteri per alterum stipulationem factam nullam esse probat textus in ca. quantum. de vsur. in vj. vbi probatur non posse alteri quemquā adquirere nisi persona publica sit, vt notarius vel sacerdos paræcialis, qua ratione satis deducitur, naturalem obligationem minimè ex hac stipulatione oriri: nam si ea oriretur, profectò iure pontificio seruanda foret. cum his quæ inibi traduntur.

Hæc opinionē, quod iure pontificio stipulatio alteri per al-

terum facta non habeat maiorum effectum, quam habet iure ciuili: veriorē esse censent Panormita. & Felin. num. 23. post Antoni. ibi in præmio Gregoria. idē Abb. in c. si cautio. 3. col. de fid. instru. & in c. constitutus. de procur. & in c. vlt. col. 7. de confes. Ioan. Faber in §. alteri. instit. de inutil. stipulat. Imola, Roma. Alexand. & Iason in l. stipulatio ista. §. alteri. num. 5. Roman. in Authentica similiter. C. ad leg. Facidi. §. speciali piæ causæ inter contractus. quorum opinio, nisi in hoc fallor, magis communis est. Quidam tamen, vt ex Felino constat, existimant, iure canon. esse aduersus promittentem locum remedio euangelicæ denuntiationis iuxta cap. nouit. de iudic. & id habere locum quoties verba stipulationis fuerint directa in ipsum stipulantem: licet exequutionis formula concepta sit in absentem: quo casu loquitur glossa in dicto cap. quoties. Eodem modo Alex. & alij in d. §. alteri. censent esse intelligendam eam opinionē si vera est, quæ paulo ante reuulimus: nepe ex stipulatione e ista naturalem obligationem oriri. Quibus tandem effectus est vt satis sit hæc conuersionis difficultis, præsertim circa ius pontificiū, & deinde ad intellectū leg. regiæ quæ habet in materia solet adduci: idcirco  
n iij

co aliquid exponam ad faciliorem huius questionis expeditionem.

5. **P**rimò, existimo duplicè esse naturalem obligationem, vnâ quidè, quæ insurgit ex honestate ac debito morali: alteram quæ ex legis, ac iuris naturalis vinculo oritur. Hęc distinctio colligitur ex Bal. in l. 6. j. C. de sacros. eccle. num. 55. & Thoma. 2. 2. q. 106. artic. 4. 5. & 6. prior pertinet ad honestam quandâ obseruationem quæ tamen necessaria non est ex vi legis, sed ex vi honestatis moralis. Posterior vero ex vi præcepti legalis necessaria est, nec absque peccati reatu omitti potest: quemadmodum Tho. ipse tradit. Nos itè admonuimus hanc distinctionem vt ille admodum esse in e. cù in officijs. de testa. nu. 10. & in e. cum esles. eo d. tit. nu. 9. qua ratione effectum est, vt apud ius ipsum civile prior naturalis obligatio effectus aliquot habeat, quippe quæ repetitionem soluti ex errore iuris impediatur secundum For. in l. j. §. ius naturale. ff. de iust. & iur. illat. 10. & sufficiens sit ad nouationem. l. j. ff. de nouatio. atque alios quos modò exponere non vacat. Posterior autè maiorem vim habet: nam exceptionem, & retentionem inducit: qui effectus maximi cèsentur à iuris vtriusq; interpretibus, atq; itè in animè iudicio

necessitatè soluendi, & restituendi omnino imponit sub peccati pena: quos equidè effectus prior illa obligatio nō habet: quemadmodum ex his, quæ in specie statim inferat manifestè cōstabit. Etenim ad multa hęc primâ assertionem præmittitur. Secūdo est maximè obseruandū, legem humanā posse dubio procul quosdā cōtractus, pacta quædā, & conuentiones ita irritas facere, ac prohibere, vt minimè ex eis oriatur posterior naturalis obligatio quæ ex debito legali, ac legis vinculo procedit prout reipublice expedire viderint ipsi legulatores. Probatur hęc cōclusio Nā licet ius humanū tollere non possit iura naturalia quò ad prima principia: scilicet, Ratione viuendū est: nec quò ad ea quæ ex primis principijs necessariò sequuntur: qualia sunt decalogi præcepta: cōclusiones tamen quæ ex primis principijs iuris naturalis oriuntur frequentius, non tamen in vniuersum, iuris humani dispositioni, qua ex parte id vitæ reipublicæ & communitati sit; submituntur. Hoc ipsum & ratio naturalis dicit vt leges humanæ & hominum instituta mutantur iuxta vilitatem ipsius humani cōuictus. quod tradit Tho. 1. 2. q. 54. art. 5. & 2. 2. q. 60. ar. 5. & rursus. l. 2. q. 96. ar. 4. Ex quo apparet humanas cōstitutiones i his quæ sunt

sunt præter ius naturale: id est, quæ necessariò nō sequuntur ex primis principijs iuris naturalis, potestatem habere statuentis: vòd in reipublica vtilitatè cessurum sit, siue præcipiendo siue prohibendo. His accedit quòd humana lex si ea iusta sit etiam ciuilibus obligat, & seruanda est in animæ iudicio, & in diuino tribunali. gl. insignis in ca. quæ in ecclesiarum. de cōstiti. cuius rationem, & alia, quæ ad eius comprobationem fuerent necessaria, ipse tradidi in d. c. cum esles. At si lex, quæ contractum prohibet, & ei resistit, iusta est, & in animæ iudicio seruanda: profectò necessariò præmittit naturalem obligationem iuxta posteriorè sensum nō oriri ex eo contractu. nam si ea oriretur in animæ iudicio seruandus foret cōtractus hęc à lege prohibitus, quod aperitissimè repugnat ipsius legis virtuti, & iustitiæ. Deinde, vt ex Thoma colligitur in d. q. 60. art. 5. lex humana, aut est iusta, aut iniusta. si iusta, omnino seruanda est: si iniusta, nō alia quidem ratione iniustitiam habet quàm quòd sit legi naturali cōtraria. Igitur humana lex si ea iusta sit, minimè repugnat, nec est cōtraria legi naturali: idcirco nequaquam verè dici poterit, eam tollere naturalia iura, nec naturales obligationes: tamen si impediatur oriri obligationem istam naturalem, quæ effi-

caz sit ad excipiendū, & retinendum, itè & ad executionem in foro animæ exigendā: Dicere-tur autè iniqua lex, si naturalè obligationem tolleret: quippe quæ iuri naturali refragaretur. Præterea, aut lex humana potest contractū aliquè prohibere, & ei resistere, aut nō. Si potest, eadè quidè impedit naturalem obligationem ex vinculo cōsensu oriri: quia cōsensum illū irritū facit in foro exteriori, & interiori, vt superius dictū est. Si nō potest, tollitur profectò vbiq; gentiū illa vera, & hominū cōfortio necessaria reipublicæ institutio, q̄ iuxta tēpus, & locū debet aliquot cōuentiones prohibere, & improbare. Tertiò hinc cōstat, ex contractu, quem lex prohibet ei resistēs, minimè oriri naturalem obligationem. quod notat Bar. in d. l. si quis pro eo. co. pen. & in l. cū lex. col. j. ff. de fideiuss. probatex. in l. non dubium. C. de legib. quam opinionem latè defendit Fortun. in d. l. veluti. colum. 7. ff. de iust. & iure.

**Q**uartò ab eadè radice deducitur, posse cōtingere cōtractum aliquè lege humana reprobati ita, vt ei lex resistat, nec ex eo producatur naturalis obligatio: & tamen ex eodè efficacem naturalem, & ciuilem obligationem oriri in his prouincijs, vbi eadè humana lex statuta nō fuerit: potest etenim humanis cōstitutioni-

bus contractus quidā prohiberi ob vtilitatem rei publicæ, vel quia ita conuenient ea in provincia statui: qui tamē celsante lege, aut in aliis prouincijs fieri commodē possit, & factus valeret vtiq; & haberet obligationem naturalem, & ciuilem. Saltem eam naturalem, quæ ex consensu legibus non improbatō sufficiens est. huius rei possunt proponi varia exempla. Apud Hispanos vxor non potest cōtrahere sine licentiā mariti: & si contraxerit, contractus omnino nullus est, eiq; lex regia. eadem que iusta resistit: idcirco nec naturalem producit hic contractus obligationem: naturalem inquit in eo sensu, quo efficacem esse diximus, vt naturalis obligatio seruanda sit in animæ iudicio, ac procedat à debito legali. Et ramentum hic cōtractus apud Italos, apud Germanos, atque apud ipsos Hispanos olim ante regiā cōstitutionem vim haberet, & effectum illū quidē, qui pactio-nibus ex legitimo cōsensu gestis adesse solet: atque naturalem obligationem à legis naturalis vinculo productam: quod si dixeris. non tolli, nec impediri obligationem istam naturalem per legē regiā: fateri oportet, apud omnes gentes cōtractū istū non producere obligationē naturalem, quæ procedat à legis vinculo: quod sal

tilissimū est. ipse fateor obligationē naturalem lege humana proprie, non tolli: sed impediri ne oriatur: cum ea producatū à consensu pacifcentium legitimo, id est lege humana minimē reprobatō.

¶ Quinto ex præmissis apparet, maximē referre quid humana lex in his, & alijs conuentionibus discernendis constituerit. Nā si lex ipsa contractui resistit, & eū reprobat: nō producit ex eo naturalis obligatio, quæ vinculo iuris naturalis, & legis fulcitur: tamen si quādoq; adit quādam naturalis obligatio ab honestate morali procedens: tex. optim⁹ in d. l. j. ff. de nouati. At si lex ipsa humana cōuentioni, & cōtractui nō resistit, nec adistat: quippe quæ nec ipsum cōtractū reprobat, nec expressim approbet ei actionē tribuens, & obligationem: imō quādoq; expressim eas denegauerit: tūc cōtractus hic manet destitutus auxilio iuris ciuilibus sub fomēto tātum legis naturalis: atque ideo ex eo oriatur naturalis obligatio: nō tātū ea, quæ ad morale honestatem pertinet: sed & illa, quæ à debito legis producit.

¶ Sexto patet ex proximē dictis, ¶ reidotalis alienationem minimē producere naturalem obligationē. Lex etenim iusta, quæ de fundo dotali lata est, hūc cōtractū prohibet, eiq; re

sistit nec tātum denegat actione. quod patet in l. j. ff. de fundota. Quamobrē illa naturalis obligatio, quæ à debito legis procedit, hic omnino impeditur: & tamen vbi lex ista lata non foret, valeret quidem hic contractus propter cōsensum vtriusque contrahentis minimē lege humana impeditum. Quod si dixeris, ex hoc cōtractu naturalem obligationem oriri ex debito legali: fateri necesse est, alienantem rem dotalem in iudicio animæ teneri ad obseruationem cōtractus, & esse locum exceptioni, ac retentioni, quæ omnia procul à verō abhorrēt: nec iure defendi possunt.

¶ Septimo hinc deducitur, non esse necessarium, vt contractus lege ciuili prohibitus possit iuramento confirmari, quod ex eo oriatur naturalis obligatio. Nam etsi cōtractus omnino nullus sit, eiq; lex resistat & impediatur oriri obligationem naturalem à debito legis procedētem, nihilominus confirmari poterit iuramento: quemadmodum probatur in d. c. cum contingat. iuncta proxima illatione. & in hoc cap. quauis pactum. atq; ideo etiam non est omnino necessaria probatio Bar. in d. l. si quis pro eo. dum agens, an stipulatio alteri per alterum iuramento præstito sit valida, vtiur ea ratione: quia ex hac stipulatio

ne absque iuramento nascitur obligatio naturalis.

¶ Octauo libet ad planiorem eorum, quæ iam præmissimus, intellectum itidem adnotare, nec eam esse sufficientem argumentationem: qua quis probare conatur, ¶ naturalem obligationē ex debito legali procedere ab aliquo contractu: si scienter facta solutio repetitio nem non habeat iuris errore. Nam hunc effectum quandoque operatur naturalis obligatio ab honestate morali procedens: quod probatur in l. si pœnæ causa. ff. de condition. in debet. Etenim in §. præcedēti diximus, liberatum à solutione pecuniæ, quā soluere aliqui tenebatur, causa pœnæ, & ad punitionem creditoris, minimē teneri in animæ iudicio naturaliter ex debito legali ad illius pecuniæ solutionem: & tamen si soluat, nō poterit cōditione indebiti repetere. tex in d. l. si pœnæ causa. Hic enim effectus procedit ab obligatione quadam naturali, quæ pertinet ad morale honestatē. Sic & in eo, qui alteri remunerationis causa tenetur moraliter obligatione naturali ad antidora: sicuti in d. c. cum in officijs de testam. probauimus. Eadem ratione constat intellectus ad l. j. i. error. C. ad l. Falc. cum his, quæ norantur in l. j. ff. de condition. in debet. quibus satis manifestum fit, hære-

dem soluentem integra legata errore iuris non retenta Falcidia, minimè posse quartam retere: id enim propter illam naturalem obligationem, quæ ab honestate morali procedit, quo plenior fides erga testatoris voluntatem feruetur. d. l. j. C. ad leg. Falcid. Nec enim hæres tenetur naturali obligatione, quæ ex debito legali oritur, integra legata soluere non retenta Falcidia. Cùm enim lex ipsa liberum efficiat à quarta, quæ lege iusta permittente per hæredem retineri potest: & poterat olim etiam testatore prohibète falcidiam detrahi: sicuti iuris est apertissimè ita quidem, quòd nec pœna adiecta prohibitioni valida foret. l. quod de bonis. §. j. ff. ad leg. Falc. ex quibus duo subinfero: Primum, legem civilem permittentem falcidiam, & prohibentem, ne testator eam veraret, huic testatoris prohibitioni resistere. quod notat gl. in d. l. stipulatio ista. §. alteri. verb. conueniat. quicquid ibi Iason num. 18. dixerit. Secundum, quòd olim etiam testatore prohibète deductio nem falcidiae, hæres minimè tenebatur naturaliter obligatio ne debiti legalis legata integra soluere non deducta falcidia: licet Iason in d. nu. 18. contrarium notauerit: & idem in l. cum quis. post gl. ibi. C. de iuris & fact. ignorant. Est enim

falsà Iasonis opinio: vel intelligenda de naturali obligatione, quæ ab honestate morali procedit. Et sanè si verum esset, legem humanam in hoc casu non resistere prohibitioni falcidiae, dubiò procul daretur naturalis obligatio legalis vinculi. Quòd si ea detur, necessariò sequitur, hæredem in animæ iudicio non posse falcidiam olim retinere ea prohibita per testatorem: posteq̃ue legata iure falcidiae prohibète retentione vti. Quorum posterius falsum est etiam in iudicio exteriori: nisi hæres iuris errore legata integra soluerit. Prius verò itidem est à veritate admodum alienum: cùm auctoritate legis iustæ legatarij à falcidia excludantur, & hæres eam possit retinere. Deinde si hæres naturaliter teneretur debito legali soluere integra legata prohibita falcidia per testatorem, profectò nō posset eam quantitatem, quam per errorem facti soluisset, repetere nec in foro exteriori: cùm legatarij habeant exceptionem, ac retentionem ex dicta naturali obligatione: nec in animæ iudicio: & tamen falsum id est: quia si soluit hæres errore facti existimans bona hæreditaria integris legatis soluendis sufficere, posset repetere secundum communem in d. l. error. Est & aliud huius illationis, & cōclusionis exemplum in hæred

rede soluente legata ex minùs solenni testamēto: illa etenim si soluerit per errorem iuris, repetere non poterit. l. fideicommissum. C. de condit. indeb. gl. Bar. & doc. in d. l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor. gl. in l. j. ff. de condit. indeb. optimus tex. in l. vlti. C. ad l. Falc. Quibus in locis communi omnium consensu probatur, ex minus solenni testamēto naturalem obligationem oriri. Hæc verò naturalis obligatio solum procedit à morali honestate, secundum quam deferendum est voluntati testatoris: iuxta l. j. C. ad leg. Falc. atque ideò repetitionem impedit soluti per iuris errorem. Non tamen est hæc naturalis obligatio debiti legalis, quæ retentionem & exceptionem habeat: & quæ omnino cogat in animæ iudicio ad solutionem: sicuti nos latius probauimus in d. c. cum esses. de testament.

9 Nonò præmittendū est, Thæc stipulationem alteri per alterum factam posse variè concipi. Nam si ita formula concepta sit, vt nomine absentis quis stipuletur, sicutque tota stipulatio absentis nomine tunc sanè stipulatio valet, nec ista prohibetur in d. §. alteri, quem admodum voluerunt gl. & doct. per text. ibi in l. huiusmodi. ff. de legat. j. gl. in §. alteri. Instit. de inutilib. stipulat. & in l. pen. ff. de negot. gest. & in l. quecū-

que gerimus. ff. de actio. & obligat. ex quibus illud aperte colligitur, hanc stipulationem validam esse, etiam nullo præcedente mandato: tenebiturque hic stipulator post ratihibitionem absentis ei actiones cedere: quod probatur in d. l. pen. & est hæc opinio communis, vt constat ex Iasone in d. §. alteri. sub l. stipulatio ista. num. ii. cui addenda sunt quæ ipse notauit lib. i. variarum resolut. cap. 14. nu. 13. Quandoque stipulatio concipitur simpliciter verbis principalibus directis in personam stipulantis: hunc in modum: Promittis mihi dare Titio centum? Et in hac specie intelligenda sunt iuris ciuilis responsa, quæ de stipulatione ista tractauerunt: idque multis necessariò probatur. Si quidem vbi verba obligationis in absentem dirigitur: præfens nec dicitur stipulator, nec dicitur stipulari. Deinde in prædictis iuris ciuilis responsis, maxime in dict. l. stipulatio ista. §. alteri. & in d. §. alteri. de inutilib. stipula. hæc stipulatio improbatu eo, quòd ipse stipulantis nihil interfit, non autem ex defectu formulæ conceptæ. Qua ratione foret reprobanda, si verba ipsius promissionis nō dirigerentur in præsentem: tex. in d. l. stipulatio ista. §. si quis insulā. & est ab omnibus receptū. Præsertim quia gl. in d. §. alteri. & in l. j. ff. de pact.

ver. in idem. has iurisconsultorum autoritates ita intellexere, vt verba promissionis in præsentem dirigantur: exequutionis autem in absentem. Idcirco ea, quæ de stipulatione alteri per alterum facta dicta fuere, necessario intelligenda sunt siue quò ad ius canonicum, siue quò ad civile in ea specie, qua verba promissionis in præsentem diriguntur. Tertiò potest contingere quòd verba ipsius promissionis in absentem dirigantur: & in hoc casu nihil curandum est de iuris civilis responsis, quibus agitur, neminem alteri posse stipulari: aut sanè & in hac specie receptis iurisconsultorum sententiis, dicendum erit, hanc stipulationem omnino nullam esse, nec aliquem habere effectum: cum omnes ferè iuris vtriusque interpretes naturalem obligationem, & iuris pontificij æquitatem huic negauerint: atque senserint legem ei resistere: quòd ex præmissis apparet. Potius forsan dicitur hæc promissio acceptilatio: de qua paulò post agemus. Nã & gl. in d. c. quoties cordis oculis. præmittit in ea stipulatione, cui vires iure pontificio tribui contendit, verba in ipsum præsentem quò ad obligationem esse directa.

¶ Decimò, vt ad propositam quæstionem accedamus, ipse opinor iure pontificio alteri

per alterum posse stipulari verbis promissionis in præsentem directis: secundum autoritatè gl. & eorum, qui eam sequuntur in d. c. quoties cordis oculis. Ea præterea ratione, quòd iure canonico ex pacto nudo actio oriatur. c. j. de pact. atq; idèò ob eandem æquitatem hæc stipulatio erit iure pontificio admittenda in hoc sensu, vt valida sit, & sequuta absentis acceptatione, eiusque præstito còsensu teneatur præsens stipulator ei actionem cedere. Sic etenim intelligo gl. in d. c. quo: ies. ex his, quæ ipse adnotauit in d. c. 14. li. l. variarum resoluti. num. 13. idèmq; & iure regio respondendum erit propter l. 3. titu. 8. lib. 3. ordin. Nec quicquam oberit decisio text. in c. quanquã. de vsu. in vj. quicquid enim alij responderint, ille text. exigit ad cautionem absentis publicam personam, vt absenti sequuta ratihabitione, aut acceptatione actio competat, & adquiratur sine cessione: sicuti de notario tradidimus in d. c. 14. num. 13. vnde iuxta opinionem istam non tantum denuntiatio euangelica est admittenda: sed & actio aduersus eum, qui alteri per alterum promissit.

¶ Vndecimò hac in eadè còtrouersia opinamur, † ius civile nec admittere, nec resistere huic stipulationi, quæ alteri per alterum fit: quòd vt iam tradidimus

didimus, còmuni ferè omnium iudicio definitum est. Cui minime oberunt quæ aduersus hanc sententiam adducta fuerunt: ea etenim procedunt quòd ad civilem obligationem: non quòd ad naturalem: si quidem ne ciuilis actio, & ne obligatio ciuilibus oriatur & dentur, verum est, ius civile hanc stipulationem prohibere: & quòd ad effectum ciuiles actionis & obligatiõis: sicuti Fort. explicat in d. l. j. ff. de pa. nu. 25. Huic sane responsioni plurimum ad stipulatur, quòd dictio, potest, præmissa negatione non semper præcisam inducit necessitatè, nec tollit omnem potentiam, imò secundum subiectam materiam est intelligenda. tex. optimus in cap. quanto. & ibi Abb. & Felin. de præsumptio. & in cap. literas. de restit. spo. licet. Sic licet in l. obligari. ff. de author. tutor. dictum sit, pupillum non posse obligari sine tutoris autoritate: intelligitur tamen de obligatione ciuili, & legali quò ad debitum præcisum: non tamen de naturali: nam quò ad eam pupillus proximè pubertati obligatur. l. j. ff. de nouatio. Sic quanuis ius civile distet, neminem posse alteri stipulari: poterit ea negatiua oratio procedere quò ad obligationem civilem, de qua lex ipsa tractat: non de obligatione naturali, quæ ex pacto nudo oritur: & quæ lege non re-

sistente iustissima est. Denique hæc responsio colligitur ex his, quæ tradiderunt lafon nume. 23. & Fortuni. colum. 18. in d. l. Gallus. in princip. Caroli. Molinæ. in consuetu. Parisi. tit. j. §. j. in glo. 3. in princip. Deci. in l. pacta, quæ contra. C. de pact. col. 2. Ioan. Corasi. in l. si intercedat. §. si vsusfructus. ff. de seruitut. ad finem. Quibus in locis expenditur vis, & potestas huius orationis, non potest. Non me latet, hanc vnde cimam conclusionem satis dubiam esse, & fortassis posse facilius iure probari, & defendi, ius ipsum civile resistere huic stipulationi, quæ alteri per alterum fiat: qua præmissa opinione & illud constat, ex ea promissione minimè deduci naturalem obligationem, quæ ad legale debitum pertineat: atque idèò nec iure canonico eam stipulationem validè esse cum ei deficiat naturalis illa obligatio, à qua iuris pontificij æquitas de pacto nudo procedit: sitque maximum inter hæc duo discrimen: siquidem pacto nudo lex ciuilibus nec adfuit, nec resistit: tantum actio nem & obligationem ciuiles denegat. Attamen propter rei ambiguitatem lectoribus proponimus tiores assertiones ne tot autoribus refragemur. nihilominus quid hac de re senserimus eidè significantes, quòd lector ipse possit expendere quam

quàm inuiti quandoque re-  
ceptis iam diu opinionibus ac-  
cedamus, quod verò attinet ad  
legem. j. ff. de nouatio. existimo,  
legem civilem resistere  
obligationi pupilli absque tu-  
toris autoritate: & ideo etiã  
si is sit proximus pubertati,  
non oriri naturalem obliga-  
tionẽ, quã procedat à debi-  
to legali, & habeat ius excipie-  
di, ac retinendi, sitque in a ni-  
mã iudicio efficax: adest tamẽ  
huic contractui naturalis quã-  
dam obligatio, quã ad mora-  
lẽ honestatẽ pertinet, cui cõpe-  
tunt effectus nouationis, de  
quo in d. l. j. & non repetendi  
solutũ scienter per errorem  
iuris. l. si pœnã causa. ff. de con-  
dic. inde. l. fidei cõmissum. C.  
eo. tit.

Duodecimò ex supra scriptis  
cõsentaneum est, oriri natura-  
lẽ istã obligationẽ, quã ad ho-  
nestatẽ ptineat ex promissio-  
ne & stipulatiõẽ alteri p alterũ  
facta. Qua ratione hæc stipu-  
latio illos effectus habebit,  
quos habet naturalis obliga-  
tio ad moralem honestatem  
pertinens: nec in hac conclu-  
sione iure poterit controuer-  
ti: etiam si sequamur opinio-  
nes communi omnium iudi-  
cio contrarias, quarum paulò  
antè meminimus.

Decimotertio inspectis com-  
munibus sententiis, & his, quã  
maiori interpretum suffragio  
receptæ sunt, apparet, adhuc

oriri naturalem obligationẽ  
debiti legalis ex stipulatio-  
ne ista, quã sit alteri p alterũ  
cuius opinionis auctores hico-  
mittimus: quia superius eorũ  
mentionem fecimus. maxime  
est hæc cõclusio vera in his re-  
gnis ppter. l. 3. ti. 8. li. 3. ordina.

¶ Decimo quartò, vtrũque  
sit de his, quã in præmissam  
disputationem inciderũt, mi-  
hi verissimã videtur opinio  
Bar. existimantis hanc stipu-  
lationem, quã alteri per alte-  
rum sit, validam esse, etiam iu-  
re civili, si iuramentum acce-  
serit: non enim est prohibita  
fauore publico, nec iuramen-  
tum ex parte iurantis, nec ex  
parte eius, cui iuratur est illicitũ  
cũm possit seruari vtriusque  
sine dispendio salutis æternæ:  
sed eidem stipulationi lex ciui-  
lis vel resistit, vel non assistit,  
quia stipulantis minimẽ quic-  
quam interfuit. Quã quidem  
ratio religione iuramenti de-  
ficere quodammodo videtur  
ppter diuini nominis interces-  
sionem. Sic denique Bar. con-  
clusio communis est: eam etenim  
tenuerunt glo. in dic. cap.  
quoties cordis ocul. j. qd. vij.  
Bal. in l. Nam & postea. §. ius su-  
randum. ff. de iureiuram. Anto.  
& Imola in d. cap. cùm contin-  
gat. Alexand. & Iason in dic. §.  
alteri. num. 4. Abb. in proxi-  
m. Gregoria. nu. 25. quorum opi-  
nionem fatetur communem  
esse Andræ. Alciat. in dict. cap.  
cũm

cũm contingat. nume. 22. licet  
ipse, & Pan. ibi de hac senten-  
tia dubitauerint, & contrariũ  
tenuerunt Roma. in cõsi. 440.  
col. vlti. Ioan. Fab. in §. si quis  
alij. Inst. de inutil. lib. stipu. co-  
lum. 4. Bald. sibi contrariũ in  
dict. ca. cùm contingat. concl.  
5. atque ita Philip. Corne. in  
dic. authen. sacramenta pube-  
rũ. nu. 35. multa aduersus com-  
munem conatur adducere,  
quã cessant, si ad amussim exa-  
minentur hoc in §. prænotata.  
Nec enim vbi agitur de obser-  
uando iuramento attendimus  
interfit quicquã vel non ipsius  
cui iuratum est. text. celebris  
in ca. debitores. de iureiuran.  
Et præterea cum ex iuramen-  
to obligatio oriatur: sicuti in  
hac prima huius relectionis  
parte admonuimus. §. ij. satis  
probat, stipulationem istam  
iuramento confirmari, & vali-  
dam esse. Quam sententiam  
in eo sensu accipimus, vt se-  
quuta absentis acceptatione  
cedenda sit ei actio per stipu-  
lantem: quod & paulo ante  
de iure pontificio obseruan-  
dam esse diximus. Hæc de pri-  
ma Bart. illatione.

¶ Secundo loco Bart. infert.  
ad pactum nudũ, quod licet iu-  
re civili sit viribus æquidẽ ef-  
ficacibus ad agendũ destitutũ:  
tamen si iuratum sit, vires ad a-  
gendũ habeat. Cui sanẽ illatio-  
ni aliquot itẽ prænotãda sunt,  
atque erit hæc illatio vndeci-

ma principalis conclusio.  
¶ Primum, pactum nudum  
id dici, cui præter consensum,  
& cõuentionẽ nihil extrinsecũ  
accedit. Quasi ea pactio, quã  
in propriũ, & speciale nomen  
cõtractũ minimẽ trãsterit, nec  
aliquod extrinsecus fomentũ  
acceperit, nuda sit. l. iuris gen-  
tiũ. §. sed cũ nulla. & in princi-  
& in §. quinimo. ff. de pa. idcir-  
co pacta nuda apud iuriscõsul-  
tos dicuntur pacta cõuẽta: dict.  
l. iuris gentiũ. §. prætor ait. & l.  
pacta cõuẽta. ff. de cõtrahen-  
emptio. Cicero lib. 2. ad Herẽ-  
nium: & lib. 2. de inuẽtione. Sũt  
enim, inquit, pacta, quã legi-  
bus seruãda sunt: sunt idẽ pa-  
cta quã sine legibus obseruã-  
tur ex cõuẽnta, quã iuri præ-  
stare dicuntur. Hæc Cicero,  
qui ea pacta iuri præstare di-  
xit, quã nuda sunt, & licet ius  
civile negauerit eis actionem  
prætor tamẽ per exceptionẽ  
ea defendit. Optimus ad hæc  
text. in l. si tibi. C. locat. tradũt  
Barto. & alij in d. l. iurigenitiũ.  
§. igitur nuda. Salyc. in l. legẽ.  
C. de pact. Ioan. Corasi. in  
libro. i. Miscellane. capitũ. 1.  
Sic & conuentiones, quã pro-  
priũ, atq; speciale nomen non  
habent, pacta propriẽ dicuntur:  
atque in dubio appella-  
tione pacti de conuẽnto, &  
sic de nudo intelligendum est:  
secundũ Bal. & Deci. post alios  
in rubr. C. de pact. vbi Andræ.  
Alciat. hanc opinionẽ scribit  
communem

communem esse. Dicitur hæc pacta nuda , per metaphoram, quia simplicia omnique legum auxilio, viribusque sint destituta. His autem solent extrinsecus multa accedere, quæ hanc nuditatem tollunt: nempe, verborum solennis forma id est, stipulatio , rei traditio, causæ expressio: vt causa donationis: aut alicuius rei agende: aut contractus aliquis præcedens, cui pactum nudum ipsum ex conuentu tantum accesserit. Ex quibus actio utroque iure datur, & oritur similiter obligatione ciuili constituta: quod latè explicat glo. in d. §. igitur nuda. & ibi docto. Panormit. in cap. j. de pact. col. 2. quibus in locis hæc traditur materia.

¶ Secundo principaliter con-  
 13 situtum est, si iure ciuili ex pacto nudo nec nasci ciuile obligationem nec iudicium actionem ciuilem dari. Iuris generalium. §. sed cum null. ver. igitur nuda pactio obligationem non parit. ff. de pact. cuius loci autoritate iam diu est hæc opinio recepta. Rationem autem huic iuris ciuilis responsioni conatur quidam aptare ex eo, quod lex ciuilis præsumat animo indeliberato, & ex leuitate pactum istud nudum processisse: atque ideo noluit ius ciuile ei actionem dare. l. sciendum. §. ea autem. ff. de ædilit. edict. Huius rationis post alios meminit Alexan. Imolen. in rub. ff. de verb. obli-

gat. eritque hæc præsumptio iuris, & de iure: quia lex ciuilis super hæc præsumptionem statuit denegans actionem dictam. §. sed cum nulla. qua ratione adhuc actio minimè dabitur, etiam si constituerit, deliberato animo pactum conuentum fuisse iuxta communem omnium sententiam. Verum huic rationi plura obstant. Primum quidem, quod ista hæc præsumptio constituitur, & colligatur à iure ciuili ad denegandam actionem: contrariè verò nempe animi deliberati ab ipso prætorè ad exceptionem, retentionem, & alios similes effectus, vt constat ex dicto. §. sed cum nulla. Sed tamen id mirum videri non debet: quandoque etenim præsumptio datur à iure quod ad vnum effectum: non tamen quod ad alium: si cui colligitur ex notatis in c. afferte. de præsump. præsumitur equidem delictum quod ad pœnam extraordinariam: non tamen quod ad ordinariam. Nec item inconuenit ex eodem facto aliquid præsumi iure pontificio, quod non præsumatur iure Cæsareo: imò contrarium potius. Ius ciuile ex cohabitatione maris, & sceminae data æqualitate matrimonium præsumit. l. in liberæ. ff. de ritu nuptia. non sic ius canonicum, quod ex ea cohabitatione præsumit fornicationem. ca. j. xxx. q. v. cuius discrimi-

minis

minis nos meminimus in epitome de sponsalibus. 2. part. cap. 1. num. 5. Adhuc tamen hæc ratio Alexand. & aliorum minimè satisfacit: quippe quæ conuinceret, si vera foret, actionem iure ciuili dari ex pacto nudo, vbi per paciscentis confessionem constaret animus deliberatus: cum præsumptio iuris & de iure in contrarium admittat confessionem illius pro quo præsumitur: secundum communem in cap. is qui fidè. de sponsalibus. glo. in authent. de æqualit. dot. §. aliud. versu. scribat. & in l. in contractibus. versu. nullo modo. C. de non numerata pecunia. & verè, si communi omnium sententiæ standum est, & ipsis quidem iuris ciuilis responsis, planè dicendum erit, etiam in hoc casu actionem ex pacto nudo minimè dari, nec obligationem ciuilem oriri. Præsertim ratio Alexan. ex eo deficit, quod ius ipsum ciuile fatetur ex pacto nudo oriri naturalem obligationem debiti quidè legalis ad retinendum, ad excipiendum, & compensandum. Quæ profectò minimè oriretur præsumptione constituta non deliberatè promissionis. Nam prætor ipse aduersus iuris ciuilis præsumptionem, non defenderet pacta nuda ratione consensus minus perfecti non præmissa animi integra deliberatione: imò præsumpta leuitate quadam: quo casu si

de hoc constet, nec iure pontificio, nec in animæ iudicio, pacta nuda seruanda sunt, cum deficiat consensus ad conuentio nem necessarius. l. j. ff. de pact. Quidam autem aduersus communem opinantur, etiam iure ciuili ex pacto nudo obligationem ciuilem nasci, & actionem competere: idque probare conantur: primò, quia in materia peccati adhuc in foro ciuili standum est iuri pontificio, quo datur ex pacto nudo actio, non ciuili: cap. vlti. de prescrip. cap. nouit. de iudic. at in obseruandis pactis nudis agitur de peccato mortali, quod committitur ab eo, qui pactum nudum violat: glo. communiter recepta in dicto cap. j. de pact. vbi Fortun. non semel hanc opinionem tenet, quam fatetur esse Andr. ab Exea de pact. num. 374. aliquot friuolas rationes aduersus eam inducens, qui tamen à num. 354 multa tradit in fauorem communis sententiæ, cui palam suffragatur ratio naturalis obligationis à debito legali procedens, quæ cogit præcisè ad pacti nudi obseruationem in animæ iudicio: cum iure naturali teneatur quis eidem pacto stare. Igitur & in foro seculari apud iudices laicos non est actio neganda ex pacto nudo agentis. Huic rationi respondetur verum esse iuri pontificio in vtroque foro standum esse, Relict. Didac. Couar. o

quando tractatur, an aliquid sit permittendum approbatione quadam: nam si ius canonicum id prohibeat ea ratio ne, quod peccatum sit, ius civile non poterit id permittere. & si permiserit, iuri pontificio cedere debet. At in præsentī tractatu pacti nudi non permittit ius civile approbatione quadam, quod promissor licite retineat quantitatem, aut rem pacto nudo promissam, nec admittit peccatum illud, quod ipse promissor commiserit pactum ipsum effringens. Quid ergo ius civile hac in re statuit? profectò id explicabitur ad rationem huius propositæ quaestio- nis. Ius etenim civile, etiam si prætor pacta nuda per exceptionem, retentionem, & compensationem defenderit ex æquitate iuris naturalis, noluit actionem: pactis nudis civile tribuere: imò eam negavit ad utilitatem reipublicæ, ut tot lites quæ ratione pactorum simplicium contingere frequentissimè possent, foris cederent, & exterminaretur: hoc palam est ex ipsis iuriconsultorum responsis: multaq; similia exempla possunt huic negotio aptari: maxime illud, quod ex tractatu l. ij. C. de rescindendo. vendit. obuium est, & singulare. Et enim licet decepto intra iusti pretij dimidiam teneatur alter lesionem illam rescire in animæ iudicio sub peccati morta-

lis reatu, & culpa: lex tamen civilis actionem decepto negavit ad huius lesionis reparatio- nem: qua de re nos multa tradidimus lib. 2. variarum resolu- tionum. cap. 4. nume. 11. Deinde & his accedit, quod fornicatio simplex, atque item ea, quæ in publicis lupanariis exercetur, peccatum est mortale: & tamè nec lex civilis, nec pontificia huic malo medetur, nec eam punire curat: quod in epitome in quartum explicuimus. 1. parte, cap. 3. nume. 9. Sic & licet quis quandoque teneatur sub peccati mortalis culpa beneficii remunerari: attamen hu- mana lex civilis nullam actionem aduersus ingratum dedit ad hanc remunerationem, nec ea iure competit: sicuti meminimus in cap. cum in officijs. de testament. Hæc sanè sunt, quæ possunt comprobare similitudine quadam rationem istam quam exposuimus, ad huma- nas ac civiles leges pacto nudo negantes actionem. Vnde manifestè errare videtur Andræ. Alciati. in rubr. ff. de verb. obligat. num. 13. & lib. 5. parad. cap. 5. dum scribit, ex pacto nudo iure etiã civili actionem oriri in his casibus, quibus eiusdem pacti violatio mortalem culpam habet. Falsa siquidem est hæc opinio ex præmissis.

Secundò aduersus communè Fortuni. in dict. cap. j. num. 10. alia vitur ratione, existimans adhuc

adhuc iure civili post iuris cano- nici statuta ex pacto nudo actionem dari. Nam si quid omis- sum sit iure civili, standum est in eo iuri pontificio: quem admodum communi sententia traditum est in cap. clerici. de iudic. cap. j. de noui oper. nunt. authen. quomodo oportet episcopos. colla. 7. in prin- cip. Sed licet iure civili omis- sus sit casus pacti nudi, cui actionem dare iura civilia omiserunt: ius tamen canonicum palam eidem actionem dedit: igitur actio in foro Cæsareo pacto nudo competit. Sed hæc ratio manifestè deficit, quippe quæ falsum præmittat, cum hic casus non sit à iure civili omis- sus, imò expressim decisus: si- quidem in dict. §. sed cum nul- la. responsum est, nudam con- uentionem minimè parere actionem civilem. Etenim si ius civile actionem dedisset pactis nuda: poruisset dici, hunc casum omisum fuisse. At cum palam responderint iuriconsulti, pacta nuda non habere actionem civilem: sequitur statim non esse hunc casum omisum: sed omnino decisum.

¶ Tertiò nihilominus, quod iure civili pactum nudum actionem producat, probatur hac argumentatione. Pactum nudum præsumitur animo donandi cõ-

liberto. ubi constat, quod qui sciens, se non teneri, promittit centum alteri, donasse videatur, sicuti ex eo loco adnotarunt Abb. in capitu, si cautio. 3. col. de fid. instrumè. glo. in l. ij. §. circa. ff. de doli exceptio. Iason. in §. si minus. nume. 8. de actioni. idem Iason. in l. iurif- gentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. nume. 28. donatio autem hodie fieri potest pacto nudo. l. si quis argentum. §. vlti. C. de don. Ergo quod liber pactum nudum iure civili producit actionem. Huic argumentationi responderetur, donatio- nem tunc præsumi ex promissione scienter facta quando ea sit per solennem stipulationem: secundum Paul. de Castr. in d. §. sed cum nulla. ubi Iason re- fert alios idem tenentes: non autem ubi facta fuerit per pactum nudum. Et præterea, dict. l. si quis argentum. obtinet in donatione vera, non in præsumpta: qualis est ista, ne den- tur duo specialia in vna, & eadem re aduersus l. j. C. de dot. promiss. Sic denique sit, ut iure sit cõstitutissimum, lege civili actionem pacto nudo negari idque fieri potuit, cum actio- nes iure civili fuerint inductæ. l. ij. §. exactis ff. de origine iur.

¶ Tertiò hoc in tractatu cõ- stituendum est iure pontifi- cio ¶ pactum nudum actio- nem efficacem ad exigendum producere. tex. est ita omnium

consensu intellectus in dicto cap. j. de pact. quam illius capitulæ interpretationem Fortun. in eius relectione omnium latissimè defendit aduersus aliquot rationes, quæ solent adduci in contrarium, maximè per Feli. in d. cap. j. & Iason. in dict. §. sed cum nulla. Quibus illud est obiter adijciendum quò ad apertiorè intellectum eorum, quæ ab ipsis tradita fuere: nempe, pactum nudum iure canonico actionem producere, si causam expressam habeat, alioqui pactum nudum à causa etiam iure pontificio actionem minimè producit: secundum Abba. in cap. si cautio. col. 2. de fide instrumen. Bald. in l. si de diuisione. ad fin. C. famyl. et ciscun. Feli. in dicto cap. j. de pact. col. vlti. Fortun. inibi. num. 34. & Iason. in dict. §. sed cum nulla. 3. colum. text. optimus in dict. cap. si cautio. Et probatur ratione. Nam pactum nudum iure canonico non habet maiorè vim, quàm habeat stipulatio iure ciuili, sed stipulatio sine causa non habet actionem quò ad effectum. l. ij. §. circa. ff. de doli exceptio. Igitur nec pactum nudum. Deinde promissio nuda ab expressione causæ, si promissor sciebat se nulla esse causa debere, donatio præsumitur: modò probetur hæc scientia: si verò constet ipsum promittentem credidisse causam

subesse, quæ non inerat, aut si mus in dubio an ita crediderit vel ne, præsumitur promissio indeliberata, & emissa absque animo donandi, & obligationis, iocò potius, quàm serio: atque ideo etiam iure canonico non obligat, nec iure naturali, nec regio, quia deficit consensus: quod in dict. cap. si cautio. frequentissimo omnium consensu explicatur: maximè per Abba. Quamobrè plurimum est aduertendum, an donatio in his promissionibus, & pactis nudis, aut simplicibus præsumatur: de quo latè Iason. in dict. §. sed cum nulla. 2. colum. idem Iason. in l. tale pactum. in princip. 2. colum. ff. de pact. & in l. diuortio. ff. de verbor. obligat. Bald. & Iason. in l. sicut. C. de repud. hæredit. Hippo. in l. j. §. præterea. ff. de quæstion. nume. 93. idem in rubr. de fideiuss. nume. 45. Fortun. in dicto cap. j. de pact. nu. 34. Deci. in consil. 682. nume. 4. latè Barba. in l. generaliter. colum. 15. ff. de verbo. obliga. Felin. item in dict. ca. si cautio. quòd si verum est, iure pontificio pactum nudum à causa actionem non producere, parum, aut sanè nihil refert & còducit asseuerare iure canonico pacta nuda producere actionem, cù si causam habeant iam non nuda, sed vestita sunt, vt interim loquedi formula vtar. Nihilominus non obstat hæc còsidera

sideratio: etenim etsi verum sit pacta nuda ab expressione causæ nec iure canonico actionem producere, & vtroque iure, ciuili etiam pacta habere actionem ex adiectione causæ constat discrimen maximum inter iura pontificia, & ciuilia: quia iure ciuili tunc demum pactum alioqui nudum fomè tum à causa recipit, cum eius sit effectus sequutus: non ex simpliciter tantum eius appositione: & sic fouetur pactum nudum ab effectu causæ d. l. iur. gent. §. sed & si. & §. & ideo. vt si tibi dem pallium, vt eas pro me Romam, vt des mihi equum hoc casu iure ciuili actio oritur: si absque executione simpliciter adijciatur causa in hunc modum, dabo tibi centum, vt eas pro me Romam: ex hoc pacto iure ciuili actio non oritur: bene tamè iure pontificio sicuti explicat Fortun. in d. c. j. de pact. num. 34. Erit & aliud huius distinctionis exemplum. Nam iure canonico actio oritur si quis ita promiserit: Promitto donare centum: est enim hæc promissio nuda donationis non donatio: sed tamen iure pontificum actio ex ea oritur: secundum Abb. in d. ca. si cautio. 2. col. argu. c. j. de donationib. Iure autem ciuili ante leg. si quis argentum. §. vltim. C. de donatio. non habebat, nec producebat actionem. Bart. & communis in d. l. iuris

gētium. in prin. ff. de pact. l. as. in §. in personam. de act. nu. 60. Est item & exemplum non in cōgruū: si quis sciens se alteri nihil debere, centum ei promittat: est namq; tunc causa donatio nis præsumpti: iure autem canonico actio ex hac donatione præsumpta oritur, licet pacto nudo cōcepta: non sic iure ciuili. Siquidem iure potificio non contingit hic duo specialia: cum iure canonico ex pacto nudo donationis regulariter actio cōstituta sit: atq; ita hoc exemplum collegimus ex Felino in dict. cap. j. de pact. licet Fortun. inibi num. 34. exi stimet, etiam iure ciuili in hac specie dari actionem.

Quartò principaliter est hic adnotandum, † iure pontificio actionem oriri, & dari ex pollicitatione, quæ est vnus promissio absentis non præsentis facta. Hæc conclusio probatur secundum Abba. ibi in cap. qualiter. de pact. dum Diui Gregor. responsiō trascripta ex lib. 8. epist. epi. 38. gñalis est. Ad idem est optimus text. in cap. iuramenti. xxij. quæst. v. pollicitatio enim promissio est l. sciendum. §. dictum. ff. de adilit. edicto. Quam sententiam latè defendit Fortun. in dicta l. j. ff. de pact. colum. 2. & 3. autoritate textus in capitul. si tibi absentis. de præbend. in vj. cui facillimè poterit responderi, si confide

rem eam decisionem agere de collatione beneficiorum, quæ certa debet esse, ac necessario à prælatis & episcopis facienda: idcirco non est ad exemplum donationis iudicanda, valétque collatio absenti facta nemine pro eo acceptante, nec reuocari potest: quod ipse tradidi lib. 3. variarum resolut. cap. 16. in princip. quamobrem nõ rectè adducitur ad hanc controuersiam tex. in d. c. si tibi absenti. Deinde, ne quis existimet certam esse Panor. sententiam de acceptatione, quam modò retulimus aduerrere oportet iure pontificio ex pacto, id est ex duorum consensu actionem oriri. c. j. de pact. l. j. ff. eo. at acceptatio non habet duorum consensum sed vnus tantum. Nec diui Gregorij autoritas quicquam vrget: quia is loquitur de pacto conuento ex duorum consensu, vt constat ex d. epistol. 38. Sic sanè Panor. parum sibi constans in c. cum in ter vniuersas. col. vlt. de elect. asseuerat, quòd iure canonico ex pollicitatione actio minime oriatur. cuius opinionem sequuntur Iason. in d. l. iurifigentium. §. sed cum nulla. idè Iason in rubrica ff. de verbo. obligati. colum. 3. & 4. vbi Lancelot. Galiula folio 12. colum. 3. & Alciatus num. 7. idem probat asserentes hanc opinionem esse communem.

Cui suffragatur gloss. in c. scimus. xij. quest. j. dicens esse speciale, quòd ex pollicitatione facta Deo, vel reipublica oritur actio. Igitur regulariter etiam iure canonico ex pollicitatione actio non oritur. Et præterea constat hæc opinio ex eo, quòd pollicitatio non producit naturalem obligationem: quæ ex consensu duorù oritur. l. j. ff. de pact. notat in specie Bart. in l. si vnus. §. pactus. colum. 5. ff. de pact. vnde manifestè cessat æquitas prætoris, & iuris pontificij ratio: ex quibus pacta nuda fomentum acceperunt. his accedit quòd ex vnus promissione absenti facta nihil ei quaritur & potest reuocari promissio. l. ij. §. sed si donaturus. & l. absenti. ff. de donat. qua ratione dubia profectò est huius controuersie definitio: at que ita dubitat Felin. in d. c. j. de pact. & fortassis etiam lege regia præmissa, quest. 3. est. titulo 8. lib. 3. ordinat. non esset admittenda opinio prior contra comunem, si consideremus eam constitutionem tractare de ea promissione, quæ absentis sit vtilitate. alicui tamen presentis. Alijs videbitur & id iure æquissimo, lege regia probari priorum Abbatis opinionem, & ex ea dari pollicitationi, actionem naturalemque obligationem oriri. Sed duo sunt obiter adnotandi errores hac in questione

stione animaduertendi: prior Abb. in dict. cap. cum inter vniuersas. de electio. qui præmittens iure canonico ex pollicitatione non dari actionem, nec oriri naturalem obligationem, fatetur, non seruantem pollicitationem peccare. hæc etenim sibi non constat. Nam si obligatio naturalis minime oritur, vt ipse Panor. sensit, & superius probauimus: cum nõ derur duorum, sed vnus tantum consensus, non peccat qui pollicitationem minime seruauerit. Alter error est Lancelo. Galiulæ in d. rub. de ver. oblig. fol. 11. colum. 4. qui existimat, hanc argumentationem sufficientem esse: peccat promissor mortaliter, si promissa non seruauerit: ergo iure canonico datur aduersus eum actio. Etenim nec ius canonicum, nec ciuile semper actionè dat ad ea, quæ quis tenetur sub peccati mortalis reatu agere: quæ notauimus aliàs circa intellectù l. ij. C. de rescin. ven. & hoc in ipso. §. tamen si deur remedium denũtiationis euangelicæ. capit. nouit. de iudiciis. vbi multa doctores hac de re tradiderunt.

Quintò & præcipuè ex præmissis deducitur sententia Bar. in dict. l. si quis pro eo, qui scribit pactum nudum iuramento præstito ita confirmari, vt etiam iure ciuili actionem producat: hæc est communis opi-

nio doctorum, vt constat ex Iafone in dicto §. sed cum nulla. nume. 21. & Iunioribus. in l. si quis maior. C. de transactio. Felin. in dict. cap. j. de pact. numero 4. & inibi Fortuni. num. 25. Nam opinionem istam tenuerunt Anto. & Abb. in dict. cap. cum contingat. nume. 31. Mathesila. notabil. 36. Cuma. Roma. Alexan. & Galiula, fol. 6. colum. 3. in rubr. ff. de verborum obligat. & Alciat. in dict. cap. cum contingat. num. 245. qui expressim fatetur hæc opinionem esse comunem, tamen et si num. 242. dixerat contrariam saltem iure ciuili magis comunem esse. Idèmq; Iason asserit in dicta l. si quis maior. numero. 23. & Corneus in authent. sacramenta puberum. questio. 13. C. si aduersus vendit. post Salic. ibi. Sed priori sententia facit, quòd iuramentum habet vim duplicis consensus: gl. ab omnibus recepta in d. c. cum contingat. cuius mentionè fecimus in hac parte. §. j. & tamè pactù nudù geminatu iure ciuili actionem producit. l. vlti. C. ad legè Falc. not. Bar. & doct. in d. §. sed cũ nulla. Fortuni. in d. c. j. de pact. nume. 36. & est opinio comunis vt fatentur Iason colum. 4. Ioannes Crotus col. 2. Galiula fo. 6. prima. col. in rubr. ff. de verbo. obligat. text. optimus in l. j. §. debitum. ff. de constit. pecun. & licet contra

hanc communē in hoc tenuerint Crotus, & Gahaul. & alij, præsertim Iason in l. ii. pacto quo pœnam. 3. col. C. de pact. & possit optimē respōderi ad d. l. vlt. quod lo. uatur in stipulatione: adhuc prior sententia defendi poterit, quam sequitur Ripa in d. rub. de verb. obl. num. 30. Felin. in d. c. j. de pact. nu. 4. Et ne quis existimet Bar. in d. l. si quis pro eo. non esse huius opinionis autorē, oportet eius literam expendere: vulgō etenim ita legitur. Sexto dixi: quod prohibetur contractus, quia lex non adfuit sibi, non autem reprobatur: & hic aduerte: exemplum pone in §. al. ter. l. stipulatio ista. ff. de verbo. obl. tunc quia ex tali conventionione oritur obligatio naturalis, ut ibi notavi. Item in pacto nudo, puto quod de iure canonico per tale iuramentum talis conventio validatur: sicut pœnalis stipulatio super ea apposita valet: ut d. §. alteri. &c. Ex quibus, ni fallor, mens Bar. est, quod in d. l. si quis pro eo. commentariis semper intēdit tractare, an iuramentū confirmet cōtractus iure civili prohibitos, etiam quo ad vim in foro civili obseruandam. Huc etenim spectat totius disputationis intentio. Item & in hac parte, qua Bart. hanc quæstionem examinat, paria esse censet pactum nudum, & stipulationem alteri per alterum fa-

ctam. Et tamen iuxta communem sensum constat Barto. tenuisse, stipulationē alteri per alterū præstito iuramento conceptam, validam esse etiam iure, & foro civili: cum alioqui iure canonico nulla posset cōtingere dubitatio, & mēs Bart. ab his, quæ tradit de appositione pœnæ foret aliena. Igitur Barto. asseuerat, pactum nudū per iuramentum validum firmari: atque idē legendum est Bar. litera in hunc modum: item in pacto nudo, quod de iure canonico validū est: puro quod per tale iuramentum talis conventio validatur. Hæc Bartol. Idem erit in pacto nudo à causa. Nam per iuramentum valet, & tenet utroque iure: cum iurata promissio præsumatur præuia deliberatione concepta. Nam & cautio sine causæ expressione emissa, iurata tamen, probationem efficacem, & obligationem efficit: secundum Rom. consi. 373. Ioan. Baptista in l. admonendi. ff. de iureiur. col. 30. Hippoly. in l. j. §. prætereā. ff. de quæstio. nu. 93. Deci. in consi. 682. nume. 5.

Sexto principaliter opinatur, <sup>16</sup> Ex pollicitatione iuramento præstito cōfirmata oriri actionem efficacem ad agendum, etiam in foro civili propter vim, & virtutem iuramenti: quæ quidem assertio probatur duabus rationibus, quarū prior adsumitur ab ea opinione, quam

ne, quam in prima huius relectionis parte probare conatus sumus. §. 2. nempe, iure civili ex iuramento actionem, & obligationem oriri. Posterior vero habet fundamentum ab ea quæstione, quæ paulo antè disferuit, an ex pollicitatione oriatur obligatio, & actio iure canonico. Etenim utroque sit de illa controuersia: si pollicitationi iuramentum accesserit, æquissimum erit, quod ex ea obligatio oriatur, & actio detur: idēque iure verius videtur: si vim iuramenti diligenter cōsideremus. Nec enim video quid impediat, me naturaliter absenti obligati adhuc nullo cum eo pacto inito: siquidem naturalis obligatio quantum meipsum atinet à meo consensu deducitur: qui cōsensus perfectissimus est, nisi lex impediatur, donec absens ille, cui promissi, expressē, vel tacite obligationem istam remittat. hoc ipsum est quod regia. l. 3. titu. 8. lib. 3. ordinat. obseruandum esse præscribit dum tantum admonet, & statuit, promissionem seruandam fore, etiam absenti factam, modo constet animus præsentis ad obligationem.

Ex §. sequenti.

- 1 Promissio facti alieni iure canonico reducitur ad illam, qua quis promittit, se facturum & curaturum.
- 2 Promissio facti alieni iuramento præ-

stito eandem interpretationem habet, ut promissor faciat, & curet.

3 Promittens se facturum, & curaturum circa factum alienum liberatur, possib. iudicium diligentiam exhibens: & nume. 4.

4 Difficultas an excuset à mora in obligationibus ad factum, speciem, vel ad genus.

5 Promissor facti alieni directè concepta & pœna apposita, an liberetur, si fecerit, & diligentissime curauerit. Quid dicendum sit in eo, qui promittit, se facturum, & curaturum cum effectu.

7 In prætorij stipulationib. facti alibi est, an sit satis promissor diligenter fecisse, & curasse, quod alter faceret.

§. Quintus.



IS proximè accedit quæstio non inutilis, qua tractari solet de promissione facti alieni, an ea iuramento præstito utilis sit, & valida. Nam iure civili constat, promissionem facti alieni non inducere obligationem. l. Stipulatio ista. in prin. ff. de ver. ob. §. si quis aliū. Infit. de inutili. stipu. regia. l. ii. tit. ii. parti. 5. nisi quis expressim promittat, se facturum, & curaturum, quod alter faciat. l. quoties. ff. de ver. obl. aut stipulationi fuerit adiecta pœna. d. l. stipulatio ista. in prin. vers. At si quis velit. Quibus tādē promissis proponitur conclusio prima.

† Promissio expressa facti alieni iure pōtificio in hunc sensum valet. vt promittens teneatur se acturum, & curaturum quòd alter faciat. Hoc enim dicitur equitas canonica: & probatur autoritate gloss. in can. Eleutherius. 91. dist. quam sequuntur Antoni. Abb. & Præpositus. in cap. ex literis. in ij. de sponsal. Felin. in cap. ex rescripto. de iureiur. col. pen. Alex. col. 2. & Iason in d.l. stipulatio ista. in prin. quorum opinio communis est. Imò in matrimoniali causa idem vtroque iure obtinet. secundum gl. in c. veniens. de eo, qui cognov. con. san. vxor. suæ. quam docto. in ibi sequuntur, & Præpo. post alios in d. c. ex literis. atque ita æquitas illa, quæ suadet pacta seruari, & huic promissioni hanc interpretationem exhibet: tamen Andræ. Alciat. in l. iij. §. Caro. num. 139. ff. de verbo. ob. teneat idem fore dicendum iure canonico, quod modo respondimus ex iure ciuili.

2. Secunda conclusio. † Promissio facti alieni iuramento præstito cōcepta eum sensum habet, vt qui iurauit promississe videatur, se acturum, & curaturum: hanc opinionem probat gl. in c. ex rescripto. de iureiur. & ibi eam sequuntur Abb. Felin. & alij. gl. & doct. in d. c. ex literis. & in c. sicut ex literis de spōsali. Ant. Corset. in singula. ver. pmissio facti alieni. Rap. Alex.

& Iaso. in d.l. stipulatio ista. in prin. 2. co. dicēs, hanc opinionem communem esse. idem fatetur eam sequutus Pau. Parisi. consil. 109. lib. 1. num. 11. horum ratio ea est, quòd iuramentum hunc effectum habet, vt actus eo meliori modo, quo valere potest, sit intelligendus. l. cum pater. §. filius matrem ff. de legat. ij. notat Bar. in d. l. si quis pro eo. col. vlti. ipse etiam latius illius loci interpretationem tradidi in ca. Raynaldus, §. iij. nu. 10. de testam. Et sanè licet ius ciuile improbet hanc stipulationem, saltē eo in sensu, vt ei nec obligationem nec actionem tribuat, opinor ex ea naturalem obligationem oriri ad hunc effectum, vt promissor teneatur curare & facere, quòd alter promissum actum exequatur. Qua ratione ius pōtificium promissionem facti alieni hunc in sensum admittit: & præterea vtroque iure propter vim, & religionem iuramenti eadem adsumitur interpretatio: sicuti iam frequentissimo omnium consensu receptum est. Superest tamē difficultas in his conclusionibus intelligendis. † Nam in his casibus, quibus promittens factum alienum teneatur se facturum & curaturum, liberatur si diligenter iuxta proprias vires curauerit, quòd alter faciat: sicuti adnotarunt in specie Anton. & Abb. in cap. Gemma. de

sponsalib. Præpo. post alios in d. c. ex literis. Frederic. in consil. 122. Felin. in d. e. ex rescripto. Deci. in l. impossibilium. ff. de reg. iur. Abb. in consil. 90. lib. 1. Deci. consil. 313. Hippoly. in rubric. ff. de fideiuf. quest. 20. Aretin. consil. 142. colum. 3. & consil. 80. colum. 6. secundum quam opinionem pronūtiatum fuisse refert Matthæ. Afflic. in decisio. 295. quæ quidem opinio probatur in c. breui. de iureiur. cap. significante. de pignorib. gl. in cap. beatus. xxij. quest. ij. Angel. consil. 219. Quibus in locis adnotari solet, difficultatem excusare à periuicio: idem notant Felin. in cap. testimonium. colum. 7. de testib. idem in cap. P. & G. de offi. delegat. colum. 2. & est communis opinio sicuti constat ex Bar. Alex. Socino, Iasone, Purpurato nume. 58. Curtio Iunior nume. 35. & Deci. in l. quod te mihi. ff. si cer. peta. Iaso. in l. quod seruus. ff. de condit. ob. causam. colum. penult. tradit Præpositus. in c. j. §. licet. si de feudo fuerit controuers. inter domi. & agnat. post Bald. ibi: adeò quidem, vt quauis qui iurauit aliquid agere ab initio scientiam habuerit futuræ difficultatis, aut crediderit, se facere non posse, minimè periurus sit, tamen si iuramentum fuerit temerarium: quod notat Angel. in summa, verb. iuramentum. §. nume. 31. cui accedit Purpur. in

d. l. quod te mihi. nume. 59. His etiam suffragatur tex. celebris in l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad leg. Rhodiam de iact. notat Dinus in reg. peccatum. ad fi. de reg. iur. in vj. text. item optimus in d. l. quod te mihi. vnde promissio facti alieni quoties ea valida est, & in hunc sensum accipitur, vt promittens curet diligenter, quòd alter faciat, minimè adstringit promissorem, qui fecit iuxta proprias vires, & curauit hoc omni conatu, vt alter faceret: secundum eos autores, quos modò citauimus. Quorum opinionem fatentur communem esse Iason in d. l. stipulatio ista. name. 10. & in l. Titia. nume. 13. ff. de verbor. obligat. atque omnes ferè Iuniores in l. iij. §. Caro. ff. eo. titul. in 9. opposit. maxime Ioan. Crotus in 2. lectio. nu. 30. Carol. Ruinus, & Lancello. Galiaula in d. 9. opposit. Alciat. in nume. 129. & Pau. Parisius in consil. 109. nume. 22. & consil. 110. nume. 26. libr. 1. Philip. Deci. in d. consil. 313. & in d. l. impossibilium. Thomas Grām. quæst. 2. post decisiones.

Cæterum hanc opinionem communem conatur euertere Francisc. Aretin. in l. si ita stipulari fuero te sisti. §. postum. ff. de verbo. oblig. colum. 2. licet fateatur, eam seruari in praxi. eandem improbant falsam esse cēsententes Soc. in consil. 288. lib. 2. Caro. Ruinus in d. §. Caro

to. 9. opposi. & ibi Alciat. num. 139. & præcedentibus. Iason in d.l. stipulatio ista. in prin. & in d.l. Titia. nume. 13. ff. de verbo. oblig. quorum ea est præcipua ratio, quòd promissione facti alieni concepta statim ab initio imminet difficultas. quæ omnino prauideretur à promittente. Vnde sibi imputet, qui scienter ad rem difficile se obligauit: quod colligitur ex d.l. quod te. d.l. si vehenda. §. idem iuris. in quibus difficultas post promissionem contingens excusatur: igitur non quæ ab initio inerat: quod notant Bal. & Salicet. in l. sed si quis. §. quæ sit. ff. si quis cautioni. Bar. in l. continuus. §. illud. ff. de verb. obligat. Ad hoc ipsum optimè cõducit l. sancimus. C. de fideiussori. vbi secundum Baldum. nõ excusat promittentem difficultas, quæ ab initio promissionis inerat. Eadem opinionem aduersus communem probat text. in d.l. stipulatio. in princ. ff. de verbo. oblig. qua in parte admittit hanc promissionem facti alieni, si ei pœna fuerit appositã. Etenim si in hac specie promissor à pœna liber foret censendus ex eo, quòd diligenter curauit quòd alter faceret, profectò inanis, & inutilis stipulatio pœnalis esset censenda: quippe quæ immunem facillimè redderet ipsum promissorem: quòd admodum alienum est à mente legis, & ipsorum-

met contrahentium. Quamobrem in hac disceptatione multa sunt adnotanda ita distinctè, vt iuxta vires proprias omnem ambiguitatè explicemus. Primùm illud est prænotandum quod Bartol. scripsit in l. quod te mihi. ff. si cert. per. & in d.l. continuus. §. illud. ff. de verb. obli. per illum text. nempe, ¶ difficultatè excusare promissorem à mora, pœnãque in obligationibus ad factum. d.l. si vehenda. §. idem iuris. & in obligationibus ad speciem, d.l. quod te mihi. non tamen in obligationibus ad genus: cum id perire non possit. l. incendium. si cert. per. at perempta specie ante moram debitor omnino liberatur. d.l. quod te mihi. hanc Bartoli distinctionem sequuntur Abb. & docto. in d.c. breui. & doc. in d.l. quod te. notat Dinus in reg. peccatum. de re. iur. in vj. ad fi. Nam & Card. in d.c. breui. & Iason in l. vinum. ff. si cert. per. restantur eam opinionem communem esse. Attamen Franc. Purpurat. in d.l. quod te. num. 64. scribit ante Alexan. suille communem sententiã Bartolo contrariam: post Alexan. verò magis communem esse Bart. opinionem. Ego sanè non censo pertermittendum fore, quo in sensu sit hæc distinctio accipienda: illud etenim apud me constitutissimum est, difficultatem ytcunque summam minimè

minimè extinguere obligatiõem ad genus. dict. §. illud. tamen si extinctio rei bene obligationem ad speciem perimat. d.l. quod te. atque ideo in dict. §. illud non probatur sententia Bart. in eò sensu, quo accipièda est. Deinde quantum obligatio ad genus minimè perempta sit propter difficultatem, excusatur tamen debitor in animæ iudicio à præsentis solutione: quod notant omnes in cap. cum tu. de vsur. & in dict. reg. peccatũ. quo in loco nos idem præmissimus in principio denique ex Barro. colligitur in obligationibus ad factum, & ad speciem difficultatem à mora, & à pœna excusare. dict. l. si vehenda. §. idem iuris. & l. quod te. in quo recepta est omnino sententia Bartoli, si consideremus eam dici veram difficultatem, quæ promissorem pactum, & promissionem seruare impedit etiam per eum exhibita possibili, secundum eius vires diligentia. qua ratione si à mora excusatur, erit profectò promissori liber, & ab eo quod creditoris interfit: quidquid contrarium Curti. Iunior in dic. l. quod te. num. 39. voluerit ex l. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui satis. coguntur. qui locus nõ potest de vera difficultate intelligi dum inibi dicitur, non facile: nec enim inde sequitur, debitorem faciendõ quod possit,

non posse pactum seruare: poterit equidè quãuis ei sit ea potestas difficilis aliquantum. Nec item vrget Bart. decisio in l. stipulationes non diuidantur. q. 9. ff. de ver. oblig. dum expressim voluit, promittentem scribere librum teneri ad interesse si non scripserit, etiã si ei fuerit ante veram manus amputata: quia vel ea opinio falsa est, vel intelligenda quam do liber potest per alium scribi: idcirco veram esse censo Ber. opinionem in dict. l. quod te mihi. quantum ad obligationem ad factum, & speciem. Nam propter veram difficultatem debitor excusatur non tantum à pœna, & mora, sed & ab eo, quod creditoris interfit. Et hæc est communis opinio, quæ itè probatur ex eo, quòd iusta causa excusat à pœna cõuentionali: sicuti notat Ant. per rex. ibi in di. cap. significãte. de pignorib. Imol. consi. 5. nu. 4. Nam quòd iusta causa excuset à pœna legali tradit gloss. vti. in l. ab executione. C. quorum appel. non recipi. Bald. in l. ij. C. de epis. audient. notatur in cap. sacre. de sent. excom. & licet possit responderi ad decisionem text. in d. cap. significante, quòd ibidem pactum legis commissoriae maximè in pignoribus improbatum maximam præbuerit causam excusandi promissorem à pœna cõuentionali propter



pter iustam causam : & prætereas frequenter iuris utriusque interpretum sententia obtentum sit, iustam causam non excusare à pœna conuentionali, & si excuset à pœna legali gl. celebris in l. si quis cum militibus. C. de rest. milit. Bald. in l. non solum ff. de rei vend. & in d. l. quod te mihi. Corset. in singul. verb. pœna. Alexand. consil. 119. lib. 2. nu. 18. & in consil. 43. lib. 6. Iason in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. 6. ff. de verb. obligat. Deci. in l. qui cum alia. ff. de regu. iur. Bal. in l. adita. 2. lect. 8. opp. C. de ædendo. idem Bald. in l. eos. §. cautione. colum. 2. de appel. Curtius senior consil. 67. col. 19. Andra. Tiraquel. lib. 2. de retract. §. r. gl. 7. nu. 55. attamen ubi iusta causa procedit à difficultate vera, quæ in hoc equidem consistit, quod debitor possibilem apud se diligentiam adhibuerit, existimarem ipse, eam iustam causam à pœna etiam conuentionali excusare. Quantum verò artinet ad obligationem in genere Bart. censet difficultatem non excusare à pœna, nec mora, eius tamen opinio minimè constat ex locis per eum adductis. Nam in his tatum probatur, difficultatem solutionis minimè extinguere obligationem. Vnde falso colligitur difficultatem non excusare à mora, nec à pœna. Atque ita con-

tra Bartol. tenuerunt Salicet. Fulgos. Paul. Roman. Deci. & Curtius in d. l. quod te. & ibi etiam Franci. Purpurat. dicens quòd aduersus Bar. opinionem iudicaret. Et profectò si vera difficultas præmittatur eo sensu, quo eam accepimus, iniquissima est opinio Bartol. etiam refragatur tex. in l. sciendum. cum l. seq. ff. de usur. l. Thais. §. j. ff. de fideicom. libe. l. si creditor. §. illud. ff. de distract. pignor. sic denique iuxta prædictum sensum est examinanda Bart. distinctio in d. l. quod te. & necessariò præmittenda ad præsentem dispositionem.

Secundò est in hac controversia obseruandum, stipulationem istam facti alieni quoties promissor expressim promisit, se facturum, & curaturum, hunc habere sensum, ut si is fecerit quidquid ipse potuerit, liber sit à mora, & à pœna, in quo omnes ferè cõueniunt qui hanc quæstionem tractauerunt: præsertim Frede. in d. consil. 122. Barto. in consil. 236. Anto. & alij in d. cap. Gemma. & merito: quia potius hic promittitur factum proprium, id est, diligentia, quam alienum: sicut colligitur ex Bar. in l. inter stipulantem. ff. de ver. obl. Angelo Aretino in d. §. si quis alium. Instit. de inutilib. stipulat.

¶ Tertio ex præmissis sequitur

tur, in hac promissione facti alieni promissorem omnino liberari à pœna, & interesse, si fecerit quidquid ipse potuerit diligenter quod alter faciat: in omnibus equidem casibus, quibus hæc promissio facti alieni resoluitur in promissionem curæ, & diligentia. Etenim si vera est secunda conclusio, quam modò adnotauimus, constat planè, verum esse id, quod in hoc versiculo itidè modo proponimus ratione satis videnti, & quæ minimè tolli poterit.

¶ Quarto hinc apertissimè constat, promissionem directam facti alieni, quæ iure canonico in eam resoluitur, ut promissor se facturum, & curaturum cauerit, satis apud iudicè ecclesiæ ad excusandam pœnam & interesse seruatum fuisse, si promissor diligenter iuxta proprias vires omnia tẽtans fecerit, & curauerit quod alter faceret, nihil omitteus, quod posset ad effectum perducere alienum factum. Hæc conclusio communis est perpensa auctoritate eorum, qui 5 probare conati sunt, & asseuerant, directam facti alieni promissionem iure pontificio in hunc sensum accipiendã fore.

¶ Quintò, ut propositæ quæstioni satisfaciamus, apparet utroquo iure ob virtutem, & religionem iuramenti, promissionem iuratum facti alieni se-

cundum sententiam communem in hoc sensu intelligendã fore, ut à promissore exhibenda sit hac in re possibilis apud eum cura, & diligentia, quod alter faciat: atque ideo respondendum erit in hoc casu, promissorem liberum esse à pœna & interesse, si fecerit quidquid potuerit, ut alter faceret. quod cõmuni omnium sententia receptum est. Et probatur in d. c. breui. de iureiurand.

Sextò non est prætermittendum, generaliter quidem esse obseruandum, quod ubi difficultas faciendi contigerit non in ipso promissore facti alieni: sed in eo, qui factus est, tunc sanè promissor ipse facti alieni dubio procul excusabitur à pœna & interesse, utrunque eius promissio intelligatur. Quod Alciat. & alij factentur in dict. §. Caro. & probatur ex opinione Bart. in d. l. quod te mihi. cuius paulo ante mentionem fecimus, & ex auctoritate Iurisconsulti in d. l. si vehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu.

¶ Septimò existimo, ¶ iure ciuili promissore facti alieni directe promissione concepta pœna stipulationi apposita minimè ab ea pœna excusari, etiã si diligentissimè curauerit, ac solite iuxta proprias vires fecerit, ut alter faceret. Huius opiniois ea est ratio, quod ius ciuile hæc stipulationem validã esse cõ-

set in sensu directo: nec eam in terpretatur benigna illa inter pretatio, quæ in curam ac diligentiã stipulantis redigitur. Quod patet in dict. l. stipulatio ista. in prin. quo in loco propter appositionem pœnæ valida est hæc stipulatio. ergo in eo sensu accipienda est quo absq; pœnæ adiectione foret intelligenda: nempe in sensu directo facti alieni promissi: alioqui si posset in promissione curæ, & diligentia ad sumi stipulatio ista, profecto valeret sine pœnæ appositione. Nec sufficiens est additio pœnæ ad mutandum sensum promissionis: atque ita procedit in hoc casu opinio Aret. in dict. §. possum. & aliorum, quos aduersus communem citauimus. quibus ad stipulatur l. sanctimus. C. de fideiuss. & d. l. stipulatio ista. in princ. cum his, quæ ibi notat. Bar. in vers. sed si pœnalis stipulatio. 2. col. 6 quod in specie notat Alciat. in dict. §. Cato. num. 132. & colligitur ex his authoribus, quos pro communi sententia adduximus, qui loquuntur in eo casu, quo promissor facti alieni promittit, se facturum & curaturum. Sic & Pau. Parisi. cõs. fil. 75. libr. 3. satis expressè hæc septimam conclusionem probat: & ante eum Carol. Ruin<sup>9</sup> in dic. §. Cato. 9. oppo.

¶ Octauo, si ad amissim omnia penitentem, apparet, tunc

demum nec iure pontificio, nec ciuili, nec in promissione directa facti alieni, nec in promissione curæ, & diligentia sufficere exactissimam promissoris diligentiam, cum ex mente contrahentium inspecta subiecta materia possit deprehendi cõsensu obligationis ad pœnã, vel interesse etiã eo casu, quo promissor omnem sibi possibilem adhibuerit sollicitudinem, vt alter faceret, atque is non fecerit. Hæc conclusio deducitur à manifesto promissoris consensu: qui maximè debet attendi in his, & similibus obligationibus. idẽque adnotarunt Deci. in l. impossibilius. ff. de regu. iur. ad fi. Alci. in dic. §. Cato. nu. 135. idẽque ex illationibus statim subiciendis examinabitur. Nam ex eis aliquot hac potissimum ratione subsistunt.

¶ Nonò hinc proximè inferitur, quid dicendum sit, tunc quis in promissione facti alieni promittit se facturum, & curaturum, quod alter faciat cum effectu. Nam per talem clausulam videtur, fuisse intentionem promittentis teneri ad interessẽ, vel pœnam si nõ sequeretur verus effectu, etiã si promissor omnem, quam potuit, diligentiam adhibuerit. quam sententiam veram esse censent Deci. in d. l. impossibilius. Aret. in d. l. si ita stipulatus. §. possum. Iason in d. l. stipulatio

latio ista. in princ. Carol. Ruin<sup>9</sup> in d. §. Cato. 9. oppo. & ibi Alciat. num. 133. Deci. in cons. 325. & 345. Ludou. Gozadi. in 27. col. 2. idem. Deci. in l. vlt. §. Labeo. nume. 11. ff. si cert. peta. quibus idem esse visum est, si verbis similibus hæc promittentis intentio fuerit significata. Nam difficultas postmodum contingens, prauisã tamen, & excogitata nõ excusat promissorem, qui & in hunc casum se ipsum obligare voluit. Contra rium tamẽ in hac specie respõdit Aret. in consil. 142. col. 4. Deci. in consil. 313. Lancelotus Galiaula in d. §. Cato. 9. oppo. & Matthe. Afflic. deci. 295. Parisi. in d. consil. 110. nu. 42. lib. 1. qui post Mattheum Afflic. in d. decif. 295. & Thomas Grammaticus q. 2. post decisiones opinantur, idem esse etiam si promissor expressim adidderit velle, quod non excusetur, nec liberetur à pœna, quanuis fecerit quicquid potuerit. Et enim, vt ipsi censent, adhuc liberabitur, si possibilem adhibuerit diligentiam, atque in regio Neapolitano pratorio referunt pronuntiatum fuisse. Ipse quidem arbitrator veriorẽ esse Aretini sententiam in d. §. possum. quoties manifestè patet cõsensu promittentis, qui voluit se ipsum teneri ad pœnã, vel interessẽ si alter non fecerit, etiã si

tionem possit hæc obligatio improbari: liquidẽ difficultas nõ impedit obligationẽ, nec eam extinguit l. continuus. §. illud. ff. de verb. obl. liberat autem à mora, vel pœna, quoties contingit post obligationem. Nec enim æquum est quod liberet promissorem, qui à principio eam excogitauit & præmeditata est: cum ei sit imputandum. Quãobrem mihi placet quod Aret. in d. §. possum, Deci. & alij cum sequuti respõderunt: idẽq; not. Francif. Purp. in d. l. quod te mihi. nu. 55. & tamen arbitrator non esse manifestum promissoris cõsensum ad hoc per illa verba, cum effectu: posunt enim habere varios sensus, ex quibus promissor non temere seipsum obligare voluerit: sed tantum ad adhibendum curam, & diligentiam quod alter faciat cum effectu: hanc enim, & in hunc finẽ eam prestare tenetur. Nec ex eo se adstringit ad pœnam nec ad interessẽ, in eo casu quo prestata omni diligentia alter facere noluerit. Sic deniq; sequor responsum hac in parte Aretini, in d. consil. 142. aut 143. iuxta alium numerum. Unde postunt multa in hac questione resoluta, quæ pendunt ab expressa & manifesta promissoris mente.

¶ Decimò ex præmissis deducitur, in pratorijs stipulationibus, quæ de facto alieno fieri possunt, & in hunc sensum Relect. Didac. Couar. p

accipiuntur, quod promiserit quis se facturum, & curaturum, non excusari promissionem ab interesse, quanvis diligentissimè curet, quod alteratum habeat. Hic etenim sensus manifestus est ex contrahentium intentione. l. si procurator. ff. rem ratam habe. l. quoties quis. ff. de verborum obligationib. alioqui admodum inutilis esset prætoria stipulatio: iudicia, & alij similes actus, quibus hæc prætorie stipulationes accedere solent, plerunque redderentur elusorij. Hæc ipsa conclusio probatur in l. sancimus. C. de fideiussorib. l. fideiussor. §. necessaria. ff. qui satisfacere cogan. notant in specie Carol. Ruinus in dicto §. Caro. oppositione 9. & ibi Aciat. in numero 137. & licet Lancelotus Galiaula in eadem 9. opposi. adhuc in hoc refragetur, dicens contrariam esse communem opinionem: verè communis opinio in prætorij stipulationibus minimè obtinet, nec expressimè de his agit, si omnium hæc de re auctoritates exactissimè considerentur. Ratio siquidem differentia inde sumitur, quod contraheaturus mens in hoc potissimum tendat, ut promissor facti alieni teneatur facere, & curare, quod alter faciat: & si alter minimè fecerit, in id quod interest, condemnetur. Hanc enim interpretationem exi-

git natura prætoria stipulationum.

Vndecimò hinc apparet, etiã in extraiudiciali promissione, qua in specie quis promiserit, se facturum & curaturum, minimè liberari promissionem, qui fecerit, & diligentissimè curauerit, à restitutione eius, quod nisi tertius ille verè faceret, nequaquam datum foret: nec à rescissione contractus, qui factus non fuisset, nisi cum effectu curaretur. argu. l. cum te. C. de pact. inter emptorem & venditorem. & ibi Salicetus notant in hac specie Socinus cõsi. 2.6. lib. 3. & Aci. in d. §. Ca. to. num. 135. quod quid datum fuerit propter ipsam curam & diligentiam tantum, profectò id reperti nõ poterit, si verè diligentia, & cura exhibitæ fuerint, tamen effectus nõ fuerit secutus. Ea etenim causa, quare id dictum est, sequuta fuit: atq; ideo repetitio cessat.

Duodecimò, quod res ita ad summã redigatur, ex prænotatis colligitur quibus casib. admittenda sit opinio cõmunis: ac rursus in quibus contraria, quæ Aret. in d. §. possum. auro rē habet, recipienda sit. Deniq; constat, quãdo satis sit, ut alieni facti promissor liberetur à pœna & interesse, omnè ab eo possibilem diligentiam, ut alter faciat, exhiberi. Quæ quidem quæstio satis difficilis non immeritò censetur.

Ex §

Ex §. sequenti.

*Actus deficiens ratione probatoria solennitatis minimè validus efficitur iuramento præstito.*

1. *Iuramentũ eius est virtutis, ut actũ, super quẽ adponitur melioris modo quo potest, valere faciat, etsi alio quo vitio laboret.*
3. *Actus deficiens in forma non confirmatur iuramento. & ibi intellig. ad l. v. §. si quis. ff. de verb. oblig.*
4. *Fideiussor iuramento præstito, an possit dari in plus quam fuerit principalis obligatio, & si traditur intellectu ad l. Gracè. §. il lud ff. de fideiuss.*
5. *Iuramento neque consensus defictum suppleri, neque actum cui consensus deficit confirmari.*
6. *Contractus materia ratione prohibitus, iuramentũ nõ confirmatur.*
7. *Renuntiatio futurorum alimentorum, an iuramento confirmetur.*

§. Sextus.



1. **D**uodecima conclusio ex Parto. Commentarijs in hunc modum deducitur, ¶ Actus deficiens ratione probatorie solennitatis à iure civili requisitè minimè efficitur iuramento validus. Sic sanè Bartol. censet in dicta l. si quis pro eo. num. 13. Abb. numero 24. Imol. sexto casu numero 70. in dict. cap. cum contingat. quorum

opiniõ communis est secundum Aciat. ibi nume. 151. probatur equidem ea ratione, quod ista solennitates iure civili sint inductæ ob fauorem publicum, ut constat: nempe quòd actus ad hominum conuictũ necessarij certiores sint, minùsque dolis, fraudibus, & falsitatibus subditi, ad maiorem reipublicæ quietem. atq; ideo iuramento privati fauor hic publicus tolli non potest. l. ius publicum. ff. de pactis. l. nemo potest. ff. de legatis primo. sicuti Barto. in hac specie in dicta l. si quis pro eo. adnotauit. Aduertendum tamen est hanc Bartol. rationem, licet in sensu possit procedere, in forma loquutionis peccare. Nam iuramentum nusquam tendit ad suppleendum probationis defectum, sed ad ipsius actus confirmationem, quemadmodum constat ex his, quæ in hac secunda relectionis parte latè tractauimus, & ratione manifesta probatur: cum id non præstetur in contractibus & similibus dispositionibus ad earum probationem, sed ad maiorem earum vim, & cõfirmationem si probatæ fuerint. qua ratione actus hic deficiens in solennitate probatoria, deficit tantum in probatione, non in ipsa vi actus: nec is reprobat, sed ratione probationis minimè pro eo iudicatur. Idcirco secundum Bald.

P 11

Panormit. & Alciat. in d. cap. cum contingat. nu. 151. in hoc casu huius duodecimae conclusionis nihil refert, an tractetur de viro publico, an de priuato: vtroque etenim casu idem est respondendum: quia iuramentum non tendit ad supplendas probationes: sed ad confirmationem actus lege prohibiti vel ad eius maiorem vim. Sic denique, vt hi docto. existimant, etiam si lex fauorem priuatum respiceret, esset omnino admittenda Barto. conclusio, quae communis est. ex quo apparet Antoni. & Imol. in d. cap. cum contingat. prorsus errare, dum hanc duodecimam Barto. conclusionem procedere censent in probatoria solennitate ob fauorem publicum inducenda: non in ea, quae priuatae utilitatis causa statuta fuerit. Nam haec interpretatio defendi commodè non potest. Quia iuramentum nihil pertinet ad supplendas probationes: cum assertorium non sit, sed promissorium. quicquid de hoc dubitauerit Corneus in authent. sacramenta puberum. nume. 37. quae st. 14.

2. Decimatercia conclusio. Iuramentum actui appositum praecipuam vim habet in hoc quod eius causa actus valet eo meliori modo, quo valere possit: licet aliquo vitio, aut defectu laboret. I. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis ij.

optimus text. in cap. quanto. de iureiurand. Barto. communiter receptus in dicta l. si quis pro eo. numero. 13. ff. de fideiussoribus, qua de re ipse latius tractauit in cap. Rainaldus. §. ij. nume. 10. de testament. Vnde Barto. infert, testamentum iuratum, factum tamen coram duobus vel tribus testibus minime valere vt testamentum: valere tamen vt codicillum, si testes habeat secundum leges humanas sufficientes ad codicillorum institutionem, & eorum solennem probationem: quod hoc in loco minime conuenit longius tradere, ne alibi adnotata iterum repetamus.

Decimaquarta conclusio: Contractus deficiens in forma iure statuta minime confirmatur iuramento. Huius conclusionis ea est ratio, quae forma rei essentia, vt interim ita loquamur. I. Iulianus. §. item si quis. ff. ad exhibend. atque ita Bartol. asseuerat in dicta l. si quis eo. num. 14. quem communi omnium consensu docto. sequuntur, maxime Abb. & Imola in dicto capitulo. cum contingat. 7. casu. numero 26. vnde Bart. infert ad intellectum. l. j. §. si quis. & §. si stipulanti. ff. de verb. obligacionibus. nam si stipulatio deficiat in forma iure ciuili inducenda, minime valebit vt stipulatio, etiam si iurata sit: valet tamen ratione iuramenti

menti in vim pacti nudi: quod Bartolus asseuerat, cui ceteri consenserunt secundum Alc. in d. c. cum contingat. nu. 168. idem tenet Corn. in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduersus ed. num. 38.

Hinc Bar. ipse subinfert ad intellectum. l. Graece. §. illud. ff. de fideiussoribus. quo in loco Iuriscōsultus scribit fideiussionem deficere omnino, si fiat in plus quam principalis obligatio: adeo quidem, vt in nulla parte valida sit fideiussoria obligatio. gloss. in d. §. illud. quam ibi doct. ap probant teste Bartol. & idem notant Hostien. & Abb. col. 4. in c. & si Christus. de iureiurand. tamen regia l. 7. tit. 12. part. 5. satis expressim probet, hanc si fideiussionem validam esse in quantitate ad debitore principali debita: licet in plus non teneat. Et tamen si iuramentum accesserit huic fideiussioni, profecto fideiussor tenebitur vt principalis. Idem quod Bar. notauit Abb. & doct. in d. c. cum contingat. & ibi Alc. nu. 173. Ang. in l. his qui accessiones. ff. de fideiussoribus. Roma. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. Alexan. in cons. 31. lib. 4. quorum sententia, quae communis est, dura nimis videtur: cum fideiussoris consensus nihil aliud dicat, quam quod ad fideiussoriam pertineat obligacionem: qua ratione hoc in loco circa Barto. interpretationem ali-

quot distincte adnotare conabor.

Primum est obseruandum stipulationem in forma deficientem, quam ratione iuramenti dicitur valere in vim pacti nudi, ita quidem validam esse, vt hoc pactum nudum efficax sit, atque vt aiunt, vestitum saltē iure canonico: quod ex communi omnium sententia fatetur Alc. in d. c. cum contingat. nu. 173. idem erit iure ciuili. secundum Abb. in c. ca. cum contingat. cuius opinio mihi verior videtur, quicquid alij dixerint ex ea opinione, quae dicitur, a iuramento obligationem, & actionem produci iure ciuili: de quo prima huius relectionis parte diximus. Deinde quia pactum nudum iuramento praestito adhuc iure ciuili obligationem, & actionem habet, sicuti hac in parte probare conati sumus in §. 4. potissimum hoc obtinebit apud Hispanos legis regiae aequitate perspecta.

Secundo adnotandum est, ratione iuramenti teneri fideiussorem in hac questione in vim pacti nudi iurati, non tantum ad quantitatem per principalem promissam: sed & ad id, quod ultra eam scietur ipse promisit secundum commune, quam modo retulimus.

Tertio, licet ratione iuramenti fideiussor in plus teneatur vt pacti nudi iurati, variè tamen tenetur. Nam in quantitate à

principali debita tenetur vt fideiussor: debetque vt beneficijs fideiussoris, quæ iuramentum minimè tollit: sicuti adnotauimus prima huius Relectionis parte. §. 4. nu. 4. in eo tamè quod debitor principalis non promisit, tenebitur ipse fideiussor vt principalis debitor, ac si separatim ipse eam quantitate promiserit pacto nudo iurato: cum de eius consensu constet, qui scienter promisit maiorem quantitatem, quàm à debitore fuerit promissa, aut debita: qua de re etiam tractat Hippol. in rubrica de fideiussor. quaest. 38. Bart. & alios se-

¶ Decima quinta conclusio ad eò iuris est apertissima, vt minimè altiorem probationem aut disputationem requirat: eaque asseuerat, ¶ iuramentum nunquam suppleri defectum consensu, nec confirmare actum, qui ratione deficientis consensus minus validus sit. Ita Barto. cõmuniter receptus in d.l. si quis pro eo. col. vltim. probatur in l. vltim. C. de non numerat. pecun. text. & ibi Abb. in c. penult. de iure iurand. quam conclusionem & in prima huius relectionis parte examinauimus. §. 3. & 4.

¶ Decima sexta conclusio ¶ Contractus prohibitus ratione materiæ, quia res, de qua agitur subiecta nõ est humanæ conuentioni, minimè confir-

matur iuramento. Etenim res sacra, quæ ex propria natura nõ potest alienari, etiam si iuramentum præstitum sit ab alienate, nequaquam iure alienationis poterit in emptorè trãferri: cum iuratis potestari nõ sublit. l. apud Iulianum. §. vlti. ff. de legat. j. l. inter stipulante. §. sacram. ff. de verb. oblig. atque ita Bart. in d.l. si quis pro eo. hæc proponit conclusionem col. vlt. cuius opinio cõmunis est secundum Alciat. in d.c. cum cõtingat. 179. & philip. Corn. in d. auct. sacramenta puberum. q. 16.

¶ Decima septima ¶ cõclusio quæuis super alimentis futuris transactio iure optimo prohibita sit testimonio iuriscõsultati in l. cum hi. ff. de trãsa. præstito tamè iuramento valida efficitur. Huius conclusionis ratio ea est, quòd prohibitio ista facta fuerit, ppter priuatorum vtilitatem, qui ob modicam presentem pecuniã futuræ, & maxime spei facillimè solent renuntiare: vt docet Ac. in d.l. cum hi. qua ratione perspecta hanc opinionem sequuntur Bart. in d.l. si quis pro eo. col. vlt. Cuius ibi. Imola in d.c. cum cõtingat. fol. vlt. in decimo membro in princ. & in ibi Anto. ac Panor. col. penul. Anch. in reg. accessoriorum. col. 7. de reg. iur. in vj. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres. §. q. Bar. ff. de verb. oblig. Iason in l. de alimentis. col. j. & ibi

ibi Deci. col. vlt. C. de transa. & idem Ias. in d.l. cum hi. buorũ opinio cõmunis est, vt asserit Alc. in d.c. cum cõtingat. nu. 192. licet contraria sententia placuerit Bar. in d.l. cum hi. & in ibi Fulgofio, & eidem in l. qui fidem. eo. tit. Baldo in l. pactũ. C. de colla. q. pen. propter periculum famis, cuius subuentioni non potest quis renuntiare. l. necare. ff. de lib. agnos. cum his, quæ obiter ipse tradidit lib. j. vari. resol. c. 2. nu. 10. & nihilominus opinor, posse hæc posteriorẽ sententiam defendi, quoties post renuntiationem ipsam is qui renuntiauerit, in vrgentem inopiam, & necessitatem deuenerit: tunc etenim non obstante renuntiatione, & prestita absolutione iuramenti ad hunc effectũ dari debent eidem alimenta, quibus renuntiauerit: imò nec esset admittenda renuntiatione ista, si tempore, quo facta est, hæc ipsa inopia vrgeat, & graueret renuntiantem: quem admodum sensere Fred. in consi. 60. incipienti, quod pactũ. Imol. in d.c. cum cõtingat. vlt. fol. & ibi And. Alc. nu. 193. secundum quam opinionem ipse profectò dubio procul in controuersa lite sententiã dicerem, tamen si Andreas Tiraquellus in leg. si vnquam. C. de reuocand. donationibus. in principio. nume. 136. & 151. nullam hac in questione opinionem

elegerit.

¶ Decima octaua conclusio, quæ ex Bart. colligitur, pertinet ad renuntiationem futuræ successionis, quæ licet iure ciuili prohibita sit, iuramento tamen oino cõfirmatur. quæ satis constat in hac roma. p̄fificis cõstitutione: quam statim in 3. huius relectionis parte Deo duce longius explicabimus.

¶ Decima nona conclusio: Donatio inter virum & vxorem alioqui iure ciuili, & canonico improbata, iuramento ita quidẽ confirmatur, vt omnino valida sit. Huius opinionis est autor Bar. in d.l. si quis pro eo. col. vlt. & plures alij iuris vtriusque interpretes, quorum mentionem fecimus in rubrica de testam. 2. part. num. 10. quo in loco eam diximus cõmunem esse, defendimũsque ab obiectionibus, quæ solent à cõtrariæ partis autoribus adduci.

Hæc sint satis ad ea quæ Bart. latè de viribus iuramenti quòd ad confirmationem contractuum iure prohibitorum tradidit in d.l. si quis pro eo. cetera petenda sunt à commentarijs Ioan. mo. & Alc. in d.c. cõtingat. Corn. in d. auct. sacra. puber. Georg. Natani in hoc c. quæuis pactũ. Ant. Cor. in rubrica de iureiura n. Marc. Antonij Baueriæ in tract. de viribus, & virtute iuramenti.



## TERTIA HVIVS

Relectionis pars.

### Bonifacius Octauus.

**Q** Vanuis pactum patri factū à filia dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regressum haberet, improbet lex Ciuili: si tamen iuramento, non vi, nec dolo præstito firmitum fuerit ab eadem, omnino seruari debet. Cum non versat in æternæ salutis dispensationem: nec redundet in alterius detrimentum.

#### Ex Tertie partis Initio.

- 1 Pactum, quo filia dote contenta renūtiat paternæ hereditati: quibus rationibus improbetur.
- 2 Pactum dotale, quo pater pollicetur, æquis portionibus filios instituturum, iuramento confirmatur: & inibi an possit liberè hoc pactum reuocari. & nume. 8.
- 3 Promissio de renuntianda paternæ hereditate cum iuramento eisdem præstito: quid operetur.
- 4 Pactum à filia factum, quo paternæ hereditati renūtiat ipsi patri absenti, an valeat.
- 5 Pactum hoc an possit fieri fratri-

tribus.

- 6 Fratres, quibus, aut quorum causa filia dotata renūtiat paternæ hereditati, an debeant esse presentes.
- 7 Latè discutitur, an pactum istud deficiat ex eo, quòd pater consensum ei præstitum reuocauerit.
- 8 Filia dotata renūtians cum iuramento paternæ hereditati, poterit petere portionem sibi à patre in testamento relictam.
- 9 Filia dotata renūtians cum iuramento futuræ paternæ hereditati cum patris consensu: an pater ipse ab ipso pacto resiliere, & consensum præstitum reuocare possit.
- 10 Pactum factum à fratribus de patris hereditate certis portionibus diuidenda ipso patre consentiente, iuramento vallatum valet.



**S**CIO equidem multa ex iuris ciuilibus commentariis, variisque Iurisconsultorum, doctissimorumque virorum responsis

sponsis in l. qui superstitis. ff. de pretationem latè, atque eruditè adduci posse, quorum aliquot hic breui quadam enarratione exponemus, quòd huius responsi decisio apertius explicetur, omittentes alia, quæ non omnino huic propolite materiae necessaria sunt.

¶ Primum enim præmittenda est Cæsarea constitutio in l. pactū dotali. C. de collati. qua pactum istud, quòd filia dote contenta nullum ad bona paterna regressum habeat, maxime improbat. Et altera iuris ciuilibus constitutio in l. pactum quod dotali. C. de pact. quæ reprobatur dotale pactum in id factū, vt si pater vita fungeretur ex æqua portione ea, quæ nubebat, cum fratre hæres patri suo esset. Harum constitutionum quælibet est in specie consideranda, vt radiciorum percipiamus, an iuramentum has conuentiones iure ciuili prohibitas confirmet. † Et sanè prioris decisionis ratio ea est, vt communiter Doct. opinantur, quòd non possit renūtiare quis hereditati futuræ, ne facillimè ius futurum modico præserti accepto remittatur. Sed ratio ista deficit: quia iuri futuro renūtiare quis potest. l. j. C. de pact. quo in loco communi omnium sententia hoc ipsum probatur: consensu quidem illius, de cuius successione agitur. l. vlt. C. de pact. tra-

ditur in l. qui superstitis. ff. de acq. hæredi. vbi futura successio renūtiatio minimè admittitur absq; consensu illius, de cuius hereditate tractatur: vnde cum in specie, & casu d. l. pactum dotali. consensus accedat patris, cuius hereditati, & successioni per pactum renūtiatur, manifestum sit, non posse iure responderi, eam pactionem nullam esse ex eo, quòd sit renūtiatio futuræ successio- nis, & hereditatis: cū hæc tantum reprobetur eo casu, quòd sit de hereditate viuents abscque eius cōsensu. Nec item ea ex causa fit huius pacti reprobatio: quia id sit bonis moribus contrarium, aut detur votum, vel occasio captandæ mortis: siquidem pactio ista consensu illius, de cuius hereditate tractatur contraria bonis moribus non est: sicuti cōstat in d. l. vlt. C. de pact. nec per pactum de nō succedendo datur occasio captandæ mortis. Præsertim quia hæc qualiscunque occasio, quæ per has pactiones præstari malis hominibus potest mortis alienæ optandæ, & denique captandæ, non est sufficiens, vt omnes pactiones, quæ de viuētis hereditate fiunt, eius consensu præstito, improbentur: quemadmodum nos explicuimus in rub. de testam. 2. part. num. 15. Igitur multis ex causis pactionem istam reprobam esse Cæsares existimarunt:

potissimum quidem eò, quòd fiat à filiabus, aut filiis ad patrem exhortationem, quibus facillimè non ex libero consensu, sed propter paternam reuerentiam filij refragari nò ausi, eorum futuræ successioni renuntiat. Huic rationi accedit, quòd filius, etiam consentiente patre non renuntiat, nec renuntiare validè potest regulariter legitimæ portioni, quæ sibi ex bonis parentum debita est, quòd ipse tradidi in c. Raynal. de testam. §. ij. nu. ij. & præterea, vt Papinianus respòdit, filij potius sunt meritis ad paternam obsequia prouocandi, quam pactionibus adstringendi. tex. in l. si quando. §. j. C. de inoffic. testam. cuius intellectu nos expendimus in ca. Raynuntius. de testam. §. j. nu. 7. quibus equidem exactè perpenalis apparet, pactum istud, de quo in hoc capite agitur, minimè esse bonis moribus contrariu: bonis in quâ moribus, de quibus agit reg. non est obligatoriu. de reg. iu. in 6. iuxta eam interpretationem, quæ tradita fuit in 2. huius relectionis parte, in prin. quicquid Bar. scripserit in d. l. pactum quod dotali. C. de pact. 2. lectione: existimans, pactionem hanc non posse iuste confirmari iuramento: quia contraria sit bonis moribus. Dein de constat, pactum de futura hereditate viucentis quidè absque eius consensu factum ne-

quaquam iuramento confirmari: quia id est bonis moribus contrarium. l. vlti. C. de pactis. gl. communiter recepta in d. l. qui superstitis. Doct. in d. l. vlti. Fortuni. in tracta. de vltimo sine, illat. 20. col. 3. & plures alij, quorum meminit Andr. Tiracquel. in l. si vnquam. in prin. C. de reuo. donatio. nu. 153. turpe si quidem est, quemquã adeo sollicitum esse de hereditate uentis, vt absque eius consensu pactum ea de causa fecerit.

Altera verò cõstitutio, quæ traditur in d. l. pactu quod dotali. C. de pact. iuxta eius litera ea ratione procedit, quòd per id pactum libera tollatur testandi facultas: atq; ideo cõtrariu bonis moribus sit. Quã obrem Bald. in c. j. §. moribus. si de feudo fuerit controuers. inter domi. & agnat. val. dum voluit, pactum illud de succedendo, cuius in d. l. pactum quod dotali mēto fit, quò ad futuram hereditatem iuramento confirmari: ferè omnium consensu reprobatur, maximè ab Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. & aliis inibi, atq; in d. l. pactum quod dotali. Ego verò non ambigo: imò fateor planè, pactum istud absq; consensu eius, cui succedendum est, minimè confirmari iuramento: quia contrarium sit bonis moribus. At si pactum fiat eo modo, quo in d. l. pactum traditur, nempe per ipsum, cui succeden-

cedendum est, opinor id iuramento confirmari: ea quidem ratione, qua confirmatur iuramento pactum, cuius in hoc c. mentio sit. Nec me in contrarium mouerit sententiã, quod tollatur libera testandi facultas. Nam huic rationi respondi in rub. de testam. 2. parte, alfeuerans, non esse bonis moribus contrarium, quòd ex consensu proprio tollatur libera testandi facultas. Sic sanè opinionem Baldi, eo casu, quo cõsentus eius de cuius successione agitur, accesserit, verissimè esse opinantur Deci. in d. l. pactum quod dotali. C. de pact. col. 1. idem Deci. consil. 184. & Fortuni. in d. illatio. 20. vnde iure Cæsareo licet prohibitum sit pactum dotale, quo pater promiserit, se pares in testamēto filios omnes in bonis constituturū, neminèque ex eis, aut in vita, aut in morte melioraturum, iuramento tamen cõfirmatur. Addit sanè Deci. patrem huic pactioni etiam iurata cõsentientem posse hunc consensum reuocare, per l. vlt. C. de pact. in quo mihi nouo omnino placet Decij opin. Nam si pactum fiat cum ipso patre, isque ita, vt diximus, promiserit, & iurauerit, profectò non poterit contractum istum, aut dotalem conuentionem reuocare, quod, ni fallor, iuris est apertissimi. At si pactum fiat inter filios patre cõsentien-

te, ipsiq; filij iurauerint, idem erit. Nam etiã si pater cõsentium illum iam præstitum huic pactioni reuocauerit: nihilominus pacificè tenebuntur iurata cõuentioem omnino seruare ob eandem rationem. Quauis Bal. in c. ad nostram. in 2. co. 2. de iureiu. in ver. item quia inuito patre. & Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Fran. Purp. in d. l. vlt. C. de pact. nu. 183. post Deci. in d. l. pactu quod dotali. cõtrarium in hoc teneant, de quo iterum in quarto intellectu agēdū est. Nec enim pactu istud temel factu cõsentiente patre bonis moribus est cõtrariu: atq; ideo iuramento cõfirmari potuit, semelq; cõfirmatu retractari nò potest. Iure regio ex l. 22. Tauri obtentu est, huic pactione absq; iuramēto à patribus fieri posse, eamq; omnino irreuocabilem esse: modò fiat de hac pactione, & promissione scriptura publica: licet non fuerit causa dotalis, aut matrimonij, facta isthæc promissio. Ex his tãdè apparet, huius capitis respòsum nò tantum obtinere in pacto dotali de nò succedendo, sed etiã in pacto dotali de succedendo: cui meminit tex. in d. l. pactu quod dotali. C. de pact. atq; ita gl. hic ver. i. probet, dū paria esse ceter pactu dotale de succedendo, & pactu itidè dotale de nò succedendo. huic intellectu adnotare videtur: q prim' erit ad

ad huius capitis examinationē.

¶ Secundus intellectus eidem dictioni, pactum, merito accommodabitur, † ut idem sit dicendum in promissione de renuntianda paterna hereditate: nam hæc si iurata sit in specie huius tex. valet, imo eo ipso facta censetur renuntiatio. Huius verò interpretationis potissima probatio deducitur argumento eiusdem rationis: quæ & in hoc casu eadem est, quæ huic capiti iure aptari potest. Sic denique hanc conclusionem tenuerunt Bal. in l. pactum dotali. C. de collat. quæf. 18. Roma. in singul. 183. de quo tractat latè Nicol. Boeri. deci. 3. asseuerans iuxta hunc sensum secus esse dicendum, si promissio de renuntianda hæreditate iurata non sit: nam ea quidem non valet: atque ita Aresto publico definitum fuisse. Id verò, quod diximus, promissionem iurata de renuntianda hereditate pro renuntiatione habendam fore, ac ipsam renuntiationem ex hoc factam censeri, multis probari poterat: & præsertim quia circuitus vitandi sunt. l. cum fundus. §. seruum tuum. ff. si cert. petat. l. dominus testamentum. ff. de condi. indeb. notatur in clem. auditor. de rescrip. tex. optimus in l. si intra. ff. de pact. ubi probatur, quod promissio liberandi, exceptionem parit aduersus agentem: at si

liberatio iam facta fuisset, idē dicitur tex. ubi Bal. in l. si creditor. C. de fideicommiss. l. si non fortem. §. adeo. ff. de condi. in deb. quibus satis accedit quod Ioan. And. adnotauit in Speculo rubric. de obligation. & solut. col. 1. scribens, quod si quis promiserit intra certum diem se obligaturum ad dandum mihi decem, poterit statim cedente die sine alia obligatione conueniri ad illa decem. Sequuntur hanc opinionem Alexan. Socin. & Iason in d. §. seruum tuum. 1. notab. Idē Iason in d. l. dominus testamentum. & est communis opinio: ut fatentur eam sequenti Matthæ. Aff. i. c. decif. 16. Anto. Rub. c. 6. §. 29. col. 2. Andr. Tirac. lib. 2. de retracta. in fin. nu. 26.

¶ Tertius intellectus in hoc equidem tendit, ut adnotemus, † pactum istud valere si fiat patri præsentem, quasi secus dicendum sit, si absentem factum fuerit: ea ratione, quod absentem non possit adquiri obligationem, quæ ex hoc pacto, & similibus deducitur. l. absentem. ff. de donatio. l. si quis. in j. C. eo. tit. l. si ego. ff. si cer. petat. l. in omnibus. in vlti. ff. de action. & obligatio. sufficit tamen ipsius patris absentis ratihabitio, aut acceptatio, si notarius pro patre absente fuerit stipulatus: quem admodum notat Socin. consil. 74. lib. 3. Salice. in l. vlti. C. de pac. col. penu. & ibi Purpurat.

purat. nu. 45. & hoc sanè, ut patri absentem actio quaratur utilis sine cessione, Etenim ad hoc, ut pactum teneat, nec reuocari à filia renuntians possit, satis erit, quod notarius nomine patris absentis fuerit stipulatus: sicuti nos tradidimus late libro. 1. variarum resolut. cap. 14. & in rubr. de testamentum. 3. parte, nu. 13. Forfan tamē ex lege regia, quæf. 3. est tit. 8. lib. 3. ordinat, non erit necessaria notarij nomine absentis stipulatio: quod & satis deduci poterit ab his, quæ in d. ca. 14. scripsimus. Denique non deerunt qui opinentur iuramenti religionem sufficere, ut etiam absente patre hæc renuntiatione valida sit: ut tandem iuramentum pactum istud, vel renuntiationem absentem patri factam efficacem constituat: id verò controuerti poterit ex his quæ in huius relectionis secunda parte diximus de promissione nuda, & de ea, quæ absentem, præstito tamen iuramento facta fuit. Adhuc tamen videbitur quibusdam oportere, quod pater sit præsens in hac specie, ut ipsius patris consensus accedat, certusque sit: sine quo pactio ista iniquissima censeretur: alioqui etiam notario stipulante possit filia priusquam pater ratum habeat renuntiationem reuocare: cum ea præcise exigat patris consensus ad eius iustitiam.

¶ Quartus intellectus in ea versabitur questione: † verum pactum istud eundem habeat effectum, si non patri à filia: sed fratribus à sorore factum fuerit. Etenim Anchar. Imola, Domi. & Georgi. hic in r. limitatione asseuerant, pactum hoc à sorore nuptiarum tempore fratris factum omnino improbum esse, nec valere etiam si iuramentum eidem accesserit. Siquidem manifesta turpitudine est ita pacisci de viuente hereditate absque eius consensu. l. vlti. C. de pact. idem notant Alexand. consil. 155. lib. 7. colum. vlti. Cuman. idem Alexan. & Iason 4. col. in l. stipulatio hoc modo concep. ff. de verb. obligat. Anchar. consil. 39. Areti. in l. qui superstitis. ff. de acquir. heredit. Ful. consil. 73. Guido Papæ consil. 162. Roderi. Xuares in l. quoniam in prioribus. §. limitatione, ad leg. regiam. C. de inoffi. testa. Cæpola consil. ciuili. 17. Soci. consil. 74. in 3. lib. col. 2. Purpura. in d. l. viti. num. 41. & num. 185. & licet Roman. in d. l. qui superstitis. ac Matthæ. Afflictus in rub. de feudo dato in vicem legis commissi. cap. si quis inuestierit. nu. 33. teneant pactum hoc, cuius hic mentio fit, fieri posse fratribus: at tamen prior sententia dubio procul verior est ex eo, quod maximam habeat hæc pactio turpitudinem, si absque patris consensu

consensu pactum hoc cum fratribus factum fuerit, validum quidem erit, & tunc obtinebit opinio Roma. & aliorum, qui eum sequuntur: quod deducitur ex d. l. vlt. C. de pact. Igitur dicendum est ad huius cap. interpretationem ibi, Patri, idē esse si pactum fratribus fiat patre consentiente. Duo tamen sunt hoc in loco examinanda, vt hic intellectus apertius explicetur. Primum, ¶ an sit necessariū, quōd hi fratres & sorores renuntiantī sint præsentes tempore renuntiationis, & pacti? Nam quōd fratres & sorores debeant esse præsentes: alioqui pactum etiā iurātū nullum sit, notant Alexan. d. l. stipulatio hoc modo concepta. colū. 5. Deci. in d. l. pactū quod dotali. 6. limitat. C. de collat. Aymon in cōsi. 127. nu. 5. Calcane. in consi. 33. col. penulti. Carol. Molin. in additionibus ad Alexan. consi. 155. lib. 7. col. vlti. Ego verō aliter existimo quæstionem istam in telligendam fore. Fit etenim pactum istud cum fratribus patris accedente consensu: tunc equidem oportet, atque necessarium est, quōd ipsi fratres & sorores sint præsentes: alioqui in ea specie locus erit iuris vtriusque decisionibus, quæ de conventionibus cum absentibus, aut in utilitatem absentium factis statuta sunt: de quibus paulo ante obiter tractauim?

& latius in d. cap. 14. lib. j. varia resol. atq; idē erit si filia pactū fecerit patri quo eius hæreditati futuræ renūtiat expressim in fauorem alicuius ex fratribus, aut sororibus: illius nāque præsentia requiritur, cuius utilitas hoc in pacto tractatur quod omnino considerandū est, vt hinc apparet his in casibus verā esse opinionē Alexā. & aliorum, quos modō in hoc versis retulimus. Sed si pactum à filia patri fiat absolutē, quo renuntiat eius futuræ hæreditati in fauorē fratrum omnium & sororum, vt pater liberē ea exclusā possit inter reliquos filios testari, utque ea ab intestato exclusā sit ab hæreditate paterna: tūc, nisi & in hoc ipse fallor, nō est necessariū, quōd fratres, aut sorores renuntiantis præsentes sint huic pacto, & renuntiationi: non enim sit pactio à filia cum fratribus sed cum patre: nec verē quicquam fratribus ex hoc acquiritur: sed tantum libertas testandi patri datur: & omittitur pars, quæ ex ei⁹ patrimonio filię iure cōpetebat. Hæc distinctio colligo ex his, quæ notat Frā. Purp. in d. l. vlt. C. de pa. nu. 41.

Secundō ad huius quarti intellectus planiorē sensum est obseruandum, ¶ pactum istud iuratum, quo filia tempore nuptiarum paternæ hæreditati patri renuntiat, tunc deficere, nec vim aliquam habere: cum pater

pater reuocauerit consensum, quem huic pactioi præstiterat: quasi pactum hoc non amplius validū sit, quā̄m donec pater in consensu præstiterit, & eadem voluntate perseverauerit: argumento tex. ad hoc singularis in d. l. vlti. de pact. C. vbi pactum de hæreditate viuentis valet ex ipsius consensu, quem ad mortem vsque poterit is reuocare: cuius responsi autoritate ita hunc text. & eius conclusionem interpretatur Bald. in cap. ad nostram. in ij. colū. 2. de iureiur. quem sequuntur Georgius Nathanus hic. j. limitatione, num. 13. Fel. in cap. j. de iureiur. col. 3. Guiliel. Benedic. in cap. Rainutius. verb. duas habens filias. de testam. num. 288. Alexan. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. Deci. in dict. l. pactum quod dotali. Franc. Purpurat. in dict. l. vltim. C. de pact. num. 187. & Roderi. Xuares in l. quoniam in prioribus. j. limitatione ad leg. regiam. C. de inoff. testam. Carol. Molin. in Alexan. consi. 156. colū. vlti. lib. 7. Sed Iason in dicta. l. vlti. C. de pact. num. 13. asserit Bald. in hoc errasse: cum ipse futuræ patris hæreditati renūtiatur ab eo pacto, quod sit super viuentis hæreditate de ea certo modo diuidenda. In primo, inquit, pacto non est necessarius consensus pa-

tris, nec illius, cuius hæreditati renuntiat. In secundo verō necessarius est consensus illius, de cuius hæreditate diuidenda pactio fit. dict. l. vlti. atque ideo censet Iason in renuntiatione, quæ sit hæreditatis futuræ. de qua hoc in capite tractatur, parum referre quod consensus patris postmodum reuocetur, aut deficiat: cum is non sit necessarius nec in hac pactioe locus sit constitutioni vlti. C. de pa. vnde validum est pactum, cuius hoc in cap. mentio fit, & de quo in hoc quarto intellectu tractamus, etiam si patris consensus non duret ad mortem vsque. Ceterum Roderi. Xuares in dict. limitatione. 5. Baldi sententiam defendere conatus existimat Iasonem in hoc errasse: etenim, vt is verē censet, patris consensus requiritur cum à filia pactum sit ipsi cum fratribus aut sororibus, quo hæreditati paternæ renuntiat: sicut paulo ante diximus. & sanē quicquid Iason dixerit, pactum hoc de non succedendo verē de futura viuentis hæreditate fit: atque ideo absque eius consensu turpitudinem habet, quam & illud, quo solet de diuidenda hæreditate viuentis tractari. denique nihil aliud pactio de non succedendo continere videtur, si effectū consi deremus, quā̄m certum quen-

dam modū, quo futura viuentis hæreditas distribuenda sit: nempe renuntiante ipso ab eius portione iure sibi competentis excluso. Quibus quidem fit, vt merito Baldi opinio defendi possit à Iasonis impugnationibus. Nihilominus, quia nos in primo intellectu à Baldi sententia aliqua ex parte discedimus, oportebit aliquot casus expressim ac distincte constituere, in quibus agendum sit, an admitti debeat opinio Baldi.

¶ Primus casus proponitur, cum simpliciter filia renuntiat futurę paternę hæreditati, pactum quidem ipsi patri faciēs, vt nullum ad eius bona regressum habeat. Et tunc censetur admittendam fore Baldi opinionem, quę communis est, vt si pater simpliciter pactum hoc remiserit, & consensum reuocauerit, filia possit pro quibus portionibus iure aliqui debitis etiam intestato patri succedere, ac si pactum minime fecisset.

¶ Secundò præmissa eadem pactione, qua patri filia renuntiat futurę hæreditati: atque in effectu, iuxta iuramentum præstitū patrē liberat, & eximit ab obligatione legali, qua tenebatur filię legitimę portione titi. institutionis relinquere: ¶ si pater non obstāte hoc pacto in testamēto filiā vocaret ad aliquā hæreditatis par-

tē nihilominus eā percipere poterit, & est admittēda ex testamēto: nec potest à fratribus pactū hoc eidē obijci. Potuit etenim pater pactū huic tacite vel expressē renūtiare, ac remittere libertatē ex eo pacto sibi adquisitā, vt nihil teneretur filię in morte relinquere. Huius opinionis author est Barto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. Et ibi Roma. ff. de verb. obligat. Bald. in l. pactū dota. q. 6. C. de collatio. & Matthæ. Afflicti. in ca. si quis inuestierit. nu. 24. de feudo quorū opinio ex his, quę Iuniores tradidere in d. l. pactū. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta. frequentiori doctorum calculo recepta videtur.

¶ Tertius casus in hac cōtrouersia cōstituendus est: ¶ cum filia pactū patri fecerit renuntians futurę eius hæreditati, idq; iuramēto cōfirmauerit in fauorem alicuius ex fratribus, aut sororibus, aut denique in fauorē aliorū fratrum & sororū. Et postquod dubitari poterit, an pater possit à prædicto pacto discedere, consensumq; ei præstitū reuocare? Et quidē Baldus, quiq; eum sequuntur adhuc in hoc casu tenēt, patrē posse tacite, & expresse pactū hoc remittere, eiusque consensum reuocare. Et hi præcipuē mouentur autoritate tex. in d. l. vlti. C. de pact. Quibus ipse addiderim

addiderim, pactū hoc ex eo à patre remitti posse, quod cum ipso patre gestum fuerit, & præcipuē vtilitatem eius respiciat. Deinde quanuis in fauorem alicuius ex fratribus id pactum verè factum sit, pater qui pactus est, poterit reuocare eam pactionem in vtilitatem, & cōmodum alterius ab ipso conuentam secundum Barr. sententiam in l. qui Romę. §. f. lauius. ff. de verb. oblig. quam latissimè examinavi lib. j. variat. resolutio. cap. 14. Idcirco fortassis inibi tradita huic quæstioni cōuenientia, efficiēt apertiorē huius casus diffinitionem.

Quartus casus erit omnino examinandus: nempe, cum filia iuramēto præstito pactum fecerit cum ipsismet fratribus cōsentiente patre, quo renuntiat futurę paternę hæreditati: hoc si quidem casu ipse dubito sitne verā sententia Baldi. Nam absque iuramento poterat fieri inter filiam, & eius fratres pactum de futura patris successione consensu patris accedente, quem pater ad mortē vsq; reuocare posset: dicta l. vlti. C. de pact. At si iuramentum filię renuntiantis accesserit, vt id aliquid ultra pactionem simplicem operetur, probari forsitan potest, filiam non esse admittendā ad aliquā hæreditatis paternę partē, nec ex testamēto, nec ab intestato. Scio etenim hæc opinionē difficilē esse:

siquidem tollitur patri testādi libertas, quę iure ciuili adeo constans esse censetur, vt nullis pactis omnino tolli valeat. Et tamen quicquid sit de patre, qui iam semel consensit, atque ideo pactum ab initio valuit, nullamque turpitudinē habet: filia tamē iuramentum præstitit, quod seruari potest absq; vllō periculo salutis spiritalis: idcirco ratione huius pacti iurati excludi poterit ab hæreditate paterna: quod & Iason voluit in dict. l. vlti. nume. 13. tamen non restē Baldi sententiam intellexerit.

Quintò aliam hic speciē proximā similem proponam: ¶ scilicet quando fratres consentiente patre pactum iuramentum præstito fecerunt de paterna hæreditate certis portionibus diuidenda. Et sub eadem hæsitatioe respondeo pactū hoc omnino seruandum fore, etiā si pater tacite vel expresse cōsensum semel præstitum reuocauerit. Etenim pactum istud ab initio validum & honestum ex cōsensu patris, potuit iuramento ita confirmari, vt stabile, ac firmum futurum sit, nec possit volūtate patris mutari, quemadmodū valeret, ac posset deniq; mutari, si absq; iuramento factum fuisset. Horum duorū casuū decisionē dubiā esse censeo: atq; ea ratione amplius est eius veritas, ac certitudo à lectoribus, & à me ipso Relect. Didac. Cour. 9

TERTIÆ PARTIS RELECTIONIS

inquirenda. Nam plurimum refragarat sententia Baldi, quæ cõmuniori suffragio probata videtur. Cui ad stipulatur q̄ attempta mente cõstitutionis vlti. C. de pac. honestas pacti super viuētis hæreditate ab illius cõsensu semel præstito, & per se ueritate p̄cedat. Quasi tunc demum pactio super hæreditate uiuentis improba sit, & bonis moribus cõtraria: cū vel consensus illius minimè accesserit, aut se mel præstitus reuocat⁹ fuerit. Vnde pactum hoc et si iuratum, eam cõditionem & intellectum habet, qui eidem necesse farius est ad eius honestatem iuxta iuris civilis interpretatio nem. Quã obrem licet in primo huius cap. intellectu hanc Baldi sententiã non omnino veram esse existimauerim, modo & in hoc casu, ac p̄cedenti satis dubito an sit admittenda: deniq; censeo multi faciendã esse tanti viri autoritatem.

Sextus casus non ita difficilẽ habet responsionem, quemadmodum & superius in primo intellectu probauimus. Nam si pater in dotali instrumẽto, similiter promiserit, se filios omnes æquis portionibus instituturum heredes: nec aliquid ex eis melioraturum: licet hoc pactum iure communi reprobetur, attamen ipsius patris iuramento confirmatur: nec poterit ex vario patris consensu mutari. Fit etenim hæc pro-

missio inter viuos: & in contractu, qui profectõ inutilis foret, si iuramento super eo præstito mutari ex iuratis uoluntate posset: quicquid sit de l. 22. Tauri.

Ex §. sequenti.

*1 Filius pacificẽs cū patre eo modo, qui traditur in cap. quauis pactũ iura mēto præstito pactionẽ cõfirmat.*

*2 Filius, qui à patre accepit eo tẽpore legitimum integrã, an possit post mortem patris petere, eã sibi suppleret bonis postmodum adquisitis.*

*3 Filia minor viginti quinq; annis iuramento præstito confirmat pactum renuntiationis hæreditatis paternæ, & quid de impubere proximitatem pubertati.*

*4 Filia pacificens cum patre iuramento præstito an possit allegare ignorantiam legis, quæ pactũ prohibuit.*

*Filia constituta in patris potestate potest cum patre iuramento præstito pacisci circa futuram ipsius patris hæreditatem.*

§. Primus.



Quinta huic cõstitutioni conuenit interpretatio dũ ea tractat de renuntiatione hæreditatis paternæ facta à filia dotata. Quæritur enim si respondeandum in pacto factõ à filio, ¶ qui aliqua ex causa paternæ hereditati renuntiauerit præstito iuramento? Et eum isthæc decisio in filia congruẽ dotata

§. PRIMVS.

dotata loquatur: quibusdam placet nõ esse idem in filio dicendum: imò eisdem videtur, renuntiationem factam à filio cum iuramento paternæ & future hereditatis adhuc inuvalidam esse, nec iure admittendã: cū diuersa ratio in eo sit. Si quidem in filia, quæ honestè matrimonio elocatur, & familiam exit paternam. possunt censerii iuste hæc renuntiationes: non sic in filio masculo, per quem familia parentum conseruatur: sicuti hac in specie notat Carol. Molin. in Alexan. con sil. 180. lib. 5. à quo libet ipse discedo ex communi omnium interpretum sententia, quæ præmittit, idem in filio masculo dicendum fore: nam si is vel causa dotis, aut donationis propter nuptias, aliã ratione paternæ hereditati renuntiauerit iuramento præstito, pactum istud validum & firmum iuramenti causa censetur. Hanc verò esse magis communem sententiã vt ostendamus, oportet hoc i loco statim aliũ hui⁹ capituli intellectũ examinare.

Sexto disputari solet ad hui⁹ tractatus cognitionẽ, an si pater in uira filio tradiderit integram legitimã inspecto eo tẽpore quo traditio fit: possit filius postmodum supererescen-  
2 tib⁹ bonis patris, ¶ eiusq; aucto patrimonio petere sibi mortuo patre legitimam suppleri. Nam Iacob. Butr. in l. pactum.

C. de collat. tenet, non posse filium petere portionis legitimæ additionẽ ex bonis, quæ pater mortis tempore reliquerit. Cũ satis sit integram legitimam accepisse inspecto eo tempore, quo ipse consensit eã sibi à patre tradi. Hanc opinionem sequuntur plures, quorum mentionẽ fecerunt eã dicentes cõmunem esse Romam. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obli. Georgi. Naran. in hoc cap. quauis. 2. col. Guliet. Bened. in repe. cap. Raynurius. de testam. verb. duas habens. nume. 242. Curt. Senior consil. vlti. Nicol. Boer. decis. 62. col. 4. intelligentes hanc opinionem Butrigarij eo casu, quo ipse loquitur: nempe cū filius legitimam portionẽ integram accepit inspecto eo tempore, quo pater eam ipsi tradidit. Et sanè huic opinioni obstat text. fortis in l. si quando. §. 2. C. de inoff. testam. Nec video, qua ratione iure defendi possit Butrigarij sententia: cum legitima filijs omnino debeatur ex bonis, quæ mortis tẽpore pater reliquit. l. cū quæritur. C. de inoffic. testam. Regia. l. 23. Tauri. Quod manifestius probabitur si consideremus Baldi sententiam in cap. cū M. col. 4. de consil. qui per eum text. opinatur filium à patre accipientem legitimam portionem, & promittentem se nihil ex eius

bonis amplius petiturū, posse nihilominus petere integritatem legitime iuxta bona quæ post pactum patri obuenerit, & is tēpore mortis reliquerit. text. ad idem optimus in dict. l. si quando. §. 1. cuius opinio- nis & nos meminimus in cap. Rainutius. §. 1. num. 8. Baldum sequuntur Romæ. & Imo. in d. l. stipulatio hoc modo conce- pra. Ripa in dict. cap. cum M. nume. 38. Iason in d. l. si quan- do. §. 1. idem in l. quod seruus. ff. de condi. caus. dat. & in authen. nouissima, nume. 9. C. de inoff. testamē. Roderi. Xua- res in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. ampliat. 9. Io an. Lupi in cap. per vestras. 3. notab. §. 23. de donat. inter vi- rum & vxor. Thom. Grammat. decis. 57. numero. 30. not. idem Bald. in l. pactum. vlti. opp. C. de collat. rursus Gulielm. Be- nedict. in dict. cap. Rainutius. verb. in eodem. primo. nume. 220. Iacobū reprobatur. Ex qui- bus opinio satis improbari opinionem Iacobij Buttriga. & contrariam communem esse, vt fatetur Iason in dicta authē- tica Nouissima. & in dicta l. quod seruus. Posset profectō Iacobij opinio procedere in ca- su huius text. nempe vbi filius recepta congrua portione le- gitima ex bonis patris renun- tiaret cum iuramento pater- næ hæreditarij, & pactum patri fecerit, vt nullum ad eius bona

regressum haberet. Hoc siqui- dem casu, etiam si patrimonij patris creuerit: non poterit fi- lius aliquid ex bonis patris pe- tere: quemadmodum expres- sim adnotarunt præter alios Alexan. in consi. 180. lib. 5. & in l. in ratione. 2. ff. ad l. Falcid. idem Alexan. Corne. Iason, & Deci. in l. pactum dotali. C. de collatio. Ripa in dict. cap. cum M. & lib. 1. respons. cap. 6. col. vltim. Thomas Grammat. numero 30. in dicta decisio. 57. Aymon in consilio 114. nume- ro 16. fenit Ioannes Lupi in dicto §. 23. & Roderi. Xuarez in dicta ampliatio. 9. quorum opinio magis communis est teste Carolō Molinæ in di- cto consilio 180. in additioni- bus ad Alexandrum. tametsi Iason in dicta authentica nouissima. adhuc dubitauerit pro- pter rationem textus in di- cto capi. cum M. quia iurans nō videtur cogitasse de renun- tianda portione, quæ in bonis postea patri obueneribus sibi iurare competeret. At tamen ipse communem opinionem sequor, quippe qui videam iu- ratam renuntiationem ad fut- turam hæreditatem patris per- tinere, quæcūq; & quæcūq; ea sit. Autoritas vero, quæ pro Iacob. Butrig. adduci solet ex l. 1. §. si vel parens. ff. si quis à parent. fuerit manumiss. mini- mē probat eius opinionem: quod paulo post contabit.

Igitur

Igitur duo apparet vera es- se ad intellectum huius capi. ex his. Primum, decisionem i- stam non solum obtinere in fi- lia renuntiate hæreditati pa- ternæ: sed etiam in filio, qui iu- ramento præficto paternis bo- nis nuptiarum, donationis ve propter nuptias causa renun- tiauerit, pactumque ipsi patri fecerit. Secundum, quod licet post hanc renuntiationem cre- uerit patris patrimonium, eiq; multa bona obuenerint, mini- mē poterit filia, quæ renuntia- uit, aliquid petere ex bonis pa- tris.

Septimò, eidem verbo, Filia, subditur & alia interpretatio, vt intelligamus huius cap. con- stitutionem etiam in filia mi- nore viginti quinque annis. Etenim pactum hoc ab ea pa- tri factum iuramento præficto validum est omnino, quemad- modum communi omnium consensu Doct. existimant: præsertim Georgius Natanus hic 4. limitatione, Areti. in ca. in presentia. num. 10. de proba- tionibus vbi August. Berouius nu. 168. fatetur, hanc opinionem communem esse. Et eam se- quitur: ac latissimè Paul. Paris. con. 26. lib. 3. nu. 13. & probat- ur in authen. sacramenta pu- berum. C. si aduers. venditio. Nec quicquam impedit huius opinionis veritatem: cum mi- nor viginti quinque annis pos- sit iuramento obligari: quod

iure receptissimum est modò is pubes sit, nempe scemina duodecim, vir autem quatuor- decim annorum: imò quibus- dam placuit, iuramentum præ- stitum ab impubere doli tamē capace, & proximo pubertati, qui intellectum & discretione ad iurandum habuerit, validū esse, & obligationem inducere. Nam is impubes iuramen- to potest se adstringere: gloss. Abb. & Doct. in c. ex literis. in 2. de sponsal. tex. optimus in l. vlti. §. in eum. ff. de liber. caus. idem Bar. Corne. & Iason. col. 4. in auth. sacramenta puberū. C. si aduers. vend. quo in loco non tantum simpliciter hoc verum esse opinantur, sed & existimant, iuramentum impu- beris proximi pubertati, & do- li capax contractum alio qui iure inualidum confirmare: vt planè in specie huius capi. & si milium sit latis iuramentū præ- stari à filia impubere, modò ea sit proxima pubertati, ac doli capax: qua in re Bar. asse- uerat hanc opinionem com- munem esse. Idem notant Abb. in consi. 108. lib. 2. Deci. in l. pupil- lū. ff. de reg. iuri. Ego verò & si sciam, in causa matrimoniali & in eo cōtractu, qui potius inte- grum intellectum, quam cer- ta ætate exigit, iuramentū im- puberis doli capax, & proxi- mi pubertati iurantē obligare d. c. ex literis. idq; quo ad sim- plicē obligationem regulari-

ter verum sit tamen quòd hoc iuramentum sit sufficiens ad cõfirmandum contractum alioqui iure inualidũ, aut rescindendum planè dubito, ac potius exiitimo, iuramentũ hoc nõ habere hunc effectũ, ne tot priuilegia simul ab vna, & eadẽ radice cõstituantur: & præterea quia facillimè ea aras decipitur in cõtractibus, & subinde in præstantis ad eorum cõfirmationẽ iuramenti. Nã & ex causa impubertatis danda est, vt ex ratione metus à iuramento, absolutio, etiam si iurans fuerit proximus pubertati, & doli capax: siquidem licet iuramentum obliget, æquifirmè tamen ob imperfectam aratem dari debet absolutio. Sic sanè opinionem istam, q̄ iuramentum impuberis proximi pubertati, & doli capax non confirmet contractus iure inualidos, ad quorum confirmationem est necessarium iuramentum, tenent Cinius, & alij in d. authen. sacramenta puberum, quorum sententiam communem esse fatentur eam sequuti Alexan. in l. qui iurasse. in principio. ff. de iur. iuran. & Alciat. in d. ca. cum contingat. num. 141. qui alios huius opinionis citat auctores. Quibus suffragatur tex. in d. authen. sacramenta, dum ad hunc effectum sacramenta puberum exigit. Idem probant regie partitarum constitutio-

nes: nẽpe l. 56. tit. c. parti. 5. & l. 6. tit. 19. part. 6. nõsq; olim Salmantica. eadẽ sententiã probauimus in epitome in 4. Decr. 1. parte, cap. 5. §. 1. num. 4.

Hinc planè infertur, in casu huius tex. & in casu cap. cum cõtingat. minorẽ viginti quinque annis, maiorẽ tamen quatuordecim, iurantẽ hos cõtractus, minimè posse ab eis discere, nec ratione minoris ætatis, nec ratione legis has cõtentiones reprobãtis: vtrunq; etenim iuramenti religione suppletur: minor quidẽ aras & iuris ciuilis cõtractũ reprobatio, prohibitiõq; sicuti ex præmissis conlat. & notant Paul. Castren. col. 3. Philippus Corne. num. 20. in d. authen. sacramenta puberum. tameti Andre. Alciat. in d. c. cum contingat. nu. 130. tenent expressim iuramentum præstitum à minore viginti quinque annis, etiam pubere, minimè confirmare contractũ alienationis dotalis rei, aut aliũ l. phibitũ, vt minor excludatur à beneficio restitutionis, quẽ ei cõpetere potest ratiõ minoris ætatis. De quo etiam tractabimus inferius in q. de lesione admodũ graui, quã vergus appellat enormissimã.

Ostauò huius c. cõstitutio pcedit in filia nõ tantũ certa q̄ ius ciuile pactũ istud improbauerit: sed & in ea, quã minimè fuerit certior facta hac specie deci

detisionis iuris ciuilis: & ignorauerit pactum hoc iure ciuili prohibitũ esse. Nihil etenim id refert, cũ iuristurãdi virtus hoc in casu, & in similibus minimè deficiat ob ignorantiam istam, quẽ non impedit consensum iurantis, atque ita adnotarunt Guido Papæ. q. 227. & Guiliel. Bene. in cap. Raynautus. de testam. verb. duas habens filias. nume. 294. qua ratione profectò admodum esset absurdum quòd mulier rem dotalem alienans iuramento præstito, obtineret reuocationem huius contractus ita iurati, ex eo, quòd probaret se ignorasse tempore contractus à lege ciuili prohibitam esse dotalis rei alienationẽ. Igitur octauus hic intellectus præterquam quòd æquissimam rationem habeat: maximè conuenit ad effectum huius constitutionis.

Nonò hæc ipsa cõstitutio est intelligenda in filia non tantum emancipata, sed & in ea, quã sit sub patria potestate: quòd deduci poterit ex l. Pomponius. in 2. ff. familiae ercisc. vbi ratione dotis optimè contingit donatio inter patrem & filiam familiã: atq; eadem ex causa pactum. Quamobrem ita hunc text. interpretantur Deci. in d. l. pactum dotali. C. de collat. co. 1. & 2. Ioan. Crotus in d. l. stipulatio hoc modo concepta. nume. 47. ff. de verborum obligationib. & Parisi

in conf. 26. lib. 3. nu. 12. tametsi Odofredus in d. l. pactum voluerit, pactum hoc inter patrem & filiam familiã minimè valere: quasi inter eos non possit verè fieri donatio, nec ei similis conuentio. Sed in fauorem prioris sententiã plurimum facit, quòd licet alioqui non valeat iure ciuili donatio inter patrem & filiam familiã. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter vi. & vxor. l. 2. C. de inoff. donatio. tamen iuramento confirmatur: quòd præcipuè adnotarunt Bal. in l. vlt. C. pro donato. Alex. in conf. 8. lib. 2. Aret. conf. 17. col. 4. & conf. 77. col. 2. idem Alex. in l. si donatione. C. de collat. col. 5. & Guido Papæ deci. 145. tradit Deci. in Authen. ex testamento. 4. col. C. de collatio. Ripa in l. si vnquam. quæstio. 15. C. de reuo. donatio. Iason conf. 118. col. 1. libr. 4. Et perique alij, quorum mentionem hi fecerunt. Præsertim hic intellectus procedit: quia Odofred. in d. l. pactum. non tractat de pacto ne iurata: sed præmittit, illum tex. fore necessariò intelligendum in filia emancipata: cum inter patrem & filiam in potestate nulla sit efficax obligatio etiam seclusa prohibitione speciali huius conuentionis, de qua in d. l. pactum. ad cuius interpretationem oportet præmittere secundum eum, pactũ illud alioqui validum ex aliis

- causis esse, atque ita factum cū filia emancipata. Et nihilominus Iason & Deci. ibi discedūt ab Odofredo ex eo, quod causa dotis potuerit fieri pactum inter patrem, & filiam in potestate: ut modò dicebam: & probatur à gl. Bart. & Doct. in d.l. 2. C. de inoffi. donat. Bald. in l. cum oportet. §. j. C. de bonis quæ liber. Bar. in l. frater à fratre. ff. de condict. in deb. Cardinal. consil. ix. col. 2. Paulo Castrensi in l. cum pater. §. pater filiæ. ff. de leg. 2. qua ratione nō obstante in d.l. pactum dotali. improbat pactio, cuius in hoc cap. mentio fit, propter speciales rationes, quas in initio huius tertix partis adduximus. Igitur, si quæ modò prænotauimus ad amulsum fuerint obseruata, constabit apertissimè huius cap. responsum procedere, siue pactum fiat cum filia minore viginti quinque annis, siue cum filia cōstituta sub patris potestate, etiam ignorante pactioem istam iure ciuili prohibitam esse, siue itidē fiat cum filio.
- 3 *Renuntiatio hereditatis materna iuramento præstito facta a filio. familiæ, an præiudicet patri? & num. 4.*
- 4 *Renuntiatio hereditatis paterne cū iuramento à matre recepta dote facta, an noceat eius filijs petentibus hereditatem auti, qui post filiam mortem obierit? & in fine huius. §.*
- 5 *Renuntiatio facta cum iuramento à filia ingrediente religionem, in rescindi possit à monasterio causa grauissimæ læsionis?*
- 6 *Renuntiatio facta à filia cum iuramento nulla recepta dote, an valeat?*

## §. Secundus.



Ecima huius cōstitutionis interpretatio versabitur circa ea verba: Dum nuptui tradebatur. Nam quibusdam æquè visum est, eandem decisionem procedere, si pactum fiat eo tempore, quo filia nuptui nō tradebatur, sed tamē ex bonis paternis eo tempore inspecto portionem congruā pro ratione dotis futuræ, aut pro legitima accepit. Valet siquidem pactum istud, & iuramento confirmatur: quemadmodum paulò antè diximus de filio in quinto intellectu. Sic deniq; parum refert, quod pactum istud fiat tempore nuptiarum, an ante nuptias, vel post eas: modò filia renuntiās hereditati

hereditati paternæ dotem, vel congruam portionem eo tempore ex patrimonio patris accipiat: secundum Archid. Ioan. And. Domi. Fran. & Geor. hic col. 3. & Guliel. Benedi. in c. Rainurius. de testamen. verbo. duas habens filias. nume. 260.

Vndecimò circa eadem verba quæritur, an pactum istud, cuius in hoc cap. mentio fit, iuramento firmatum valeat, si fiat eo tempore, quo filia religionem ingreditur: & an ea pactio monasterio præiudicet, possit ve rescindi grauissimæ læsionis causa? & sane quidam existimarunt, hanc pactioem nec monasterio præiudicium aliquod facere, nec validam esse: sequētibus equidē rationibus.

2 Primū enim, ¶ etsi hæc pactio fiat ante monasterij ingressum: & tamē post professionē religionis pater renūtiātis mortem obierit, monasterium admittendum est omnino ad hereditatem patris ipsius monachæ, nō obstante renuntiatione: quod eleganter responderunt Marian. Soci. in consil. 183. li. 2. Philip. Corn. in consil. 272. lib. 3. Felin. inter consil. Caroli Ruini consil. 206. & ipse Carol. consil. 204. lib. 1. quorum ea ratio potissima est, quod renuntiatio prædicta etiam iurata habeat conditionem hanc: si renuntianti fuerit delata hereditas: Pau. de Cast. Imo. & Doct. per text. ibi in l. qui superstitis.

ff. de ad qui. hære. idem Paul. & Alex. in l. pactum dotali. C. de collatio. hereditas autem non defertur monachæ mortuo eius patre post professionem, sed monasterio iuxta eam opinionem, quæ magis communis est, quemadmodum nos probauimus in capit. 1. de testamen. nume. 20. & sequenti.

Secundò ad huius partis cōprobationem plurimum accedit egregia decisio Pauli Castren. in l. si. in prin. C. de bonis quæ libe. vbi asserit, ¶ renuntiationem hereditatis maternæ factam cum iuramento, minime nocere patrifamiliās, sub cuius potestate manet filius, qui renuntiauit, si mater mortem obierit viuente patre, & nondum finita patria potestate. Quia hæc renuntiatio sortiatur effectum eo tempore, quo mater mortua est, quo patri hereditas acquiritur: in qua adquirenda, vel repudianda non potest filius familiās patri nocere. d. l. vltim. in prin. & §. j.

Tertiò, non potest hæc renuntiatio procedere, etiam si fiat sub ea conditione: si renuntiās ingressus fuerit religio: nam ea conditio improba est, quippe quæ impediatur, aut sanè aliquod præster impedimentum ingressui, & professioni religionis. quod probatur ex ratione text. in Authen. de sanctissimis episc. §. Sed hæc præsentī. & in l. Titiaz si non nupterit. ff. de

- 1 *Pactum renuntiationis hereditatis paterne factum etiam eo tempore, quo filia nuptui non tradebatur, an teneat?*
- 2 *Pactum renuntiationis hereditatis paterne iuramento præstito factum à filia, quæ religionem ingredi vult, an teneat?*

condi. & demon. Bar. in cōf. r. Doct. in Aurh. nisi rogati. C. ad Trebelli. & in ca. in presentia. de probatio. Sicut & conditio auertens à matrimonio carnali, reiicienda est ab vltimis voluntatibus. l. sed si hoc. §. vlt. & l. quoties. ff. de cōd. & demonstratio. atq; idem probatur in rub. C. de indict. vidui. tollenda. Quibus quidem rationibus probari poterit, pactum hoc, cuius in hoc capite mentio fit, nō posse adhuc iuramento prefito validè fieri ab ea, quæ religionem profiteri vult. Contrariam sententiam, imò quòd pactum hoc iuramento prefito factum valeat, & firmū sit, etiam si fiat tempore, quo filia ingreditur aut ingredi vult religionem, tenent Bart. nu. 7. & Bal. in l. vlt. C. de pact. Deci. cō. si. 31. col. 2. Fran. Purp. qui alios allegat in d. l. vlti. nu. 188. & videtur opinio ista magis cōmunis ex his qui Bart. opinionem in d. l. vlt. sequuntur. Et hi sanè post Bart. hanc opinionem intellexere, etiam eo casu, quo si filia religionem professura non acceperit tantū pro dote, quāntū ex patris bonis, & eius patri momo percipere iure potuisset. imò dō cōgruam dotem ad ingressum religionis habeat ex bonis paternis: quod Bart. expressim explicat. Erit tamē ad efigiendas hac in controverfia varias Doctorū opiniones admodum vtile, & aequi;

cautissimum, quòd hoc pactū fiat ex consensu monasterij, id est, prælati, & conventus: qui in his adquirendis possunt monasterio præiudicium inferre: atq; ita in specie consulerunt Fran. Purp. & Hieronymus Cagnolus in d. l. vlt. uterq; nu. 194. probatur hæc Bar. opinio auctoritate huius constitutionis, quæ ratione iuramenti confirmatione pacti alioqui iure civili prohibiti, inducit. Nec refert, quòd fiat à filia ingressura religionē: nulla etenim est congrua discriminis ratio: quæ verè possit in hac disputatione probare, non valere pactū hoc factum à filia religionem professura: cum validum sit, si fiat ab ea, quæ matrimonium contrahit. Nō oberit huic opinioni prima ratio in contrariū adducta: siquidē verum est quod in d. l. qui superstitis. à iurifconsultis responderetur. Sed tamen id ita intelligendum est, ut renūtiatio futuræ hereditatis intelligatur hac cōditione, si hereditas fuerit delata renūtiāti, vel alteri ex ei<sup>9</sup> persona, vel eius ratione, & causa. Nam tūc renūtiatio, quæ tamen ab initio valida fuit & fieri potuit ad hereditatem referatur ac pertinetur futuram, quæ vel ipsi renūtiāti, vel alteri iure ipsius renūtiāntis delata sit. At in præfenti questione monasterio deferitur hereditas ex persona monachi, eius quidē iure non alia ratione

ratione nec causa: atq; ideo renūtiatio monachi facta ante professionem, & valida nocet monasterio, cui non aliter hereditas patris ipsius monachi defertur quàm ex iure & persona monachi, qui iam per renūtiationē fuerat exclusus ab ea hereditate. Etenim licet in d. l. qui superstitis. non possit renūtiari hereditati nondum delatæ: tamen iuramenti ratione renūtiatio ista permittitur. Quibus quidem accedit, quòd ratione huius pacti iurati, si id valet ab initio, non potest hereditas monasterio deferri: quāvis pater monachi moriatur post professionem: quia nec monacho tunc deferretur, si monachus non esset. Sic sanè si monachus mortem obiisset priusquam pater: licet nullum pactū præcessisset, monasterium morte monachi præmorientis ante patrem excluderetur: iure etenim monachi eam hereditatē petere debet: is verò ab ea exclusus est, vel pacto, vel morte. Igitur monasterio deferti ea hereditas nō potest. Vnde multa possunt simili argumēto adnotari: quorum aliquot hoc in loco referam ad apertioem huius questionis intellectū. Nam si quis renūtiaverit fidei cōmissio cōditionali, ad quod vocabatur, & postmodū ingressus fuerit religionem, ac post professionem cōditio fidei cōmissi eue-

nerit: nempe mors illius, qui rogatus fuerat restituere: non poterit monasterium illud consequi: imò renūtiatione excluditur. Sic & in eo casu, quo quis post renūtiationē hereditatis seipsum in adoptionem dederit: & postea mortē obierit, cuius hereditatem renūtiaverit: nō obtinebit eam pater adoptivus: cui alioqui quibusdā sublimitationibus iure cōpetebat. l. si adoptaero. ff. de precario. Eodē modo, si quis post renūtiationē paternæ hereditatis, cui<sup>9</sup> nulla potest fides præsumi, crimē cōmiserit: & ea ex causa omnia bona, iura, & actiones, presentia, & futura in fiscū deferatur, iuxta ea, quæ notantur in l. j. §. an bona. ff. de iure fisci. Etia si eovivo pater moriatur, nihil ex ea hereditate ad fiscū pertinebit. Quod ex superioribus cōstat. Sed ne quis admodū vrgētē esse Soci. & aliorū argumētationē arbitretur, ea poterit facilius tolli si cōstitutamus in hac specie, & questione hereditatē nō deferri monasterio: id quæ, ni fallor, apertissimè iuris est. Nā hereditas defertur filio iure iuitatis, vel propter illud ius succedēdi, quod habet in bonis patris. huic aut iuri monach<sup>9</sup> tēpore, quo potuit, renūtiavit: & à se abdicavit ipē illā, & ius succedēdi in bonis patris, idcirco cum professus est monachus religionē, nō trāstulit in monasteriū ius succesio

successionis: quia illud nō habuit eo tēpore: nudūsq; ac priuatus eo iure monasterium ingreditur. Qua ratione non potest ius illud monasterio competere, nec ei defertur hæreditas. Nec iure monasterium aliquid ex paternis bonis, vel hæreditatibus causa monachi habere poterit: nisi quod ipse monachus in seculo manens potuisset habere. At si monachus, qui paternæ hæreditati renuntiavit, mansisset in seculo, per renuntiationem exclusus foret à iure succedendi: igitur eadem ratione & ipsum monasterium ab eodem iure excluditur propter renuntiationem.

Secunda probatio prioris opinionis ex eo deficit, quod decisio Pauli Castrensis non omnino admittenda sit. Etenim aut pater consensit renuntiationi factæ per filium, & tunc res est admodum expedita: quod sibi nullum ius hac in re patriæ potestatis causa competat: cum eidem per consensum renuntiauerit: nec filio deferri possit hæreditas tempore mortis illius, de cuius agitur successione, quia eidè validè renuntiauerat: sicuti modo in monasterio diximus: & ideo pater non potest hæreditatem illam petere ex persona filij: aut sanè pater nō consensit renuntiationi: & eo casu valet renuntiatio quo ad cæte

ra, patri tamen nō nocet quod ad vsum fructum, nec quo ad alia iura, quæ ratione patriæ potestatis habere in eisdem bonis poterat. Quod verò diximus, renuntiationem validā esse quo ad cætera præter vsum fructum, videbitur quibusdam maxime contrarium. l. vi. C. de bonis quæ lib. vbi filius filias repudiatio hæreditatis delatæ, & aduentitiæ minime nocet patri nec quo ad vsum fructum, nec quo ad alia: siquidem repudiante filio potest pater hæreditatē adire, & eam sibi omnino acquirere. Quæ tamen constitutio tractat de eo casu quo hæreditas est iam filio delata, & ex eius persona patri, qui nec fuit institutus, nec potest alio titulo hæreditatē illā habere quā iure patriæ potestatis. nō ex hoc idè erit in hæreditate deferenda: qua in specie nos loquimur. Nam si filius renuntiauerit iuri succedendi, postea ei nō defertur hæreditas: atq; ideo cessat omnino ratio Pauli Castrensis de cuius opinione dubitat Bartho. Soci. l. 2. num. 5. ff. de his, quæ pœnæ causa. Et profecto ipse arbitrator eam falsam esse, nec posse iure defendi, nisi quo ad vsum fructū: in quo dubius equidem adhuc eā admittendā esse cesserè. Sec & si opinio Pauli vera foret, minime ad quæstionē istā de monasterio cōduceret: siquidè diuersa omnia

omnino ratio est. Etenim filius familias tēpore renuntiationis sub patris est potestate cui non potest nocere: at non ita est in eo, qui ante professionē renūtiatū hereditati, quilibet liberam habet potestatem de rebus propriis disponendi: nec monasteriū vllū ius in eius bonis eo tēpore habet: potestq; ipse religionē ingressurus monasterio præiudicium inferre ante eius ingressum: quod factis iure probatur. Nec in hoc potest aliqua contingere controuersia, quæ iuris rationem habeat. Non me latet, posse hac in quæstione adduci quandā Ludouici Romani sententiā in quā in dicta. l. qui superstitis, scribit, renuntiationē à filia iuramento præstito factā hæreditatis paternæ dote congrua ei constituta, nocere ei filijs. quibus mortua matre aui hæreditas fuerit delata: post mortem matris auo morietē. Quia ratio nepotis acceptæ fuit tuxæ patri hæreditati renūtiatæ uerij. Hæc Romani opinio verior est secundū Deci. in cōsil. 181. nu. 7. eundem Deci. d. l. pactum dotali. nume. 18. Guiliel. Benedi. in cap. Rainuntius. de testamen. verb. duas habens filias. nu. 181. Anto. Rube. conf. 42. nu. 6. missam tamen hanc opinionem facimus: quippe qui contrariam veriorē esse existimemus. Nam mortua matre superstite patre, ad aui

hæreditatē admittēdi sunt ne potēs iure proprio, quāuis ex persona matris: cuius renūtiatio eū intellectum habuit, si ei nō renūtiatū foret delata hæreditas patris: atq; ideo nepotes admittēdos esse in hoc casu respōderūt Bald. in d. l. pactū dotali. 2. q. C. de colia. quæ sequitur alij, maxime Alexan. ibi & Paul. Castrēsis in d. l. qui superstitis. And. Tiraq. in trac. de primogeniis. q. 40. nu. 117. licet Roma. ad eius cōclusionē Bal. citauerit. Idè tenuerūt Fracus & Geor. Nathā. hic nu. 56. & Thomas Grāmat. deci. 57. nu. 39. dicēs hanc opinionē cōmunē esse. idè faretur Robert. Marātha disputat. 10. nu. 13. quod iterum repetā in fine huius §.

Tertia ratio minime comprobatur priorē sententiā: illa etenim iuris Cæsarei respōsa, quorū ibi meminimus, non habet omnino eam rationē: ne quis auertatur à professione religionis: siquidem qui religio nē profiteri vult, & ea ex causa paupertatē vouet, & optat, parū sollicitus erit de bonis ad monasteriū deferēdis: temerariū enim est iudiciū, si opinamur, eū auerti à religionis ingressu ne res tēporales, patrimonium, & alia amittat bona quorū relinquēdorū causa religionē ingreditur. Alio qui eadē causa, quæ mouet ad religionē, auerteret ab ea, quod absurdum

absurdū esse palā cōstat: multisque id probauimus lib. 1. Variar. Resoluti. cap. 19. nu. 7. imō etiā renūtiatio ut a iuramento prælitō fiat hac appōsita conditione: si renūtiās ingressus fuerit religionem: adhuc valet & firma est. Nec per hanc conditionem renūtiās auertitur à religionis p̄fessione, ipse quidem sp̄ōte deliberās de religionis ingressu, & paupertatem eligens bonis, & hæreditari futurā renūtiat ea ex causā quia religionem profiteri vult: alio qui profectō minimē renūtiaturus: igitur nequaquā impeditur à religionis p̄fessione per renūtiationē istā quæ manifestē sit ea ex causā, quod ingreditur renūtiās religionē. Idcirco cessant rationes contrariū adductæ, & excogitatæ præsertim à Bart. Socino in d. l. 2. nu. 5. ff. de his, quæ p̄cæna causa, & Angelo in disputatione incipien. quidā nobilis genere. & à Socino in d. cōf. 183. col. vlt. Purpur. in d. l. vlti. C. de pact. & aliis, qui contrariū iure verius esse adseuerant.

¶ Illud sanē adnotandū est, Bar. in d. l. vlti. C. de pact. licet pactū istud validū esse iuramēto prælitō existimauerit, in statuto tamen aliud probare quidā distinctione visus. Et tēminū distinguit, an statutū excludēs monachos à successione his fuerit verbis cōceptum, Monachi nō succedāt: & hoc

in casu cēter statutū valere: an his, Siquis monasteriū religionē professus ingressus fuerit, priuat⁹ sit iure succedēdis: quo casu nō valere statutū scribit, quæ distinctio falsa est. Nā in vtroq; casu statutū nullū esse: cū dū Marthel. notab. 145. & alios, quorū opinio communis est, vt testatur Deci. in cap. ecclesia. de cōsti. nu. 49. Ioan Baptistā de S. Severino in repetit. omnes popul. ff. de iusti. & iu. col. 48. Soc. cōf. 2. 41. lib. 2. & cōf. 81. lib. 1. quā sententiā sequuntur Doctō. in d. l. vlt. & in d. cap. ecclesia. Bar. improbat. Cōsuetudo autē, quæ monachi à parētū, & cōsanguineorū successione excludūtur ab intestato, valet quidē: quia ecclesiarū, monachorū clericorū atq; prælatorū, & Principis cōsensum tacitū saltem habeat: quod in specie adnotarūt Gulielm. Benedict. in c. Rainu⁹, de testamen. verb. & vxorē nomine Adelasī. nu. 249. & 224. Chassaneus in cōsuetudi. Burgūdiæ: Rubri, de successioib⁹. §. vlti. Boerius in cōsuet. Bituricensi. tit. de testamen. §. vlti. Masuerus in Rub. de successioib⁹. §. itē per cōsuetudinem. optimē Rebuffus super constitutiones Regias in proemio, gloss. 5. nu. 21. & 22. quo in loco cōm. morat, apud Gallos praxi & cōsuetudine obseruātissima sublatas esse decisiones tex. in Authen. ingressi. C.

de

de sacros. eccl. & l. Deo nobis. C. de episco. & cleri. Carterū, si verū est quod modo ad huius cap. interpretationē diximus: nempe pactum renūtiationis hæreditatis paternæ iuramentō prælitō confirmari, ¶ etiā si fiat à filia, quæ statim est religionem professura: illud merito queritur, an possit hæc renūtiatio postea rescindi ea ex causā, quod grauissima contingerit in ea læsio: siquidē opulētissimæ hæreditatis spes, aut deniq; ingens patrimoniu⁹ p̄sens fuerit remissum modico accepto, etiā si ad dotē ingressus in religionē fuerit quāntitas cōgrua, & æqua? quæ quidem quæstio solet à plerisq; definiti ex his, quæ de læsione admōdū enormi, & grauissima tradūtur multis in locis ad rescissionē contractus, etiā iurati. De quo statim & nos agemus, & profectō si ea resolutio est ad hanc speciem, & casum adducta: frequētissimē erit retractadē & rescindēdē renūtiationes, quæ sūt à monialib⁹ eo tēpore, quo religionē p̄fiteri volūt: plerūq; enim sperātes ex successione paternā amplū patrimoniu⁹, aut deniq; portionē legitimā maximæ æstimationis, eidem pacto iurato renūtiāt nō dū accepta quarta portionis legitimæ parte: in quodubio procul grauissimā cōtingit læsio, ac deniq; ea quæ enormissimā vulgus appellat.

Dei⁹ eleganter in cōf. 31. cōf. penul. vers. vlti. nō obstat. & Aymon Sauilli. in cōf. 160. colū. 1. in ea sunt sententia, vt opinentur, nullum esse locum rescissioni cōtractus & pacti iurati, etiā prætextu grauissimæ læsionis, quoties renūtiatio facta fuerit causa ingressi di religionem. Pro hac sententia ipse ita arguetor. Etenim post religionis p̄fessionem aut agit monasteriū ad rescissionem ex persona monachi, & ex iure ipsi monacho competenti, quod in monasterium transtulerit, ex Authen. ingressi. Aut agit ipse quidem monasteriū nomine iure ipsi monasterio competenti, & delato. Priore equidem casu non video qua ratione monacho possit ius competere ad rescindendum pactum iuratū ex causā vtcunq; grauissimæ læsionis: siquidem nulla in hac specie ipsi contigerit monacho, qui ob paupertatem seruandam, & vouendam, religionem profiteri vult, paupertatem querit, & ipsam eligit. Igitur nō poterit monachus, quemadmodum paulo antē adnotabam, se læsum fuisse allegare in dimittendis bonis, ac diuitiis: quarum relinquendarum causā monasticā vitā elegit. Quod si quis dixerit, monachū ipsū grauissimē læsum eo ipso, quod in monaste

monasteriū patrimoniū nō de  
rulerit: planē id verē dici non  
poterit: quādoquidē nulla læ-  
sio cōtingit volētī religionem  
profiteri in hoc quod tenet pa-  
trimoniū ad monasteriū detu-  
lerit: pingue autē cōsanguineis  
reliquerit: cū ei paupertas mo-  
nasterij parū noceat ad religio-  
nē. Etenī maximū nomē apud  
verē Christianos religiosorū  
& ordinū medicatiū pauper-  
tate haecenus cēserit ab his,  
qui de religionū institutis san-  
ctissime tractauerunt. Idcirco  
impiū foret iudiciū, si quis exi-  
stimaret, proficētē religionē  
hoc ipso læsum, quōd pauper-  
ritiū cōnobiū elegerit, dimi-  
seritq; apud cōsanguineos res  
ampas, quę possent monaste-  
riū ipsum ditare. Alioqui si iu-  
re hæc læsio esset alicuius mo-  
meti: nō ita liberē iura permit-  
terēt professuris religionē de  
rebus p̄ptiis omnino inter co-  
gnatos, & amicos. disponere  
quod statim tractabitur. Poste-  
riori autē casu monasteriū age-  
re ex ea causa minimē pōt, si-  
quidē nullū ius eidē monaste-  
rio cōpetit, nec defertur in his  
rebus, quę monachus ipse an-  
te professionē, vel amicis, vel  
cōsanguineis dimiserit. Nam  
ingressurus monasteriū licetiā  
habet quoquomodo disponē  
de rebus propriis. Authē. de  
monachis. §. illud, & §. nūc au-  
tē. sub cap. si qua mulier. 19. q.  
viii. Authē. Nūc autē. C. de e-

pisc. & cleri. & in Authē. si qua  
mulier. C. co. titu. Nec eius tes-  
tamentū rūpitur, etiā si nihil  
monasterio reliquerit, modō  
id fecerit religionis ingressum  
præmeditatus, iuxta eā resolu-  
tionē, quā hac in re nos tradi-  
dimus in ca. 2. de testamē. nu.  
5. vn. de sic, vt hæc sentētia. De.  
cij, satis possit: iure, & equita-  
te defendi.

¶ Duodecima huius ca. inter-  
pretatio ex eo constat, quod  
ad illa pertinet verba: dote cō-  
rēta. Nā quidā existimārūt nō  
aliter esse pactū istud admittē-  
dū, si etiā si iurātū sit, quā si fi-  
lia renūtiāns paternā hæredi-  
tati dotē acceperit ad patri-  
moniū, quod eo tempore cō-  
trahit: esset enim renuntiatio  
ista iniquissima ex parte eius,  
cui sit, atque omnino impia,  
quippe quę filiā excludat om-  
nino à paternis bonis, & eius  
hæreditate. Sic sanē Ancha. hic  
opinatur ad huius. c. intellectū  
vt ista decisio admittatur ne-  
cessarium esse, quōd filia dotē  
aliquam acceperit tempore pa-  
ctiois iurata: idē not. Sah. in  
l. pactū quod dotali. C. de par-  
penult. col. quorū opinio ve-  
rior est secundum Deci. in l. pa-  
ctum dotali. C. de colla. num.  
7. Contrariam sententiā pro-  
bare conantur, & sequuntur  
Imola, in d. l. qui superstitis.  
col. i. ff. de acquir. hære. Domi-  
ni. hic col. 3. versū. quid si filia  
Georgi. Natanus latius. §. imi-  
tatione.

ratione. atque item Alexan. in  
dict. l. stipulatio hoc modo cō-  
cepta. nu. 9. ff. de verb. obligat.  
Horum opinio cōmunis est, vt  
fatetur Augult. Beronius in cap.  
in præsentia. de proba. nu. 177.  
etiā si de ea dubitet. Quibus  
suffragatur, quod licet pactū istud  
iure ciuili sit improbatum, iure  
tamē pontificio nō alia ratio  
cōfirmatur religione iuramen-  
ti, quā quod id seruari à iurante  
possit sine aliquo dispēdio sa-  
lutis spiritualis. Quæ quidē ra-  
tio etiā tunc locum habet: cū  
filia hæreditati paternæ renun-  
tiat gratis nulla recepta dote:  
illud verō erit cōsiderandum  
admissa hæc posteriori senten-  
tia: an æqua, iustaq; sit hæc pa-  
ctio quō ad ipsum patrē. Nam  
si ea ex parte iniquitate habet,  
danda erit iusta ex causa abso-  
lutio: sicuti datur ex causa me-  
tus, doliveri, vel præsumpti, cō-  
tingentis ex proposito, vel re  
ipsa. Qua de re statim in verb.  
non vi, nec dolo præstato, la-  
tius agemus. Etenim si filia di-  
ues admodū ex bonis mater-  
nis, aut aliunde, hæreditati pa-  
ternę renuntiauerit nulla do-  
te recepta, & iuramento præsti-  
to, vt patris hæreditas diuida-  
tur inter fratres pauperes, pro-  
fecto pia est hæc renuntiatio,  
nec aliquā iniquitatem habet,  
nec ratione grauissimę læsio-  
nis rescindi potest: cū nulla ve-  
rē in hac specie cōtingerit læsio  
nec possit dolus præsumi pro-

pter grauissimā læsionē: & ma-  
nifestē constet, filiā renuntian-  
tem hæreditati paternę de hac  
grauissima læsione cogitasse,  
eamq; titulo liberalitatis re-  
mittere voluisse,

Regulariter tamen est obser-  
uandū, nullā esse in casu huius  
cap. dubitationē: vbi filia dotē  
acceperit equalē portioni legi-  
timæ, quā habitura esset ex bo-  
nis patris, si eo tēpore, quo re-  
nuntiat, fieret inter filios patri-  
monij paterni diuisio. idē erit  
si dotem paulō minorem legi-  
tima portione acceperit: quōd  
si dos fuerit multo minor por-  
tione legitima, quid tunc agē-  
dum sit, explicabimus inferius  
in verbo, dolo.

¶ Sed si filia tēpore renuntia-  
tionis nihil pro dote acceperit,  
absq; vlla controuersia pactū  
istud etiā iurātū non excludit  
filios huius renuntiantis ab  
hæreditate aui, qui mortē post  
filiā obierit. Nā & ipse Roma.  
qui à nobis citatus fuit in hoc  
§. versū. nō me latet, in hac spe-  
cie hoc ipsum tenet: & est cōis  
opin. vt fatetur Alex. & Deci.  
d. l. pactū dotali. C. de colla.  
nu. 18. Guliel. Bened. in c. Rai-  
nurius. ver. duas habens filias.  
nu. 280. idem probatū Bal. in  
d. l. pactū. 2. quęst. Imol. Are. &  
Paul. in d. l. qui superstitis. ff. de  
adqui. hæred. & pleriq; alij, qui  
palsim à iunioribus citantur.  
Nam & idem tenēt Francus, &  
Georg. hic nu. 56. Thom. Grā-  
Relect. Didac. Couar. r

mat. decis. 57. nu. 39. dicēs, hęc opinio nē cōmunem esse: quā & Ripa explicat lib. 1. resp. c. 6. col. 5. quicquid Bart. dixerit in d. l. qui superstitis.

Ex §. sequenti.

- 1 *Renuntiatio hereditatis paterna, non excludit filiam à bonis, quæ propter secundas nuptias pater tenetur seruare filiis prioris matrimonij.*
- 2 *Filia renuntians hereditati paterna non prohibetur bona patris petere ut hæres fratris.*
- 3 *Renuntiatio hereditatis paternæ filium excludit etiam à legitimâ.*
- 4 *Renuntiatio hereditatis paternæ, an extinguatur mortuis fratribus masculis viuo patre. & si latè hac de re multa.*
- 5 *Pactum, quo hereditas paterna renuntiat, excludit filiam à bonis patris, etiam interstiti.*
- 6 *Filia renuntians paterna hereditati nō excluditur a bonis feudilibus.*
- 7 *Pactum renuntiationis hereditatis paternæ, renuntians, & eius filijs ac hæredibus nocet.*
- 8 *Renuntiatio iurata hereditatis paternæ nō reuocatur natiuitate filiorū.*

§. Tertius.

**D**ecimo tertio illud omnino examinandum, quæ scilicet intellectū habeat illa verba ut nullum ad bona paterna regressum haberet: ex his etenim apparet, si filiam tempore nuptiarum renuntiantē cū iuramēto

hereditati paternæ non posse postea bona paterna ne petere, quæ quidē cōclusio planè intelligitur, nisi pater trāfirer ad secunda vota, & sic ad secundas nuptias: tunc etenim etiā filia renuntians poterit portio patris obitū portionē in bonis paternis petere iuxta constitutionē l. scemine. §. illud. C. de secund. nup. q. & in viro admittēda est secundū gl. & cōem ibi: & regiā Tauri. l. 15. Nā bona, q. pater habet ex filijs primi matrimonij, si postea ad secundas trāsierit nuptias, ea mortuo patre applicātur filiis primi matrimonij. Et licet filia renuntiauerit bonis paternis, etiā iuramēto præstito, poterit tñ admitti, & admittitur ad ista bona, q. pater in pœnā secūdi matrimonij amittit, aut saltē tenetur relinquere filijs susceptis ex primo cōiugio, sicuti in hac specie respōdit Old. cōs. 294. quæ sequenti sunt Guido Papæ. q. 228. Guiliel. Bened. in c. Raynurius. de testa. ver. duas habēs filias. nu. 288. Deci. optimè in cōs. 230. col. pen. Frāncis. Purpura. in d. l. vlt. C. de pact. nu. 196. quā ob tē tex. hic dū dicit, ratione huius pacti filia nullū regressum ad bona paterna habiturā, est intelligēda iure sanguinis, & successione paternæ. Quasi aliud dicendū sit, quoties filia bona paterna petierit iure pœnæ, & reservationis legalis statutē in fauorē filiorū: tūc etenim huic

filie

filie nō oberit renuntiatio paternæ hereditatis etiā iurata. **¶** Decimo quarto eadē ferē ratione rñsio huic c. est intelligēda, vbi filia paternæ bona, ut paterna petierit: nā excluditur p. pactū iuramēto præstito firmatum: q. si ea bona vt fraterna petere velit postq. à patre illa deuenere in fratrem, cui ipsa succedere intestato iure pōt, nihil filie nocet paternæ hereditatis renūtiatio: sicuti expressim probare conātur Ang. cōs. 52. Alex. in l. j. §. veteris. ff. de adq. poss. Paul. & Aret. in l. Paul. §. j. ff. de adq. here. Deci. in l. hereditas. nu. 8. ff. de reg. iur. quo in loco hoc ipsum cōtinet intelligēdū esse quoties patris hereditas fuerit renuntians fratre adita: vnde aliud dicendū erit, si nōdum fuerit adita p. fratrem hereditas paterna: cum adhuc hęc hereditas paterna sit potius q. fraterna. l. sed si plures. §. si filio. ff. de vulg. Nihilominus ipse opinor, nō esse in hoc vim aliquāmodi filia, q. renuntiauerit hereditati paternæ, bona paterna petierit vt hæres fratris, nō patris: quod idē Deci. cōsiderat in l. quatuor duplici iure. in si. ff. de reg. iur. post Benedictū à Capra. cōs. 12. ad fin. & Aret. cōs. 161. i. prin. Atq; ita iure optimo procedit hic intellectus, quem itidē sequuntur Soci. cōs. 74. lib. 3. & Purpura. in d. l. vlt. C. de pact. nu. 198. **¶** Decimo quinto, sunt qui exi-

stiment ad intellectum huius c. renuntiationē istā paternæ hereditatis, etiā iuratā, nō excludere renuntiantē à legitima, quæ ei debetur ex bonis patris, quod probare nituntur ex l. si quado. §. & generaliter. C. de inoff. testa. ita enim asseruerāt Ludo. Ro. in l. j. §. si quis ita. col. 9. ff. de verb. ob. vt citat And. Tiraquel. in tract. de primogenijs. q. 55. nu. 3. sed falsō: sicuti & inibi p. hac præadducit contrariæ opinionis autores. Sed tamē huius sententiæ autores esse videntur Bal. in rub. ff. de iureiur. col. penul. vers. non tamen credo. Roma. in d. l. qui superstitis. 3. limi. ff. de adq. here. Aret. in d. §. si quis ita. col. 5. quorū meminit ipse Tiraquel. in l. si vnquā. C. de reuocad. do. nat. in prin. nu. 155. huic opinio ni subscribens: quā etiā tenet Matthe. Afflict. in c. si quis inuestierit. nu. 26. de feudo dato in vicem legis cōmissor. eamq; opinionē cōmunem esse asseruerat Nicolaus Boeri. Deci. 3. nu. 10. idq; maximā habet æquitatem, vt iatis sit, q. per pactū istud iuratum filia excludatur ab his bonis, quæ poterat ab intestato patre amplissimè obtinere: non autem æquum est, eam à portione legitima excludi. Ego verò contrariam sententiā vetiorem esse opinor, atque ita censeo per hanc pactiōnem iuratum filiam excludi etiam à legitimâ portio-

ne, quæ iure alioqui ei compete-  
 rebat in bonis paternis. Nam  
 si grauiſimè laſa fuerit, pote-  
 rit agere ad huius pacti reſciſ-  
 ſionem, quod ſtatim tractabi-  
 mus. Nec textus in dicto §. &  
 generaliter. priorem opinio-  
 nem probat: cum ibi non tra-  
 cteretur de pacto renuntiationi-  
 nis hereditatis paternæ: ſed de  
 ſecuritate facta per filium hæ-  
 redibus patris, qua cauerit, ſe  
 legatum à patre relictum ac-  
 cepiſſe: nec adiecerit, nullam  
 ſibi ſuperſeſſe de repletionem  
 quæſtionem: quæ quidem cau-  
 tio maximè differt ab ea pa-  
 ctione, qua filia paternæ hæ-  
 reditati renuntiat, etiam ſi nul-  
 la iuramenti vis acceſſiſſet.  
 Sic ſanè poſteriore opinio-  
 nem veram eſſe cenſent Lud.  
 Roma. in d. l. j. §. ſi quis ita nu.  
 23. & num. 32. Paul. Caſtrenſ.  
 Alexand. in l. in ratione. ij. in  
 princip. ff. ad l. Falci. di. Bald. &  
 Iaſon in dict. l. ſi quando. §. &  
 generaliter. Dec. conſil. 26. col.  
 lum. 2. Alexand. in conſil. 181.  
 lib. 5. Geor. Nata. hic num. 20.  
 quorum opinio communis  
 eſt. vt teſtantur Ripa lib. 1. re-  
 ſpon. cap. 6. col. vltim. & Tira-  
 quel. in d. l. ſi vnquam. C. de re  
 uoc. don. in prin. nu. 139. tæſſi  
 ipſe inibi de ea dubitet nu. 155.  
 ac potius, vt paulò ante dixi in  
 contrariâ ierit ſententiã,

¶ Decimoſextò circa eadem  
 verba maximè controuerti-  
 4 tur, ſan hæc renuntiatio iura-

ta expiret; & euaneſcat, vbi  
 fratres renuntiantis, in quorù  
 fauorem facta fuerit renuntia-  
 tio viuo patre mortè obierint?  
 Sunt etenim qui opinètur, pa-  
 ctum iſtud vtcuq; iuratum ſit  
 oino deſicere, ſi fratres, quo-  
 rum cauſa, & in quorù fauorè  
 facta fuit renuntiatio, viuo eo-  
 rum parente deceſſerint: quali  
 ceſſante pactiõis cauſa, & ipſa  
 pactio ceſſet. Hanc opinio-  
 nem eſſe cenſent Domin. col.  
 vlti. & Philip. Fran. 4. & Geor.  
 Natanus. 8. limitatione. nu. 24.  
 hic Bald. in dict. l. pactum do-  
 tali. C. de collat. 4. q. & ibi De-  
 ci. nu. 9. Guliel. Bened. in d. ca.  
 Rainutius. verb. duas habens  
 filias. nu. 297. Matthæ. Afflic.  
 in d. ca. ſi quis inueſtietur. nu.  
 25. de feudo dato in vicem le-  
 gis commiſſ. quorù ea eſt,  
 ni fallor, mens, quòd pactum  
 hoc iuratum in hac ſpecie mor-  
 tuis his quorum cauſa, & fa-  
 uore factum fuerit, ita extin-  
 guatur, vt filia quæ renuntia-  
 uit, ſit hæres futura patri inte-  
 ſtato, & ex teſtamento ad huc  
 effectum quòd pater teneat-  
 ur ei legitimam relinquere,  
 ac ſi nullâ pactio præceſſiſſet.  
 Sic etenim ipſe à prædictis  
 autoribus deducendum eſſe  
 ſenſum iſtum exiſtimo. Hanc  
 item opinio-  
 nem ſequuntur  
 Alexand. conſil. 29. libr. tertio.  
 Paulus in dicta l. pactum do-  
 tali. Salic. in l. pactum quod do-  
 tali. C. de pactis. Romanus &  
 Aret

Aret. in l. qui ſuperſtitis. col. 4.  
 ff. de acquir. hered. Alex. in d.  
 l. ſtipulatio hoc modo cõcepta  
 nu. 11. & ibi Ioan. Crott. nu. 33.  
 & Clau. col. 4. deniq; plures a-  
 lij, quorù meminit Paul. Pariſi.  
 cõſil. 26. lib. 3. nu. 20. qui hac in  
 quæſtione latiùs loquitur: & tã  
 de ſcribit, hãc opinio-  
 nem verã eſſe, niſi aliud poſſit depre-  
 hendi ex mente patris recipiẽtis  
 pactum, & renuntiationem at-  
 tẽtis, & perpenſis his cõiectu-  
 ris, quæ huic præſumptioni ſuf-  
 ficiãt. & profectò hæc opinio  
 cõmunis eſt, vt apparet ex his  
 autoribus, quorù modò me-  
 minimus, & alijs, qui poſſent  
 ad idem nominatim adduci.  
 Illud verò eſt in cõtrouerſia:  
 an ſi tẽpore pacti, & renũcia-  
 tionis pater nullũ filium ma-  
 ſculũ habuerit, ſed fœminas q-  
 dẽ ſorores renũciãtis, atq; ita  
 abſq; liberis maſculis deceſſerit  
 ſit ne locus pactiõni, vel poſ-  
 ſit hæc filia, quæ renuntiauit,  
 quali ceſſante pacto ad hære-  
 ditatem patris admitti cum ſo-  
 roribus patre mortuo inteſta-  
 to? Et Bal. in cõſil. 437. lib. j. in-  
 cipien. quædam puella i. cum  
 prius prima quæſtione præno-  
 tatã cõmunem opinio-  
 nem ſit erit ſequutus, tandẽ in hac ſcri-  
 bit, filiam renuntiantẽ admi-  
 tendam eſſe omnino ſimul cũ  
 ſororibus, non obſtante pacto  
 ad hæreditatem patris inteſta-  
 ti. Hanc ſententiã ſequũtur De-  
 ci. in cõſil. 370. col. vl. idẽ in cõ

fil. 433. nu. 2. eleganter Aymõ  
 Saullianus cõſil. 42. vbi expreſ-  
 ſim conatur hanc opinio-  
 nem defendere, quam Rotã in an-  
 tiquis. 850. in prima parte iti-  
 dẽ ſequitur. Nec enim hæc re-  
 nuntiatio excludere debet re-  
 nũtiantẽ ultra volũtatem præ-  
 ſumptã, vel expreſſam patris.  
 l. Tale pactũ. §. vlt. ff. de pact.  
 Patris autem ea eſt mens dũ  
 hanc renuntiationem filię ac-  
 ceptat, quòd libera ſibi mane-  
 at teſtandi potestas, & quòd  
 ei inteſtato filia renũtians nõ  
 ſuccedat. ſed maſculi nati, aut  
 nãſcitur propter agnationis  
 fauorem: idcirco pactũ iſtud  
 hanc interpretationẽ benignẽ  
 admittit, & iure admittẽdam  
 eſſe cenſent Bal. Dec. Aymõ &  
 alij, quorũ modò meminimus.

¶ Hoc verò Bal. rñſum admo-  
 dũ diſplicet Paulo Pariſio, qui  
 in cõſil. 26. lib. 3. magno cona-  
 tu id euertere tentat, ac deniq;  
 multis adductis nu. 52. ſcribit  
 id cõmuniter receptis decifio-  
 nibus refragari. Nec inſicior  
 ſatis latè ipſum Pariſium cõte-  
 tionẽ iſtã tractaſſe: & tamẽ ad  
 huẽ ipſe, quo amplius hæc diſ-  
 putatio aperiatur, aliquòt hic  
 proponã, ſimul & exponam ſe-  
 paratim: ne tot autorũ nomẽ-  
 clatura, & caſuum perplexa  
 mẽtione lectoris iudicium im-  
 pediatur.

Primũ ſanè quoties filia pa-  
 ternẽ hereditari renũtiauit nõ  
 ſimpliciter, ſed i fauorẽ tacitũ

vel expressum alterius fratris, aut sororis: dubio procul renūtiatio ex mēte cōtrahētū, nēpe filiæ renuntiantis, & patris renuntiationem accipientis, finita censetur. & extincta in hunc quidem effectum, vt patii intestato filia renūtiāns hæres sit cū aliis æquē successoribus, si frater ille, vel soror, cuius fauore facta est renūtiatio, viuo patre mortē obierit. Atque in hoc conuenire mihi videntur Domi. Bald. & cæteri ad hunc decimum sextum intellectum citati.

Secundò eodē proposito the mare. idem ipse cenleo ad hūc effectum, vt etiam ex testamēto filia renūtiāns sit futura hæres patri necessario, nec possit à patre portione sibi debita priuari, nec præteriri: siquidē renūtiatio ista ob hanc rationem, quæ principalis, & finalis est, vt aiunt, iuramento præstito facta eam cōditionē habet, nisi is cuius causa pactum sit, viuo patre mortē obierit, & rebus sic extātibz, nec mutatis. ca. quemadmodū. de iureiur. quod ipse video expressim deduci ab his, qui hunc cōmune, & decimum sextū intellectum admiserunt.

Tertiò illud sit iure satis manifestum, quòd ab eisdem autoribus, & communi doctorū opinione, filiā istā ratione huius pacti vel admitti, vel excludi nō natis masculis, aut mor-

tuis his, qui tempore renūtiationis superstitēs erāt: quoties possit ex verbis ipsius pacti, aut alijs quidē coniecturis inspectis apparere mēs contractū, an ea fuerit, quòd renūtiatio extinctis vel non natis masculis pereat, finiat, & cesset, aut deniq; salua sit, & valid. d. v. tuncq; enim res certa sit, illi erit omnino standum secūdū omnes.

Quartò si paternā dilectionē, & erga liberos amorē cōsideremus, pactū istud renuntiationis hæreditatis paternæ cōceptū eo tēpore, quo pater alios habet filios, vel habere sperat, & ab ipso acceptū pro se, suisque hæredibus, ita erit intelligēdū, qd si pater mortē obierit absq; alijs liberis, minime nocebit huic renuntianti: imò ea admitteretur omnino & ab intestato, & ex testamento adhuc cōtra voluntatē patris. Nā etiā si in ea pactiōe de hæredibus fœminis, & masculis intelligēdū sit: nō tñ est præsumēdū pacificētes de exteris intellexisse: imò tātū de his qui fuerint descēdētes à patre, cū alij maxima cū iniuria præferatur filiæ. l. cū actissim. C. de fideic. l. ex fctō. §. v. ff. ad Tre.

Quintò. si tempore quo filia dote accepta renūtiat hæreditati paternæ, ipse pater filium rātū masculū habeat, etiā si renūtiatio facta fuerit simpliciter, cōsuetur ob fauorem agnationis

tionis cōseruandē & ipsius filij masculi facta renūtiatio, atq; ideo eo mortuo viuēte patre tota vis pactiōnis extinguitur. Et idē erit, si præter filios masculos pater filias habeat, alias quidē à renūtiante, quas tamē ad renūtiatiōnē hæreditatis paternæ nuptiarū tempore induxerit: ita equidē explicant Are. in d. l. qui superstitis. col. 4. Domi. ranc. & Natan. hic, & alij citati in princ. huius interpretationis.

Sextò est præterea cōstituentus casus, quo pater tēpore renūtiationis nullū habebat filiū masculum, & tamē filias sorores renūtiantis habuit: quarum nulla mētio facta est in renuntiatione: imò simpliciter ea fuit concepta: etenim & si nullus masculus patri postmodū natus sit, filia quæ renūtiavit, non poterit ex testamēto aduersus patris volūtātē portionem ex hæreditate paternā petere. quod apud omnes est in cōfesso: nec Bald. in d. cōsil. 437. resagatur: sed & idē erit, si pater intestatus mortē obierit: cum nulla sufficiens cōiectura possit ex hoc assumi, vt filia renūtiāns cum alijs sororibus necessario admittēda sit ad hæreditatē paternā. Quia in re se quor Pau. Parisi. in d. cōsil. 26. qui ex cōmuni cōsensu eorū, quos superius ad hunc intellectū citauim⁹, Bal. reprobatur. huius itē sententiæ Philip. Corn.

est in cōsil. 291. lib. 4. col. 4. vers. nō obstat. quo in loco scribit, se aliās respōdisse, qd si extaret alia filia, qd nō renuntiaasset, illa excluderet sororē renuntiantem hæreditati paternæ: quia illa renuntiatio simpliciter facta, nedū censetur fieri fauore masculorū, sed etiā sororum fœminarum, si extarent.

Septimò, si pater habēs filias & filios masculos, renuntiationē vnus filia iuramēto præstito, acceperit pro se, & hæredibus suis, tūc etiā si masculi viuo patre decesserint, filia quæ renūtiavit, ab alijs sororib⁹ excluditur hæreditate paternā, etiā ab intestato. Hoc deducitur ab Alexan. in d. cōsil. 29. nu. 8. lib. 3. Socino cōsil. 34. lib. 4. nu. 6. quos Parisius sequitur in d. cōsil. 26. lib. 3. num. 27. idem ferē voluerunt Ange. in consil. 25. in fine: & Arctin. consil. 17. col. 8. vers. item prohibetur. qui in specie responderunt, filiā renuntiantem hæreditati paternæ nūquam fore ad hæreditatem patris, etiā intestati admittēdā, quando extat aliquis ex patris descendētibus. Et tamen descendētum appellatione pariter veniunt fœminæ, & masculi. l. vltim. C. de suis & legitimis hæredibus. Authent. de hæred. ab intest. venient. in principio. huius autem opinio nisi ferē omnes pauio ante citati in principio huius quæstionis subscribere, cum Alexan. in d.

conf.29.palam sequuti fuerint. maximè que probatur ista conclusio ex mente præsumpta cõtrahentium, quæ potissimum est hac in parte consideranda.

Octauò, quoties filia habens fratrem, & sorores, paternæ hæreditatis simpliciter renūtiavit iuramento præstito, nec pater alias sorores ad renuntiationem induxerit: planè constat, eius mætém esse quòd renuntiatio proficit masculis, & fœminis: atq; ea ratione etiam si masculus patre viuo moriatur, nò est admittenda filia, quæ renūtiavit, ad paternam hæreditatem, licet pater intestatus moriatur. quòd Matthe. Afflic. probat in decisione Neapoli. 161. quem satis in specie sequitur Pau. Parisi. in d. conf. 26. nu. 38. & sensit Alexan. in d. conf. 29.

Nonò, idem omnino locum obtinet, si filia renuntians paternæ hæreditati, eam pactionem fecerit eo tempore, quo religionem profiteri vult: est etenim manifesta patris mens. Nam etsi is habeat filios masculos, & filias tempore renuntiationis, & moriatur ab intestato præmortuis masculis, filia quæ renuntiauit non est admittenda cum aliis sororibus ad paternam hæreditatem. Quia renūtiatio facta fuit, vt reliquæ filiæ possent maiori cum dote matrimoniu cõtrahere. Quin & in hoc casu extinctis fratribus & sororibus, minimè ad-

mitteretur filia monacha, nec monasterium ad paterna bona contra voluntatè patris inter alios testantis, qui eam tem habuit, vt possit liberè testari absq; vlla obligatione instituenti hæredem filiam monacham, aut ei aliquid relinquendit: amersit ab intestato forsitan erit monasteriu iure ipsius monachæ admittendum: cum nullus superstit ex patris filia deditus, quæ pater voluerit filia renuntiat, & monasterio pferri.

Decimò est omnino aduertendum ad eum casum, quo filia simpliciter renuntiat hæreditati paternæ dote recepta, expressim tamè ex ea causa, quòd dote accepit, sic denique propter dotem. Et planè Bar. Soc. in conf. 34. li. 4. nu. 5. huius opinionis est, quòd hæc filia nullam admittatur ad hæreditatem paternam, etiam mortuis viuo patre masculis fratribus, qui tempore pactionis superstitis erant, etiã patre moriente intestato: quia satis manifesta est renūtiationis causa: nēpe dos ipsa, quæ quidem causa adhuc salua manet mortuis masculis fratribus. hoc idè sensere Rom. in conf. 22. col. 2. Philip. Corneus in cõsi. 291. col. 3. lib. 4. & in specie Pari. adnotauit in d. conf. 26. nu. 44. lib. 3. quorū opinio mihi non displicet: imò sanè placet, quoties dotis congruæ receptio, causa vnica est huius renuntiationis: quod

quod rarò contingere potest, nisi vbi pater tempore renuntiationis nullos alios filios præter renuntiantem habeat. At si pater eo tempore filios, vel filias habuerit, etiam si expressè facta sit renūtiatio ex causa dotis congruæ receptæ, profectò maxima est cõiectura, eam factam etiam fuisse, vt cæteri filij maiorè ex bonis paternis portionè habeant. Idcirco res ista est cautiùs iudicanda. Nam si possit depræhendi renuntiationem factam aliorum fratrum & fororū causa principali fuisse, his eadem viuo patre mortuis absq; liberis, profectò pactum omnino extinguitur: atque ex mente paciscerium idè est, ac si factu nò fuisset: quam obrem iudices de hac controuersia cognituros maximè admonitos esse velim, vt hanc paciscentium mentem penitissimè cognoscere conentur: quòd rectius in eo iudicio sententiam dicere valeant.

¶ Decimo septimò ex proxima disputatione satis apparet, si pactum istud à filia iuramento præstito factum, eam excludere ab hæreditate paternam, etiã si ipse pater intestatus mortem obierit, quod receptissimū est: & id in specie notat Do mi. Frã. & Geor. h. c. 9. limi. co. 4. Barr. Alex. nu. 8. & alij in d. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de ver. ob. vbi Ioã. Crott. num. 26. dicens hæc opinionem

cõmunem esse. eam sequitur Paulus Parisi. confil. 26. nume. 17. lib. 3. Rota in antiquis. 850. ¶ Decimo octauò, nò prætermittendum, si pactum istud etiã iuramento præstito factum minimè excludere filiam à bonis paternis, quæ feudalia sint, & quæ etiam fœminis ex natura feudi deferantur. His etenim bonis non videtur filia per pactum hoc simplex, adhuc iuramento renuntiare: cum sanè hæc bona non sint omnino paternæ: atq; ita hunc tex. intellexere Aluarot. & Præpo. in c. j. de eo, qui fidè fecit agna. optimè Parisi. in conf. 12. nu. 56. lib. 1. & Thomas Grammati. decisio. 101. nu. 10. quorum opinio verissima est, & procedit, nisi aliud ex ipso pacto possit colligi, & deduci attentè perpensa ipsorum paciscentiū mente.

¶ Decimo nonò hæc constitutio est intelligenda nò tantum quòd ad ipsam renuntiantem (nam ei manifestè præiudicat pactu) sed & quòd ad eius filios, & hæredes: nam hi excluduntur ab hæreditate ista, cui renūtiatū est: quòd gl. hic, ver. detrimentum. cõmuniter recepta satis manifestè notat, quæ quidem verissima est, quoties filia, quæ renuntiauit, mortem obierit post patrè: hoc etenim casu hæreditas patris non potest ab ea peti propter renuntiationem, nec itè ab eius filiis qui non possunt alio iure auo

succedere quàm ipsius matris, quod tamè extinctum est per renuntiationem, nec vnquam fuit mortuo auo matri delatū, & ab ea repudiatum, atq; ideò locus non est successorio edicto, licet nepotes velint iure proprio admitti: hæreditas siquidem paterna non defertur filia renuntiati, nec his, qui ex eius persona, & iure succedere veſiunt: attamen ad crescit renuntiantis fratribus: ius autem ad crescedi excludit successorium edictum. l. j. C. quando non petent. part. Bal. in l. meminimus. per eum tex. C. de suis & legit. hæ. Et præterea successorium edictum hac in specie minimè obtinet: quia filia recepit dotē pro sua portione: eo etenim casu idem est, ac si filia iam successerit patri, atq; ideò nō admittuntur eius filij ex successorio edicto: quod notat Bal. in l. duobus. ff. de leg. j. idem Bal. 2. q. Deci. nu. 18. & Alex. in l. pactum dotali. C. de colla. quod si filia, quæ renuntiavit, mortē obierit viuo patre, poterūt nepotes non obstante matris renuntiatione iure proprio aui hæreditate petere: licuti superius probauimus. §. 2. nu. 4. & vlti.

Nec mirum cuiquā videri debet, quod iuramentum hoc in casu nō tantum noceat, & præiudicet iuranti: sed etiam eius hæreditibus: cum tamè tex. hīc, & in c. cum contingat. de iure iu. hoc præcipuè consideraue-

rint: nempe, iuramentum istud minimè in alterius præiudiciū, aut detrimentum tendere. Nā hæreditibus ex propria natura vis contractus & pactiois per iuramentū validè nocet omnino: filiis autem, etiam si hæredes nō sint, nocet ipsa itidem pactio: quia iure ipsius matris admitti volūt: nec ex alio possunt ad aui hæreditatē ius habere: mater autē iuramento, & pacto exclusiua quidem est. Nec admittēdi forent iure matris, cum eius hæreditatē repudauerint. Proprio autē iure, quod non possint aui hæreditatem petere. paulo antè ostēdimus.

¶ Erīt verò ex hac gl. adnotandum, quod ad pluriū decisio num interpretationem potissimè cōducit, nempe quamlibet iuris constitutionem, quæ alterius quàm cōtrahentium præiudiciū consideret, intelligēdam esse de præiudicio principali, & directo: nō de eo, quod minus sit principale, quod que secundarium vulgus appellat. Hanc gl. plures viriusque iuris doct. commendarunt, præsertim Geor. Natanus hic nu. 54. Fel. in cap. si diligenti. de foro comp. nu. 32. & alij, quorū ipse memini in c. Raynuti. de testa. §. 10. nu. 9. vbi aliquot explicuit ad intellectum ca. cum contingat. de iure iu. quæ ad huius ca. intellectū admodum vtilia esse videntur: nēpe in ea quæ est, an filij huius renuntiantis possint

possint aliquo vti remedio ad huius pacti rescissionem.

- ¶ Vice simò ex eadem ratione oportet expēdere, Tan hæc renuntiatio iurata in specie huius ca. reuocetur natiuitate filiorum: si ea, quæ renuntiat, post renuntiationem liberos susceperit? Nam si pēsite, nus gl. hic communi omnium consensu receptam, constabit, minimè reuocari hanc renuntiationē natiuitate filiorū: quibus equidē natis, & nascituris præiudicat pactum istud. Atq; itaverū esse censent Alex. consi. 29. li. 3. Dec. in l. pactum dotali. C. de collat. vers. vltimò notandum est. idem Deci. consi. 181. Ant. Rubens consi. 99. Soci. consi. 39. li. 3. col. vlt. & alij plures, quos refert Andr. Tirac. in l. si vnquam. C. de reuocand. donat. ver. do natione largitus. nu. 151. Nec enim ista renuntiatio, propria & vera donatio est. Et præterea sit præmissa cogitatione proli suscipiendæ, vt constat.

Ex §. sequenti.

1. Renuntiatio hereditatis paterna, an confirmetur iuramento prestito ab infideli, vel per falsos deos?
2. Iuramentum metu, vel dolo extortū, nō confirmat pactū istud, quo paterna hæreditas renuntiat.
3. Dolus re ipsa contingens ob læsionē grauissimam, an operetur rescissionem contractus iurati?
4. Intellectus l. j. C. de rescindend. vendit. an habeat locum: ea decisio in contractu iurato?

Læsis enormissima, an faciat locum dict. l. j. in contractu iurato?

Minor iurans contractum, an videatur renuntiare beneficio atati, & remedio dict. l. j.

Metus reuerentialis cum graui læsione, an operetur contractus rescissionē?

Iurans contractum venditionis, an possit læsum ultra dimidiam agere ad pretium tantum?

Constitutio huius ca. quantum est seruanda etiam in foro seculari.

Intellectus l. j. §. si parens. ff. si a parente quis fuerit manusus.

§. Quartus.



Vicesimoprimum, hæc constitutio, dum iuramento tribuit hæc vim, vt cōfirmet pactum istud alioqui iure ciuili improbatū, à quibusdā inteligitur de iuramento per Christianum prestito intercedente vera religione diuini, ac veritatis numinis: quasi secus sit in iuramento per infidelē prestito falsi numinis intercessionē, & testimonio. etenim tunc non est locus huic decisioni: quod expressim notat post alios Geor. Natanus hic nu. 14. Soc. in consi. 65. col. 9. & consi. seq. li. 1. Roma. consi. 155. Guliel. Benedict. in c. Rainutius. ver. duas habēs filias. nu. 289. quia steterat hæc opinio ē communē esse, quæ probatur in hoc ca. & in d. ca. cū cōtingat. in vitimis verbis. Contrariū planè colligitur ex Bal. in c. j. §. itē sacramēta. co. 3.

de pace

de pace tenenda. & iuramentum firmam. quam sequuntur Rom. in d.l. qui superstitis. ff. de adq. hær. & Deci. in d.l. pactum dotali. C. de collatio. nu. 12. qui loquuntur in Iudæis iurantibus. Et profectò ex his, quæ nos tradidimus in prima huius repet. part. §. j. nu. 7. & sequentibus, hæc posterior opinio vera est in Iudæo, Saraceno, & alio quocunque infideli iuranti per Deum creatorem cœli & terræ. Nam hic verè per numè diuinum iuratur, etiã si qui iurat minimè legem euangelicã sit professus. idem ipse censuram, quoties quis per falsos deos iurauerit, quos tamè opinatur vera, & diuina numina esse. Sic denique prior opinio dubio procul obtinebit, cum vel Christianus, vel infidelis per falsa numina sciens iurat planè existimans ea numina falsa esse, quòd si per deos falsos iuratum sit ab eo, qui credit iuramentum veri numinis intercessio ne præstitisse: opinionis prioris & forsitan posterioris auctores non admittent in eo casu huius cap. & similium decisiones: ipse tamen admittendas fore non temerè contendam.

¶ Vigesimo secundo constat ex hoc ca. & similibus, potissimum ex capi. cum contingat, ¶ iuramentum nõ habere hæc vim confirmandi conventiones iure ciuili prohibitas, si per metum præstitum fuerit. ita

equidem omnium cõsensu receptum est ad eod. vt cum alio qui iuramentum metu præstitum obliget, donec absolutio ab eo data fuerit: cap. verum. vbi est hac de re communis opinio, de iureiu. Attamen si iuramentum metu præstitum accedat cõtractui iure ciuili prohibito, quiq; ad eius vim, & valorem indiget necessariò religione iuramenti: nulla est tunc absolutio necessaria ad agendum cõtractum: secundum Pan. in d. c. cõ contingat. 2. col. cuius opinionem dixi in praxi receptam esse, licet planè cõtracta verior sit, & plurium auctoritate probata lib. 1. varior. resolu. cap. 4. nu. 7. & in Epitome ad 4. lib. Decree. 2. par. ca. 3. §. 5.

¶ Vicesimotertio manifestè ab eodem ca. deducitur, iuramentum hanc vim habere modo absit dolus. Etenim si iuramentum dolo extortum sit, cõtractus eius religione minimè confirmatur. tex. optimus in d. c. cum contingat. & ca. licet. de iureiurã. in c. & de dolo vero, quem ex proposito cõmissum appellat vulgus, nõ potest vlla contingere dubitatio. Nam licet in auth. sacramenta puerum. C. si aduer. v. di. nulla fiat doli mentio: verè tex. ille ita intelligendus est, vt iuramentum à minore præstitum dolo tamen alterius cum eo contrahentis minimè impediatur beneficium restitutionis in integrum: sicuti

ibidem

ibidem notat Corne. fol. vlt. & Fortu. de vlt. sine. illat. 20. col. 17. imò quoties dolus hic aufert consensum, vt frequentissimè fit, nõ est necessaria absolutio à iuramento per dolum præstito: sicuti notat Ab. in d. cap. cum cõtingat. cuius opinionem scribit cõmunem esse Alecia, ibidem notab. 3. propter defectum cõsensum. Siquidem, vt non semel admonuimus, iuramentum nusquam obligat, si desit cõsensum obligandi, l. vlti. C. de nõ. nu. pecunia. atque de dolo ex proposito commissio: arte quidem decipiendi.

3 ¶ Sed si dolus re ipsa cõtingerit: nempe data grauisima læsione: quid dicendum sit plerique dubitarunt. Nã idem esse in hoc casu probari potest ex eo quòd ratione grauisimæ læsionis dolo presumatur. l. omnes. in §. Lucius. ff. que in fraud. cred. Bart. in l. vlti. ff. de præst. stipula. regia. l. 7. ti. 15. par. 5. tex. elegans in l. si superstitite. in f. C. de dol. qua ratione, pactionem istam iuratã in specie huius cap. & authen. sacramenta puerum. & cap. cum cõtingat. rescindi posse data grauisima læsione, saltè obtenta absolutione ad agendum: responderunt Anto. 4. casu principalis. Abb. nu. 23. in d. ca. cum cõtingat. Anchar. in reg. Acces. foriũ. col. 6. de reg. iur. Calder. consil. 8. tit. de iureiur. Cæpola cõsiliũ. ciuil. 17. quã sententiã se-

quitur Antoni. Rube. cõsiliũ. 101. sequuntur item eam dicentes cõmunem esse Deci. in cap. in presentia. nu. 36. de proba. idè Deci. in cõsiliũ. 45. & cõsiliũ. 180. & consil. 380. Francisc. à Ripa lib. 3. resp. cap. 15. Soci. Iunior. cõsiliũ. 53. lib. 1. & cõsiliũ. 144. nu. 10. & 25. eo. lib. Paul. Paris. cõsiliũ. 12. lib. 1. nu. 80. à quibus plures citantur huius opinionis auctores, que quidem sententia maximã æquitatem habet multis profectò rationibus: sed præcipue quòd verosimile nõ sit pacifcentem etiã cum iuramento tãtè læsioni voluisse consentire. Siquidem propter doli præsumptionem nulla renuntiatione videtur consensus præstitus in grauisimam læsionem: quod notat Bar. in l. societate. §. arbitratorũ. nu. 24. ff. p. socio. Abb. in cap. quinta uallis. nu. 32. de iureiurã. Deci. in consil. 39. dicens hæc opinionem cõmunem esse: quã sex rationibus confirmat Aymon in cõsiliũ. 192. col. 5. etiã si iuramentum sit contractui appositum: quod est de mente Bar. in d. §. arbitrorũ. nu. 31. tenent Abb. in d. nu. 32. Lanfran. in tractat. de arbit. q. 14. Socin. Iunior. cõsiliũ. 53. lib. 1. sentit Imola in d. cap. quinta uallis. 7. membro. & est cõmunis opinio, vt ibi fatetur Abb. que in eo tex. probatur, & in cap. veniens. eo. titu. vnde factis apparet iuri cõsona hæc de grauisima, aut enormissima læsione

lesione interpretatio, ut in casu huius cap. & similitu minime sit locus his decisionibus, quod tunc enormissima, ut aiunt, læsio cōtingerit: imò saltem data absolutione ex ea causa à iuramento cōtractus rescindatur: idem adnotarūt Card. cōf. 29. Ancha. cōf. 330. nu. 10. Corne<sup>9</sup> cōf. 147. lib. 4. Curti. in linter postiras. C. de tranfact. quamobrè dū rex. hic de dolo mentionē facit, cōgruè intelligēd<sup>9</sup> erit de dolo, vel arte decipiēdi vel reipsa cōtingenti ratione læsionis, quam vocāt enormissimā. Cōtrariā in hoc opinio-nem veriore esse opinantur Archid. Domi. Georg. 6. limita. & Frāsc. colū. 2. notab. 6. hic. Imola in d. cap. cū cōtingat. nu. 52. Alexā. cōf. 125. lib. 1. idem Alexan. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. nu. 10. & ibi Crottus nu. 22. & Parisi. m. cōf. 2. 6. lib. 3. nu. 81. quam sententiā scribūt cōmunem esse Curti. senior cōf. 65. in fin. Alexan. cōf. 42. col. penult. lib. 1. Anto. Rube. cōf. 12. & hæc opinio in praxi admittenda est secūdū Imolā in d. nu. 52. Nā cum omnino seruari debeat pactū hoc iuratū, cōsentaneū est, nō posse aduersus illud exceptionem aliquā opponi, nec ratione læsionis grauisimæ, nec alicuius cuiusque rei causa. Vides igitur Lector optime quā variè iuris vtriusque interpretēs quæstionem illā ac-

ceperint: quā tamen ipse conabor propositis quibusdā conclusionibus: ad resolutionem fortassis vitilē deduceres: in his verò explicandis exponā itidem rationes aliquot, quæ vel priorem, vel posteriorē sententiā ex modò prænotatis cōfir-mēt. Etenim tractabimus quid possit iuramentū efficere in eo cōtractu, qui bifariā, aut de-nique pluribus actionibus, vel modis rescindi poterat. Nam Antoni. Rube. in d. cōf. 12. & Parisi. in cōf. 12. 6. lib. 5. nu. 77. hæc opinionēs ita feci disside-tes cōponere quidem tētarūt in hūc modum, ut prior obtineat, vbi læsio enormis cōtingerit in re iā acquisita: post-erior verò, quādo eadem læsio in re adquirenda acciderit: à quibus planè dissentio: quippe qui videā ita enormē læsio-nem cōtingere posse in rebus adquirendis, spe futuræ adqui-sitionis, & præfati statu cōsi-deratis: sicut in rebus iā adqui-sitis, quæ admodū statim tra-ctabimus. Et præterea nō cō-uenit hæc cōcordia his autho-ribus, quos modò pro priori citauimus opinione: quorum quidā etiā in specie huius cap. vbi agit de rebus adquiren-dis, cōtractū rescindendū fore ratione læsionis grauisimæ palā asseuerāt. Quā obrem alia oportet hoc in loco examina-re, quæ perplexā hāc quæstio-nē saltem casuū, & specierū di-

stinctione

stinctiōe cōponāt, & explicē.

4 ¶ Prima conclusio: † Maior iurans cōtractū venditionis, & si non fuerit certus de cōsti-tutione l. ij. C. de rescind. ven. dit. censeatur ex vi iuramenti ei dem legi renuntiare glo. Barr. & alij cōmuniter in d. l. ij. quos 5 in libi sequitur Pantaleon Cre-menf. 3. nota. 14. limita. docto. in cap. penal. de emptio. & vē-dit. Alexan. cōf. 133. col. 3. lib. 5. Curti. senior cōf. 65. ad fin. quā sententiā fatetur cōm-munem esse eam sequutus So-cin. cōf. 155. lib. 2. & licet con-trariū tenere tētauerint Imol. & Burgenfis in d. cap. penult. Carol. Molinæ. in d. cōf. Ale-xand. 133. litera. b. Avmon cōf. 192. nu. 8. tamen omnes hi fa-tenantur hanc opinionem cōm-munem esse.

¶ Secunda conclusio: Maior in specie huius c. renuntiat hæreditati adquisitæ, vel adquire-dæ iuramento præfatio, nō po-test agere ad rescissionem cō-tractus, nec ad eum effectū ab-soluendus est à vinculo iura-menti, vbi omnibus rectè pen-satis sola contingerit deceptio, aut læsio ultra dimidiā, paulo-ve maior. Hæc opinionem de-duco ex posteriori sententiā, & eorū authoribus, ac deniq; partim ex his, qui priorē opi-nionem sequuti sunt: maxime Decio in cōf. 181. Iacobino in d. auth. sacramēta pubertū. col. pen. & si. Cassado. deci. 1. tit. de

emp. & ven. probaturque hæc cōclusio ex præcedenti, atque item ex sequenti. Vis etenim iuramenti excludit auxiliū d. l. ij. & præterea cōfirmat cōtra-ctū, & pactū istud iure alio qui-cuius prohibuit.

¶ Tertia cōclusio: † Etiā ma-ior iuramento præfatio renun-tiā hæreditati adquisitæ, vel adquirendæ, aut cōtractū em-ptionis vel venditionis paciscēs si læsio grauisima, admodum enormis, multoq; maior quā ultra dimidiā cōtingerit, ex æ-quitate absoluendus est à iura-mento, ut agere valeat ad rescissionē cōtractus, vel ad læsionis cōpensationē. Hæc cō-clusio cōuenit priori opinioni cuius modò mentionē fecim<sup>9</sup> & planè traditur à Guiljelmo Casla. in d. deci. 1. Matheo Af-fli. in rub. de feudo dat. in vicē legis cōm. c. si quis inuettierit. nu. 21. idē notat Aymō cōf. 17. nu. 5. & cōf. 192. nu. 5. Pa. Parisi. in cōf. 75. lib. 3. Corne. cōf. 27. col. 5. li. 4. & cōf. 133. col. pe. idē cō. 214. co. 3. & cō. 288. col. 9. li. 3. Hierony. Gratus cōf. 38. lib. 1. Francif. à Ripa lib. 3. respon. cap. 15. col. 3. quorū ea est con-cors ratio, quod iurans nō vi-deatur in tantā læsionem cōsea-sisse; nec de ea præcogitasse. Præsertim quia ita grauis læ-sio nō pōt absq; vero dolo al-terius cōtrahentis cōtingere. Atq; ita respōdit Corne. sepis-sime consuluisse. Et Cassador restatur

restatur frequenter in Prætorio Rotæ ita Romæ iudicatum fuisse. Nos item huius conclusionis minimis lib. 2. variarum resolutio. cap. 4. nu. 5. Hęc vero lēsio in renuntiatione hęc reditatis adquirendę facilimē deprehenditur arbitrio prudētis, qui statū p̄sentem, & dubiū euentū rei cōsiderabit.

- 6 Quarta conclusio. † Minor simpliciter contrahens iuramento p̄stito, solū renuntia re videtur beneficio etatis, nec per hoc excluditur ab auxilio d. l. ij. C. de rescindend. vendition. siquidem tantum est iuramento maior effectus ex hac conclusionem adnotarūt glo. in dict. l. ij. & in cap. penult. de empr. & vend. quas doct. vtroque sequūtur communiter. Deci. consi. 403. col. 16. Aymō consi. 114. col. penul. idem cōf. 7. nu. 6. & cōf. 192. nu. 2. Socin. cōf. 48. ad fin. lib. 4. quorum omnium resolutio hanc opinionē interpretatur verā esse nisi minor expressim promiserit iuramento p̄stito, se nō acturū cōtra cōtractū nec ratione minoris etatis nec alia quacunque: quod gloss. in specie explicarūt in p̄citatīs locis, quod quidem æquissimū est. Nam vt Bald. scribit in Rubic. C. de rer. permur. ad fin. nō obstāte iuramento p̄sumitur semper in minoribus, mulieribus, & rusticis simplicitas: idcirco p̄sides, ac iudices re

cti curare debent, quod iuramenta à minoribus p̄stita propter facilitatem etatis remittantur: vt Bald. ad monetin cap. ij. §. item sacramenta. col. 3. de pace iurament. firmand. Iasō. in l. generaliter. ff. de verbor. obligatio. 3. notab. p̄fer tim quia facilitate, qua minores, simpliciter contractus paciscuntur absque iuramento, eadem ad iurandum in ducuntur. l. doli. versic. diuersum. ff. de nouation. qua in re oportet, ac reipublicę cōuenit, iudices esse vigilantissimos. Ex quibus deducitur vera interpretatio regię legis. §. 6. tit. 5. par. 5. que in specie statuit, minorem iuramento p̄stito cōtrahentem nō posse agere auxilij d. l. ij. C. de rescindend. vend. ea etenim decisio insignis profectō est, & multis nominibus notanda: quippe que hoc ipsum exponat, quoties minor expressim iurauerit, se non acturum ad maius, vel minus pretium, nec ad rescissionem contractus, etiam si res vendita verē fuerit maioris, aut minoris valoris: quasi aliud lex ipsa responderet, si minor simpliciter contractum iurauerit. Idcirco p̄dicta Regia cōstitutio ita intellecta maxime conuenit his, que in hac conclusione exposuimus. Quod si quisquam contendat iuramentis ex hoc iniuriam irrogari, & eorum religionis: a

is erit quod reipublicę cōueniat hęc iuramenta vbi id æquitas distauerit absolute plerunq; tolli. Aequitas verò maxima est in eo casu, quo iuramenta p̄statur à minoribus ætate super cōtractibus, in qui bus vltra iusti pretij dimidiā læduntur. Sic denique & in huius conclusionis themate, si simpliciter iuramentum fiat à minoribus, danda erit absolutio, vt ipsi agere possint ad reparationem lēsionis vltra dimidiā contingentis. At si iurauerint minores, se non acturos contra pacta, & conuentiones ratione minoris ætatis: tunc apertissimi iuris est, eos minime renuntiasse remedio d. l. ij. & ob id nulla erit necessaria absolutio à iuramento, vt possit à minoribus in iudicio agi ad rescissionem contractus, vel ad iusti pretij solutionem.

¶ Quinta cōclusio. Minor renuntians iuramento p̄stito hæreditati paternę adquirendę, vel adquisitę, non poterit cōtra istud pactum agere, nec erit danda ei absolutio, vt agat cōtra renuntiationem ratione minoris ætatis: quia maior efficitur per iuramentum. auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. nec ratione legis ciuilibus pactum istud reprobātis: quia is defectus iuramenti religionem tollitur. Sic sanē probatur in hoc capi. quamuis. sicuti obiter iam tractauimus in vij.

intellectu huius tertię partis.

¶ Sexta ex premisis colligitur cōclusio. Minor renuntians hæreditati iam delatę iuramento p̄stito, si in hac renuntiatione decipitur vltra dimidiā iusti pretij, & si agere nō possit contra renuntiationem ratione minoris ætatis, poterit tamen agere ratione huius lēsionis re parandę, auctoritate d. l. ij. cui per iuramentum simplex minime renuntiauit. Atque ita expressim tenuerunt Ant. Rubic. in d. consil. xij. Aymon consil. vij. numer. vj. quorum opinio manifestē, & palam eos auctores habet, quos ad quartā conclusionem adduximus. Erit tamen absolutio necessaria ab hoc iuramento simpliciter p̄stito secundum distinctionē ibi positam. Vnde constat elegas intellectus ad decisionem huius capi. in quo traditur tantū de pacto, & renuntiatione hæreditatis adquirendę. Nā & in renuntiatione hæreditatis adquisitę facilius permittitur pactum, & maior potest contingere lēsio, saltem iuxta præsentem rei statum.

¶ Septima cōclusio. Minor renuntians hæreditati paternę adquirendę, iuramento p̄stito, si lēsā fuerit vltra dimidiā, inspecto p̄senti rerū statu, id est, habita ratione bonorum, quæ pater habet tēpore renuntiationis, & dubio euentu futurę hæreditatis quod ad eius Relect. Didac. Couar. s

diminutionem vel incrementum, poterit non obstante renuntiatione agere prætextu huius læsionis, cui minimè renuntiavit. Hęc conclusio probatur ex superioribus: & ex his, quæ de transactione, an in ea sit locus d.l.ij. traduntur in l. Lucius. §. vlt. ff. ad Trebel. & in ea l.ij. C. de rescind. vendi. Bartol. & doctor. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obligat. post gloss. in d. §. vlti. gloss. & ibi doct. præsertim Anto. Burg. in c. cum causam. de emptio. & venditio. Decius consil. 60. col. iij. & iij. & consil. 216. colum. ij. Alexan. & ibi Carol. consil. 42. nume. xj. lib. j. Ioan. Baptista de Sanct. Severi no in tract. de transactio. q. xij. Catellia. Cotta in dictione, venditor. Maximè cõclusio ista est admittenda præstita absolutio ne, à iuramento: quod paulò ante adnotauimus. Scribit tamen Carol. Moh. in Alexan. consil. 29. lib. j. contrarium Paritij in regio prætorio pronuntiatum fuisse in hac specie, data tempore pacti honesta, & congrua dote ipsi filiz renuntianti: idè que probat eam opinionem secundum quam fuit iudicatum: & Nicolaus Boe. decisio. 62. colum. iij. idem adferuat. quam sententiam & hi tenent, qui à nobis citati sunt paulò ante pro secunda opinione. Ego tamen ex his, quæ in præcedenti bus assertionibus exposui opinor, hanc septimam cõclusionem

æquiozem, ac veniorem esse.

¶ Octava conclusio. Renuntiatio hæreditatis paternæ delata, vel descendæ facta à filia, etiam minori viginti quinque annis, si fuerit geminata, & iuramento præstito, poterit non rescindi adhuc ratione grauissimæ læsionis: cui per actionem geminatam renuntiatum esse præsumitur. arg. authen. siue à me. C. ad Velleian. Et in specie notat conclusionem istam Philip. Decius in consil. 181. colum. penulti. & finali.

¶ Nona cõclusio. † Læsiomaiori vel minori cõtingens vltra dimidiam iustæ æstimationis, simul cum metu reuerentiæ & obsequij paterni, aut maritalis, operatur contractus rescissionis, vt ea fiat ratione metus: licet iuramentum conuentioni accesserit. Hęc probatur: quia dolus præsumitur in ea cõuentione adhibitus, & oppressio quædam, saltem reuerentia patris vel mariti: alioqui enim non est vero simile quòd tantæ læsioni filia vel vxor consensisset. text. elegas in l. si superstitit. C. de dolo. Paul. Castren. in c. fil. 174. lib. j. nu. iij. Corneus in consil. 124. lib. iij. Areti. consil. 24. col. ij. Aymo cõs. xj. col. p. cuius opinionis & nos meminimus in Epitome ad iij. libr. Decre. ij. parte. c. iij. §. vj. nu. iij. ¶ Decima cõclusio: Filia etiã maior renuntias hæreditati paternæ, & futuræ, recepta dote

ex bonis

ex bonis maternis, licet iuramentum præstiterit, poterit ex causa grauissimæ læsionis agere ad huius pacti rescissionem. Etenim nemo negare potest, quin in hoc casu grauissima, & admodum enormis læsio contingerit: nec in hac specie omnino locus est decisioni huius. cum in eo tractetur de filia renuntiante hæreditati paternæ recepta dote à patre ex bonis ipsius patris: atque ita hæc opinio tenent Georg. hęc vij. limitatione. Dec. in d. l. pactum dotali. iij. col. C. de collat. Corneus consil. 147. libr. iij. quo in loco scribit, quòd si filia habes penes patrem bona materna, renuntiat hæreditati paternæ cum iuramento, hac apposita pacto, vt pater ei det mille aureos pro dote: erit intelligenda hæc conuentio in hęc modum: quòd mille aurei sunt dati ex bonis patris, nõ ex bonis maternis, quod norandum est ad l. vlti. C. de dotis promiss.

¶ Vndecima conclusio: quoties ratione læsionis grauissimæ, quam vulgò enormissimam appellamus, aut eius, quæ simpliciter vltra dimidiam iustæ cõpensationis & æstimationis cõtingit, contractus rescindi potest: ea rescissio intelligenda est, nisi alter velit iustam æstimationem rei in conuentione deducitæ soluere, & supplere. Huc enim pertinet ratio d. l. ij. C. de rescindenda venditione.

& omnia, quæ de ratione iustitiæ commutatiuæ possunt adduci aduersus pactiones iniuas. Nec quicquã oberit, dolus hęc ob grauissimam læsionem subest: atque idè contractum debere omnino rescindi: quia in hoc casu nen subest verus dolus: sed tantum dolus quidam præsumptus, ex quo æquum non est, totam conuentionem rescindi. Quod videtur deduci ab his auctoritatibus, quibus prior opinio probari potest, aut probatur ab his, qui eam defendere conantur.

¶ Duodecima conclusio. Vbi filia, quæ futuræ hæreditati paternæ iuramento præstito renuntiauerit, dixerit, se grauissimè læsam fuisse, & ob id petierit conuentionem rescindi: tunc ad habendam læsionis rationem, eiusque reparationem, & cõpensationem, erit considerandum, an dotè accepit iustam, eo tempore inspecto, quo dos ei data, & cõstitutata fuerit à patre, & cõputatis illis bonis, quæ eo tempore pater habebat: non his, quæ vel habuit post, vel habere potuit. Hanc conclusionem obiter superius adduximus in hac parte. §. ij. n. vj. & ea probatur, quia in specie huius c. filia renuntians hæreditati paternæ, legitime portioni renuntiare videtur: sicuti diximus in §. iij. n. iij. Vnde dotis datio non est hoc in loco ad rationem legitimam

consideranda, tunc enim foret  
constituenda iuxta quantita-  
tem mortis, quæ pater ha-  
bet mortis tempore, sed est  
constituenda iuxta officium pa-  
ternum, & sic secundum bona,  
quæ tempore nuptiarum, & con-  
stituendæ dotis pater habuit:  
quod latè tradidit Deci. in cõ-  
sil. 76. & consil. 76. col. 1. Alex.  
consil. 29. col. 3. lib. 3. & Georg.  
Natanus hic col. 2. vers. an au-  
tem, qui & Paul. Parisien. con-  
sil. 26. nu. 89. lib. 11. hanc opinio-  
nem asserunt communem esse.  
Idcirco optimè constat huius  
conclusionis veritas. Ex omni-  
bus his quæ trac in questione  
tradidimus, libet inferre, parum  
vilem esse disputationem illam,  
quæ solet in tractatu læsionis  
8 ultra dimidiã discurrere. Scribit  
etenim Bald. in l. quæ sub con-  
ditione, §. si quis. ff. de condit.  
instit. eius loci auctoritate, ven-  
ditorem, qui inrauit contractum  
venditionis, perurum esse, si  
aduersus emptorem egerit al-  
ternatim vel ad supplendum  
iustum pretium, vel ad rem ip-  
sam: & sic ad contractus rescis-  
sionem. Quod si venditor tan-  
tum egerit ad pretium iustum  
supplendum, inquit Bald. per-  
iurum non esse: quia verè non  
agit contra contractum. Idem  
notant Socin. in l. is qui ducen-  
ta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Feli.  
in c. inter cæteras. col. vltim. de  
rescript. Anto. Burgen. in cap.  
pen. de emptio. nu. 36. Calla-

dor. dec. 1. r. titu. de emptio. ab  
hac verò opinione discedit De-  
cius in d. c. inter cæteras. nu. j.  
asserens, hunc venditorem  
etiam alternatim agentem mi-  
nimè periurum esse: quia & si  
ita egerit, vnum tantum in ef-  
fectu petere videtur qui duo al-  
ternatiuè petit. l. cum. ff. quan-  
do, dies lega. cedat. l. si illud. vbi  
Bald. ff. de lega. ij. §. huic autè.  
Instit. de actioni. Et præterea  
qui petit alternatiuè pretium  
iustum sibi suppleri, vel rem re-  
stitui, & contractum rescindi,  
non agit contra voluntatem  
emptoris: cum in eius arbitrio,  
& electione consistat, contra-  
ctum integrum manere, & il-  
læsum soluto iusto rei pretio:  
quod idem Deci. aduersus Bal-  
& alios considerat. Ego verò  
hac in questione non opinor  
quicquam referre, quod Deci.  
adnotauit. Etenim vel vendi-  
tor tenetur præcisè stare con-  
tractui, quem iuramento com-  
probauit, & stabilis: aut po-  
test vti beneficio, & auxilio di-  
ctæ l. ij. C. de rescinden. vendit.  
Priori casu, ni fallor, periurus  
erit, si aduersus emptorem etiã  
alternatiuè egerit ad rei restitui-  
tionem, vel ad hoc, vt iustum  
pretium suppleatur. Nam & cõ-  
tra contractum, & conuentio-  
nem agit: cum res vendita fue-  
rit iam pretio certo, & in con-  
uentionem vtrunque venerit:  
nempe res ipsa, & certi pretij  
designatio. atque idè vendi-  
tor ex con-

tor ex conuentione ipsa tene-  
tur nec rem petere, nec maius  
pretium quàm conuētum fue-  
rit. Quo quidem casu constat  
aduersus contractum agi, si al-  
terum tantum petatur. Etenim  
si quis copulatiuè teneatur ad  
duo nulli dubium erit, eum cõ-  
tra pactiōnem agere, si alterutrum  
fecerit: aliud autè facere omiserit.  
Illud verò apud me parum est momenti, quòd  
fit in electione emptoris rem  
non reddere: quia hæc electio  
non est voluntaria: sed coacta  
sub ea conditione, ad quam alio-  
qui lege contractus minimè  
tenebatur: scilicet maioris pre-  
tij solutio. Igitur qui ratione iu-  
ramenti tenetur stare contra-  
ctui, & læsioni vltra dimidiã  
ex hoc expressè, vel tacitè renū-  
tauerit, profectò siue egerit  
simpliciter ad iusti, & maioris  
pretij, quàm conuentum fue-  
rit, solutionem: siue alternatiuè  
iuxta casum dictæ l. ij. aduersus  
contractum agit: nec poterit à  
periurio iuste excusari. Posteri-  
ori verò casu, quo venditor  
non est exclusus per iuramen-  
tum ab auxilio dictæ l. ij. nec à  
similibus actionibus nullum  
periurij crimen committit, si  
vtatur eiusdem l. ij. actiōe, quæ  
alternatiua est, vel ad rescisio-  
nem contractus, vel ad pretij  
iusti solutionem. Quòd si non  
obstante iuramento eidem ven-  
ditori aliqua ex causa compe-  
teret ius rescindendi contractum

dubio procul minimè foret  
periurus censendus, si aduer-  
sus contractum ea actione age-  
ret. Quo fit, nequam esse  
in hac specie distinguendum,  
an agatur ad duo alternatiuè:  
vel ad alterum tantum: sed po-  
tius an iuste agi possit contra  
contractum non obstante iuramento.  
Non obstat text. in  
dict. l. quæ sub conditione. §. si  
quis. qui parum facit cum ini-  
bi altera conditio ob religio-  
nis causam, nempe iurifurandi,  
remittatur, & maneat tantum  
ex duabus conditionibus  
alternatiuè conceptis vna, & al-  
tera reiecta.

¶ Vicefima quarta interpreta-  
tio huius cap. ex eo colligitur,  
quod pactum istud sit. omni-  
nò seruandũ ratione iuramenti:  
ita enim, inquit. romanus pon-  
tifex, omninò seruari debet ab  
eadem; nec de iuramento qui-  
dem solùm, sed imò de ipso pa-  
cto loquitur, & tractat. Qua  
ratione in his contractibus, qui  
alioqui iure civili prohibentur  
& ratione iuramenti confir-  
matur, ipsius iuramenti vis cõ-  
tractum validum, & efficacem  
facit, nec tantum iuramentum  
seruandum erit, sed & ipse con-  
tractus. Quod latius probaui-  
mus in ij. huius relectionis par-  
te. §. j. num. 7.

¶ Vicefimo quinto hæc ea-  
dem constitutio in eisdem ver-  
bis palam ostendit, ij. nõ tantum  
has conuentiones iuratas ser-  
uandas esse, sed & ipsas  
ij

uandas + fore apud iudices pō  
tíficos, & Ecclesiasticos, sed &  
apud iudices laicos, & sæcula-  
res. text. hac de re elegans in c.  
licet. de iureiurand. iit. lib. cu-  
ius autoritate hanc opinionē  
probarūt glo. hic verb. seruari.  
& omnes. presertim Georg. hic  
vij. limitatione. Et Paulus Pari-  
sius cōsil. 26. lib. iij. col. ij. asseue-  
rās hāc opinionē cōmunē esse.  
¶ Vicefimo sexto ad huius cō-  
stitutionis intellectum exami-  
nanda est iuriconsulti respon-  
sio in l. i. §. si uel parens. ff. si à  
parente quis manumit. fuerit.  
Si parens, inquit Ulpianus, uel  
accipit pecuniam, ut emanci-  
paret, uel postea uiuus in eum  
filius quantum satis est contu-  
lit, ne iudicia eius inquietaret:  
10 exceptione + doli repelleretur.  
Ex hoc sanè responso apparet,  
iure ciuili etiam absque iura-  
mento validam esse pactionē  
inter patrem & filium qua hæ-  
reditati futuræ renuntiat, ut  
quod maxime repugnat his,  
quæ in initio huius cap. tracta-  
uimus. & tamen glo. hic verb.  
lex ciuilis. & in l. pactum dota-  
li. C. de colla. Bart. in l. vt. C. de  
pact. & in l. stipulatio hoc mo-  
do concepta. ff. de verb. oblig.  
duos distinxere casus ad intel-  
lectum dicti §. si parēs. Primus  
quidem est, cum pater in præ-  
mium, aut pretium emancipa-  
tionis pecuniā à filio accepit.  
Et in hac specie existimant, pa-  
trem repelli ab hæreditate filij

propter delictum hoc ab eo cō-  
missum ex eo, quod pecunia  
patriam potestatem, & emanci-  
pationem vendiderit: quam  
rationem sequuntur Alexand.  
in dict. l. stipulatio hoc modo  
concepta. Idem & laso. col. ij.  
& iij. atque ibi Deci. in dict. l.  
pactum dotali. quorū opinio  
communis esse uidetur, ut con-  
stat ex his quæ ab eis adducū-  
tur. Secundus casus constituitur,  
quando pater accepit à fi-  
lio eam quantitatem, quæ sibi  
poterat iure competere in bo-  
nis filij. Valet etenim pactum,  
quo pater renuntiat futuræ fi-  
lij hæreditati, si recipiat eam  
quantitatem, quæ iure legitima  
portionis eo tempore suffi-  
ciens est. Et hæc est uera & cō-  
munis ratio decidendi ad secū-  
dam illius. §. partem: ut appa-  
ret ex Alexand. & alijs in dict.  
l. pactum dotali. & in dict. l. sti-  
pulatio hoc modo concepta.  
Vnde licet hæc pactio inter pa-  
trem & filium pro hæreditate  
paterna minimè absque iura-  
mento procederet. l. si quādo.  
§. i. C. de inoffic. testam. & tra-  
didi superius in initio huius ca-  
pitul. tamen super hæreditate  
filij optimè procedit quia non  
ita debetur hæreditas filij pa-  
tri, ut hæreditas paterna filio. l.  
nam & si parentibus. ff. de in-  
offic. testa. notant in specie ista  
glos. & doctor. hic, & in dict. l.  
pactum. Nec oberit prioris pa-  
tris & casus intellectui. l. verum.  
ff. de verb.

ff. de verb. oblig. qua probatur,  
non esse turpe, patre pecuniā  
accipere pro emancipatione fi-  
lij. Etenim licet id turpe non  
sit, à iure tamen odiosum cen-  
setur: ut notant Alexand. & De-  
cius in præcatis locis. Vnde  
nimirum, si ob istud odium ci-  
uilis lex id permisit, quod in  
priori parte dict §. si parēs. res-  
ponsum fuit. Quidā uerò, quo-  
rum partem tutatur Claud. in  
dict. l. stipulatio hoc modo con-  
cepta. nu. 23. existimāt ob effu-  
giendam rationem dict. l. uerū.  
aliter esse intelligendum text.  
in dict. §. si parens. ut constituit  
vnum casum tantum: scilicet,  
quādo pater accepit à filio por-  
tionem legitimam, & quæ sibi  
poterat eo tempore compete-  
re ex bonis filij. Distinguitur  
tamen prior pars à posteriori  
ex eo, quod in priori parte pro-  
ponitur, patrem tempore emā-

ipationis à filio portionem le-  
gitimam accepisse: in posteriori  
uero tractatur, quod eam re-  
ceperit post emancipationem  
nec hic intellectus alienus est à  
litera & sensu iuriconsulti: at-  
que idē nō omninō erit im-  
probandum. Hæc, quæ adduxi-  
mus, ad huius cōstitutionis in-  
terpretationem sufficient. Nā  
& si potuissent singula longi-  
us ac lapsius discuti & exami-  
nari: breuem tamen ac apertā  
rerum cognitionem, quod sem-  
per agere conabimur, & hæc-  
nūs efficere tentauimus, sequu-  
ti sumus: ne lector fastidio quo-  
dam, ac tot authorum relegen-  
dorum cura sollicitus, ani-  
mum ab his obiter e-  
uoluendis, censu-  
rāq; notandis  
auertat.

F I N I S.

s iij

AD MAGNIFICEN-  
TISSIMUM, AC IVRIS VTRIVS  
que Consultissimum D. Martinum à Velasco, Ca-  
roli Cæsaris Hispaniarum Regis, in eius summo Se-  
natu Consiliarium, Didaci Couarruias à  
Leyua Toletani, Archiepis. Sancti Do-  
minici designat. in Commenta-  
rios Regulæ Possessor.  
Præfatio.



**A**TEOR SANE, VIR MULTIS  
nominibus ornatissimè, nihil mihi felicius in hac scri-  
bendi alca contingere potuisse, quàm quòd te gratis-  
simorum & denique eruditissimorum authorum cen-  
sorem acerrimum, meorum tandem studiorum, qua  
hactenus publica fecerim, vindicem habuissem. Lite-  
ret enim mihi hoc à te beneficium impetrare, pro tuo  
insigni cãtore, quo à primis adolescentiæ annis ita tibi omnes iuris vtrius-  
que professores deuinxisti, ut nemo sibi ipsi placere valeat, qui non sit tuam  
egregiam expertus eruditionem. Ipse vero singulari quodam iure id obinere  
utique, quòd domus illa toto percelebris orbe, illustre sanctissimi Saluatoris  
collegium te alumnium habuerit, & me indignum quamuis, annis decem in  
idem sodalitiū, ac literarium suscepit cõubernium. Quam equidem na-  
ctus occasionem cum Pincie iter Tridentinũ ipse parares, minime erubui, tam  
toto tunc orbe celebratissimum iudicium, et si intempestiuè, feliciter tamen  
interpellare, quo Epitomen, quam in quartum Decretalium edere constitui-  
ram, vel probares, vel refelleres, aut me ipsum eorũ admoneres, qua forent  
in opusculo castiganda. Hanc verò summè à me optatam operam scio equi-  
dem haud recusares, nisi te, de summa rerum agere conatus Carolus Cæsar,  
Hispaniarum, Rex iniunctissimus, ad Tridentinam Synodum ire iussisset.  
Apud quam adeo prudenti solerti que animo, Cæsaris, in õ: totius Christiane  
reipublice negotia peragere aggressus es, ut planè testatissimum feceris,  
maximam de te, ac de tua indole omnes merito expectationem semper ha-  
buisse. Ea verò synodo, multis, proli dolor, de causis intermissa, Rex ipse, quò  
vndique Hispanorum regimini, & publicæ vtilitati te deditissimum habe-  
ret, Regio,

ret, Regio, supremòque Prætorio conscriptum ex Italia in Hispaniam iure  
optimo tibi patriam dilectissimam, redire iussit. Hunc autem felicitissimum  
tuis omnibus redditum, ita ipse animo gratissimum habui, ut mihi amici om-  
nes hac de causa gratulari minime cessauerint: illud alacri iudicio cogitan-  
tes, te meorum omnium operum patronum, censorumque, à me quidem optis-  
simum, futurum. Id equidem ut statim agere constitueras, breues hocce  
Commentarios in regulam, Possessor. tuo nonnisi primùm à me dicatos susci-  
pias obsecro. Hos etenim cum olim Salmantica titulum de Regulis iuris,  
interpretarer, edere decreueram: quo in tractatu de Præscriptiombus qua-  
stiones quasdam iuxta propriam sententiam definirem, non sanè ab alio-  
rum auctorum iudicio dètinctam, sed breuiori, ni fallor, compendio à iuris  
naturalis diuini & humani legibus deductam. Nec me fallit post tot doctis-  
simorum virorum hoc in tractatu diligentissimas lucubrationes, fore qui-  
dem, ut hæc, qua modo à nobis eduntur, inanes existimentur: quippè qua-  
rem à multis iam diu toties examinatam, repetat iterum. Ipse tamen eo ani-  
mo Relectionem istam in ordinem redegi, ut quaedam facilius possent intelli-  
gi, que tot rationum, & auctorem conspectu omnibus quidem obuia, ager-  
rimè tandem percipiebantur: aliquot autem, qua meo iudicio non satis ad  
iuris normam ab alijs tradita fuere, nostram opinionem & secundum eam-  
veram interpretationem assequerentur. Venique tuum nactus hac in par-  
te, sicut & in omnibus, patrocinium, minime potui continere, quin & opus  
istud publicum, ac priuatim aliorum iudicium experiretur. Scio enim satis  
tuo nomine munitum, ac tutum esse ab his calumnijs, quæ solent plurimum  
Synicis, ac candidis authoribus nocere. Quod si intellexero tibi etiam unum  
hoc placere, æquissimum mei laboris, & industria mercedem  
ex eo consequutum esse opinabor. Vale Iuris Pruden-  
dentia clarissimum columen è Gran-  
ta, Calendis Octobris. Anno  
M. D. LIII.

# HVIVS RELECTIO- NIS SVMM A.

\* \*



**P**RIMA pars in principio tractat de definitionum significatione: atque explicat, & distinguit præscriptionem ab exceptione. Quid itē verbū hoc, præscribo, significet.

§. Primus, idēque vnicus agit de definitione Iuris consulti: deque definitione præscriptionis: de vsucapionis, & præscriptionis discrimine: ac deinde iustitiam vsucapionis explicat.

**SECUNDA** pars, de possessione in genere, & de ea, quæ ad præscriptionem est necessaria.

§. Primus eandem prosequitur materiam: & de probatione possessionis, præsertim an olim possessor, hodie præsumatur possessor, & de possessione ficta.

§. Secundus agit de possessione & præscriptione aduersus ecclesiam necessaria: item quæ præscriptio sit aduersus fiscum, ac principem secularem sufficiens.

§. Tertius de iurisdictionis præscriptione, atque item quid immemorialis à centenaria differat, & quo pacto vtraque probetur.

§. Quartus latè inquirat, & examinat, quo pacto possint domini, & nobiles habentes Vasallos acquirere præscriptione annuas præstationes, aliæque onera à subditis exigenda.

§. Quintus breuiter expendit titulum præscriptionibus necessarium.

§. Sextus explicat bonæ fidei significationem tam in tractatu de præscriptionibus, quàm in materia de contractibus bonæ fidei.

§. Septimus continet quid dicendum sit de bonæ fidei possessore in hoc tractatu: & de dubitante, an res sit sua, an aliena: item de errante iuris quidam error.

§. Octauus tradit, an mala fides absque titulo contingere valeat: & an bona fides in dubio præsumenda sit. Quid item de immemoriali præscriptione, an possit procedere cum mala fide: & an mala fides respectu vnus impediatur præscriptionem respectu alterius.

§. Nonus tractat, an mala fides successoribus noceat & an missus in possessionem ex causa noxali præscribat cum scientia rei alienæ.

§. Decimus, qualiter ius patronatus ecclesiasticum præscriptione acquiri possit: & de beneficij ecclesiastici titulo: vbi item explicatur ius regum Hispaniarum quò ad præsentationem episcoporum.

§. Vndecimus, de legibus secularibus præscriptionem cum mala fide probantibus, & inibi regie constitutiones examinantur.


§. Duodecimus, de interruptione præscriptionum agit, præsertim de ea, quæ ob malam fidem procedit.

**TERTIA** Relectionis pars in initio expendit rursus iustitiam vsucapionis, & præscriptionis, & an per eam adquiratur dominium directum.

§. Primus tradit effectus, qui procedunt ab ea controuersia, qua tractatur, an per præscriptionem adquiratur dominium directum, imò eos, qui deducuntur à dominio directo, quod manet post præscriptionem penes priorem dominum.

§. Secundus, an præscriptio iuxta leges humanas perfecta, & finita, reddat què tutum in animæ iudicio.

§. Tertius de restitutione in integrum aduersus perfectam præscriptionem concedenda maioribus ex causa iultæ ignorantie.



RELECTIO RE-  
GVLAE POSSESSOR  
malæ fidei. De regulis iuris, lib. vj. Au-  
thore

DIDACO COVARRUVIAS A

LEYVA, Archiepiscopo S.

Dominici desi-  
gnat.

AD MAGNIFICENTISSIMUM;  
ac iuris vtriusque consultissimum D. Martinum à Ve-  
lasco Caroli Cesaris Hispaniarum Regis in eius summo  
Senatu consiliarium.

Possessor malæ fidei vlllo tempore  
non præscribit.



ANNIS AB HINC QVATVOR  
cum Salmanticæ titulum de regulis iuris  
publicè interpretarer: in huiusque regulæ  
interpretationem sese vsucapionis & præ-  
scriptionis tractatus obtulisset: plures Iuris  
vtriusque locos, eorumque commentarios  
ea, qua potui diligentia relegi, præsertim  
quæ Franciscus Balbus omnium latissimè  
in tracta. de præscriptio. & in l. Celsus. ff. de  
vsucapi. & ordine eleganti distinxit, ac digessit. Ex quibus aliquot  
rum pos-

ipse vidi non ita adamusim fuisse tradita, quòd & examen alio-  
rum polent effugere, censuramque omnino auertere: siquidem vt  
varijs allegationibus, perplexisque doctorum nomenclaturis orna-  
ta exponuntur: ita quòd ad eorum perfectam cognitionem quædam  
desideratur enucleatio, quæ radicibus à naturalis, diuini, & humani  
Iuris principijs rem ipsam explicet. Quomobrem tunc ordinario Le-  
ctoris munere quædam exoptui, quæ modò paulò maturius elabo-  
rata in publicum emittere constitui, eo quidem animo, vt publicæ  
vtilitati consultum esse velim, etque omni conatu, quem his in rebus  
semper præstitimus, inferuire. Igitur in huius regulæ breui relectio-  
ne tres partes constituiam. Quarum prima dictionis significatio-  
nem, eiusque in hac specie cognitionem habebit. Secunda quæ ad legiti-  
mam præscriptionem iure requisita sint, præsertim de bona vsuca-  
pionis fide tractabit. Tertia præcipuos vsucapionis effectus, eius-  
que comoda explicabit.

PRIMARELE-  
ctionis pars.

1. Præscribere nihil aliud est, quàm  
excipere: atque ideò verbale no-  
men præscriptio, exceptionem si-  
gnificat.
2. Præscriptio non tantùm de dilato-  
ria, sed & de peremptoria exce-  
ptione dicitur.
3. Exceptio, & præscriptio qua ratio-  
ne differant.
4. Exceptionis definitio latè exami-  
natur, & quo pacto differat à  
defensione.
5. An exceptio solutionis sit verè, &  
proprie exceptio?
6. An hic loquendi vsus apud nos fre-  
quentissimus. præscribo domum,  
præscripsi fundum, latuitati  
congruus?

PRIMAE PAR-  
tis Relectionis  
Initium.



PRÆscri-  
bere + idè  
plerunq; si-  
gnificat quòd  
excipere. l.  
qui agnitis.  
ff. de exce-  
ptio. l. iij. ff. de præuaricat. Nam  
si reus, inquit Iuris consultus, ac-  
cusatori ideò præscribit, quòd  
dicat se ab alio accusatum, & ab  
solutum. Quintilianus lib. 7. ca.  
6. Cum ex præscriptione lis pen-  
deat, de ipsa re quarri non est  
necesse: signonioso patri filius  
præscribit: de eo solo iudicatio  
est, an liceat. Vnde forsitan hæc si-  
gnificatio deducta est, quòd si-  
cut actionibus proponendis cer-  
ta forma, ita etiã exceptioni-  
bus præscribere: id est statue-  
retur: vt docet Alciat. libr. 4. di-  
spunçt. cap. vlt. Nam præscri-  
bere idem est quòd legem po-  
nere, ac constituere. Cicero lib.

3. officio. Atque si etiam hoc natura praescribit, ut homo homini, quicumque sit, ob eam causam quod is homo sit, consultum velit, necesse est secundum eandem naturam omnium utilitatem esse communem. Hinc & verba le nomen praescriptio, nihil aliud est, quam exceptio, qua quis aduersarij intentionem generaliter alioqui veram in eo casu, de quo agitur, non procedere allegat: secundum Alciat. in l. si quis. C. de pact. & in repet. l. vltim. de quinque pedum praescriptione, C. fin. regundo, qui censet praescriptionem ab exceptione differre, quod exceptio generale nomen sit conueniens cuiusque defensionis, quae aduersus actionem vel intentionem obijcitur: praescriptio vero sit exceptio, quae etiam intentio vera fuerit, nihilominus agentem repellit: ut moratoria praescriptio. l. ij. C. de precib. Imperato. offer. quo in loco gloss. exponit dilatoria exceptionem. Sic & in l. ita demum. C. de procurato. dicitur praescriptio militis, quae miles officio procuratoris fungi prohibetur. optimus textus in l. secunda: & in l. si maritus ij. §. penult. ff. de adulter. vbi praescriptio appellatur exceptio, quae ante litis contestationem obijcienda est ad repellendum accusantem. sicut & in l. qui agnus. dicitur, praescriptionem litis finitae exceptionem esse: quae si agentem repellat, statim in initio

litus & ante contestationem obijcienda est. capitu. j. de exceptio. lib. 6. eodem sensu in l. praescriptione. C. si contra ius vel vitium. pub. dicitur exceptio menda cij aduersus principis receptum praescriptio. text. optimus in l. praescriptionem fori. C. de exceptio. nec ratum intelligas praescriptionem dici exceptionem dilatoriam: nam & exceptio peremptoria praescriptio recte dicitur. dist. l. ij. C. de precib. Imperat. offer. l. Titia cum testamento. §. Caus. & l. cum pater. §. pater, qui filio. ff. de legat. ij. l. peremptoria. C. sent. retind. non posse. l. praescriptionem. C. de exceptio. Hinc & Fortunatianus Rhetor inquit, praescriptionem a translatione differre, ex eo quod praescriptio actionem extinguat: translatio vero differat. eadem subscribit Alciat. in dist. cap. vlt. Sed & Quintilianus lib. 3. cap. 8. non dixit praescriptionem translationem esse, sed videri manifestam esse translationem in praescriptionibus: tamen si ex eo appareat translationem speciem fore praescriptionis. Neque ignoro, inquit, multa transferri, cum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, haec sunt quaestiones, an huic: an cum hoc: an hac lege: an apud hunc: an hoc tempore liceat agere: & si qua similia. Haec Quintilia. qui plane insinuat translationem esse, quam vulgo dilatoriam exceptionem dicimus:

dicimus: & hac praescriptionem etiam appellari: quemadmodum & ex Iuriconsultorum locis paulo ante praecitatis manifestissimum sit. Praescriptio praeterea tantum dilatoria, sed & peremptoria, quod modò adnotauimus, & probatur: quia in hac specie, quam tractamus, praescriptio nihil aliud est quam exceptio, quae ex usu temporis, & ex usufructu ne inungit, & oritur. l. emptor. C. de praescriptio. long. tempor. l. ij. ff. de diuers. & tempo. praescriptio. dum dicitur, longè possessio nis praescriptio. & in l. in vitium. ff. eod. tit. dicitur exceptio longè possessionis. Quasi domino actione rei vindicationis, vel personali vetù initio praescribatur a reo, qui si tempore legitimo se possedisse probat, mox absoluitur. Etenim nemo negare poterit praescriptionem istam, quae ex longi temporis possessione deducitur, peremptoria exceptionem esse. Quo fit, ut praescriptio exceptionem dilatoria, & peremptoria significet. Atque idem penes quosdam maximè cotrouersum est, an sit differens aliquid inter exceptionem, & praescriptionem. Nam nulla esse differentiam inter haec duo tenuerunt Faber & Aretinus in princ. Instit. de exceptionibus. Iuniores, maximè Decius in rubrica, de exceptionibus. col. i. & probatur in rubrica. C. de exceptionibus seu praescriptionibus. Et in Pandectarum libris titulo de exceptionibus, & praescriptio

nibus. Nam sicut exceptio dilatoria, vel peremptoria est, ita & praescriptio ad utranque referretur, quemadmodum satis conuictum est ex his, quae modò tradidimus. Idem potissimè probabitur, si examinauerimus quid verè sit exceptio. Et Panormitan. in rubr. de exceptionibus inquit, praescriptio est actionis, vel intentionis exclusio. Si quidem exceptio aliquando actionem excludit: ut si quis contra me actionem habeat ex emptio: ego verò non nego emptionis contractum, sed actioni ex empto actori competenti obijcio exceptionem doli, exceptionem metus, aliamve similem ad actionis exclusionem. Intentionem verò exceptio excludit, quoties actor agit sine actione, petens à me rem, quam dicit, me illi vendidisse: at ipse excipio venditionem ipsam negans: quippe qui verè non vendiderim. Vnde cum actor ageret sine actione, exceptio aduersus eum a proposita intentionem excludit. vatur ad definitionis comprobationem Panormitan. auctoritate Iuriconsultum l. secunda. ff. de exceptionibus. dum inquit, Exceptio actioni cuiusque rei opponi solet ad excludendum id, quod in intentionem deductum est. Verum contra Panormitanum illud imprimis adducitur quod actio, & exceptio correlatiua sint: ut pater & fi-

lius:maritus,&vxor.l.liquidem.  
C.de exceptionib. notat exprel  
sim Bald. in l. in rebus. C. de iur.  
re dou. ad finem. Igitur etſi ex-  
ceptio ſit actionis exclusio: in-  
tentionis tamen eſſe rectè non  
potèſt: eùm actio deficiat, cui  
opponatur, & quam exceptio  
præmittit. Deinde ad hæc & ad-  
uerſus Panormita. eſt gloſſ. in li-  
quis in ca. j. de litis conteſtatio.  
an 6. quæ differentiam conſtituit  
inter exceptionem & defen-  
ſionem, ſcribens, exceptionem  
propriè dici actionis exclusio-  
nem: defenſionem autem eſſe in-  
tentionis repulſam. quam opi-  
nionem ſequuntur inibi Domi-  
nic. & Franc. Felin. in rubri. de  
exceptionib. colum. 1. Angel. in  
princip. Inſtitu. de exceptionib.  
colum. 3. Georg. Natan. in cle-  
ſape. de verbo. ſignificatio. col.  
75. eamque dicit communem eſ-  
ſe Socin. rubri. de exceptionib.  
Quæ quidem ſententia in huc  
ſanè ſentum eſt accipienda, vt  
qualibet exceptio propriè de-  
fenſio: dici valeat: non tamè que  
libet defenſio dici exceptio poſ-  
ſit: ſed tantùm ea que actioni  
opponitur: ſicuti Decius adno-  
tauit in dict. rubri. de exceptio-  
nib. colum. 3. probaturque in l. ſi  
quidem. & in l. ſi quis. C. de ex-  
ceptionib. l. j. C. de iur. & fact.  
ignorant. cap. ſignificauerunt. de  
exception. ſenſit eadem gloſſ. in  
dict. ca. j. tum ſubdit: Huiusmo-  
di enim defenſiones non prop-  
riè dicuntur exceptiones. Qua

ſi velit exceptiones propriè di-  
ci poſſe defenſiones: nõ autè cõ-  
tra: io, qualibet defenſioes exce-  
ptiones dici. Tandè ex antiquo  
ribus Azo in ſuma. C. de except.  
huius eſt ſententiæ, vt exiſtuer,  
exceptionem propriæ actionis  
excluſionè eſſe: non quidem in-  
tentionis. idemque doctor. ſic-  
quentioni calculo probauit:  
atque ita eſſe hanc communem  
opinionem conſtat: & eam de-  
fendit communem: eſſe aſſeue-  
rans Dec. in dict. rub. de excep-  
tione. 2. non obicit text. in d.  
l. j. in nõ hinc ſententia pauca  
nabitur. Eius etenim ſentus eſt,  
quod exceptio opponitur actio-  
ni ad excluſendum id quod per  
eã act. onè actor intendit: non ta-  
men ex hoc probat text. excep-  
tionem dici cùm quid opponit-  
ur ad excluſionem intentionis  
abſque actione in iudicium de-  
ductæ. Hinc tanè plura poterit  
inferri: quæ hinc explicabimus.

¶ Primùm apparet inter preta-  
tio ſtatutorũ, quæ exceptiones  
excludunt. Nam ea tantùm ex-  
ceptio excluſa cenſetur, quæ  
actioni alioqui competenti op-  
ponitur: non quæ intentioni tan-  
tùm agentis ſine actione objici-  
tur: ea etenim admittenda eſt,  
niſi ex verbis legis, aut mente le-  
giſlatoris aliud poſſit conſtare  
& præſumi: tecũdum Bald. in l.  
peremptorias. C. ſenten. reſcind.  
non poſſ. num. 38. eundem in l.  
ſancimus. col. 3. C. de donat. &  
Fel. in dict. rub. de exceptionib.

Secundò

¶ Secundò deducitur ſolutio  
nis obiectionem, quæ agẽti ex  
mutuo, vel aliundè ad pecuniã  
opponitur non eſſe verè excep-  
tionem, ſed defenſionem qui  
dè, quæ intentioni agentis ſine  
actione objiciatur. gloſſ. ſingu-  
laris in d. c. j. de litis cõte. verb.  
defenſionis. quæ probatur ex  
eo quòd ſolutio actionem ipſo  
iure omninò extinguat. inſtit.  
quib. mod. tollit. oblig. in prin-  
tametſi Socin. in rubr. ff. de excep-  
tione. quò ad ſolutionis obiectionem  
velit Panor. ſententiã  
veram eſſe, vt tandem ſolutio-  
nis exceptio intentionè agen-  
tis excludat: cùm ex prænota-  
tis conſtet eam non eſſe prop-  
riam exceptionem.

¶ Tertio inferitur excluſionè  
actionis ſimul & intentionis  
propriè exceptionem dici: ex-  
cluſionem verò intentionis tã-  
tùm, non eſſe veram exceptio-  
nem: quod Decius in d. rubric.  
de exceptionibus. expreſſim  
aſſerit.

¶ Quarto planè deducitur,  
negationè ſimplicem petiti-  
onis ab auctore propoſitæ nõ eſ-  
ſe, nec propriè poſſe dici excep-  
tionem: ſecundum Bal. in d. l.  
peremptorias. col. v. Soci. in d.  
rubric. de excep. Bald. Felin. &  
Dec. in rubric. de exceptio. quo  
in loco Dec. reſtatutur hanc opi-  
nionem communem eſſe.

¶ Quintò hinc apparet, de-  
clinatoriam iuriſdictionis non  
eſſe propriè exceptionem: quia

aduerſus actionem ea minimè  
proponatur. gloſſ. in verbo, ex-  
ceptiones. in c. Quoniam con-  
tra. de probationibus. quã ini-  
bi ſequitur Panormi. ſcribens,  
ab ſtatuto loquente de excep-  
tionibus minimè comprehen-  
di declinatoriam exceptionè.  
cùm ea verè exceptio non ſit.  
Sed huic corolario manifetiſ-  
imè refragatur textus in l. præ-  
ſcriptione. C. ſi contra ius vel  
vtilitat. publicæ. & in l. vlti. C. de  
exceptio. vnde verius eſt, quòd  
exceptio ſit generale nomen  
peremptorium, & dilatoriam  
etiam ad iudicis iuriſdictionè  
pertinentem cõplectens. quod  
latè diſcutiunt Angelus Areti-  
nus in princip. inſtit. de except.  
Socin. in l. j. colum. ij. ff. eo. tit.  
Decius in d. capitul. quoniam  
contra. numer. 26. & ſequenti-  
bus, vbi glo. opinionem veram  
eſſe cenſet, quoties ex mente le-  
gis aliud poſſit colligi. Cuius  
rei varia contingere poterunt  
exempla.

¶ Sextò colligitur ex his, ex-  
ceptionem, & præſcriptionem  
minimè diſſerre. Nam quædam  
modũ exceptio ad perempto-  
riam, & dilatoriam, etiam fori  
reſertur: ita & præſcriptio has  
omnes continet, & ſignificat:  
ſicuti probatur hætenus extat.

¶ Septimò inde palàm eſt,  
præſcriptionem non tantùm  
dici exceptionem, quæ ex lon-  
gæ poſſeſſionis curſu proce-  
dat: ſed & omnem aliam, quæ  
Relat. Didac. Couar. t

aliunde actionem possit excludere.

¶ Octavo, ut quod modò adnotauimus de solutionis exceptione rectius forsàn intelligatur, omnibus exactè præuisis, inferendum esse opinor, † ad verè exceptionis rationè non esse præcisè necessarium, actionem modò actori competere, per exceptionem tamen excludendâ, sed fati esse quòd actori iure, & verè cõpeteret, nisi ex eo, quod deductũ est in exceptionem, sublata foret: ita quidem vt non sit necessarium actionè ipso iure non esse sublata, sed ope exceptionis eam posse submoueri. Nam & si actio ipso iure sublata fuerit per iel, quod excipiens allegat, modò ea prius competierit agèti, verè in hac specie nomen exceptionis aptum, & propriũ esse apparet, distinctũ profectò ab exclusionè solius intentionis. Etenim quoties quis agit proponens ea, quæ si vera sint, actionem habet, reus verò proposita negat: tunc excluditur intentio, nec propriè à reo excipitur: siquidè actor plenè probans obtinebit: nec vlla exceptione conuincitur: solũque tractatur in iudicio, an sit verũ quod actor in propriam intentionem deduxit, nec de alicuius exceptionis vi à reo oppositæ disputandũ erit: atque tunc actor non probante simpliciter reus omninò absoluitur.

At si quis agat actione, quæ & si vera fuerit, ab eòq̃ e probata, excluditur tamen exceptione procedèti ab eo, quod actio nem ipsam iam olim veram, & competentem extinxit: de exceptionis iuribus agèdum est: alioqui actor obtinebit: & idèò verè in hoc casu exceptionis nomen conuenit, & proprium esse censetur. Quo fit, vt exceptio solutionis verè & propriè sit exceptio: quia etiã vera sit intentio actoris metuum probatis, solutione quidem excluditur, reusque absoluitur. Sic & in præscriptioe: cum & si actor probauerit, quod intendit, nèpè rem petita eius fuisse, & ad eius dominium pertinuisse: tamen longi temporis possessio ne à reo probata, ipse possessor absoluitur. In summa de inextinctionis exclusioe tractatur, quoties iudicialis disputatio ventur super eo, an actor veram eius petitione iudici enarrauerit. de exceptione autem agitur, cum & si vera sint, quæ ab actore proposita fuere: tamen de his, quæ ex aduerso per reũ obijciuntur disputatio est, & controuersia iudicialis: non de his, quæ ab actore fuere deducta. Sic sanè non refert an actio extincta fuerit ipso iure vel nõ: modò discutienda sint ea quæ in exceptione per reum fuerint allegata: quod sensit Decius in dicta rubr. de exceptione. iij. Nec tamen diffiteor

iam illu

iam diu receptũ esse, vt ipsius tantum intètionis exclusio exceptio dicatur, saltem ex lata dictiois significatione. Sic etiã obtinuit exceptiones à præscriptionibus distingui: quandoquidem præscriptiones solũ ad eas exceptiones referuntur, quæ ex possessione longi temporis oriuntur.

¶ Vltimò illud non est præmittendum, † non satis placere latinæ linguæ censoribus vsum loquedi apud pontificis constitutiones, & iuris vtriusq; interpretes frequentissimum: cum rem præscribi dicimus, dicendumque esset rem vscapari. Nam præscribere hoc in tractatu nihil aliud est quàm exciperi: idque verbum datiuo iungitur: quemadmodum & veteres Iuriconsulti loquuti sunt adhuc ætate Iustiniani. Nusquã etenim dixere fundum, agrũ, aliãve rem præscribi, sed vscapari: nec apud latinæ linguæ synceros auctores vsquam verbum, præscribo, iuxta hunc loquendi modum reperitur: secũdum Alciat. in dicta l. quinque pedum. C. finiu regun. in prin. Oldendorpiũ libro variarum lectionum, titu. de præscriptio. colum. iij. Eguinari. in §. quod autem. in situ. de vscapionib. Coras. in l. feruitures. iij. ff. de feruitutibus. numero nono, & Iacobum Spiegel. in Lexico Iuris ciuili, dictione, vscapio. Nam quod in l. si non conui-

tij. C. de iniur. dictum est, præscriptam esse actionem: exponendum erit, id est actionem temporis exceptione sublata fuisse. Sic & Iuriconsultus in l. ci à quo. ff. de vscapio. dum dicit, idèòque lōgi temporis præscriptio non durabit: quia possessionem locator non retinebit: non appellat ipsam vscapionè præscriptionem: sed ipsam longi temporis exceptionem. Quasi exceptio, quæ ratione lōgi temporis per ipsam vsum conficitur, interruptione quadam possessionis minime duret, nec perfectionem accipiat. Eodem ferè sensu intelligendus est textus in l. si duo patroni §. Iulianus. ff. de iureiurando, cuius intellectum trademus iij. huius relectionis parte, in principio. Igitur hoc præludio significationem vocis, de qua hac in relectione acturi sumus, breuiter prænotauimus, vt cunque eam iuxta receptum à iuris vtriusque interpretibus vsum, ab exceptione distinguentes. Modò in eo paragrapho, qui statim sequitur definitionem vscapionis trademus, deque eius iustitia tractabimus.

### Ex §. sequenti.

Definitio Iuriconsulti, quæ de vscapione tractat, defenditur. Et imbi an res congruè definiatur per effectus.

- 2 *Vfucapio an rebus etiam immobili-  
bus conueniat iuxta iuris Casa-  
rij responsu?*
- 3 *Præscriptio, & vfucapionis di-  
scrimen consideratur.*
- 4 *Definitio præscriptiois expeditur,  
votaque traditur ad materia co-  
gnitionem.*
- 5 *Vfucapionis iustitia ex summa æ-  
quitate & relictitudine dedu-  
citur.*

## §. Vnicus.



**D**E FINITIO-  
nem præscriptio-  
nis tractates va-  
rijs vtuntur eius-  
dem descriptioni-  
bus. Sed & eorum quidam  
eam mutantur à iuriscōsul-  
to in l. iij. ff. de vfucapio. dum is  
inquit, † Vfucapio est adquisi-  
tio dominij per continuationē  
temporis lege definiti. Auer-  
sus quā definitionem illud ad-  
ducitur, quod in ea effectus vsu-  
capiōis describatur. At nihil  
definiti debet per effectum: cū  
causarum à causa differat: secū-  
dum Bartol. in l. j. ff. de appel-  
lationis. quī definitionem appel-  
lationis à quibusdam traditā  
hac ratione improbat, quod ap-  
pellationem per effectus defini-  
erint dicentes, appellatio-  
nem esse, prioris sententiæ re-  
fessionem. Etenim isthæc definitio  
falsa omninō est: cum etiam si  
ex appellatione sequatur quā-  
doque prioris sententiæ, à qua  
prouocatum est, reuocatio nō  
tamen ipsa appellatio est illa

quidem reuocatio sententiæ.  
quod satis patet, & vt diximus:  
quia causatum à causa differt.  
licet. §. ea obligatio. ff. de pro-  
curator. l. & an eadem. ff. de re-  
ce. pro. rei iudi. Igitur non recte  
Iuriscōsultus definiuit vsu-  
capiōem, dum eam per effe-  
ctum cognoscendam esse tra-  
didit. siquidem ab vfucapione  
procedat dominij adquisitio.

¶ Cæterum ad huius defini-  
tionis defensionem adnotan-  
dum est ex Decio in rubric. de  
probatio. 4. colum. definitionē  
alicuius rei non recte per effe-  
ctus concipi: quādo hi effectus  
remoti sunt à re ipsa, nec in-  
separabiliter ei adhærent, nec ne-  
cessariō ex ea sequuntur: quē-  
admodum in exemplo appel-  
lationis ex Barto. diximus. Nā  
tunc incōgrua omninō est de-  
finitio per effectus, qui eam ip-  
sam minimē demonstrat essen-  
tiali quadam demonstratione,  
quæ necessaria est ad congruā,  
& perfectam definitionē. Vnde  
definiri quid non debet per ac-  
cidentalē proprietates, sed per  
essentiales. At effectus, qui ad-  
hærent rei inseparabiliter, sem-  
per & necessariō: proprietates  
quædam essentielles censentur  
eiusdem rei, non accidentales:  
& idē per hos effectus con-  
gruē res sepius imē definitur. textus  
optimus in l. bona autem.  
§. bonorum igitur. ff. de bono-  
rum possessio. quo in loco Iu-  
riscōsultus dixit bonorū pos-  
sessionem.

sessionem esse ius retinendi.  
Est quidem ius retinendi esse-  
tus procedens à bonorū pos-  
sessione: sed ita ei adhærens sem-  
per ac necessariō, vt proprietates  
essentialis potius ipsius, quā  
accidentalē esse videatur. Sic  
Barto. cui cæteri frequentiori  
suffragio accessere in l. ff. de  
acquirend. possessio. scribit, pos-  
sessionem esse ius inuictendi rei  
non prohibet possideri. Nec  
enim Bartolus definiuit ipsius  
possessiois acquisitionem,  
nec item ipsius retentionem,  
aut continuationem: sed ip-  
sam quidem possessionē, qua-  
tenus ea ius est, & effectus ha-  
bet deductus ab apprehensio-  
ne, & retentione: qui denique  
effectus possessioni, prout ea  
ius est, adeo adhærent, quod  
proprietates eius sint essen-  
tiales. Eadem ratione procedit,  
quod de actione Iustinianus  
tradit, scribens: Actio est ius per-  
sequendi in iudicio quod sibi  
debetur. Nam etiam si actio-  
nis effectus in hac diffinitione  
contineatur: is tamen eam per-  
fectam efficit, quippē qui adeo  
actioni cohæreat, vt eius pro-  
prietates substantialis sit. Vnde  
deducitur vfucapionis defini-  
tionem à iuriscōsulto tradi-  
tam, non ex hoc iure improba-  
ri, quod vfucapionis effectus,  
id est, adquisitio dominij, ei-  
dem adscriptus fuerit. Est ete-  
nim adquisitio dominij adeo  
propria vfucapionis, quod eius

substantialis proprietates hæc sit  
quorū dominium adqui-  
tur per tempus à lege definitum,  
atque idē potius ad proprie-  
tatem, quā ad effectum perti-  
net. Præterea iuxta quorū-  
dam interpretationem Iuriscō-  
sultus in dict. l. iij. definiuit  
ipsum actum vfucapionis po-  
tius quā ius ex vfucapione  
procedens: ita quidem aucto-  
re Iuriscōsulto, vfucapionis  
actus est adquisitio dominij  
per continuationem temporis  
lege definiti. Is ergo vfucapit,  
qui est in continua rei posses-  
sione. Hinc denique dicitur in-  
terrupta vfucapio: id est, ipse  
actus vfucapionis interrupti-  
tur, quod satis est ad effugien-  
dam obiectionem, quam Iuriscō-  
sulti definitioni opposui-  
mus. Præsertim quod secundū  
Imolam ibi & Alciatum in ru-  
brica. de præscript. numer. 17.  
inibi definitur à Iuriscōsulto  
dictio effectū significans, nem-  
pe vfucapio: quæ est adquisitio  
per vtem: id est, possessionem:  
& sic quatenus vfucapio ius est  
non qua ex parte factum con-  
tinet. Nam & Cicero in Topi-  
cis, vfucapionem ius esse quod  
dam incorporeum existimat.  
Vnde vltima hæc responsio ea-  
dem est cum prima. Hinc pri-  
mum constat, præscriptiones  
aduersus actiones personales  
non comprehendit sub ea dif-  
finitione, quam ex dict. l. iij. ex-  
plicuimus.

¶ Secundo infertur iuxta præmissam definitionem aliter distingui vsucapionem à præscriptione, quàm vulgus doctorum; & interpretum distinxerint. Est enim vsucapio ipsa adquisitio dominij per usum, & sic possessionem: Præscriptio autem verè est exceptio, quæ oritur ab ipsa vsucapione: ab ipsa, inquam, dominij acquisitione, ac tandem à longa possessione, vel ab ea quæ legibus definita sit.

¶ Tertio patet Iurisconsulti definitionem pertinere ad eam acquisitionem dominij, quæ per usum & possessionem lege definita sit: non ad actiones personales, quarum quidem præscriptiones, vel potius exceptiones, quæ eis ex tempore opponuntur iure Pandectarum non dicuntur vsucapiones: nec de eis tractat titulus ille singularis. ff. de vsucap.

2 ¶ Quarto hinc deducitur, vsucapionem generaliter secundum propriam dictionis significationem accipi, & iure accipiendam esse: vt & rerum immobilium acquisitionem comprehendat: nec id quidem ante Iustiniani tempora solum, quod omnes fatentur. Sed & ipse Iustiniani ætate vsu receptissimum fuit, quod probatur Instituti. de vsucapionibus. in principio. quo in loco vsucapio non semel ad res immobiles refertur: idem constat ex l. vnica.

C. de vsucapio. transformand. vbi vsucapionem rerum quidem Italicarum immobilium transformandam esse censet Imperator in longi temporis, decem vel viginti annorum, item vsucapionem. Nec inibi vsucapio immobilium transformatur in vsucapionem mobilium: sed tempore angustis, quæ olim sufficiebant ex lege duodecim tabularum, excluduntur, longioraque spacia requiruntur ad adquirendas res per temporis vsum, & possessionem. Eadem significatio constat & apud Ciceronem in Topicis. Tametsi quoadquæ apud Iustinianum vsucapio, & longi temporis præscriptio, veluti diuersa nominentur in §. item nobis. & in §. ex his. Instituti. per quas personas nobis acquirit. quæ quidam loca ipse ita interpretanda fore censeo, vt longi temporis præscriptio ad exceptionem à longi temporis possessione ortam referatur: & ita distinguatur ab vsucapione, quæ in rebus mobilibus & immobilibus in vniuersum adquisitionem dominij significat. ex Pandectis plures auctoritates, vt prædixi, adduci possunt, quibus apparet, vsucapionem ad immobilia referri sed præteritum id constat in l. non solum. §. si dominus. & §. si mihi. l. furtum. iunct. l. quare. & item l. si solum. ff. de vsucapionibus. l. qui fundum possidebat. §. si

bat. §. seruus. & §. qui bona fide. ff. pro emptor. & alibi scripsimus.

3 ¶ Quinto palam est, à iuris vtriusque doctoribus propria quidem auctoritate, contemptis Iurisconsultorum, & adhuc ipsius Iustiniani responsis, commentum esse, quod vsucapio à præscriptione in hoc differat, vt vsucapio mobilibus, præscriptio rebus immobilibus conueniat. Hæc etenim est communis omnium interpretum doctrina, aliena profecto ab ipsis Iurisconsultis: & denique à Iustiniano, qui minime voluit dictionis significationem propriam, & veram mutare, sed tantum temporis angustias tollere, ne domini rebus proprijs ita celeri cursu temporis, & possessione breui inique priuarentur.

¶ Sexto hinc procedit intellectus eius, quod Accursius scripsit in dict. l. iij. ff. de vsucapionibus. dicens, vsucapionem quandoque largè adsumi: nempe cum ad res immobiles refertur. Nam si veram significationem vsucapionis rectè expendamus, propriè vsucapio ad mobiles, & immobiles res erit referenda.

¶ Septimo ex his aperitur sensus ad ea, quæ Panormitanus & Felinus tradidèrunt in rubrica de præscriptionibus: dum censent vsucapionem genericè sumptam, etiam ad immobili-

lia referri. Etenim id verum est in hunc sanè modum, vt vsucapio non tantum de mobilibus: sed & de immobilibus prædicetur: tametsi postmodum in vsucapionem immobilium, & vsucapionem mobilium distinguatur. differunt siquidem hæc vsucapiones tanquam species diuersæ sub eodem contenta genere.

¶ Octauo, libet ex his perpendere Bartolomei sententiam in l. seruitutes. in j. ff. de seruitutibus. & Imolæ, in dicta l. iij. quibus & alij accessèrunt, existimantes vsucapionem commune verbum esse mobilibus & immobilibus rebus, saltem iure Pandectarum. Nam non solum eo tempore, sed & ætate Iustiniani, ac modò quidem apud Latinæ linguæ Censores hæc dictio adquisitionem dominij per usum & possessionem rerum mobilium, vel immobilium significat. Postremò ex his, quæ hic, & proximo paragrapho adnotauimus constat quid præscriptio, quid vsucapio sit apud Iurisconsultos, iurisque Cæsarij constitutiones. verum quia summi pontifices, & Canonum, ac Decretorum iuris Canonici conditores; deinde iuris vtriusque interpretes præscriptionem secundum aliam significationem accepèrunt: non equidem vt tantum exceptionem significet, vel vsucapionem triennalem, aut longi tem-

poris: sed eo planè sensu, vt & ad actiones reales, & personales, atque omnia ea, quæ tempore adquiruntur, referenda sit, oportet hac in specie de eius definitione tractare. Illud tamen præfari libet hac in parte non esse agendum de definitione præscriptionis, quatenus ea dictio exceptionem quamlibet significat, sed quatenus in specie ista iuri ex ratione temporis, aut longæ possessionis quæ sit accõmodatur. Et Panor. post alios in rubri. de præscrip. 4 inquit, † Præscriptio est ius quoddã ex tempore congruës, legum autoritate vim capiës, negligentibus pœnam inferës, & finem litibus imponens. quã definitionem communem esse restatur Bald. de præscriptio. in princip. ij. col. aliqua exponens ad eius probationem. Hæc verò definitio mihi nõ placet, quippè quæ nimis longa sit, & deinde præmittat præscriptionem esse institutam in pœnam negligentium: cum plerumque etiam aduersus ignorantes, & inscium procedat, ac vim propriam habeat: sicuti in ferius disputabitur. Deinde de finitio, vt ea congrua sit, breuiter & compendio quodam debet rei substantiam per essentialia explicare: secundum Aristotel. libro sexto, Topicor. Bartol. in l. j. ff. de testamētis, Cardi. in capitu. perpendimus. de sententia excommunicatio.

Ad isthæc Panor. definitio nec breuis est, nec explicat rei substantiam per essentialia, sed per effectus longè ab ipsa nec rem distantes, ac remotos: quæ admodum ex ea cõstat. Quam ob rē ex pluribus definitionibus quæ in hoc tractatu traduntur ad huius rei cognitionem, ipse potius probare definitionem gl. in summa x. q. iij. Nec enim hic vsucapionem definimus, cuius Iuriscõsulti meminere, siue ea sit triënalis, siue longi tēporis: sed tantum præscriptionem. Est enim, inquit gloss. Præscriptio, exceptio ex tēpore legibus definitio substantiã capiens. Nam etsi gl. omiserit verbum illud, legibus definitio: & præterea addiderit, & actioni in rem, vel personali obijciatur. Ego hanc vltimam partem à definitione tollendam esse censui: quia ad definitiõem essentiam, & substantiam non pertineat. *Addidisti* verba: legibus definitio, ex eo quòd tempus sufficiens nõ sit, nisi & id habeat ea, quæ iure sunt ei accessoria, & requisita, vt legitima sit præscriptio. Eãdem prædictæ gloss. definitionem taadidit Gostredus in summa. titu. de præscriptioni. eãmq; defendit Alciat. in rubric. de præscriptioni. numero quarto, & in l. vt sunt. ff. de verborum significatione. Diximus sanè in hac definitioe præscriptionem exceptionem esse: quia id satis probauimus in precedenti

precedenti §. Exceptio autem non tantum ad hanc, quã tractamus. pertinet, sed & ad omnes alias, quarum in iure passim mentio fit: atque ideo exceptio vt genus ponitur in hac definitione. Item diximus, ex tempore legibus definitio, vt ex his verbis manifesta sit tota præscriptionis vis: siquidem tempus necessarium est ad præscriptionem: & id est, quod intrinsecus, & pro rei substantia, ex propria eius natura omnino requiritur: cum absque tempore nulla detur vsucapio, nec denique præscriptio in ea significatione, qua Decretorum, & iuris Pontificij autoritas vtuntur. Sed tamen tempus quandoquē, & regulariter sufficiens non est ad vsucapionem, & præscriptionem: imò à iure canõnico, & ciuili statutum est, fore necessariũ quandoquē titulum, & ferè semper bonam fidem: sicuti statim in secunda huius relectionis parte tractabimus: vnde tempus à legibus definitum, id est, cui extrinsecus accesserint ea, quæ iure requiruntur, præscriptionem perfectam efficit. Nam & iure pontificio, ac cesareo temporis hac in specie accedunt titulus, bona fides, ipsorumque mensuram, & annorum numerus, vt ex tempore ita quidem instructo, ipsa vsucapio, præscriptioque procedat. Non obert huic definitioni, quod non

tantum exceptio, sed & actio realis quidem ad vendicationem rei vsucaptæ ex tempore legitimo frequenter oritur: quia qui rem aliquam vsucapit: eam poterit demum actione reali vindicare, & agere veluti dominus: non quidem ex præscriptione, sed ex iure dominij, quod per vsucapionem, & longi temporis possessionem adquisiuit: quod mihi probatissimum est ex ipsorum Iuriscõsultorum locis, & in vltima huius relectionis parte longius probabitur. Hactenus de definitione, vt saltem hinc videas lector candide, quantum referat dictionum proprias, & genuinas significationes absque latinitatis vitio obseruare.

¶ Cæterum † vsucapionis iustitia ex pluribus constat: præsertim autoritate legis iustæ, quæ sufficiens est. Quòd autem lex sit iusta patet: quia per principem iuste statuitur id, quod esse necessarium, vel vtile ad pacificum subditorum conuictum, & reipublicæ quietem: canon erit autem lex. iiii. dist. Sed vsucapio est huiusmodi: quippè quæ necessaria, vel vtilis reipublicæ sit: igitur lex vsucapionem instituens maximè innititur iustitiæ. Consequens, & maior argumentationis pars manifesta sunt. Minor probatur autoritate Iuriscõsulti in l. j. ff. de vsucapio. Bono pu-

blico; inquit Caius, introdu-  
cta est vsucapio: ne scilicet qua-  
rundam rerum diu, & ferè sem-  
per incerta dominia essent,  
cùm sufficeret dominis ad in-  
quirendas res suas statuti tem-  
poris spatium. Ex quo illud  
certum est, quòd cessante hu-  
iusmodi adquisitione per vsu-  
captionem, incertus semper es-  
set possessor, an res, quam for-  
tè ab alio emit, sua sit necne.  
Inde & curam illius abijciet,  
eamque perire sinet, veritus  
ne quãdo verus dominus eam  
sibi auferat, quod maximum  
inferret damnum reipublicæ:  
sicuti & Theophilus explicat  
in princip. instit. de vsucapion.  
**Quin** & ipsa vsucapio sum-  
moperè ad minuendas lites  
pertinet. l. vltim. ff. pro suo. Vsu-  
capio rerum, inquit Neratius,  
etiam ex alijs causis concessa,  
interim propter ea, quæ no-  
stra esse existimantes posside-  
remus, constituta est, vt aliquis  
litium finis esset. Sic & iusti-  
tiam iuris civilis hac in re de-  
fendit Conrad. de contractib.  
quæst. 17. conclusio. iij. Marcus  
Cicero in oratione pro Cecina,  
1 vsucapionem scribit esse fi-  
2 nam, sollicitudinis, ac periculi  
3 litium idem Cicero lib. ij. de of-  
ficijs, summè laudat Aratù Si-  
cyoniù: quòd is iniquè esse fue-  
rit arbitratus, res olim alienas  
4 à possessoribus post quinquag-  
5 ginta possessiones annorum au-  
6 ferri: propterea quòd tam lon-

go spatio multa hæreditati-  
bus, multa emptionibus, mul-  
ta dotibus tenebatur. Sed Pau-  
sanas in Corinthiacis de hoc  
ipso Arato scribit hæc verba.  
Domus, & prædia. quæ diuen-  
dita fuerant, emptoribus præ-  
diti dissoluto, exulibus cùm red-  
didisset, disidiarum, & cõtro-  
uersiarum causis concordia  
constituta sustulit. quod & Ci-  
cero ipse longius tradiderat.  
Igitur hanc summam æquita-  
tem conuenientem quidem  
communi vitæ societati, cuius  
conseruatio legum omnium,  
principum, ac rerum publica-  
rum est finis, & cui lege natu-  
ræ omnes submittimur, & ser-  
uire tenemur, admirere iustis-  
simè iubemur. Quo fit, vt &  
summi Christiani orbis præsu-  
les, & pontifices, quibus potissi-  
ma cura est, ne quid fiat anima-  
rum spiritali salutis aduersum;  
vsucapionem legitimo tempore  
perfectam iustam esse dominij  
adquisitione passim statuerint

Ex secunda Relectio-  
nis parte.

- 1 *Adquisitio possessionis quid sit.*
- 2 *Retentio possessionis definitio.*
- 3 *Possessionis diffinitio traditur. Et  
qualiter possessio sit realis.*
- 4 *Possessio an rectè distinguatur in  
naturalem & civilem?*
- 5 *Vsufuctuarius, an habeat natu-  
ralem? & numero sequenti.*
- 6 *Quasi possessio quid sit?*
- 7 *Quæ possessio sit necessaria? & sus-  
ficiens ad*

*sciens ad prescriptionem?*  
8 *In præscribendis iuribus incorpora-  
libus an sit necessaria sciens,  
& patientia?*

Secunda Relectio-  
nis pars.



**P** G I M V S in  
huius relectionis  
parte prima satis  
breuiter de præ-  
scriptionis, & vsu-  
captionis cognitione: ex qua  
potissimum deduximus, par-  
tem ferè præcipuam præscri-  
ptionis tempus esse, cùm ex eo  
semper cõstituatur: atque idè  
tractaturus hæc in parte de  
tempore possessionis, de ritu-  
lo, deque bona fide ad perfe-  
ctam præscriptionis vim iure  
Pontificio, & Cæsareo requisi-  
tis, illud imprimis adnotandum  
esse censeo, possessionem fore  
semper necessariam ad vsuca-  
pionem: nam sine possessione  
præscriptio non procedit: quæ-  
admodum regula iuris dicitur:  
cui prænotandum est tria esse  
maximè differentia. Adquisi-  
tionem possessionis: eius reten-  
tionem: & ipsam possessionem  
vt est in esse producta: ita ete-  
nim hæc considerat post alios  
Fracis. à Ripa in rubri. de cau-  
sa possession. & proprietat. col-  
lum. iij. ex Bartol. & doctor. in  
l. j. ff. de acquirend. possession.  
quæ quidem obiter explica-  
bimus, & veluti per transen-  
nam, ne ieiuna nimis sit hac in

specie possessionis ad vsucapio-  
nem necessariè resolutio. † Ad-  
quisitio possessionis est appre-  
hensio rei vera, vel ficta, cum  
adminiculo animi veri, vel ficti  
& iuris. Apprehensio ponitur  
loco generis. Rei dicitur, vt cõ-  
prehendat corporeas res, & in-  
corporales: nam sicuti in cor-  
poralibus acquiritur possessio,  
ita in incorporeis quasi posses-  
sio acquiritur, quod notatur  
in l. iij. in p. inc. ff. de acqui. pos-  
sess. l. si feruus. S. si incorporales.  
ff. de acqui. rer. domi. glo. in c.  
cùm ecclesia Sutrina. de caus.  
possess. & propriet. Igitur cùm  
sepius dicitur detur apprehensio  
quasi possessionis in rebus in-  
corporalibus: oportuit ita ad-  
quisitionem possessionis defini-  
re, vt ea cõprehenderet qua-  
si possessionis apprehensionem.  
Vera quidem apprehensio di-  
citur: quia frequentissimè ap-  
prehensio possessionis fit per  
actum verum corporis sine fi-  
ctione. l. j. ff. de acqui. poss. Fi-  
cta: quia quandoquæ possessio  
acquiritur sine vera appren-  
sione per actum à lege, cano-  
ne, vel consuetudine illi ada-  
quantum: vt per constitutum. l.  
quod meo. ff. de acquirend. pos-  
sess. cap. ij. de consuetud. l. quisi-  
quis. C. de donat. Cum animi  
adminiculo, dictum est ex eo  
quòd absque animo non po-  
test acquiri possessio. l. quem-  
dam modum. ff. de acquirend. pos-  
sessio, ficti: quia solet sufficere

animus fictus ad acquirendum possessionem: quanuis animus verus deficiat, vt in ea possessio ne, quam ciuilibissimam doctores appellat: quæ adquiretur lege regia, ex lege 45. Tauri: de qua nos aliqua adnotauimus libro tertio variarum resolutio num. cap. v. numer. vj. Item diximus in definitione, & iuris: quasi adminiculum iuris necessarium sit ad acquisitionem possessionis ex eo, quia si ius resistat, quæri possessio non potest. l. qui vniuersas. §. j. ff. de acquirend. posses.

¶ Primò hinc deducitur, quòd possessio dum capitur pro acquisitione est factum, non ius. l. j. §. adipsicimur. & §. si vir. ff. de acquirend. posses. l. j. §. si Sczuola. ff. si quis testam. lib. esse iustus fuer. l. iij. in princip. ff. de bonor. posses.

¶ Secundò patet, nõ esse precisè necessariam pedum, nec manuum positione ad acquirendam possessionem, sed factis esse eam oculis, & effectu capere: non enim requiritur corporeus tactus ipsius rei. l. j. §. si iusserim. l. quod meo. §. per veditorem. ff. de acquir. poss. l. clauibus. ff. de contra. emp. & hæc quidem illatio absque vlla iuris fictione procedit: quod ipse explicui lib. iij. variar. resolu. ca. xvj. num. to. & sequen.

¶ Tertio inde constat, quandoquè possessionem adquiri absque aliquo actu corporeo,

etiam acquirentis oculorum: vt seruum. l. i. C. de acquirend. poss. l. ij. ff. pro solu. & per procuratorem. l. j. §. item adquiremus. Aliquando quidem absque actu corporeo nec acquirentis, nec alterius eius nomine, sicuti apparet in possessione ciuilibissima. Retentio þ possessionis est legitima detentatio corporea, & mentalis, vel mentalis tantum, vera vel ficta gratia rem possidendi. In hac verò definitione dicitur legitima: quia si ius resistat tali detentationi, possessio non retinetur etiam à pupillo: vt in re sacra. notat Alex. in l. pupillum. ff. de adqui. posse. Item is qui peregrè, ac longè proficiscitur nemine domo relicto perdit naturalem, cum illa mentalis detentio non sit sufficiens, nec legitima ad retinendam naturalem possessionem. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. posses. Eodem modo habens tunc per ingressum naturalem, etiam si habeat animum possidendi ratione veri dominij, non habet ciuilem: quia ea penes alium sit, nec eam interim potest habere: non etenim est legitima detentio ad hunc effectum: siquidem duo non possunt eandem rem in solidum possidere. Dicitur est præterea: mentalis tantum: ex eo quòd ciuilibis possessio solo animo retineatur. d. §. qui ad nundinas. vera: quia regulariter proprius

animus requiritur. l. j. C. de acquirend. posses. ficta: quia quandoquè possessio retinetur per seruum, filium, aut procuratorem: item & ciuilibissima possessio ipsius fictionis causa. Gratia retinendi, diximus: quia detinens rem sine animo possidendi non possidet: quippe qui nec habeat animu possidendi ciuilibiter. nec naturaliter. l. iij. §. in amittenda. ff. de acquir. posses. vnde hæc detentio dicitur propriè a finia: (secundum communem in l. j. in princip. ff. de acquirend. posses. Scribit etenim Theophilus Inst. quib. mod. tollit. obligat. quod tenere est naturaliter deuenire, id est, rei corporaliter tantu insistere: possidere autè est animo domini detinere: quod idem Theophilus adnotauerat Inst. per quas personas nobis acquir. et usque hac in re adnotationem laudat Viglius in præfatione Cræcarum Institutionum: statim tamen Theophili sententiã interpretabimur. Sed & aliud est detentatio naturalis alicuius rei: aliud est ipsius rei custodia. Nam custodia animo conseruatur, si quis clauam domum relinquat: iuxta comunè sententiam auctore Aretino in l. si colonus. ff. de acquirend. posses. quia etiã absens dicitur custodire: sicuti Bart. explicat in d. l. j. in princip. q. vltima. Hinc apertissimi iuris est, quòd possessio quatenus accipitur pro retentione, factum est. l. denique.

ff. ex quibus caus. maior. l. pupillum. ff. de acquirend. posses. quia animo retinetur: & animus est quid factu. l. bona fidei. ff. de acquir. et rei domino. þ Possessio autem est ius insitendi rei non prohibita possideri. sic Bartolin dicit. l. j. vltimè est, cui ceteri magis communiter accesserunt, vt inibi testatur Ripa, numero 26. tradit idem Ripa in iuribrica. de caus. posses. colu. 1. & 2. Ius autem dicitur loco generis, non, vt Barto. opinatur, loco differentie. Insistendi, dictum est: quia possessio principaliter operatur facultatem tenendi ipsam rem: vnde differat ab alijs iuribus, seruitutum scilicet, ac similibus: oportet tamen rem non esse prohibita possideri. Etenim tunc minime tractandum est de possessione, quæ in eadem re adquiri non potest. Ab hac definitione plane deucitur passio-nem postquam iam est acquisita & perfecta ius esse, quod Barto. & doct. communiter in dict. l. j. fatentur: & probat elegans sententia Innocent. in capitul. Epi scopi. de rebus ecclesi. dicens ex hoc quod delegatus habens à Papa iurisdictionem ad cognoscendum de iure alicuius rei, nõ tantum poterit sententiam dicere circa illius rei dominium, & proprietatem, sed & circa possessionem. Eodem modo si dederit summus pontifex mandatum alicui vt cuidam ecclesiæ faciat restitui bona, quæ iniquè

& male fuerint alienata, eaque curet: vt ad ius, & proprietatem ecclesie reuertantur, poterit hic iudex tractare, & cognoscere de restitutione illarum rerum, quae non tantum à dominio ecclesie fuerint ablatae, sed & earum quarum sola possessione fuerit ecclesia priuata, & spoliata. Haec intententiam Innocenti sequuntur Roma. in singulari 600. Alexand. consil. 15. lib. 2. Felin. in rub. de rescript. 3. col. Abbas in cap. j. 2. col. de in iur. restit. idem Abbas in dicto capitul. Episcopi. Decius in l. non alie. nat. ff. de regul. iuris. Ludouic. Gomeci. in regu. de non toll. iure quaesito. quaest. v. quorum sententia communis est secundum Iasonem in l. j. in princ. numer. 31. ff. de adquiren. possessi. Ripa, in rub. de caus. possess. col. 1. & 2. qui eam itidem probat, & veram esse censent. Denique possessiorem ius esse probat text. in l. peregrin. ff. de adquiren. possess. & in cap. dilecto. de verbo. signific. & alibi pluribus in locis, quorum iuniores meminerit in d. l. j. praesertim inibi Herculanus, numer. 38. dicens Bartol. opinionem communem esse, idem fateatur eam sequutus Corasi. in praehudis ad §. nihil commune. colum. 2. ff. de adquiren. possess. qui & Innocenti. decisionem sequitur. Praeter haec etiam adnotandum ad faciliorem huius tractatus intellectum, + possessionem duplicem esse civilem, & natu-

ralem: quemadmodum Ioannes relatus ab Accursio in dict. l. j. distinxit, cuius distinctio probatur per Dinum in dict. regu. si. ne possessione. numer. 15. & per alios magis communiter. in dicta l. j. vt fatentur nouiores ibi, praesertim Ripa numer. 28. & idem in rubric. de caus. possess. & propria. nume. 18. Est etenim civilis possessio, possessio apta producere civiles effectus respectu veri dominij. Ponitur in definitione possessio, loco generis item apta dicitur, quia non semper hos effectus producit: quippe quae sit civilis possessio penes verum dominum. Sic eorum non producit in mala fidei possessione. l. clam. §. quauis. ff. de adquiren. possessio. veri dominij diximus, quia per eam ratione praescriptionis adquiretur verum dominium: quod statim exanimatur. Naturalis autem est possessio apta producere civiles effectus respectu alicuius iuris à vero dominio separati. Qualis est emphyteuta, & vallatiana: nam & per hanc vile dominij praescribitur. l. comperit. C. de praescript. trig. vel quadragin. anno. Dicitur apta: quia non est praecise necessarium, quod actu producat hos effectus: siquidem naturalis obtenta à male fidei possessore non producit eas: nec naturalis usufructuarij cum ipse non praescribat per illam dominium verum, nec ius usufructus: sed per civilem qua-

si possessio.

si possessionem illius iuris. glo. in l. ait praetor. §. item ci. ff. ex qui. caus. maior. Barto. in l. naturaliter. ff. de aquiren. possess. in princ. & ibi docto. maxime Iason. idem tenent Corset. in singulari verbo vsusuctus. Alexander in l. prima numer. quadragesimo. ff. de adquiren. possession. in princ. & ibidem alij doct. contra Bartol. inibi, cuius opinio communiter reprobatur vt fatetur ibi Ripa numer. 34. & idem in dict. rubric. de caus. possessio. numer. 21. vnde procedit naturalis possessio, & producit civiles effectus in emphyteuta respectu emphyteutis: quod tradit Alexand. in l. iij. §. ex contrario. ff. de adquiren. possess. numer. 6. & Felin. in capitul. causam. de praescript. tradit Balbus de praescriptio. in vltima parte. 3. partis principalis. Illud tamen est aduertendum quod civilis, quae in usufructuario datur, non est principalis respectu veri dominij: & ideo secundum communem doctorum distinctionem proprie civilis non est, quia consideratur minus principaliter respectu iuris à vero dominio separati: quale est ius usufructus. sic & Rogerius dixit feudatarium, & emphyteutam habere civilem possessionem ratione iuris, quod habet in re. Et licet frequentissimo interpretum consensu Rogerij opinio in dicto. §. ex contrario. reprobata fuerit: profecto defendi poterit,

si consideremus haec civilem possessionem, cuius meminit Rogerius, esse impropria, ac minime principalem. Cum iuxta communem distinctionem vera & propria civilis possessio ea sit, quam modò definimus. Huc etiam pertinet quod Theophilus scribit Insti. per quas personas nobis acquiritur. §. idem placet. de usufructuario tractans: constituit etenim ratione cur usufructuarius vti capere non possit, dicens: Primum, quia non possidet. Est autem possessio animo dominantis possidere hic verò tantum habet ius vtendi & fruendi. Haec Theophilus, qui distinxit civilem possessionem à naturali eo modo, quo doctores paulò antè citati distinxerunt, vt quibusdà forsitan ita Theophilus sententiam in intelligentibus videbitur, At ipse Theophilus inibi, & apertus in §. Item per acceptationem. Instit. quibus modis tollitur obligatio sentit, si diligenter eius verba examinentur, possessionem in hoc à detentatione differre, quod tenere sit naturaliter detinere: possidere verò sit animo domini detinere: vnde cum in dicto paragrafo idem placet. hoc ipsum quò ad usufructuarium + adnotauerit, planè praemittit usufructuarium suo nomine rem ipsam detinere: non autem possidere, nec civiliter, nec naturaliter: tamen si Iacob. à Rauca-

na in l.j. ff. de acquirend. possessio. Gultelmus de Cuneo in l. li. c. d. C. eo titu. Cumanus, Bald. Roma. & Aretinus in l. naturaliter. in princ. ff. de acquirend. possess. non viso vt opinor Theophilo. planius assueveret, vsu fructuariu rem ipsam naturaliter possidere nomine domini: non autem proprio. quibus adsupulatur text. in l. certè. §. is qui rogauit. ff. de precat. quo in loco Iuriconsultus scribit, fructuarium, colonum, & inquilinum esse in preidio: non tamen id possidere. Parigitur ius est hac in re coloni, & inquilini cum vsu fructuario. & tamen colonus, & inquilinus dubio procul rem ipsam detinent proprio nomine: possident autem nomine domini. Quo fit, non omnino probari apud Theophilum distinctionem communem possessionis civilis, & naturalis. Nō inficior creberrimo ferè omnium consensu in dict. l. naturaliter. per text. ibi probatum esse, quod vsufructuarius naturaliter possideat. Sed illam naturalem possessionem Theophilus interpretatur vel nomine domini, vel esse detentionem quandam naturalem. Hec diximus ad intellectum civilis, & naturalis possessionis, quemadmodum à nostris distinguntur: quorum opinio facilioris doctrinæ causa poterit admitti. Nam perpenso iuris rigore verior apparet sententia Azonis existimantis, vni-

cam tantum possessionem esse, que solū qualitate, non autem specie differenti distinguitur: ita quidem vt possessio, que verè naturalis est, si per ius civile absque corporis instantia probetur, & admittatur ad civiles effectus, dicetur civilis qualitate quadam iuris civilis ei prebentis autoritatem, eamque approbantis. quam opinionem Azonem sequuti verior em esse censent Ripa in precatu locis. Socin. colum. 9. & Zabius in dict. l.j. ff. de acquirend. possess. Alexar. in l. questio est. ff. de verb. significat. Ioan. Corasi. in l. naturaliter. §. nihil commune. in preliudis, nume. 6. & sequentib. Albericus in l. licet. C. de acquirend. possessio. & a ij. qui ab his nominati citantur. Verū quia plerisque placet quasi possessionē à possessione distingui, peculiari que, & propria definitione cognoscendam esse. Sic enim placet Theophilo in princ. de interd. vbi censet, possessionem esse corporalis rei detentionem. Quasi possessionē t̄ verò incorporalis rei vsu. Lanus & specialius poterit quasi possessio definiti, vt sit ius exercendi actum conuententem iuri incorporali verò vel prento, procedens ex sufficienti vsu illius. Huiusmodi censetur quasi possessio iuris eligendi, & similitum: capitul. cū ecclesia. de caus. possessio. & proprietat. dictum est exercendi, non detinendi: quia sola corporalia

de tinētur. l. ij. §. ex contrario. ff. de acqui. pos. diximus in hac definitione, vero vel prento, ex eo, quod ad acquirendam quasi possessionē iuris incorporalis nō est necessarium ipsum ius prius constitutū fuisse, secundum Innocentium in c. j. de caus. possess. & proprietat. Barto. in l. ij. §. vnde vi. ff. de vi & vi arma. Decium in cōsi. 16. Contra decisionem Rotæ xi. in antiquis. Dicitur deinde esse ius procedens ex sufficienti vsu: ad differentiam iurium ipsorum, ex quibus competit facultas exercendi suos proprios actus. Vnicus autem actus sufficiens est ad constituendam quasi possessionem iuris incorporalis secundum communem, quā tradit Ripa in c. eum Ecclesia. de caus. pos. & propriet. nu. 52. & sequen. tex. optimus in cap. consultationibus. gloss. Paner. & alij in c. si verò. de iure patr. Calderi. consil. xi. eodem titul. Abbas in consil. 54. parte prima. idem Abbas in capit. cum olim. iij. notabili, de caus. pos. & propriet. Dec. consil. 129. & consil. 149. colū. ij. Ioan. Milis, verbo, patronus ex vnica presentatione. Soci. cōsil. 25. col. j. lib. j. Alexan. consil. 74. col. iij. lib. iij. & ibi Carolus Molin. Abbas in capit. de religio. do mib. versiculo, & hac faciunt. quorum ea est resolutio, quod ex vnica presentatione adquirat quis quasi possessionem iur-

ris patronatus ecclesiastici, quod ad presentationem. Et est communis opinio: sicuti fatetur Lambertinus de iure patrona. ij. l. j. parte. iij. questio. principal. articul. xj. modo ex ea presentatione sequuta fuerit episcopi institutio, & institutus beneficii possessionē habuerit: quod explicant Decius in dictis responsis: Rochus Curtius de iure patrona. verb. competens. questio. 14. Jati Ripa in d. cap. cum ecclesia. numer. 91. His quidem prenotatis patet, possessionem à Bartolo in dicta l. j. dictam corporalem esse verè naturalem, atque ita sub definitione possessionis naturalis comprehendit: si vera sunt, quæ ex communi omnium traditione exposuimus. Est igitur necessaria possessio ad prescriptionem: t̄ & denique omnium consensu sufficit civilis, & naturalis simul: quod negari non potest. Civilis verò sola erit item sufficiens ad prescriptionem veri domini: & id probatur ex eius definitione. ad idem l. i. c. per seruum qui in fuga. ff. de acquirenda possessione. l. serui. §. vltimo. ff. de furtis. & in l. in accessionibus. ff. de duer. prescri. notat Dinus numero vigesimo nono, in dicta regula, sine possessione. Bartol. in l. j. numero octauo. ff. de acquirenda possessione. & post alios h. l. bus in vltima parte iij. partis princip. quorum opinio comm. Relect. Didac. Couar. v

munis est in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acqui. possessio. Naturalis autem possessio sola, iuxta definitionem communem non est sufficiens ad præscribendum verù ipsius rei dominium: cum naturalis possessio non obtineatur animo veri dominij. Quod si ea veri dominij animo habeatur, contingere non potest vsucapio interim dum absens habet civile. Etenim incipit præscriptio ab eo die, quo absens civilem amisit: sicuti adnotant glossa, & omnes in d. §. qui ad nundinas. gl. singul. in l. j. vers. præscriptionem. C. de serui. fugiti. vbi lafon & doctor. Panormita. colum. ij. & Felinus, num. vi. & vij. in capit. vigilantia. de præscriptio. idem Abbas cõ sil. 62. lib. ij. colum. viij. Alexan. in l. j. §. per seruù, qui in fuga. ff. de acquirenda possess. col. ij. Dinus optimè in dicta regul. sine possessione. colum. vltim. Sufficiet tamen hæc sola naturalis possessio ad præscriptionem alicuius iuris à vero dominio separati: nempè ad ius emphyteusis, vel feudi: vt tradunt Alexan. in l. iij. §. ex contrario. ff. de acquirenda possessio. numero sexto. Felinus in capitul. causam. de præscriptio. & Franciscus Balb. in dicta vltima parte ij. partis princip. notatur in l. compet. C. de præscript. 30. vel 40. anno. At in vsufructuario dictum superius est ex fre-

quentiori doctor. sententia, ipsum non præscribere ius vsufructus per naturalem possessionem: sed per civilem quasi possessionem illius iuris vsufructus. Ego verò, si admittenda est illorum opinio, qui probare conantur, vsufructuarium re possidere naturaliter nomine domini habentis proprietatem, & nomine proprio tantum habere rei detentationem quantum attinet verù, & directum rei dominium: profecto non videtur qua ratione possit vsufructuarium distingui in his possessionibus ab emphyteuta, Feudatario, & similibus, qui ius habent segregatum à verò dominio: præsertim quòd iuxta opinionem Rogerij, etià emphyteuta & similes habent quandam possessionem civilem respectu illius iuris à dominio vero distincti: deinde quaeritur quonà pacto emphyteuta habens naturalem nomine domini, possit præscribere nomine proprio ius illud emphyteusis à vero dominio satis distincti? Etenim licet Alexan. in dict. §. ex contrario. & alij, quoru modò meminimus, velint, emphyteuta præscribere ius illud emphyteusis ex naturali rei possessione: id verum esse non potest, cum illa possessio obtineatur nomine domini veri, & respiciat verum dominium, non ius emphyteusis, nec similia iura separata à dominio directo,

recto, veròque. Quam obrem in vsufructuario, emphyteuta, & feudatario facilius doctrinæ causâ, forsân magis congruit constituere quandâ quasi possessionem, naturalem quidem, & civilem respectu illius iuris omninò à vero dominio distincti, quæ quidem quasi possessio est sufficiens ad præscriptionem illius iuris à vero dominio separati: vnde ad præscriptionem necessaria possessio est, sufficitque quandoque civilis sola. Naturalis autem sola, ac per se subsistens civili per alterum obtenta, non sufficit ad præscribendum dominium verum ipsius rei l. acquiritur. ff. de acquirendo rerum dominio. §. vltimo l. Celsus. §. Iulianus. ff. ad exhibendum. l. j. §. penulti. ff. de acquirenda possessione. tenent Dinus in dicta regula, sine possessione. numero 30. doctor. præsertim Alexand. in dicto §. ex contrario. numero sexto. & probatur satis vrgenter ex eo, quòd civilis possessio sola, naturali per alterum obtenta, est sufficiens ad præscriptionem dominij veri, vt superius traditum est: ergo naturalis hunc effectum habere non poterit, ne sequatur absurdum, quòd duo insolidum possint eandem rem quò ad dominium idem vsucapere. l. si vt certo. §. duobus. ff. commodati. l. quod contra. §. vni duo. ff. de regul. iur. l. heredita-

te. §. pater. ff. de castren. pecul. Hæc quidem planè obtinent præmissa communi distinctione possessionis civilis à naturali. Etenim si Azonis opinio probanda est, constat euidenter, possessionem naturalem, quæ animo veri domini obtinetur, ad præscriptionem omninò sufficere. Quasi possessio iurium incorporalium etiam sufficiens est ad præscriptionem ipsorum iurium l. prima & secunda, C. de seruitutibus & aqua l. vltima, C. de præscriptionibus longi temporis. l. si quis diuturno. ff. si seruitus vendicetur. l. prima §. denique. & l. secunda. ff. de aqua pluua arcenda, in principio. à quibus iuribus hoc de duxere Dinus in dicta regula, sine possessione. in principio. quem ibi doctores passim sequuntur: & vbiunque materiam istam tractauerunt. † Sed præter hæc in præscribendis iuribus incorporalibus necessaria est scientia, & patientia eius contra quem præscribitur, aut illius, qui iura illa tradere potest. Cum horum iurium incorporalium quasi possessio non aliter acquiratur, nec retineatur, quàm per patientiam eius contra quem acquiratur, vel retinetur. l. quoties. in prima. §. vlti. & l. quoties. in secunda. ff. de seruit. hoc ipsum expressim constat in l. ij. C. de seruitutibus & aqua. quæ aper-

tissimè requirit scientiam eius  
 coacta quem seruitus præscri-  
 bitur. optimus textus . in l. si  
 à te emero. ff. si seruitus ven-  
 dicetur. his accedit , quòd ser-  
 uitates non aliter constituun-  
 tur, quàm per traditionem, vel  
 patientiam. l. si ego. §. j. ff. de pu-  
 bliciana. l. j. ff. de seruitu. rustic.  
 prædior. vnde sequitur scien-  
 tiam necessariam esse , cum ab-  
 que ea nec contingat traditio,  
 nec patientia. l. qui patitur. ff.  
 mandat. nec enim pati propriè  
 dicitur is , qui omninò igno-  
 rat. l. j. §. scientiam. ff. de tribu-  
 toria: atque ita hanc opinionem  
 quòd sit necessaria scientia &  
 patientia illius aduersus quem  
 præscribitur, vt præscriptio pro-  
 cedat in iuribus incorporali-  
 bus, tenuerunt Innocentius in  
 cap. ij. de in integr. restit. idem  
 in cap. bonæ. in ij. de post. præ-  
 lato. Bartolus in l. j. §. denique.  
 ff. de aqua pluuiæ arcend. &  
 Bartol. & doctor. in dict. l. ij. idè  
 Bartolus in l. j. §. j. ff. de itinere  
 actiueque priuat. Abbas in cap.  
 de quarta. ad fin. & ibi Felinus,  
 numer. 41. de præscriptio. Alex-  
 and. consilio. 16. lib. v. numer.  
 13. Panormita. & ibi latè Ri-  
 pa in dict. cap. cum ecclesia. de  
 causa possessionis. numer. 64.  
 Antoni. in cap. peruenit. col. v.  
 de censib. Ioannes Lupi. in c.  
 per vestras. ij. notab. §. sed est  
 pulchra. numer. 33. de donatio.  
 inter virum & vxorè. quorum  
 sententia communis est dubiò

procul. Nam & ipse Panormi-  
 tanus in dict. c. de quarta. eam  
 fatetur còmunem esse: & can-  
 dem sequitur omnes hi, quos  
 ad huius opinionis intellectus  
 & limitationes statim citabo.  
 ¶ Ceterùm Longouallius in  
 repetitio. l. imperium. ff. de iur.  
 risdic. omni. iudic. iij. parte. ar-  
 ticu. ij. licet fateatur, neminem  
 hætenùs huic sententiæ con-  
 tradixisse, eam falsam fore cen-  
 set pluribus rationibus. sed præ-  
 sertim autoritate text. in l. lti-  
 tim. C. de præscriptio. longi-  
 poris. vbi Imperator primùm  
 statuens in vsucapione rerum  
 corporalium scientiam nõ re-  
 quiri, subijcit idem iuris esse in  
 vsufructu, & ceteris seruituti-  
 bus. Igitur in eo responso pro-  
 batur, scientiã eius contra que  
 præscribitur non esse necessa-  
 riam in præscriptione iurium  
 incorporalium. Saltem illud  
 negari non potest, quasi posses-  
 sionem iurium incorporalium  
 adquiri per vsum absque scien-  
 tia eius, cui vsus ille vel præ-  
 iudicat, vel cõpetit. Item est tex.  
 optimus in l. j. §. j. ff. de itinere  
 actiueque priuat. quo probatur,  
 vsum seruitutis sufficere, vt ex-  
 periri possit interdicto illo  
 de itinere, actiueque priuat. & vt  
 Barrolus ibi censet, nõ est quòd  
 ad istum effectum necessaria  
 scientia illius, cui vsus ille præ-  
 iudicat. Et tamen l. vltim. eod.  
 titul. vult ita demùm interdi-  
 ctum illud competere, si quis  
 ius serui-

ius seruitutis possideat : conse-  
 quitur ergo etiam iurium in-  
 corporalium quasi possessione  
 adquiri absque scientia illius,  
 in cuius præiudiciũ quasi pos-  
 sidentur. Denique ad improba-  
 tionem communis sententiæ  
 contendit Longouallius, quasi  
 possessionem iurium incorpo-  
 ralium adquiri absque scien-  
 tia illius, qui tradere poterat.  
 respondetque ad omnia loca,  
 quæ videntur patientiam exigi-  
 gere ad constituendam quasi  
 possessionem iurium incorpo-  
 ralium, quod is demùm patia-  
 tur, qui non impedit: quem ad-  
 modum is consentit, qui non  
 dissentit, etiam si ignorans sit.  
 l. ij. §. v. voluntatem. ff. solat. ma-  
 trimo. Quæ quidè solutio fal-  
 sa est per ea, quæ inibi Iuricon-  
 sultus scribit dicens, furiosum  
 & amentè eo consentire, quòd  
 non dissentiat: & hic consen-  
 sus est à lege præsumptus. At  
 eum, qui sapiat, non aliter con-  
 sentire, quàm si vel expressim  
 consentiat, vel tacitè: eum sciens  
 non contradixerit. Sed & re-  
 sponso Longouallij ad l. ij. C.  
 de seruitutib. & aqua, et si fue-  
 rit Hugulini doctoris antiqui,  
 falsa tamen est, maximamque  
 infert violentiam Imperatoris  
 responso: dum supplenda esse  
 dictionem, maximè, falsò tra-  
 dit. Itaque nouissimè Ioan. Co-  
 rasius in l. quoties. in ij. ff. de  
 seruitu. nune. j. sententiam cõ-  
 munem à Longouallij impu-

gnationibus defendere cona-  
 tur, eam sequutus. Ego verò,  
 etsi breuiter, eandem disputa-  
 tionem resoluerè curabo, vt  
 hæc quæstio ad theoreticam, &  
 praxim expeditior sit. Primùm  
 etenim cõmunem opinionem  
 veram esse opinor, & probari  
 omninò in dict. l. ij. C. de seruit.  
 & aqua. Deinde censeo in his  
 iuribus incorporalibus patien-  
 tiam illius, qui tradere & con-  
 stituere ea potest, pro traditio-  
 ne haberi: quod satis comper-  
 tum est: & idè quoties de tradi-  
 tione seruitutis tractatur, pa-  
 tientia illius qui tradere tene-  
 tur, sufficit, eamque ipse præsta-  
 re debet. l. quoties. in j. §. vlti. l.  
 quoties. in ij. ff. de seruit. hæc ser-  
 uitates constituuntur per tra-  
 ditionem vel patientiam. l. j. ff.  
 de seruitu. rusticò: prædior. ad  
 fin. l. si ego. §. j. ff. de Publi. l. ij.  
 §. dare. ff. de vsufruct. nõ quòd  
 traditio differat in hac specie à  
 patientia, nec patientia à tradi-  
 tione, quoties de constituenda  
 seruitute agitur: sed quòd tradi-  
 tio exponatur per ipsam pa-  
 tientiam: ita quidem, vt dum  
 Iuriconsultus dixit in dict. l. j.  
 per traditionem vel patientiã.  
 secundum Accursium inibi ex-  
 ponamus, id est, patientiam.  
 Etenim hæc interpretatio fre-  
 quentissima est, quoties dictio  
 vel, ponitur inter duo, quæ idè  
 significant. iuxta l. j. & ibi Ac-  
 cursius ff. de pact. traditur in c.  
 ij. de rescript. & in l. vtrum. ff.

de reb. dubijs. l. ij. ibi, quadrupedem vel pecudem. & ibi Accursi. ff. ad leg. aquil. Bartol. in l. vbi pactum. in princip. C. de transactio. Aut patientia referenda erit ad dominum verum fundi seruietis: traditio autem ad eum, qui in alieno fundo, quem tamen possidet, seruitutem alicui constituit. vt docet gloss. in dict. l. si ego. in princip. Igitur si de constituenda seruitute, vel ea tradenda ex consensu constituentis agatur: tunc necessaria est scientia, & patientia illius ad hanc expressam constitutionem, vel traditionem. At si tractemus de adquirenda seruitute per usucapionem, & prescriptionem: tunc quasi possessio illius necessaria est, & hęc acquiritur, ac retinetur per vsum seruitutis absque scientia illius, contra quem prescribitur: modò is non impedierit eiusdem seruitutis vsum. l. & si forte. §. si serui. vendic. dict. l. quoties. in ij. siquidem quasi possessio iuris incorporalis nihil aliud est, quam vsum seruitutis. Vnde mihi potius placeat quasi possessionem iurium incorporalium adquiri per vsum sufficientem absque scientia illius, cui preiudicium fiat. Nam huius sententię vel Bartol. auctoritas est in dict. l. ij. §. j. ff. de itinere actusque priuato ad interdictum illud nõ esse necessariũ vsum seruitutis scientię domino prædij, & tamẽ ne-

cessaria est quasi possessio feruitutis. l. vlti. ff. cod. nr. vel ipse loquitur contra text. in dict. l. vlti. quod magis consonũ est: quia Barto. expressim facetur numero. quasi possessionẽ in his iuribus non adquiri per vsum, nisi scientie, & patientie illo, cuius preiudicium vertitur. tamen Ripa in dict. cap. cum ecclesia. numer. 64. sequatur Barto. sententiam, quę dicitur ad interdictum de itinere actusque priuato sufficere solũ vsum, nec requiri quasi possessionem. Sed & Paulus Castrensis dum in dict. l. ij. asseruerat seruitutem posse adquiri prescriptione longi temporis decem, vel viginti annorum cum titulo, etiã absque scientia illius, contra quẽ prescribitur: pãã fatetur, quãsi possessionem seruitutis adquiri posse per vsum absque scientia illius, cui preiudicium fit cum alioqui absque possessione prescriptio non procedat. l. sine possessione. ff. de vsucapio. Ergo quasi possessio seruitutis adquiritur: & aliorum iurium incorporalium absque scientia & patientia illius, cuius preiudicium ex vsum tractatur. Nec enim alicubi probatur, ad acquisitionem quasi possessionis iurium incorporalium requiri vel patientiam, & scientiam, vel saltem titulum: cum & sepelsumẽ absque titulo, & patientia procedat horum iurium prescriptio, quę absque quasi possessione

possessione procedere nequit vllò casu. E idẽ ex præmissis appareat, quãsi possessionem iurium incorporalium procedere ab vsum illorum, & sufficienti exercitio, etiã absque scientia & patientia illius, in cuius preiudicium possidetur. Verũ præter hæc opinor, regulariter nõ sufficere ad prescriptionem iurium incorporalium corũ quãsi possessionem, nisi ad sit scientia, & patientia illius contra quem prescribitur. text. in dict. l. ij. quę peculiari quadam ratione hanc scientiam exigit, eò quòd iura incorporalia proprietate non possideantur: & feruitutes plerumquẽ & frequentius absque titulo prescribuntur aduersus communem vsucapionem, & prescriptionis naturam. Quo fit, vt semper siue ad sit prescriptioni seruitutis titulus, vel non: siue sit tempus ordinarium, siue immemorabile, necessaria sit quasi possessio, quę separata ab alijs, quę ad prescriptionem requiruntur, constituenda est, & perfecta quidem: alioqui nec vllò momento sufficiens est, & prescriptio cessat, aut interruptitur, & ruinẽ in initium assumit: nec defectum possessionis, vel quasi supplet ipse titulus, nec immemorabile tempus in his, quę possunt possideri, aut quasi possideri absque titulo: vel uti restè potest. Atque ita cõmunis opinio ad interpretationem d. l. ij. C. de

seruit. & aqua. in praxi recipienda est, & vbiq; seruanda, seruitutibus tamen intellecta limitationibus.

¶ Primò sententia communis nõ procedit vbi agitur de prescribenda libertate aduersus olim constitutam seruitutem: etenim tunc sufficit quasi possessio, nec est necessaria scientia, nec patientia illius contra quem prescribitur. text. elegãs in l. si per fundum. ff. quemadmodum seruit. amitt. tanquam ita omnes iuris vtriusque doctores interpretantur in fauorem libertatis, quę vnici que rei adest presumptione quadam iuris, & præterea quia res ad priorem statum, & communi redit. Ex quo forsitan erit intelligendus text. in cap. Si de terta. de priuilegijs. quo responsum est, priuilegium validum quidem de non solucendis decimis tolli prescriptione triginta annorum, quibus habentes priuilegium decimas exoluerunt. procedit enim ea responsio etiã si solutio facta sit ab ignorantibus se priuilegium habere: cum hęc non sit necessaria scientia illorum contra quos prescribitur ea quidem prescriptio, quę rem constituit, & reducit in pristinum statum, quem habebat iure communi: quæ ita etiã fit generali quadã ratione vtatur Panormitanus & Anchar. in vbi illum text. Intellexere. &

Felin. in c. vigilanti. de prescrip. contra Hostien. & Card. in d. cap. si de terra. existimantes ad decisionem illius capituli esse necessariam, quod solutio fiat ab his qui sciunt se privilegium habere eos eximens a solutione decimarum.

Secundò text. in d. l. ij. civiſque communis interpretatio non obtinet in prescriptione servitutis cum titulo: iuxta l. si ego. §. ff. & ibi glos. ff. de publici. Nam in prescriptione servitutis, quoties titulus non concurrat cum quasi possessione, est nec sſtata scientia, & patientia illius eor. a quem prescribitur. At si prescribens titulum habeat: temp. constitutionem servitutis ab eo factam, qui rei dominus non erat: tunc non est necessaria scientia nec patientia domini ad prescriptionem longi temporis decem, vel viginti annorum. l. vlti. C. de prescrip. long. temp. quam ita intellexere Paul. Castren. & ibi Alber. in dicta l. ij. idem Paul. Castren. in l. servitutes. la magna, & ibi Ioan. Coras. nu. 4. Anton. in capitul. peruenit. v. colum. de censib. Felin. in d. c. de quarr. colum. penulti. Cepola in tracta. de servit. vrba. pradior. capitul. 20. colum. ij. Ioan. Francis. à Ripa in d. cap. cum ecclesia Sutrina. num. 64. de causa possessio. & propriet. Ias. in l. ij. §. ex contrario. nu. 31. ff. de acquirenda possessio. idem

in l. j. numero 65. in principio. eodem titul.

¶ Tertio, supra scripta docto. opinio minimè locum obtinet in prescriptione tati temporis, cuius initium memorià hominum excedit. Nā vbi hæc prescriptio probata fuerit, non est necessaria scientia illius contra quem prescribitur. glos. & ibi Angel. in l. hoc iur. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & vlti. Bald. in c. j. colum. ij. que sine regalia. Imola in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publica. & vectiga. Salic. in l. i. C. de qua vectig. & idem Imol. & Roma. in l. j. §. denique. ff. de aqua pluvia. arcend. Anto. in capit. peruenit. de censib. Dec. consil. 85. Iason in l. Imperium. ff. de iurisdictione omnium iudic. colum. ix. versic. circa primum dictum. Alexan. consil. 6. lib. v. nu. xv. & ibi Carol. Moli. loco. de sancto Georgio in tracta. de feudis. versicu. cum mero & misto imperio. col. vlti. Curtius Junior. consil. 158. numero xij. Anto. Rube. consil. 21. col. vlti. Franciscus Balb. de prescrip. ij. part. ij. part. q. vj. numero 22. Felin. in capit. de quarta. col. penultis in c. cum nobis. col. j. de prescrip. Quorum opinionem fatentur communem esse eam sequuti Alexan. consil. vj. lib. v. nu. iij. & Andreas Tiraquellus in tract. de nobilitate. c. 14. nu. iij. idem assueverant Dec. Balbus; & plerique ex præcitat

authoribus

authoribus, quorum sententia procedit propter vim huius temporis immemorialis. quod privilegij vim habet. dict. §. ductus aque. & cap. super quibusdam. de verbo. signific. tamen si contrarium adnotaverint Barto. in dict. §. in omnibus vectigalibus. idem in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcend. Paul. Castren. in dict. l. servitutes. colum. i. l. i. Roma. consil. 218. Bald. consil. 32. lib. j. & consil. 34. libro v. Alber. Brunus consil. 66. col. 1. Ripa in dict. cap. cum ecclesia. de caus. possess. nume. 67. idem lib. ij. respons. capit. 36. Et profectò si ad quasi possessionem iurium incorporalium est necessaria scientia & patientia, ego non video qua ratione isthæc posterior sententia improbari possit: siquidem immemorialis prescriptio requirit continuam vel nunquam interruptam possessionem, aut quasi possessionem. hæc etenim ante omnia probanda est, & præterea immemorabile tempus, quorum prius probari nequit, nisi scientia & patientia probetur secundum communem, quæ exigit pro ratione intrinsecæ qualitatis ad quasi possessionem scientiam, & patientiam. atque idè vera est hæc vltima opinio, sicuti hac ratione veram esse censet Aymon Saullii in tract. de antiq. temp. iij. part. cap. absolutis. num. 5. vel concedendum erit; quod

superius adnotauimus, quasi possessionem iurium incorporalium adquiri absque scientia, & patientia illius contra quem quasi possessio adquirenda est. Qui verò tenent posteriorem sententiam respondent ad text. & glos. in dict. §. ductus aque. quod inibi agitur consuetudine, quæ perfecte inducitur, etiam absque scientia Principis, vel superioris. text. in dict. cap. l. i. de consuet. vbi Panormit. & docto. communiter aduersus glos. ibi, ita adnotarunt: & est communis opinio secundum Roberum in d. c. vlt. Quarto requisito consuetudinis. fol. 6. col. j. & Corne. consil. 15. lib. iij. col. pen. scientia etenim tacita principis, qui statuit consuetudinem, & moribus posse leges tolli, sufficiens est, ut leges hoc modo tollantur. Sed tamen etiam si principis scientia necessaria sit in prescriptione, vel foret in consuetudine, sufficit regulariter scientia magistratuum, qui eo loci exercent nomine principis iurisdictionem secundum Bartol. in dict. §. in omnibus. Abb. in d. cap. cum nobis. Areti. in l. more. ii. col. ff. de acquir. hered. Iacob. in tract. de feud. verb. cum mero & misto imperio. col. v. Balbus de prescrip. v. part. princ. col. o. ver. Secunda questio est an requiratur scientia. Et Tiraqu. in d. c. 14. num. iij. latè Aymon in tracta. de an

tiquit. temp. iij. part. cap. abso-  
lutis. num. 23. quo in loco me-  
minit aliorum, qui contrariam  
sententiam probare conantur:  
eum legito. Nam & Ioan. Lup.  
in cap. per vestras. ij. notab. §. j.  
numer. 39. Bartol. opinio-  
nem improbat. post Salycet.  
in l. vestigalia. C. noua vestiga-  
lia institui non posse. Denique  
mihi magis placet communis  
opinio, quæ habet, scientiam  
non requiri in præscribendis  
iuribus incorporalibus, quo-  
ties præscriptionis tempus me-  
moriæ hominum excedit, si-  
ue præscriptionis iure, siue ad  
priuilegij probationem tempus  
hoc allegetur: nisi tractetur de  
adquirendis iuribus incorpo-  
ralibus, quorum vsuj, & exerci-  
tio ius resistit: tunc etenim exi-  
gerem ego scientiam principis  
aut eius qui eum vsum permit-  
tere potest: quod sensit Carol.  
Molin. in d. consil. Alex. vj. libr.  
j. litera A. & deducitur ab his,  
quæ tradidit glo. in cap. pen.  
de sil. præsb. Domin. in sum-  
ma. xj. distinct. & Rochus Cur-  
tius in d. quarto requisito. iij. li-  
mitatione. quod in specie ipse  
adnotauit. §. secundo huius par-  
tis, vers. tertia species. Nec vi-  
deo iuste posse negari quod &  
responsio Iurisconsulti in dict.  
§. ductus aquæ. habeat locum  
non tantum in consuetudine:  
sed & in præscriptione propter  
tanti temporis vsum, & vim,  
quam habet immemorialis

præscriptio. Imò fortassis etiã  
si scientia necessaria sit, eadem  
præsumetur ex tanti temporis  
vsu, simul & aliquot coniectu-  
ris, quæ huic præsumptioni suf-  
fragantur: secundum Salice. in  
lauctoritatem. C. vnde viuerit.  
quæro. de quæstione facti. De-  
cium consil. 187. col. vj. Aymo-  
nem in tracta. de antiquit. tem-  
por. iij. part. cap. absolutis. nu-  
mer. xv. Nam & hi qui commu-  
nem sententiam veram esse  
censent, facillimè admittent  
hanc assertionem: licet contra-  
riæ opinionis auctores, præ-  
mittant, non tantum fore ne-  
cessariã scientiæ allegationem:  
sed etiam eius probationem. in  
de vtilis semper erit scitiã alle-  
gatio, etiã in his præscriptio-  
nibus, quarum tēpus memoriæ ho-  
minu excedit: quod si ea pro-  
bari potuerit, cōtrouersia ces-  
sat: sin autem non probetur,  
obseruandum erit, quæ opinio  
ex his iustior habeat causam.

Ex §. sequenti.

- 1 Olim possessor, hodie possessor præsumitur.
- 2 Confessio præterita possessionis, an inducat presentis possessionis præsumptionem?
- 3 Olim possessor, an præsumatur hodie post decennium possidere?
- 4 Olim possessor, an præsumatur hodie possidere quò ad interdictum unde vi?
- 5 Possessio ficta, an sufficit ad præscriptionem?

- 6 Possessio quandoquæ habet plurimum iuris, quandoquæ plurimum facti: & huius distinctio nis examinatio.
- 7 Captus ab hostibus, quòd ea que captiuitatis tempore per filium vel seruum ex peculiari causa possidebat, & præscribat, & suscipiat.

§. Primus.



ACTENVS  
tractauimus de  
possessione que  
ad præscriptionem  
necessaria est: mo-  
dò superest de probatione po-  
ssessionis agere. † Nam olim  
possessor, hodie possessor præ-  
sumitur. glof. Barro. & doctor.  
in l. siue possidetis. C. de prob.  
Notant Panor. in cap. acceden-  
tibus. de priuileg. Anto. Abb.  
& alij in cap. cum ad sedem. de  
resil. spolia. Rota in nouis. 120.  
Alex. consil. 173. col. 2. lib. j. Bart.  
in l. Celsus. ff. de vsucap. Et ini-  
bi Balb. in 4. part. quæst. j. quo-  
rum opinio communis est, vt  
constat ex Ripa in capitu. cum  
ecclesia. de causa possessionis. &  
proprieta. numer. 23. & Alcia-  
de præsumptio. reg. ij. præsum.  
21. Et probatur ex eo quòd  
amissio possessionis semel ad-  
quisita consistat in animo: ani-  
mi verò mutatio nunquã præ-  
sumitur. c. maiores. §. vt. de ba-  
ptisma. l. fancimus. C. de testam.  
quauis Din. in reg. semel ma-  
lus. de reg. iur. in vj. ad finem,  
multis rationibus probare co-

netur, olim possessorem non  
presumi nunc possidere. Sed  
& communis sententia proba-  
tur in c. olim. in iij. de resit. spo-  
lia. quem ad hoc commendat  
Panor. ibi, & in c. olim. in j. col.  
v. eod. titu. & in c. cum ecclesia.  
de caus. posses. & propr. col. iij.  
Est tamẽ ea opinio intelligen-  
da, modò presens etiam posses-  
sio allegata fuerit: alioqui præ-  
sumptioni locus non est secun-  
dum Bart. & alios modò cita-  
tos, qui huic limitationi acces-  
sere, ea ratione quòd præsum-  
ptio iuris procedens à facto  
proprio allegari debeat omni-  
nò. l. si adulteriũ cum incestu.  
§. idẽ Pollioni. ff. de adult. Bar.  
numer. 14. in l. cum quid. & ibi  
doct. ff. si cert. pet. Abb. & Feli.  
in c. asserre. de præsum. qua ra-  
tione, & alijs authoribus nun-  
cupatim adductis hanc limita-  
tionem, quæ itidẽ frequentiori  
doctorũ calculo recepta est,  
examinaui in ca. Rainutius. §.  
xj. de testam. col. iij. quo in lo-  
co ea, qua potui diligentia ex-  
pendi regia l. 10. tit. 14. part. iij.  
quæ in hac materia singularis  
est. tandem communis opinio  
doctorum in praxi admittenda  
erit: tametsi Alex. consil. 133.  
lib. j. & Burgësis in c. peruenit.  
col. ij. de empt. & vendi. renue-  
rint, non esse necessariam alle-  
gationem presentis possessionis.  
† remissa tamẽ cõmuni senten-  
tia, si allegato presentis posses-  
sionis prætermissa fuerit: tunc

probatur cōtinua possessio eo ipso quod præsens temporis, & antiqui probatur possessio. Nam probata possessione temporū extremorū, initij quidē & finis, præsimitur ipsa possessio medio tēpore cōtinua. glo. in canon. volumus. xvj. quæst. iij. & in capit. cūm ecclesia. de causa possess. & propriet. Felin. in proemio Gregoriano col. vltim. Abbas in dict. c. cūm ad sedem. de rest. spoli. Balb. in d. l. Celsus. iij. part. q. j. Alci. in d. reg. ij. præsump. 22. post Bart in eadem l. Celsus. col. pen. eundem in l. sicut. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solua. idem adnotauit gloss. in clemen. j. de iure iur. verb. immediatus. quorum sententia communis est. siquidem probatis extremis, media præsuntur. capit. inter dilectos. & inibi Abb. & Felin. de fide instrument. cap. accedens. vbi gloss. de conuers. coniugat. gloss. penult. verbo, sine special. & ibi Imola in cap. ex parte. in iij. de rescript. l. talis scriptura. vbi Bald. ff. de legat. j. † Cætera possessio præsens, modò allegatā sit, præsimitur, non tantum quando per verā probationem constat allegantem olim possedisse: sed vt vbi ex aduersarij confessione appareret hæc antiqua possessio. text. singularis in capit. præterea. in ij. de transactio. vbi si monachi confiteantur, se olim fuisse subditos, condemnatur tan

quam si de præsenti confessi essent. glossa ad idem in l. certum. §. j. ff. de confes. quæ asseuerat, præsumi fundum hodie actoris esse, si reus confiteatur eum olim actoris fuisse: nisi reus probet eundem fundum modò actoris non esse: quam glossam ita intellexere Dinus, Alber. & Cuma. ibi, Baldus in dict. cap. præterea. Alciat. in regu. 2. de præsump. præf. 12. Quauis Antoni. & Imola in cap. ij. de libel. oblat. Felin. in cap. scribam. de præsump. col. vlti. distinguere velint assertionem factam in libello, ab ea, quæ fit in confessione, vt tandem in assertionem libelli obtineat predicta præsumptio: non in confessione, quæ strictè est accipienda: nec extensionem patitur in præiudicium, vel damnum ipsius confitentis: vt sentit decisio Rotæ in nouis. 325. Etenim hæc restrictio falsa est. nam textus in dicto capit. præterea. in confessione loquitur. Imò & si quis confiteatur actorem olim dominum fuisse: ac neget hodie dominum esse: minime videtur ferari actoris intentionem, nec damnabitur vt confessus: sed interim, dum non probauerit actorem hodie dominum non esse, habet actor præsumptionem iuris esse veteri dominio per reum concessor: quod expressim Bald. eleganter adnotauit in l. vnic. C. de confes. numer. 89. sentit idem in l. siqui-

in l. si quidem. C. de transactio. sensere Dinus, Albericus & Cuma. in dict. l. certum. §. primo, sic intelligentes glossam ibi. idem obiter docuit Alciatus, in dicta præsumptio. 12. numer. secundo versiculo, possent concordari. glossa enim in dicta l. certum. dum contrariam sententiam quibusdam probare videtur, tantū asseuerit, non posse reum confidentem dominium præteriti tēporis condemnari vt confessum: non tamen negat ex ea confessione deduci præsumptionē iuris ad dominium præsens temporis, nisi contrarium probetur. Hæc verò, † quæ diximus de probatione possessionis continuæ ad præscriptionem per præsumptionem præteritæ possessionis, procedunt quò ad decem ad decennij tempus, cuiusque præscriptionem: nam ad probandum præscriptionem viginti, vel triginta annorum, oportet probari extremitatem, & intuitū cuiuslibet decennij: quemadmodū visum est Mathesilano, notab. 117. Cui accessere Felin. in cap. inter dilectos. de fide instrument. 3. colu. Franci. Balb. in dict. l. Celsus. 4. part. q. 1. Ripa in dict. capit. cūm ecclesia. num. 23. Quibus ea suffragatur ratio, quòd animus, quò possessio retinetur, nō præsimitur durare ultra decennij, l. furum. & l. fundi. ff. de vltuca. l. peregrè. ff. de acquirenda possess. vnde ultra decennium progredi non debet præsumpcio

continæ possessionis, quæ procedit à præsumptione animi adhuc durantis: sicuti dictum est in principio huius Paragraphi. Ad idem facit quod ciuili possessio, à qua præscriptio procedit non præsuntur ultra decem annos durare, & continuari tēpore quidem à naturali. dict. l. peregrè. quod gloss. in tēpore voluit in l. j. C. de sei. ui. fugitiu. quam dicit singu. Fran. in dict. reg. sine possessione. notant. Bartol. in dict. l. Celsus. colu. 3. & ibi Balb. idem in tract. de præsripti. in vlt. part. 3. part. prin. Felin. in capitul. vigilante. de præsripti. nume. 6. & 7. Alciat. dict. præsump. 21. nume. 12. Iason in l. san. cimus. C. de testamenti. idem in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. numer. 19. ff. de acquiren. poss. Bart. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acquir. end. possessio. idem Barto. Bald. & Salycet. in dict. l. prima. & Dinus in regul. sine possessione. column. vltima. de regul. iur. optinè Cuxti. senior consil. 24. vnde apparet veram esse opinionem Mathesilani: vt quidam opinantur. Andreas tamen Alciatus in dict. regula. 2. præsump. 22. aduersus Mathesilano indistinctè censet priorem sententiam veram esse: & præsumi olim possessorem, & hodie possidere, etiam post decem, aut viginti annos: & præterea probata possessione extremitatem per idem tempus continuationem possessionis præsump-

mi. Ad cuius opinionis, & quaestio-  
 nis resolutionem ego arbitror  
 sententiam Matheliani magis  
 communem esse. deinde cetero  
 cotrariam defendi posse &  
 forsan esse veriore. Nam ubi  
 possessio civilis sola per aliquem  
 retinetur absque naturali, eadem  
 possessio non durat ultra  
 decennium: quia ad id visque  
 tempus, animus, quo solo haec  
 possessio civilis retinetur, dura-  
 re praesumitur: atque ita hac in  
 specie Dimus, Accursus, Barto.  
 & alij loquuntur: nempe ubi constat,  
 quem olim civilem: solum  
 habuisse naturali amissa: et-  
 nim eo casu olim possessor, hodie  
 possessor praesumitur, modo  
 tempus non transierit minus  
 longiusve decem: ita, etsi per  
 quod tempus praesumatur obli-  
 uio, iudicis arbitrio relinquendum  
 sit, iuxta glo. in dicta l. sur-  
 tum. ff. de viucapio. Cuius opi-  
 nio communis est secundum Do-  
 cinum conf. 2. li. 3. At si constat  
 olim quemdam possedisse natu-  
 raliter, & civiliter, praesumen-  
 dum erit, eandem possessionem  
 civilem quidem & naturalem  
 per eum continuo tempore ob-  
 tentam fuisse, & ita modo possi-  
 dere civiliter, & naturaliter. Et  
 idem in hac specie, cum non tra-  
 ctemus de ea tantum possessione,  
 quae solo animo retinetur: ni-  
 hil refert transferint decem, an  
 viginti anni: cum praesumatur  
 naturaliter & civiliter continuo  
 possedisse eum, qui olim, ut con-

stat, naturalem & civilem pos-  
 sessionem habuit, nec appareat  
 naturalem retenta civili. *Amiff.*  
 fit: quod etsi breuiter, satis san-  
 sit Alcia. in dict. praesumptio. 21.  
 Ex his demum interitur quod di-  
 cendum sit hac in questione  
 quod ad interdictum, unde vi.  
 Etenim si apertissimum iuris est, ut  
 locum obtineat interdictum, unde  
 vi, & spoliatus sit ante omnia  
 restituendus, necessarium esse  
 quod agens eo interdicto pro-  
 be se possedisse, & spoliatum  
 fuisse tunc cum possideret, tex.  
 celebris in l. j. §. interdictum au-  
 tem. ff. de vi. & viarmat. & in ca-  
 pitul. suborta. de re iudica. glof.  
 & communis in capitul. olim in  
 j. de restit. spolia. verbi est iuratio  
 nem. glo. in cap. cum ad sedem,  
 eodem titu. Decius optime in  
 conf. 115. text. in capitul. consul-  
 tationibus. de offi. deleg. Suffi-  
 cit tamen allegare hanc posses-  
 sionem illius quidem temporis,  
 quo spoliatum contigit: & proba-  
 re spoliatum olim possedisse:  
 nam ex eo praesumitur & tem-  
 pore spoliationis adhuc posses-  
 sione in habuisse secundum co-  
 munem opinionem, qua in hoc  
 paragrapho adnotauimus: sed  
 in specie ita responderunt Abb.  
 & Imola in d. c. cum ad sedem.  
 Rota in nouis. 124. Abb. in ca-  
 olim. in ij. de restit. spoliat. per  
 tex. in ibi, qui hoc expressim pro-  
 bat, idem Abb. in c. cum eccle-  
 sia. col. 4. de caus. posses. idem in  
 d. c. suborta. qui ceteri in eodem  
 capite

capite hanc opinionem proba-  
 ri: quae esse communem fateatur ea  
 sequutus Alcia. in dicta regula.  
 2. praesump. 21. ad finem. idem  
 aserunt Imol. in d. c. cum ad se-  
 dem. & Ripa in d. c. cum ecclesia.  
 nu. 23. quae quidem sententia sa-  
 tis probari videtur in d. c. olim.  
 ubi est huius opinionis authori-  
 tas probatissima: & in dict. cap.  
 suborta: Etiam si text. in dict. l. j.  
 §. interdictum autem. ibi, tunc  
 maxime refragetur: ex quo Ol-  
 dra. conf. 1. col. 1. glof. in dict. ca.  
 cum ad sedem. Curtius Senior  
 conf. 70. col. 2. adnotarunt fore  
 necessariam probationem posses-  
 sionis illius temporis, quo spo-  
 liatio contingerit. Quibus re-  
 sponderi poterit, satis hanc pos-  
 sessionem probari praesumptione  
 iuris ex eo, quod probata  
 fuerit praeterit temporis posses-  
 sio nec probatum fuerit con-  
 trarium: sicut paulo ante expli-  
 cuimus. Sed expressim quod ad  
 interdictum, unde vi, non suffi-  
 ciat haec iuris praesumptio: imo  
 sit necessaria probatio possessio-  
 nis eo tempore, quo spoliatio  
 contigerit, tenent Inno. in cap.  
 qualiter. in ij. de accusat. Lapis  
 allegat. 52. Aretin. in §. quadrupli.  
 de actioni. nu. 26. Ripa in d.  
 c. cum ecclesia. per tex. in ibi, nu. 32  
 Anto. Rubeus cōsi. vlt. co. 2. Mi-  
 hi sane communis opinio potior  
 videtur ab eius autoritate: &  
 quia spoliati facilium erit hanc  
 iuris praesumptionem eludere per  
 contrariam probationem, si vere

spoliatus agens interdicto unde  
 vi non possidebat tempore spolia-  
 tionis. Non obstat tex. in d. c. cum  
 ecclesia. cum ibi non probetur esse  
 necessarium, quod proximus, & vi-  
 timus electionibus quis interfue-  
 rit, ut sit in quasi possessione eli-  
 gendi. Nam etsi glo. id asserere vi-  
 deatur, nec ad quasi possessionem  
 ne acquirendam iuris eligendi re-  
 quiruntur tres electiones, quod  
 praecedente Paragrapho adnota-  
 uimus, nec oportet probari quod  
 quis vltima electioni affuerit: si  
 quidem praesumitur continua quasi  
 possessio ex eo, quod prioribus  
 praesens fuerit: modo non costet  
 vltimae electioni, cum commode pos-  
 set, non interfuisse: quod est maxime  
 obseruandum. Quin & in inter-  
 dicto unde vi possidetis, vera est co-  
 munit opinio, ita quidem, ut olim  
 possessor praesumatur hodie pos-  
 sessor: quod notat Bal. in l. j. nu.  
 12. C. vti possidet. Paulus Ca-  
 stricius in l. non ignorabit. C. ad ex-  
 hib. Alex. cōf. 88. n. 3. & n. 30. li. 5  
 nec obest text. in §. quoru. Infi-  
 de interdict. ubi probatur in in-  
 terdicto retinenda necessaria esse  
 probationem possessionis tempore li-  
 us contestationis: quasi necessa-  
 ria sit eius temporis possessio.  
 Nam is text. vel eum intellexit  
 habet, ut ex probatione praeteritae  
 possessionis, & allegatione  
 ne possessionis obtentae litis co-  
 testationis tempore possessio praesumatur.  
 iuxta communem sententiam: vel est intelligendus Iustitiani  
 locus in rebus corporali-

bus: non incorporalibus, in quibus satis erit probare possessionem certi temporis, & proximi, ante litem motam: vt explicat Ioan. Faber in §. Reuendę. nume. 23. Inft. de interd. Et enim fat erit hæc probatio, vt actor obtineat in hoc interd. vt possideat, idque forsan alibi opportunius tractabitur. Et sane Matthæus Affl. & decisio. 354. scribit, Regij prætorij iudicio communem sententiam in conuoueri: vt possidet: etiam in rebus corporalibus recepta fuisse, vbi aduersarius non probaret, se medio tempore possedit, vt tandem satis iusticiarius probatio possessionis tempore turbationis: præsumitur enim ex eo possessio, tempore contestationis liris. Verum & si ad præscriptionem possessio necessaria sit, nec sufficiat detentio: tamen secundum materiam subiectam testium responsa interpretanda sunt. Nam si testis de conductione agens respondeat, eum possedit: hæc responsio non ad veram possessionem sed ad detentionem referenda est. At si extra istum casum testis responderit Titium rem detinuisse: ea detentatio, ad possessionem erit referenda: g' o' illa optima in can. pontificis. vij. quæstio. j. Abbas in cap. cum ad tedium. de rest. spoliat. nu. 2. Imola in l. iij. §. ex contrario. ff. de adquiren. posses. Alexan. post alios in l. stipulatio ista. §. hæc quoq.

de verb. oblig. vnde oportet ad uertere omnino ad testium responsa, vt ea intelligantur iniqua testis persona eiusque qualitate, & communi verborum significacione, quæ in ea pronuntia obtinuit. † De possessione ficta, & quæ legis tantum humanæ vim & auctoritatem habet, dubium est an sufficiat, & sit conueniens initium præscriptionis. Roma. etenim in singu. 410. tenent eam non sufficere. idem probant Felin. Callud. co. vlt. de præscriptione. Balbus, in t. act. de præscript. 3 parte. princ. in f. sed glo. in c. contingit. de dolo & contu. quæ ibi doct. communiter sequuntur, tenet possessionem, cuius testis ille meminit, sufficere ad præscriptionem, si possessor bonam fidem habeat, nec desint ea, quæ ad præscriptionem alioqui necessaria sunt. Quod probatur ex eo, quia possessio acquisita ministerio tantum legis civilis, vel canonice, aut consuetudinis absque actu corporeo, vera tamen possessio est, nec quod ad effectum differat à vera possessione naturali quidem, & civilis: sicut à nobis tractatum est l. 3. vlt. resolut. cap. 5. & probat rest. legum in dict. cap. contingit. Quo fit, vt nisi aliud humana legis statutum fuerit, plane dicendum sit, fictam possessionem, id est actu ficto acq'uitam ministerio legis tantum, ad vscapionem vel præscriptionem sufficere, modo adsint alia adminicula, que iure ad posse

ad perfectam præscriptionem requiruntur. Atq; ita apud me dubia est Romani sententia: veriorque contraria opinio appareret ex his quæ modò diximus. Imò à iure civili multa statuta sunt circa possessionem, quæ ad præscriptionem requiruntur, ex quibus apparet non semper propriam, & veram possessionem requiri. Cuius rei testimonium nobis exhibet l. j. §. Scæuola. ff. si quis testamen. lib. esse iustus fuerit. qua resposum est, hæreditatem iacentem nõ possidere. Et tamen hæreditas iacens quò ad effectum præscriptionis censetur possessionem à defuncto captam continuare, & obtinere. l. cæpta. & l. nunquam. §. vacuum. & l. iusto. §. nondum aditæ. ff. de vscapio. nec ista possessio in heredem transit secundum Bart. & alios in l. cum hæredes. in princ. ff. de acqui. posses. Hæc verò possessio, quæ à iure constituitur apud hæreditatem iacentem, hunc præter alios effectum habet: tamen si impropria sit satis: nec ficta dici valeat: cum sit impossibilis possessionis continuatione per hæreditatem iacentem, quæ animo, & corpore caret: quod explicat Zasius libro secundo, singularium responsor. c. 27. vnde mirum non erit quædoq; fictam, & impropria possessionem ad præscriptionem sufficere: atque ita hæres accipies hæreditatem, & possessionem re-

rum eiusdem; præscriptionem continuatione quadam possessionis perficit, & perficere potest: modò possessio illa per alium medio tempore capta nõ fuerit: sicut ab omnibus adnotatum extat. Eadem ferè ratio ne licet tignum domui coniectum verè non possideatur à domino domus, leu qui. ff. de vsu capio. & l. qui vniuersas. in princ. ff. de vscap. tamen tignum istud vscapitur, si tẽpore, quo domui, vel ædificio additum fuerit pauci dies ad vscapionem perficiendã defecerint. l. rerum mixtura. ff. de vscapio. cuius responsi rationem eã esse Dinus in dicta regula, sine possessione. col. ij. Bar. & doctor. in d. l. rerum mixtura censent, quod pauci dies vscapioni deficiant tempore, quo possessionis continuatio cessat. Fortassis verior est ratio ad responsum Iuriscõsulti in d. l. rerum mixtura. §. Labeo quod licet proprie, & verè non possideatur tignum illud separatim: tamen cum ipsa domo, vel ædificio, cui adiunctum est, simul videretur possideri: vt explicant Cuma. in l. iij. §. Labeo. ff. de acqui. possidem in l. qui fundum. §. j. ff. pro empto. Imola & Besutius in l. si is qui pro emptore. ff. de vscapio. Balbus in tract. de præscript. iij. part. sextæ part. principal. q. j. limit. iij. quæuis Iasoni in d. l. si is qui pro emptore. nu. 54. displicet hæc interpretatio ad Iuriscõsult. Didac. Couar. x

risconfulti responsum in d.l. re-  
rū mixtura. Postremò illud ob-  
6 seruandum est, † quòd possessio  
quandoquē habet plurimū  
facti, nempē quādo in ea acqui-  
renda principaliter factū inter-  
cedit: quippe quæ corpore ip-  
sius possidentis acquiratur. Et  
hæc aliquid iuris habet: quia  
ius non refistit, nec eam repro-  
bat. vnde tacitū habet iuris ap-  
probationem, & quia ministre-  
rio iuris per absentē retinetur.  
I. clam possidere. §. qui ad nun-  
dinas. l. ij. §. Nerva filius. ff. de  
acqui. posses. Quandoquē pos-  
sessio habet plurimū iuris, pa-  
rum autem facti: quia principa-  
liter in ea operatur iuris dispo-  
sicio, qualis est ea possessio quæ  
acquirunt alteri per seruū, per  
filiū ex causa peculiari absque  
actū possidentis: & hæc dicitur  
habere plurimū iuris: quia no-  
bis etiā ignorantibus acquiri-  
tur. l. Labeo. ff. de vsucapio. Et-  
enim dum Dinus in d. reg. sine  
possessione. scribit etiā ignorā-  
tem possidere per seruū, vel  
per filiū, atque item vsucapere:  
est intelligendus in his quæ ac-  
quiruntur ex causa peculiari,  
non ex alia. nā licet ex alia pos-  
sessio acquiratur ignorantibus: nō  
tamen est ea possessio sufficiens  
ad vsucapionem. g. cōmuniter  
recepta in l. j. §. ite acquirimus.  
ff. de acqui. pos. quo in loco la-  
son nu. 39. fatetur hanc opinio-  
nem communem esse: idem as-  
serat eam sequutus Ioan. Crot-

tus in d.l. si is qui pro empto-  
re. col. 22. text. ad id optimus in  
l. quod seruus. & in l. si me in va-  
cuam. §. vlti. ff. de acqui. posses.  
tametsi lason in d. §. Item ad-  
quirimus. aduersus communē  
negauerit, possessionē ignoran-  
tibus acquiri per seruū, vel filiū  
in his, quæ ex re non peculiari  
habentur. Sed tamen cōmunis  
sententia per Crotū defendit-  
ur per tex. in d. §. vlti. & in d.l.  
quod seruus. Habet verò hæc  
possessio aliquid facti ex eo  
quòd factum in ea acquirenda  
contingerit serui quidē vel filij  
possessionē capiens. Est & pos-  
sessio, quæ plurimū iuris simul  
& facti habet: in qua iuris dis-  
positio simul & factū operan-  
tur, & concurrunt. Qualis est,  
quæ per procuratorē, vel per fi-  
lium, aut seruū ex causā nō pe-  
culiari queritur. Nā hæc quòd  
ad vsucapionē ignorantibus nō  
quiritur: licet quòd ad alios iu-  
ris effectus querita sit etiā igno-  
rantibus: quod modò adnota-  
uimus. Alia est possessio, quæ  
omnino, & in totū iuris autho-  
ritatē, & vim habet, nec quid-  
quā à facto consequitur: nempē  
ea, quam doctores ciuilibus  
appellant: atque hæc distinctio  
omnium ferè consensu tradi-  
tur, & constat ex gloss. Card. &  
Abb. in c. cum nostris. de con-  
cc. præbend. & in d. regul. sine  
possessione. Barto. in l. si is, qui  
pro emptore. ff. de vsucapio.  
nu. x. & ibi laso. col. ij. & Crot-

to, col. j.

7 to, col. j. Hinc planè deducitur,  
captum † ab hostibus præscri-  
beret, & vsucapere quæ tempore  
captiuitatis possidebat per ser-  
uum, vel filium ex causā pecu-  
liari: quia illa possessio plus iu-  
ris, quā facti habet: ea verò quæ  
possidebat per se, vel procura-  
torem, filium, aut seruū ex cau-  
sa tamen non peculiari, mini-  
mè vsucapit, dū est in captiuita-  
te. l. si is qui pro emptore. ff. de  
vsucap. quia priori casu posses-  
sio habes plurimū iuris suffi-  
ciēs est iure postliminij ad vsu-  
caponē. l. iusto. §. vlti. ff. de vsu-  
capio. At in posteriori casu pos-  
seisio habet plurimū facti, &  
in factis scitio postliminij parū  
aut nihil operatur: quia solū ea  
restituit, quæ iuris sunt: l. postli-  
minij. ff. de capti. non ea, quæ  
sunt facti. l. in bello. §. factæ. ff.  
de capti. l. denique. ff. ex quib.  
causis maior. quemadmodum  
adnotarunt glo. Bar. lason, nu.  
36. & 51. Ioā. Crotus col. v. vij.  
& viij. in d. l. si is, qui pro em-  
ptore. quo in loco hæc est com-  
munis omnium consensu resolu-  
tio: vt fatentur lason & Crotus.  
idem tradidēre gloss. Dinus  
nu. x. & alij in d. regul. sine pos-  
sessione. Sic sanè sunt accipien-  
da quæ tradi solent de captiuis,  
an hi possint vsucapere ex ea  
possessione, quam ante captiui-  
tatē per se vel per alios obtine-  
bant. Possessio autem, quā dixi-  
mus ignorantibus acquiri quòd ad  
alios iuris effectus, non quòd ad

vsucapionem, etiā quòd ad vsu-  
caponem prodest, & sufficiens  
est post scientiam illius, cui est  
per alium quæsitā. l. j. & inibi  
eius interpretes C. de acq. pos.

Ex §. sequenti.

- 1 Iure veteri ecclesia contra ecclesiam  
prescribat triginta annorum  
spatio? Et inibi intellectus c. si-  
cut. xv. q. ij.
- 2 Interpretatio text. in c. quicunque.  
xv. q. ij.
- 3 Quadragenaria prescriptio aduer-  
sus ecclesiam est necessaria.
- 4 Privilegium an possit quis vti ad-  
uersus habentem simile privile-  
gium?
- 5 Vsucapio triennalis, & similes præ-  
scriptiones aduersus ecclesiā ad-  
mittuntur.
- 6 Centenaria prescriptio necessaria  
est contra romanam ecclesiam.
- 7 Quo tempore prescribantur res ad  
fiscum secularem pertinentes?
- 8 Libertas, seu immunitas à solu-  
endis iudictionibus, & collectis,  
quo tempore prescribatur.
- 9 Intellectus l. vltima. C. de sacrosan-  
ctis ecclesijs, an centenaria præ-  
scriptio sit necessaria cōtra priu-  
ilegium secularem.

§. Secundus.



**C**AETERVM  
ad vsucapionē,  
vel præscriptio-  
nem non tantū  
sufficit possessio,  
sed oportet eā possessionē cer-  
to tempore legibus quidē, vel

canonibus definito, continuò habitam & retentam à præscribente fuisse, quod probatur in l. iij. ff. de vſucapio. Et regulariter inter priuatas, vel ad vſucapiendam rem priuatorum ſufficiens eſt decem inter præſentes, viginti annorum inter abſentes præſcriptio: ac quandoquæ neceſſaria eſt triginta annorum poſſeſſio iuxta diſtinctionem Imperatoris ſub titulo. C. de præſcript. longi temporis, decem vel viginti anno. maximè in l. vlti. & ſub rub. C. de præſcript. trigint. vel quadragin. annor. text. ſingularis iure regio in l. 19. & 20. ac 21. tit. 29. parti. iij. In præſcribendis autem feruitutibus quod tempus à iure exigatur tradit glo. in l. feruitutes. in iij. ff. de feruit. Cœpola in tracta. de feruitu. vrbano. prædio. cap. 19. & ſequen. Balbus de præſcriptio. ij. parte. iij. partis princip. doct̃or. in dict. l. vltim. qua de re ipſe aliquot adnotaui, præſertim de vſucapione feruitutis diſcontinuæ, vſuſfructus, iuris paſcendi & de amittenda feruitute libr. j. variar. reſol. cap. 7. nu. 10. quo in loco examinaui, an laici præſcribere valeant exemptionem, & immunitatem à ſolvendis decimis, quaſ eccleſijs ſoluere tenerur. Olim ſane canonibus ſtatutum eſt, quòd eccleſia ꝑ contra eccleſiam præſcriberet triginta annorū poſſeſſione: cuius quidem aſſertio

nis author eſt Gratianus in c. placuit. verſicu. in canonibus. xv. j. quaſt. iij. idem teſtatur Cōſtantinus Harmenopolus in epitome iuris ciuilis, lib. j. titul. iij. etiam ſi Iaſon in authenti. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccleſiæ. col. iij. parum diligenter conſiderans vetera conſuetudinum, & canonum decreta, Gratiani authoritatem in hoc reſellat, atq; deſpiciat. pro ipſo Gratiano eſt text. in cap. illud. de præſcriptio. qui reſert canones quòſdam tricennalem præſcriptionē aduerſus eccleſias, carumque res admiffiſſe. idem apparet in cap. j. & ij. xv. quaſt. iij. vbi canonibus antiquis ſtatutum fuiſſe conſtat, poſſe eccleſiam contra eccleſiam vti præſcriptione triginta annorū. Hoc ipſum conſtat & ex varijs canonibus, quorum memini Burchardus Vuormaticenſis Episcopus, libr. iij. Decreto. c. 146. & ſequen. idem probat text. in c. ſicut. ead. cauſ. & q. cuius canonis litera obiter eſt expendenda ex eo, quòd difficilis reſeretur eius intellectus. Sicut, inquit, diœceſim alienam tricennalis poſſeſſio tollit: ita territorij poſſeſſio conuentum nō adimit. Haftenus ille canon ex quo iuris canonici interpretes frequentiffimè adnotarunt, ꝑ præſcribens Episcopus locum ad alterius diœceſim pertinente, illum cenſeatur præſcripſiſſe quoad proprietatē ſolum: non quòd

non quòd ad iura episcopalia, nec quòd ad iurisdictionem. ſenſu Bart. Brixienſis hunc intellectum non omnino germanum illius canonis ſenſum ſignificandum doctiſſimus ille vir hac præmiſſa interpretatione de huius capitis ſenſu dubitat. Et proſectò cōmunis intellectus iuxta literam vulgatam defendi non poteſt. Nam ſi tricennalis poſſeſſio tollit diœceſim alienam: cur territorij poſſeſſio iurisdictionem nō auferat, & præſcribenti adquirit itidem episcopalia iura? nulla ratione cōgrua probari iure valet: ſi quidem territorij poſſeſſio iurisdictionem poſſeſſionē ſaltem præmittit. l. pupillus. §. territorij. ff. de verb. ſignific. Quamobrè illius canonis litera integra, & ſyncera petenda eſt ab ipſo cōcilio Toletano. iij. c. 4. Sicut tricennalis, inquit, poſſeſſio diœceſim alienā tollit: ita territorij conuentum nō adimit. Hęc ſane lectio ex concilio reſtituta probat, hanc tricennalem poſſeſſionem ſimplicem quæ eſt eſſe: ita quidem, vt territorij cōuentum non comprehendat. nam ſi præſcribens eum poſſe diſſet, dubiò procul adquireret territorij conuentum: & eū poſſeſſio tricennalis tolleret, ſicut diœceſim. Etenim cū in præſcriptionibus poſſeſſio, vel quaſi neceſſaria ſit ad acquisitionem: ſi tricennalis poſſeſſio nō tantum locum alterius

diœceſis obtinuit, ſed: & in eo iurisdictionem, iurque episcopalia exercuit: tollitur per præſcriptionē poſſeſſio, & ius episcopale. Quòd ſi præſcribens iurisdictionē non exercuit, nec iura episcopalia: ſed tantum in locum ſimpliciter obtinuit: dubiò procul communis doct̃orū ſenſus obtineret: cui tamen nō conuenit canonis litera: quæ præmittit, poſſeſſionem tricennalem alienam diœceſim tollere: atque ita iurisdictionem, & iura episcopalia: cū hæc propria ſint, & conueniant diœceſi: ſicut iuxta ſacrorum canonum decreta. At ſi dixeris iuxta priorē literam, & eius communē interpretationem, eſſe maximum diſcrimen inter poſſeſſionem diœceſis, & poſſeſſionem territorij: quaſi prior poſſeſſio exercitum habeat iuriū episcopaliū, & iurisdictionis: poſterior verò nō habeat, nec habuerit iurisdictionis vſum hoc planè refragatur propriæ dictionis ſignificationi, ſecundum quam poſſeſſio territorij præmittit in dubio iurisdictionis vſum. dict. l. pupillus. quia in dubio iurisdictionis territorio cam habenti adhæret: Bart. in l. inter eas. ff. de acquir. rerum dom. Anch. in regula A cceſſorium. col. 32. Alex. conſ. 35. col. ij. lib. iij. & in l. j. ff. de iurisdictione omni. iudi. col. vlti. quamnis ſecundum Bart. ibi. nu. 16. quæ non doquæ detur iurisdictioni ſine

torio, & territorium sine iurisdictione: quod explicant De eius, consil. 483. col. ij. & consil. 528. col. vlti. Bald. in l. data opera. col. 10. in predicamento situs. C. qui accus. non poss. Carolus Molinæus in consuetudin. Parisiēsis. §. j. gl. 7. n. 44. Igitur sensus iuxta conciliorū Authenticorum lectio hīc est: quod si Episcopus alienæ diœcesis partem per triginta annos possederit: eam præscribit eo quidem modo, quo possederit. Nā si possessio, vel quasi, iurisdictionis exercitium habuit, & iurium episcopaliū administrationem: omnino adquiret præscribens partem illam diœcesis quod ad iurisdictionem, & episcopalia iura exercenda in illis ecclesijs iam constructis, in quibus possessor præscribens ea exercuit. Non tamen præscribit etiā in ea parte, quam possedit, territorij cōuentum, id est iurisdictionem in abstracto, & in habitu, quā nunquam exercuit, quæ tamē competit ad ecclesias ædificandas, templaque construenda. Hæc etenim adhuc post præscriptionem pertinebit ad Episcopum, cuius ante præscriptionē ea pars diœcesis erat: siquidem ex Bartolo in dict. l. j. constat, iurisdictionem posse dari in genere, & in abstracto. Hic verò intellectus apertissime probatur in eodem concilio Tolitano c. 34. quo in loco post ver-

ba, & decisionem cap. sicut. apponitur velut exemplum alter canon à Gratiano relatus xvj. quæstio. v. can. p. fessio territorij. nō rectē, ni fallor distinctus quod Lector facillimè iudicabit, si animaduertit apud cōcilium ipsum Toletanum cap. 34. in hunc modum integrè absq; vlla diuisione legi. Sicut tricennalis possessio diœcesim alienam tollit: ita territorij cōuentum non adimit. ideoque nouæ basilicæ, quæ cōditæ fuerint ad eum procul du biō pertinebunt Episcopum, cuius cōuentus esse constiterit. Hactenus integrè Toletanæ Synodi decretum: quod & in hunc modum retulit Burchardus Vuormatiensis Episcopus libr. iij. de cretorū, cap. 147. centum ferme annis Gratiano antiquior.

Hoc ipsū, quod de tricennali præscriptione adnotauimus ex Gratiano, palam statuitur apud idem Toletanum cōcilium cap. 33. cuius mentio fit xvj. quæstio. iij. can. quicūque, quod ita vulgò legitur: Quicūque Episcopus alterius Episcopi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit: quamuis secundum ius legis eius nō videatur esse diœcesis: admittenda tamen non est contra eum actio reposcendij, ad cuius canonis interpretationē libenter quæserim: cur diœcesis nō videatur esse illius qui per triginta annos eā possederit: cum

feredit: cum alijs canonibus eiusdem concilij definitum sit tricennalem præscriptionē tollere alienā diœcesim. deinde si illius, qui possedit per triginta annos diœcesis nō est, cur per eundem canonem apud ipsum possidentē inanet, nec ab eo repositi potest per priorē dominum? Et prætereā si verè tollitur per tricennalem possessionem diœcesis aliena: quod satis expressim constat, cuius obsecro sit certē ipsius, qui per triginta annos possedit, & præscripsit, nō alterius. Qua ratione à prædicto canone tollenda est dictio, nō: & loco quamuis, legendum est, quia: & deinde expungit debet dictio, tamen: ita quidem. Quia secundum ius legis eius videtur esse diœcesis: admittenda nō est actio reposcendi. Quæ quidē lectio sic restitucunda est ex codice conciliorū apud Germanos nuper typis excusis, & ex vetustissimo conciliorū Toletanorū libro manuscripto, quod ipse restor, quippè qui eū librum legerim Toleti apud diuī Frāncisci cœnobium. titulo sancti Ioannis, à catholicis Hispaniarum regibus erectū. Quin & doctissimus vir Bartholomæus à Miranda in Epitome conciliorū eundem canonē in hunc modum legit. Quicūque Episcopus alterius Episcopi diœcesim per triginta annos sine aliqua interpellatione possederit: ad-

mittenda non est contra eum actio reposcendi. Burchardus verò lib. j. decretorū c. 67. ex cōcilio Auernensī c. 3. hunc canonē ita adducit, vt planè nō differat ab eo, quem ex emendatis Toletanæ Synodi canonibus nos retulimus: nisi quod loco dictionis, quia, vtriusque dictione, quāuis. Quibus tandem fit, vt satis compertū sit canonibus antiquis tricennalē præscriptionem sufficientē fuisse prælati, & ecclesijs ad acquirendas res alterius ecclesiæ, vel Episcopatus. eandem sententiam probat text. in cap. sanctorū. de præscript. qui ad canonum antiquorum functiones referē das omnino est: dum censet tricennalem præscriptionē sufficere, vt ecclesia rem alterius ecclesiæ præscribat. Verum hi canones antiquati sunt per romanos pontifices, qui quadragenariam præscriptionem necessariam esse censent aduersus ecclesias, earūmq; res, siue præscriptio procedat à priuato, siue ab altera ecclesia. text. insignis in capit. de quarta. de præscript. glo. in dict. cap. sanctorum. & vbique iuris canonici interpretes. rex. in c. illud. & c. ad aures. eod. titu. auth. quas actiones. C. de sacros. eccles. cui conuenit regia l. 26. tit. 29. part. ii. latius ceteris tradit Frāncisc. Balb. de præscript. v. part. princip. in princ. Et idē erit, si ecclesia velit præscribere re alicuius

monasterij: et em̄ nō potest minori spatio xl. annorū eā vsu capere, sicuti notat gl. cōmuniter recepta in d. c. de quarta. text. opti. in d. authē. quas actiones. vnde quōd Gratianus scribit in d. can. placuit. ver. in canoni bus. xvj. q. iij. sententis ecclesiam aduersus monasteriū posse præ scribere spatio triginta anno rum: monasterium verò cōtra ecclesiam vti nō posse minori tēpore quadraginta annorū, præcedit inspectis canonibus antiquis: nēpē c. j. xvj. q. iij. quo id statutum fuisse apparet: hodie verò ea constitutio sublata est secundū communē omniū interpretationem. Imò & hæc quadragenaria præscriptio ne cessario exigitur ad præscriben da legata pauperibus relicta: & res ad eadem legata pertinentes. rex. in auth. de eccle. titu. §. pro tēporalibus. Panor. & doctōr. in d. c. de quarta. Abb. & Felin. in c. sanctorum. cod. titu. Bal. & las. col. j. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. quibus etiam suffragatur Balbus de præscriptio. v. par. prin. in prin. Ex quibus falsavidetur Antonij & Imolæ sententia in c. nihil. de præscriptio. exilimā tium, nullā præscriptionē pro cedere contra pauperes in rebus eis legatis. horum ratio ea est, quod pauperes, cum sint incerti, agere non possunt: agere autem non valenti minime cur rit præscriptio. l. j. C. de annali

exceptio. hæc autem ratio faci limē tollitur: nam & si pauperes agere nō possunt ad legata: potest tamen ea petere Episcopus, qui curam habet pauperū, sicuti manifestum est. Et præ terea similia sunt, parique iu re censentur legata relicta ecclesijs, & ea, quæ pauperibus re linquuntur. l. vlti. C. de sacros. eccle. sic de que legata pauperibus relicta præscribi poterunt eo modo, quo res legate ecclesijs vsu capiuntur. Quod verò diximus, ecclesiam res alterius ecclesie nō posse præscribere minori tēpore quàm quadraginta annorū, eam difficultate habet, ꝑ quod priuilegiū habens non vitur eo cōtra habentem idem priuilegium: quæ admodū notatur in authē. de sanctis simis episc. §. sed hæc præsentis. & in l. verum. §. vlti. cum l. sequenti, ff. de minoribus. Igitur priuilegiū, quod canones concesserunt ecclesijs, vt possint excludere præscriptionem minorem quadragenariam, obijci nō debet aduersus ecclesiā præ scribentē, quæ simile priuilegiū habet. sed & ista ratio cessat prorsus, si diligenter, & verè regulam supra scriptā examine mus. Etenim vbi duo idem habētes priuilegiū contendunt de aliqua re: is quidē præsertur alteri qui priuilegiū actu habet, & practicē in ea re, & specie de qua agitur. text. & ibi Bartol. in l. vlti. ff. ex quib. caus. maior. quo in

quo in loco Bart. hoc adnotauit. Nam qui reipublicæ causa abfuerit etiam aduersus eum, qui pariter reipublicæ causa abfuerit, restituendus est, si aliquid damni patiatur. vterque etenim priuilegium habet, ex quo restitutionem si læsus fuerit, petere potest: & tamen qui modò indiget auxilio restitutionis ad reparationem damni, priuilegium habet in specie de qua agitur, & in exercitio, quia læditur: alter verò cum læsus in eadem causa nō fuerit in præsentiarum id priuilegium minimē obtinet. ad idem l. verum. §. pen. idem notauit Bart. in d. auth. quas actiones. Abb. in c. ad aures. de præscrip. idem Abb. in cap. super spoliatione. de ordin. cogn. & in cap. in præsentia. & ibi Felin. nume. 29. de probat. Bald. in dict. l. fina. ff. ex quib. caus. maio. Iason in §. rursus. instit. de actioni. numer. 56. Panor. notab. pen. in cap. auditis. de integ. resti. Sic sanē in specie præscriptionis ecclesia, quæ rem alterius ecclesie præ scribit, non habet in præscribenda illa re, nec in præscriben dis rebus alienis priuilegiū aliquod: ecclesia verò cōtra quam præscribitur priuilegium habet, vt minori spatio quadraginta annorum eius bona, & res minime vsu capiantur: vnde hic nō datur priuilegiorum concursus: quia tantum vnus ecclesie priuilegium huic ne-

gotio conuenit. Cæterum Philip. Dec. in dict. cap. in præsentia. nu. 51. aduersus hanc cōmunem docto. solutionem. expendit text. in dict. auth. de sanctis. episc. §. sed hæc præsentis. quo probatur, habentem priuilegium in specie & re, de qua agitur, non posse vti eodem priuilegio contra eum, qui simile in genere priuilegium iure obtinet. Ecclesia etenim monasterij excludit substitutum ex priuilegio, quod iure habet in specie quoties institutus eiusdem monasterij habitum, & religionem adsumperit, & nihilominus si religioso, qui fuit institutus, substituatur altera ecclesia, hæc à monasterio non excluditur: quia habet in genere simile priuilegium: tamen in specie, de qua controuertitur, tantum agatur de priuilegio monasterij, cuius religionem institutus professus est: non de alterius ecclesie substituta simili priuilegio. Quamobrem ipse Dec. aliam adsumit in hac quaestione conclusionem, existimās in vniuersum rem istam ita definitam fore, vt habens priuilegiū possit eo vti aduersus eum qui simile priuilegiū obtinet, quando potentius est priuilegiū eius qui eo vti vult: vel ex eo quod is agat de damno euitando, alter de lucro captando: quod Bart. admonet in d. auth. quas actiones. Bald. in auth. perpetua. C. de sacrosan.

eccle. Ancha. consil. 36. Abb. in d. cap. in præsentia. super glo. vltim. text. optimus in dict. l. verum. §. pen. vbi Bart. vel ex eo quòd causa concedendi priuilegium fauorabilior est. text. in d. l. verum. §. vltim. & ibi Bald. cum l. sequi. idem Bart. in d. auzhen. quas actiones. vnde Philip. Dec. ob interpretationem minimè conuenientem. §. sed hæc præsentia. hæc posteriorem conclusionem sufficere censet ad huius quæstionis resolutionem. Ego quidè vtranque conclusionem admitterem ad faciliorem rei cognitionem: cum vtraque omnium cõsensu probetur: tamen sciam in dict. §. sed hæc præsentia. responsum esse ab Imperatore non satis iuxta hæc resolutionem: quia nec ex conclusione priori, nec posteriori congrua ratio eius responso cõstituitur. Atque ideo dici forsàn poterit, in ea specie monasterium, quod habet priuilegium excludendi substitutum, non excludere ecclesiam, nec piam causam: non quidem ex eo quòd par sit in eadem re vtriùsq; priuilegium: sed propter præsumptam voluntatem testatoris: quæ cõsideranda omninò est ad decisionem text. in d. c. in præsentia. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. quod nos latius probauimus lib. i. variar. resolu. c. 19. num. vj. & sequi. Ex quibus apparet sitne verum quod scribit Abb. in d. capi. in

præsentia. de probat. num. 37. quem ibi sequitur. Dec. num. 52. assuerans ecclesiam hæredem institutà posse Falcidiam detrudere ex legato alteri ecclesie si res relicto, idè tenent Angel. in d. §. sed hæc præsentia. Sali. in auzhen. qui rem. C. de sacros. eccle. Cum. & Imol. in l. i. §. ad municipum. ff. ad leg. falcid. vbi Alex. asserit, nõ esse ab hac opinione recedendum in praxi. eandem sententiã tenet Abb. in c. cum causam. de præb. Quorum sententia eam rationem habet, quòd priuilegium habens, eo non potest vti aduersus idem priuilegium habentem. l. assidue. ad fin. C. qui pot. in pign. habe. atque ita hæc opinionem communem esse fatentur Decius in d. cap. in præsentia. num. 52. & Vincent. Hercu. in d. §. si ad municipum. col. iij. & vbi dicitur sensit Salice. in d. auth. qui rem. Contrariam opinionem tenuerunt Roma. in auth. similiter. C. ad leg. Falcid. 40. speciali vltimarum voluntatù. idem Roman. & Alex. in l. Marcellus. iij. col. ff. ad Trebel. Alex. & Vincen. in dict. §. si ad municipum. Quibus suffragatur, quòd in hac specie solum ecclesia legataria priuilegium habet: & de eo agendum est: nec ecclesia hæres instituta aliquid in præsentiarù circa deductionem Falcidie priuilegium obtinet: vnde secundù Bart. communiter receptum in d. auth. quas actio.

quas actiones. ecclesia legataria priuilegio vti iure optimo poterit aduersus ecclesiam hæredem institutam ex quo cessat ratio prioris sententia: quæ tamen communis est, & licet eius ratio, qua ipsius auctores vtuntur, tolli facillimè valeat. profectò potior & verior iure videtur, ex voluntate testatoris, ac mente ipsius legis Quid enim obsecro magis cõsonum testatoris & legis intentioni esse potest, quàm quòd ecclesia hæres instituta Falcidiam à legatis omnibus etiam pijs deducat: denique non video præter hanc legis, & testatoris mentem, rationem congruam, quæ communem sententiã fulciat, quandoquidem ea, quæ de pari priuilegio adducuntur, nõ satis conueniunt huic dubitationi. Nam ecclesia legataria in specie proposita priuilegium habet: non ecclesia hæres instituta: quemadmodum ex Bart. ostendimus. nec vlla harum ecclesiarum potentius priuilegium habet: nec agit de damno vitando: cum vtraque de lucro captando tractet: atque ideo posterior resolutio, quam Decius elegit, minimè vergeret contra communem: si Bart. ratio tolleretur: quæ verè tollitur inspecta mente legis, & testatoris: qui sicut potest integrum legatum loco pio, & ecclesie relinquere: ita vtbere poterit quòd ex legatis

pijs Falcidia per hæredè deductur casu, quo legata dodrantem hereditatis excesserint. Neque enim inficiari possumus liberè potuisse testatorem pœnitere: & legatum locis pijs relictum omninò reuocare. Hinc etiã deducitur vera ratio eius quod Bald. tradidit in l. si quis. ff. de pact. quem sequuntur Felin. in cap. dilecti. col. iij. de except. Hippo. in singu. 79. ad intellectum l. nõ tantum. ff. de re iudic. & lex diuerso. ff. solu. matrim. Quibus respõsis apparet, maritum ab vxore dotis ratione non posse conueniri vltra quàm is facere possit, deductis inquam alimentis sibi necessarijs. Etenim hoc à Bal. intelligitur eo casu, quo mulier inops, & pauper nõ sit: alioqui si mulier pauper sit: cum ipsa agat de damno vitando, dotè poterit à marito etiã egeno exigere, vt ex ea percipiat sibi alimentum. Ceterù, vt ad propositã præscriptionis quæstionem redeamus ex h. s. constitutissimù sit, aduersus ecclesiam necessariam esse quadraginta annorù præscriptionem, quod tamen non omninò seruandum est. Nam procedit quoties agitur de præscribendis rebus immobilibus: siquidem res ecclesie mobiles vsucapiuntur triennio. text. in dict. auth. quas actiones. & ibi glo. communiter recepta verb. duranti bus. Spe. in tit. de restit. in integ. §. ij. ver. vt auct. Card.

in clem. j. notab. viij. de sequētra. poss. glo. in can. de reditibus. xij. q. ij. Panor. in cap. cum causam. de emptio. & vend. numer. 10. Innoc. Cardin. & communiter alij sequuntur Abb. colum. iij. in c. j. de in integr. restit. idem notet Ange. Aret. in §. res fisci. institut. de vsucap. Felin. & Balb. statim citandi. Sic & in actionibus personalibus, aduersus ecclesiam sufficere iuris civilis præscriptionem, quæ aduersus priuatos sufficiens est, & hoc quidem in omnibus his actionibus, quæ semestri, biennio, vel quadriennio tolluntur. probat text. in dict. auth. quas actiones. & ibi glo. verb. durantibus. glo. similis in d. cap. cum causam. Ex quibus deducitur, in actionibus, quæ minori tempore decennij iure civili tolluntur, vel præscribuntur, parius esse priuatis, & ecclesijs: quia sicuti & per tempus iure civili statutum excluduntur priuati: ita ecclesijs, cuius rei exempla obuia sunt in actionibus, quanto minoris, redhibitoria, & his similibus. notant Abb. in dict. cap. cum causam. numer. 10. & ibi Burgenfis col. penul. Iason. in dict. auth. quas actiones. nume. iij. v. & colum. penul. Felin. in dict. cap. de quarta. col. vlti. Franc. Balb. de præscrip. v. parte principal. fallent. iij. quorum opinio communis est, & in dict. authentic. quas actiones. expressim probatur.

unde fitv actiones personales, quæ iure civili spatio triginta annorum præscribuntur: non minori tempore quam annorum quadraginta tollantur: cum ecclesijs competunt, iuræque dantur: quod video passim ab omnibus receptum esse. Hostiensis tamen in dict. capit. j. de in integ. restit. aduersus communem opinionem censet, non obstante iuris civilis constitutione, triennem vsucapionem in rebus mobilibus ecclesijs minimè procedere: cuius opinionem Panor. in dict. capi. j. numer. 13. scribit æquior esse, tamen si prior, vt iam meminimus, magis recepta sit: quam & Dinus in reg. possessor. num. 18. probat. Et hæc de ecclesijs inferioribus: nam contra romanam ecclesiam necessaria est centum annorum præscriptio. quod probatur in dict. authen. quas actiones. & capit. ad audientiam. cap. cum nobis. de præscript. canon. memo. xvj. q. iij. modò in præscriptione principale damnum & præiudiciũ fiat romanæ ecclesijs: alioqui si principale damnum inferiori fiat, licet quodammodo ex hoc & romanæ ecclesijs præiudicetur, præscriptio ordinaria sufficit: sicuti inuit ipse romanus pontifex in dict. c. ad audientiam. ibi, principaliter. quo in loco gl. sensit, quòd possit quis tempore ordinario præscribere ius vtile alicuius rei ad-

rei aduersus obtinentem illud à romana ecclesia, quæ directum habet, cuique in ipso directo nõ præiudicatur. Eandem opinionem sequuntur Card. Imo. Abbas & Felin. col. penul. in dict. capit. ad audientiam. Rom. con. 166. col. penultim. Balbus de præscrip. 5. part. princip. column. 6. ver. s. secundo limitat. & esse communem opinionem fatetur Soci. conf. 266. lib. 2. col. 19. tamen si Hosti. Ioan. Andre. & Antoni. in dict. cap. ad audientiam. existimēt adhuc in hac specie requiritur centum annorum præscriptio ipso ipso domino directo ignorante: nam eo sciente, ipse Hostiensis sufficere triginta annorum præscriptionem. text. in cap. j. §. si quis per triginta. si de feudo fuer. contra. quod & Panor. atque Imol. concedunt, Hostiensis distinctionem sequuntur in quo aduertendum est, quia si dominus directus receperit à Feudatario feruitia, aliæque directi dominij iura per triginta annos nullam poterit allegare ignorantiam, & ideo quò ad vtile dominium præscriptio triginta annorum sufficet: iuxta glof. & communem: quæ etiam sequuntur Iason in l. j. column. penulti. C. de seru. fugit. idem Iaso. in l. vlti. C. de sacros. eccle. col. 6. Angel. & Imol. in l. vsucapionē. ff. de vsucapion. Abb. conf. 18. & conf. 62. lib. 2. col. vltim. & Aymon Saulli. in tractu. de antiquit. tempo. 4. parte. §. absolu-

tis. numer. 27. & 28. Quòd si cõtigerit vera ignorantia domini directi, non sufficet hæc præscriptio: quia ipse valeat contra dicere, & hunc præscribentem vtili dominio priuare: cū non cogatur dominus directus nouum feudatarium inuitus admittere: quemadmodum Hostiē. Ioann. Andr. Anto. Abb. & Imola in dict. capit. ad audientiam. Soci. in dict. con. 266. significauerunt, & asserere videntur. Eadem ratione res ecclesijs, quæ exempta est, & immediatè subiecta romanæ ecclesijs, possunt præscribi tẽpore ordinario: nec est necessaria centum annorum præscriptio. glof. singularis in cap. volumus. 61. q. 4. Abb. num. 12. & Fel. col. penultim. in dict. capitul. ad audientiam. vbi Imola scribit, hanc opinionem communem esse. idem tenent Panormi. in cap. cum dilecta. col. 1. de cõfir. vlti. vel inulti. Bart. in l. cum sponsus. §. in vestrigalibus. ff. de publicia. Francif. Balb. in dict. 5. part. princip. col. 6. ver. s. cum do limitat. qui latius expendit, & examinat regulam istam, quæ diffinitum est aduersus ecclesiam romanam necessariam esse centum annorum præscriptio nem. Quod ius Imperator Iustinianus eidem tribuerat Nouella constitutione decima: quæ & eidem concessum est alijs ecclesijs quibusdam. Eam verò legem idem Iustinianus simpliciter reuocauit constitutione centē.

centesima vndecima, ita quidē, vt mihi minime videatur ius, quod romana ecclesie tribue rat, abrogasse: cum eiusdem romanae ecclesie non meminerit.

Quam ob rem nō temerē, ex ceptionem illam centenariae praescriptionis aduersus ecclesiam romanam addideritis, qui authenticum quas actiones. Codicis titulo adiecerit. Etiam si Balduinus in Prolegomenis, id vitio vertat, ac tribuat. Hac verō in parte oportune ꝑ tractitur, quod tempus sit necessarium ad praescribendas res principis secularis. Cuius quaestiois ex animi praemittendum est: res principis posse multifariam considerari, aut enim sunt res fisco principis delatae, vel adquisitae: aut res ad principem in recognitionem supremae potestatis pertinentes: aut in signum dignitatis principalis eidem principi praeseruat: aut sunt eiusdem principis, vt principis propriae: sunt item alia quae principis sunt, non tamen vt principis, sed vt priuati: nempe ipsius principis patrimonium quod segregatum est, & distinctum ab his rebus, quae sunt propriae principatus, & regni, vel imperij. His denique quinque modis distinctione praui adnotatis, erit facilis huius controuersiae resolutio. Res quidē fisco principis delatae, vel iam ex delatione adquisitae praescribuntur eo modo, quem ipse adnotauit in epitome quarti Decre-

talium. 2. part. capitul. 6. §. 8. nu. 16. quo in loco probauit, quo tempore praescribantur res delatae fisco ex crimine haereticis, vel ex commissi causa ob non solutum vectigal. Item quo tempore res iam ex quacunque causa fisco adquisitae, bona vel mala fide vfucapiantur. Etenim inibi probauimus, res delatas fisco seculari ex causa haereticis, vel ex causa commissi ob non solutum vectigal vfucapi etiam mala fide per quinquennium: & idem in bonis fisco delatis ob crimen lese maiestatis humanae. l. ij. C. de vecti. & commis. Bart. in l. ij. C. de apostat. glo. in l. Manicheos. C. de haereticis. tamen in his Hispaniarum regnis adhuc in praescribendis rebus fisco seculari delatis ob crimen haereticis, seruanda sit constitutio text. in cap. ij. de praescript. in 6. quae latius explicauimus in dict. §. 8. num. 16. Quod si res ex his causis fisco non fuerit delata, sed ex alijs, vfucapitur nondum facta demutatione per viginti annos, bona tamen fide. l. in omnibus. ff. de diuers. & temp. praes. sed si addit titulus aliquis, decem anni sufficient. l. quamuis. ff. de vfucapio. facta tamen demutatione sufficit quadriennium. l. j. C. de quadri. praescript. quem admodum Bart. resoluit in dict. l. in omnibus. Imol. in dict. l. quamuis. Angel. in §. res fisci. Inst. de vfucap. Abb. in cap. Cum nobis. col. pe. nult. de praescription. & Boerius quae. 10.

quaestio. 264. numero 20. & sequentibus. explicat Dinus in reg. possessor. numer. 16. de reguli. iur. Balb. item de praescript. 2. part. v. partis principalis: quorum distinctio magis communis est. Ea verō bona, quae fisco ob quodcumque crimen fuere non tantum delata, sed & per sententiam tradita: non minori quadraginta annorum spatio & bona fide praescribuntur. l. omnes. C. de praescript. trigint. vel quadragint. annorum. Bart. Imo. & Angel. Aretin. in locis paulo ante citatis.

¶ Secunda rerum species eam legem & conditionem habet, vt in eis locus non sit vlli praescriptioni: siquidem ea, quae principi debentur in signum, & recognitionem supremae potestatis, & subiectionis, praescribi non possunt: vnde tributa, & census, qui principibus solui debent, nō possunt praescribi: nec vlla praescriptione ab eorum solutione quis excusari poterit. l. comperit. iuxta Baldi adnotationē C. de praescript. trig. vel quadragint. annorum. notant Abb. in cap. cum nobis. & in capitul. ad audientiam. de praescript. Balb. in tractat. de praescript. 2. part. q. 1. regia. l. vlt. titu. 13. l. b. 3. ordinat. vnde potest illa quaestio examinari, ꝑ an subditi alicui principi possint praescribere immunitatem a solutionibus non quidem tributis, & censibus, sed indictionibus, & superindictionibus: quae non soluuntur in recognitionem potestatis supremae, & subiectionis: sed pro expensis alicuius belli imminuentis, aut pro alijs ipsius principis subleuandis necessitatibus: tamen in hac re adnotanda duo: Primum nō esse tractandum de praescribenda nobilitate, ex qua iure regio competit immunitas ab his oneribus soluedis, sicut & competunt alia privilegia: sed tantum agendum esse, an possit quis etiam in ceteris plebeis praescribere libertatem a solutione harum indictionum, & onerum. Secundō aduertendum est quaestioem istā examinatam fuisse per Aymon. Sauilli. consili. 111 Qui censet. hanc libertatem praescribi posse aduersus ciuitates, & vniuersitates, quae habent ius haec onera indicendi: cuius sententiae auctores sunt Panormit. consil. 94. libro primo, & consil. 26. colum. 2. libr. 2. Paulus de Castro consil. 313. lib. primo Corne. consil. 43. colum. 1. lib. 2. & consil. 22. colum. v. libro tertio & consil. 142 eodem libro column. penultim. quibus in locis Corne. existimat, sufficere tempus quadraginta annorum, quo quidem tempore a praescribente non fuerint soluta onera publica ipsius ciuitatis, quae ab alijs soluta sint. idem tenuerunt Baldus consilio 112. colum. vltima libr. secundo idem consil. 257. eod. libro. Curtius Iunior consilio quadragesimo secundo colum.

penul. & consil. 177. col. 4. ad finem: quos ipse Aymon sequitur in dict. consil. 111. num. 12. qui nu. 21. & sequentibus contendit in præscriptione huius libertatis non esse necessarium probare quod præscribens fuerit interpellatus ad horum munerum præstationem, & eam negauerit, ac deinde tempus legimum ab hac negatione tranierit: contra Alexand. in consil. 136. nume. 19. lib. 2. ubi expressim contendit, ad præscriptionem huius libertatis, & immunitatis esse necessarium præmittendam interpellationem, & eius contradictionem: adducit Alexand. l. cum scimus. & ibi Bart. C. de agricol. & censit. l. 11. & Bar. in l. in filijs. C. de decurion. lib. 10. eandem opinionem Alexandri sequuti sunt Curtius Junior consil. 60. col. penult. Antoni. Rube. consil. 21. col. 2. à quibus & ab Alexandro in suis disceditidem Aymon Saluillianus in tracta. de antiquit. temporis. 4. parte, cap. circa præmissa. numer. 36. & 38. respondetque in dict. consil. 111. nu. 21. ad l. cum scimus. dicens, inibi tantum requiri ad præscribendam libertatem. seruitus ex non usu, quod uenerit casus, quo potuit ea seruitus in usum deduci, & non fuerit deducta. l. & Attalicinus. ff. de seruit. rust. præd. l. si partem. §. si per fundum. ff. quæ ad. seruit. amit. l. mol. & Alexand. Inolentis in consil. 30. lib. 5. nu. 12. scribit, satis esse ad præscri-

bendam immunitatem istam à solutione onerum, & indictio-num quod quadraginta anna transierint, quibus onera ista non sunt à præscribente soluta: cum tamen eodem tempore fuerint publicè ciuibus indicta: quod quidem Alexand. responsum Iason sequitur in consil. 205 lib. 2. colum. vlt. & consil. 25. lib. 3. colum. 2. & consil. 301. lib. 4. unde apparet aduersus ciuitates posse præscribi hanc immunitatem à solutione munerum, & in dictio-nam per quadraginta annos. Quid igitur dicendum de hac præscribenda immunitate aduersus Regem, & principem, pro quo adest iuxta huius regni pragmaticas sanctiones in hinc muneribus & indictio-nibus ab omnibus in uniuersum soluendis præsumptione, & que restit volenti se ab his oneribus eximere? Huius sanè quaestio-nis dissolutio constabit ex his, quæ statim dicentur. Nam, tit. l. 6. tit. 29. part. 3. in specie respondet in his, & alijs, quæ uere reditus Regi præstantur: non esse admittendam præscriptionem. Ex his uero, quæ in hac secunda specie diximus, constat, non posse per subditum aduersus principem præscribi summam illam, & supremam iurisdictionem, quæ in eo versatur, quod ab omnibus inferioribus iudicibus ad principem appelletur. Hæc enim principi competit in signum supremæ iurisdictionis potestatis

potestatis, & subiectionis recognitionem, secundum Bald. in authen. quas actiones. C. de safran. eccle. nu. 14. Qua de re extat apud nos pulchra regia l. vj. tit. 12. libr. iij. ordinatio. quæ expressim vetat huius supremæ iurisdictionis præscriptionem: ita quidem, ut nullus Dux, Comes, aut Marchio possit præscriptione acquirere, ne ab eo ad Regem appelletur. Non melat frequentiori doctorum calculo probari, posse subditum alicuius principis secularis exemptionem præscribere eo quidem sensu, ut nulli subiectus sit, neminemque nec Imperatorem ipsum, eiusve potestatem recognoscat: quod ipse tradidi in regu. peccatum. de regu. iur. in vi. part. ij. §. ix. nu. ix. Et tamen id obtinet, quia hic gerit libertatis, & exemptionis negotium, nec se cuiusquam subditum esse profitetur. At si quis professus sit, ac denique non inficietur, se alteri principi subditum esse, hic nullo modo potest præscriptione aliqua acquirere, quod ab eo ad supremum principem non appelletur: nec potest summam illam, quam uere agnoscit, iurisdictionem, effugere: esset etenim hoc absurdum, quæ admodum docet Oldradus cõ sil. 172. col. j. & idẽ. 244. col. ij. & consil. 154. col. j.

¶ Tertia species constituitur ex his, quæ non debentur principi in signum supremæ pote-

statis, & subiectionis recognitionem: sed tamen principi ratione dignitatis præseruantur, & competunt ita, ut nullus ea præter principem expedire possit. ut tabellionum infirmitio, vectigalium inductio, illegitimorum legitimatio, & his similia, quorum mentio fit in c. super quibusdam. §. præterea. de verb. signi. & per doct. inibi, & in c. j. quæ sint regalia, lib. Feudorum. Hæc quidem acquiruntur per inferiorem à principe præscriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat. tex. in d. c. super quibusdam. §. præterea. ex quo id passim doctor. adnotarunt, præsertim Panor. inc. ap. cum nobis. colum. j. de præscriptio. Bartol. in l. si publicanus. §. vlti. ff. de publica. A. bb. in c. cum contingat. colum. v. de foro competen. Alexand. in l. more. ff. de acquir. hæredita. col. ij. Areti. consil. o. dubio iij. Dec. consil. 341. colum. penul. & consil. 496. col. ij. latissimè Balb. in tractat. de præscriptio. ij. par. v. partis principalis. q. iij. Ex quibus tandem constat, hanc optionem communè esse: atque ita fatetur præter alios Iason in l. imperium. nu. 20. ff. de iurisdic. omnium iudic. ubi meri imperij, quod principi tantum competit, mentionem agens scribit, posse id acquiri per præscriptionem eius temporis, cuius initij memoria humana non

est. Nec minoris temporis præscriptio sufficit ad hæc acquirèda: cum in his præscriptio sit pro ipso principe, & cõtra præscribentem vehemèns quidem, & resist. ns horum iurium absq; principis madata exercitatio: id eõq; vel est necessaria præscriptio eius tẽporis quod memoriam hominũ excedat, vel quadraginta annorum cum titulo: iuxta dictionem tex. in c. j. de præscriptio. in sexto, cuius ipse mentionem fecit, & intellectum examinaui libro primo, variarum resolutionũ. capi. 17. Sed dubitatur à plerisq; sine ad hanc præscriptionem immemorabilem necessaria ipsius principis scientia, & patientia: quare oportet memoria repetere quæ diximus in §. præcedenti, & præsertim in principio huius secundæ partis numer. viij. & sequen. Nam iuxta opinionem eorum, qui præscriptioem immemorabilem admittunt in iuribus incorporalibus absque scientia, & patientia, itidem dicendum erit in hac quæstione, quã modò tractamus, non esse necessariam scientiam principis, nec patientiam. At si è diuerso contrariam opinionem recipiamus: dubiò procul erit necessaria principis scientia, & patientia. Sic sanè, vt in dicto numero octauo, ad finem adnotauimus, in his erit necessaria præter tempus immemorabile scientia, & patientia prin-

cipis: idque præmittit Albas in capitulo cum nobis. col. ij. versicu. circa hanc particulam. & col. penulti. versicu. quædam sunt iura. de præscriptioibus, quem sequitur Aymon in tractatu de antiquitate temporis iij. parte, capitulo absolutis. numero 17. Ex quo falsum esse videtur quod adnotauit Bald. consilio 242. libro secundo. & sensit Alexand. consil. 24. lib. v. colum. v. versiculo bene facit. quibus in locis vterque tenet, in his, quæ principis dignitati reseruata sunt, quæq; alius præter principem agere nequit, sufficere præscriptionem quadraginta annorum, modò accesserit huic præscriptioni scientia, & patientia principis. Frenim hoc falsum est. Nam si scientia est necessaria ad acquirendam, quasi possessionẽ, sine qua præscriptio nõ procedit, hæc omninò exigitur siue sit re ipsius, cuius initium memoriam hominum excedat, siue minus. At si præscriptio contingat in his, in quibus contra præscribentem est vehemens, & constituta iuris præscriptio, non sufficit nec quasi possessio, nec minus tempus, quã sit illud, quod hominum excedit memoriam: nisi titulus præscriptioni causam dederit: vt probatur in dicto capitulo primo, de præscriptionibus in sexto. Multò magis hac in re non est admittenda Iasonis sententia in Imper-

in Imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicũ, numer. 22. qui censet, sufficere triginta annorum præscriptionem ad acquirendum merum imperium: vbi accesserit præscriptioni scientia, patientiaque ipsius principis. Merum enim imperium plura continet iuxta communem doctorum interpretationem, quæ principis dignitati referuntur: id eõque non erit sufficiens præscriptio triginta annorum ad eius acquisitionem. Præsertim tempus istud minimè sufficiens erit, si præmittamus in his ferè rebus acquirendis dari quasi possessionẽ discontinuam, quæ requirit regulariter tempus, cuius memoria penes homines nõ sit. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua. quotidiana. & æstua. tametsi hæc ratio posset tolli ex his, quæ ipse tradidi in lib. j. variarum resolutionum. capitul. 17. numer. x. & sequentibus: cum ex inibi adnotatis appareat, pleræque ex his, quæ dignitati principis cõpetunt, nõ habere causam discontinuã, sed potiùs continuã: & præterea non omninò verum esse quòd in præscribendis seruitutibus habentibus causam, vel possessionẽ discontinuã sit necessarium tẽpus illud, cuius initium memoriam hominum excedit.

9 ¶ Quarta species † ea cõprehendit bona, quæ principis, vt principis sunt: vt pote, quæ re-

giæ coronæ competunt, & eius propria sunt: & tamen possent esse iure communi alicuius priuati: qualia sunt prata pascuorum, saltus, ferarum viuaria, prædia rustica, & vrbana: quæ quidẽ non fuere principis hisco propter aliquod crimẽ delata, nec tradita. horum bonorum, & eorum quæ sub quinta specie traduntur videtur meminisse regia l. j. titul. 17. part. ij. In his quidem rebus sub hac quarta specie contentis quidã censent, non esse admittendã præscriptionem minorem centenaria. huius opinionis Authores sunt gloss. in authen. de non alienandis, aut permutandis. vt autem lex. verb. Nec multum. Angel. & Baldus in l. ij. C. commu. de vsucapio. Bal. in l. j. col. ij. C. de annali exceptio. Bald. idem in l. scut. C. de præscriptio. triginta annorum col. vlti. Alexand. consil. 24. lib. v. numer. 14. Felin. in capitul. ad audientiam. numer. 22. de præscriptio. Alexand. consil. 84. numero ij. li. j. Matthæus Afflict. in constitutio. Neapolit. lib. iij. rubric. 31. constit. Quadragena lem. numer. iij. & v. Iserna in rubri. de prohibi. feud. alienat. per Federic. §. præterea. nu. 17. Verum Nicolaus Boerius quæstione 264. numero 25. expressim asseuerat contrariam sententiam cõmunem & veriore esse, adiciens, præscriptionem illam, cuius meminit l. vltima

C. de sacrosanc. eccles. ad quadragenariam omnino iure no uo redactam fuisse: idque scribit communi omnium consensu receptum esse. in hoc tamen ultimo improbat Boerij sententiam Aymon Sauillianus in tracta. de Antiquit. temp. iiii. parte. c. Absolutis. nu. 37. Quāobrem in huius questione examine aliquot discriminatim, & distincte adnotanda sunt.

¶ Primum quod lex vlti. C. de sacrosan. eccles. statuens, nullā prescriptionem centenariam minorem admittendam esse aduersus ciuitates, ecclesias, hospitalia, & causāsque pias in his rebus, quæ vel testamento relictae, vel venditæ, vel donatæ fuerint: tātum sit correctā quod ad ecclesias, monasteria, hospitalia, & similia: nō tamen quod ad ciuitates: quæ quidem sententia probatur in authen. quas actiones. per quam correctio inducitur, & tamen ea constitutio solum de ecclesijs, nō de ciuitatibus tractat, atque ita isthęc interpretatio communis est, si cuti restantur Iason in dict. authen. quas actiones. nu. 2. Aymon in dict. numer. 37. idem latius in principio quartę partis. nu. 99. & sequentib. Quo fit, vt manifestus fuerit lapsus Boerij hac in re dum contrariā sententiam existimat communē esse.

¶ Secundū illud, ni fallor, certissimi iuris est, in illis casibus specialibus, quos Imperator in

dict. l. vlti. tradit, aduersus principem necessariam esse centenariam prescriptionē, nec minorem sufficere: quo in sensu accipienda est gloss. in dict. s. vt autem lex. cum his authoribus, quorum paulō antē post eam memini. Etenim si ciuitati in illis casibus ius hoc datū est, maiori, aut saltē eadem ratione, idem principi datū esse censendum erit. Et præter Angel. & alios modō citatos, hęc sententiam tenuerunt Bart. in l. in omnibus. ff. de diuers. & tempor. præscript. Alberi. & Imol. in l. quāuis. ff. de vsucap. Abb. in cap. cum nobis. col. penult. de præscript. Angel. in s. res ficit. In fit. de vsucap. Socin. cōsil. 86. col. vlti. versi. Quinō hęc cōclusio. lib. j. Aymon in dict. quarta parte, c. absolutis. n. 40.

¶ Tertio in his rebus, & bonis, quæ fisco principis, vel ratione criminis, aut ob veltū nō solum, similive causa deferuntur, opinor non esse necessariam centenariam prescriptionem: sed eam sufficere, quę in prima specie à nobis superius tradita fuit. Quod ex Barto. in dict. l. in omnibus. & in quorū modō meminimus palam deducitur. Qui denique in hoc tractatu de prescriptionibus expressim distinguunt casus in d. l. vlt. nominatos, ab his rebus, quæ principis fisco ex lege deferuntur.

¶ Quarto ex præmissis deducitur, ex-

citur, extra casus in dict. l. vlti. ab Imperatore nominatos, principem, eiusque fiscum minime gaudere centenaria prescriptione: sed tempus quadraginta annorum regulariter ad præscribendum, aduersus principem sufficere. l. omnes. C. de præscript. trigint. vel quadrag. annor. nisi aliud lege regia, aliāve constitutione speciatim cautum fuerit. Quod colligitur ab his, quæ in hac vltima quatuor assertionibus distincta resolutione adnotabimus: & probat optimē Aymon in dict. cap. absolutis, num. 40. & sequentib. quem legito ad interpretationem dict. l. vlti. Sic extra casus in dict. l. vltim. nominatos aduersus ciuitates quadragenaria præscriptio sufficit & necessaria est, ex d. l. omnes. Idque adnotarūt Alexan. consil. 16. num. 24. lib. v. Areti. con 154. col. vlti. Balbus de præscriptio. iij. parte v. partis principis. quæstio. 1. regia l. vij. titu. 29. partit. iij. cui ad del. iij. & v. titu. 28. ead. part. atque omnino legito Roder. X Suarez allegat. 15. Quamuis glo. Ang. Bald. & alij in vniuersum responderint aduersus principem secularē non esse admittendam prescriptionem minorem centenaria: sicuti nec cōtra romanam ecclesiam: quam opinionē reprobant Henric. in c. si diligēti. de præscript. & Guido Papę. q. 416. qui post Henric. col. vlti.

extra casus dict. l. vlti. quadragenariam prescriptionem aduersus principem regulariter exigit. Vltima species de his rebus agit, quę principis proprię sunt: nō tamen ea princeps habet iure principatus: sed vt priuatus: quipp: qui ea habuerit priusquam princeps esset: vel ea iure priuato adquisierit. Et certē in his rebus aduersus principem admittitur præscriptio ea, quæ aduersus priuatū iure est admittenda: secundum Bald. in l. ij. in princip. C. communia. de vsucap. cuius opinionem pluribus comprobat Aymon in dict. iij. parte. de antiquita. temporis, cap. absolutis. nu. 33. & 34. præsertim ex gloss. in cap. possessiones. xvj. quæst. iij. quæ voluit, res patrimoniales clericorum præscribi eo tempore, quo res laicorum præscribuntur: cum nō gaudeant priuilegio rerum ecclesiarum: cuius gloss. opinionem frequentissimo interpretum suffragio probatam sequitur Roma. in gu. 451. Salycę. & Iason in dict. authen. quas actiones. ad finē. eiusque & nos meminimus libro j. variar. resolut. c. iij. nu. iij. tametsi Guido Papę in dict. q. 416. in his rebus præscribendis quæ princeps, vt priuatus obtinet, necessariam esse asseueret quadraginta annorū prescriptionem, post Henricum in d. cap. si diligēti. col. vlti. ex dict. l. omnes. Horum verō sententia

tia omninò referenda est ad ea bona, quæ per principem iure, & titulo principatus possidentur: licet ea non sint principibus propria iure supremæ dignitatis, cum possent & à quo libet priuato possideri, & adquiri: sicuti superius distinximus penultima specie.

Ex §. sequenti.

- 1 Iurisdicctio, & mixtum imperium prescriptione possunt adquiri.
- 2 Consuetudo & prescriptio differunt.
- 3 Iurisdicctio, merum, & mixtum imperium in præiudicium principis non adquirantur minori tempore quam eo, cuius initium memoriam hominum excedit.
- 4 Regia constituto vltima, tit. 13. libro iij. ordin. de prescriptione iurisdictionis examinatur.
- 5 Iurisdicctio in præiudicium inferioris à principe prescribitur tempore ordinario.
- 6 Latè discutitur differentia inter prescriptionem immemorabilem, & centenariam.
- 7 Quo pacto probatur immemorabilis prescriptio. Et ibi intellectus Tamina constitutionis.
- 8 Quomodo probetur centenaria prescriptio.
- 9 An sit satis ad probationem centenarie, quod immemorabilis legitime probetur.

§. Tertius.



E iurisdictione autè, an ea possit adquiri prescriptione frequèntissimè contro-

uertitur: ac tandem omnium còsensu receptum est, & merum mixtum imperium, iurisdictionem criminalem, & civilem prescriptione adquiri possunt. Hinc opinionem probauerunt Barto. in l. j. §. denique. ff. de aqua quotidiana. & æstiva. atque inibi Imola & Roma. Bald. in l. j. c. de emancipatio. libero. Panormita. col. iij. & ibi omnes in c. cum contingat. de foro compet. Bart. Albericus, & alij in l. imperium. ff. de iurisdicct. omnium iudicium ubi lafon præcreterius nu. 20. faretur hanc opinionem communem esse. idem asseuerat Balbus, de prescript. v. part. princip. ij. part. quæst. iij. Nam in citandis huiusce partis authoribus minimè immorabor: quippè qui videam ab alijs id negotiù diligenter expeditum esse: & deinde quia dubidè procul certissimum esse opinor hanc opinionem communem esse: cuius item meminit Ioan. Lupi. in c. per vestras. ij. notabili. §. j. nu. 27. ex antiquioribus Oldra. consi. 254. la cob. à Bello visu in authen. de defensoribus ciuita. §. nullam. Pro huius opinionis probatione adducitur text. in c. irrefragabili. §. excessus. de offi. ordi. & in c. cum contingat. de foro compet. & in l. viros. C. de diuers. offic. libr. ij. ibi tamen de consuetudine mentio sit, non de prescriptione. Etenim consuetudo iurisdictionem dare potest glo.

potest glo. in c. quanto. de officio ordi. vlti. C. de emancipatio. libero. glo. in c. conquestus. ix. quæst. ii. glo. Bart. & doct. maxime lafon nu. 42. in l. morem. ff. de iurisdicct. omni. iudic. idè lafon in l. iij. nu. 34. ff. de acquirend. poss. text. & inibi late Feli. in c. auditus. de prescript. Balbus in tracta. de prescript. ii. parte. col. vij. Rochus Curtius in c. vlti. m. de consuetu. folio paruo. 17. col. iij. non ex hoc necessaridè ducitur idem dicendum esse de prescriptione: & cum multisam consuetudo & prescriptio differant, quemadmodum tradidit gloss. Panormita. & alij còmuniter, presertim Rochus folio 44. in dict. cap. vlti. de consuetu. Francisc. Balb. de prescript. j. parte. quæst. o. Abbas & docto. in c. cum ecclesia. de caus. posses. & propriet. omnium latissimè Aymon sauilha. de antiquita. temporis. iij. parte in princip. Potissimum verò discrimen est: quòd consuetudo ex communi, & promiscuo vsu ius constituit, & ad quirit omnibus eius regionis, aut populi ciuibus, nec alicui specialiter prodest, nec nocet. vnde nec certus est aliquis qui prescribat, nec contra quem prescribatur. At prescriptio certum vsum habet illius, qui prescribit, eique vtilitatem, & ius priuatum acquirit: & deinde contra quendam priuatum instituitur, & dirigitur, ad eius

priuatum incommodum: sicuti eleganter explicant Abb. & Cardin. quæst. viij. in dict. c. vlt. Corne. consi. 268. col. v. libr. iij. Aymon in dict. iij. parte. de antiquita. temporis. vij. differètia, nu. 21. Deci. consi. 134. col. fina. vnde si quis priuatus aduersus aliquam vniuersitatè quidquid vsu temporis quæserit, hæc erit vera prescriptio. Sic vbi vniuersitas è contrariò quid per sum induxerit contra priuatum: eadem ratione prescriptio dicitur. Item si vniuersitas aduersus aliam vniuersitatè ius passèdi intra illius limites adquirere tentauerit prescriptio propria. Quod si vsu promiscuo duarum vrbium vicinarum inductum fuerit, vt absq. vlla distinctione vtriusq. oppidi agrifint compascui, & communia pascua vicinis & oppidanis: hæc verè consuetudo dicitur. Hinc ipsè infero, probari omnino iurisdictionem adquiri posse prescriptione in loci paulò ante citatis. Nam etsi inibi fiat mètio consuetudinis: profectò illa consuetudo proprius, & apertius prescriptio dicitur. Sed præter hæc communis sententia doctorum in d. l. Imperiù. planè deducitur ex ea resolutione, quam tradidi proximo §. vltima eius parte. Etenim vteunque iurisdictione, merum, & mixtum imperium ad principem pertineant, ea prescriptio adquiri posse satis ma-

nifestum fecimus: omiffa illa fuprema recognitione, quę per fubditum præfcribi nõ potest. Igitur conflituiffimũ fit, iurisdictionem ciuilem, & criminalem, merum, ac mixtum imperiũ, ficut & alia, quę principis propria funt, & ad principem pertinent, præfcriptione acquiri poffe. An verò fit neceffaria principis fcientia, id conflabit ex his, quę adnotauimus in hac ij. part. in prin. nu. viij. & fequentibus. Et hæc vera funt, tametsi l. vi. titul. 29. par. ij. expreffim voluerit, iurisdictionẽ præfcriptione acquiri nõ poffe. Ea etenim conflitutio erit interpretanda iuxta eã refolutionem, quę paulò poft tradetur.

¶ De tempore autem ad iurisdictionis præfcriptionẽ, vel ad meri & mixti imperij acquisitionem fatis controuertitur inter vtriusque iuris interpretes. Ego verò id conabor efficere, vt huius quæftionis, & nodi expedita fit difolutio. Et in primis illud erit obferuandum, quod iam femel in proximo §. admonuimus, ¶ iurisdictionis, meri, & mixti imperij, fimiliũ que iurium quafi poffeffionẽ potius habere caufam continuam, quàm difcontinuam: iuxta Bartol. fententiam in l. iusto. §. non mutat. ff. de vfucapionibus. qua communiter recepta est. Quia hæc iura perfonis ipfis cõpetentia retinentur continuo animo: ideòque

hac in parte tractandum non est de tempore, cuius initium memoriam hominum excedat, ea ratione quòd quafi poffeffio difcontinua fit, & tunc tempus hoc requiratur fecundum gloff. & communem in l. feruitutes. iij. ff. de feruitu. cum hic detur quafi poffeffio continua, ficuti in fpecie adnotarunt Bald. in l. j. C. de emanc. liberor. numero 20. & in difta l. imperium. in rep. numero 13. & in confl. 439. libro iij. Ancha. confl. 142. numero 11. Et alij plerique frequentiffimè. His denique prænotatis fit prima cõclufio. Merum imperiũ, aut iurisdictione, cum aduerfus principem præfcribenda est, inque præiudicium principis, cui iure competit, non minori tempore acquiritur quàm eo, cuius initium memoriam hominum excedat, vel quadragenario, titulo tamen præmixto. Hæc assertio duas habet partes, quarum prior probatur ex eo quòd merum imperium plura contineat, quæ ad fupremam principis dignitatem fpeciali quodam iure pertinent. Quorum acquisitio neceffariò exigit tempus illud, cuius initium memoriam hominum excedit. capitulo fu per quibusdam. §. præterea. de verborum fignificatione, vel quadraginta annorum, præmixto titulo: ficuti tradidimus §. præcedenti. numero octauo, verficulo

verficulo tertia fpecies. reliqua verò quæ ad iurisdictionẽ caufarum criminaliũ, & ciuiliũ attinent, ita propria principis funt, vt nemini conueniãt, nec competere præter quàm ipfi principi valeant: in quibus præfumptio principi fuffragatur, ac cæteris aduerfatur omnino. Nã iurisdictione tota ipfius principis est, nec fine ipfius mandato per aliquem exerceri potest. l. j. ff. de conflit. princip. notant docto. in l. j. ad finem. ff. de iuridict. omn. iudic. Andreas Ifernina in proœmio conflitutorum neapolita. & ibi Matthe. Afflictus quæst. iij. regia l. j. & ij. titu. j. lib. iij. ordinar. vnde iure ordinario, & iuris maxima præfuppofitione intra totius regni limites iurisdictione Regis eft ita quidem vt ciuitatibus, ac populis nobilibusque quacunque dignitate præditis obftet hæc iuris præfumptio, quæ Regi patrocinarur. atque ideò in præfcribenda iurisdictione, eaque adquirenda obferuanda est conflitutio text. in cap. j. de præfcript. lib. vj. cuius lib. j. variar. refolut. cap. 17. num. vij. mentionem fecimus. Ex quibus & pofterior conflutionis pars fatis est confirmata: ac denique fententia eorum probata qui exiftimãt, merum imperium aduerfus principem nõ poffe præfcribi aliter quàm per tempus, cuius initium me-

Paul. de Caft. adnotauit in d. l. imperium. col. vltim. & alij paffim item obferuarunt. Qui tamen hoc intelligunt circa ea, quæ principi referuata funt in priuilegium dignitatis: quod nemini dubiũ effe potest: per c. fuper quibusdam. de verb. fign. cuius nos fæpiffimè meminimus. Sed ipfe latiore conflituti aflertionem: ex qua opinor ad præfcribendam quacunque iurisdictionem aduerfus principẽ eius quafi poffefforem, neceffaria fore temporaria, quę continentur expreffim in cap. j. de præfcripti. in vj. ea quidẽ ratione quòd iure communi, & regio præfumptio fit maxima, quæ diftat iurisdictionem principis effe, nec ad aliũ abfque principis permiffione poffe pertinere. vnde præfumptio, quod iam fatis admonui, principi fuffragatur, cæteris vero contraria est. idẽmque fenfit Ioan. I. upi. in ca. per veftras. de donat. ij. notab. §. j. num. 43. effe & pulchra l. iij. titu. j. libr. ij. & l. vij. tit. 14. lib. iij. ordinar. quæ expreffim aflerit, quòd ad iurisdictionem ciuilem, & criminalem iuris communis præfuppofitione Regi patrocinarur: cæteris autem cõtrariam effe. Hinc denique examinanda est regia conflitutio ab Alfonso Rege Compluti condita, ¶ Aerea Cęfaris millefima trecentefima octuagefima fexta. titu. 27. l. ij. quæ refertur lib. iij. ordi. tit. 13.

Lvl. cuius tres ipse constituam partes. Prima etenim satis euidenter probat, iurisdictionem civilem, & criminalem posse adquiri per nobiles, aliosque eam proprio nomine exercetes per tempus, cuius initium hominum memoria excedat. etiam si titulus aliquis huius iurisdictionis, & usus minimè probatus fuerit: quia in parte regia lex dicitur quod nos modo asseuerauimus, iurisdictione civile, vel criminale non posse adquiri minori tempore quàm sit illud, cuius initium memoriã hominum excedit. Igitur sat ex ea lege constat, id statutum fuisse propter præscriptionem iuris communis, quæ Regi propitiã est, alijs verò refragatur ideòque tanti temporis usus necessarius est. cui quidem constitutioni ad stipulatur hæc prima conclusio: & præterea Pauli Castrensis theoricã in d. l. imperium. col. vlti. quæ habet, non posse minori tempore, quàm eo, cuius initium memoriã hominum excedit præscribi ea, quæ absque principis concessione exerceri non possunt. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & assi. Sic & Bald. in dict. l. imperium. in repetit. num. 13. asserit, merum, vel mixtum imperium non posse adquiri contra principem in eius præiudicium aliter quàm per tempus, quod appellant immemorabile. idem post Gulic. de Cuneo tenet ibi

Alber. num. 4. atque ita hanc opinionem, quæ eadè est cum prima conclusione, asserit com mune esse Gaspar Lusitanus in d. l. imperium. col. 38. mo in specie Curt. l. iunior consi. 47. num. 26. ostendit communem esse opinionem: quod nec iustus imperium nec simplex iurisdictioni præscribatur minori tempore, quàm eo, cuius initium memoriã hominum excedit. Eadem tamen ratione in specie constitutionis regie sufficeret loco immemorialis præscriptionis quadraginta annorum usus cum titulo eius qui concedere eum vtilis poterat. text. in dict. cap. j. de præscript. in vj. Secunda pars regie legis probat, iurisdictionem criminalem posse præscribi etiam contra principem, & in eius præiudicium centenaria præscriptione non minori. Hæc verò decisio deduci potuit à Nouella Iustitiani in authentic. quas actiones. C. de sacrosan. ecclesi. qua sancitum est, non esse admittendam contra romanam ecclesiam præscriptionem minorem centenaria, quam & ad præscriptionem iurisdictionis Bald. inducit in l. ij. C. de seruitut. & aqua. q. vj. num. 25. idem que priuilegium habere principem secularè adnotarunt quidam, quorum opinio fuit examinata in §. preced. numer. 9.

¶ Tertia legis regie pars statuit, præscribi posse iurisdictionem

civilem aduersus Regem quadraginta annorum usu. & hoc quidem forsitan deductum est à l. omnes. C. de præscrip. 20. vel 40. annor. superest tamen explicare, quænam sit differentia inter primam, & vltimas legis regie partes: siquidem prima ad præscriptionem iurisdictionis civilis & criminalis simul exigit tempus, cuius initium memoriã hominum excedat. Sed verè ni ego fallor, prima pars tractat de iurisdictione ante illius legis constitutionem per nobiles, aliosque priuatos obtenta in aliquot ciuitatibus, & villis, atque opidis quæ possederant. vltima verò pars quæ de centenaria, & quadragenaria præscriptionibus agit, tantum loquitur de iurisdictione post eam legem adquirenda, statuens, quoniam tempore in posterum iurisdictioni adquiratur, atque hic sensu constare videtur ex verbis d. l. vlti. & euidentius ex dict. l. ij. titu. 27. apud veteres Alfonso leges. Quod si discrimen istud non placuerit lectori oportebit profectò inquirere an in præscriptionibus illis centenaria, & quadragenaria sit necessarius titulus, saltem, vt is allegatur, sicuti Ioan. Lupin. sensit in dict. §. j. numer. 43. Quasi ea sit potissima differentia, quod in priori legis parte sufficiat immemorialis præscriptio: in posteriori vero loco huius imme-

moralis sit necessaria ceterum, vel quadraginta annorum præscriptio titulo saltem allegato: qui alioqui probandus est in quadragenaria præscriptione, quæ iure communi immemorialis defectum supplet: iuxta c. j. de præscri. in vj. sed hæc expedientur inferius, cum materia tituli, & differentias inter centenariam, atque immemorabilem præscriptiones tractabimus. Quibus adde omnino l. ij. titu. 9. lib. v. ordinat. Secunda conclusio. ¶ Iurisdictioni in præiudicium alicuius priuati, ac contra priuatum, non contra principem, tempore ordinario, quod alia iura præscribuntur, adquiruntur. Hæc verò conclusio satis manifesta est: cum nulla detur ratio, quæ maius tempus exigat in præscribenda iurisdictione aduersus priuatum, quàm quod exigitur in præscribendis cæteris iuribus incorporalibus sic sanè video ferè apud omnes præsertim iuniores hanc asseritionem certã esse in d. l. imperium. eandemque sequitur & probat Paul. cons. 439. lib. iij. idè in l. j. nu. 18. C. de eman. lib. Ancha. con. 142. nu. 12. Alex. cons. 16. nu. 27. lib. v. qui hanc opinionem faceret comunè esse: idem asseuerat eã sequutus Balb. de præscript. v. part. princ. ij. part. vers. circa primã quæstionem: quibus item accedit Areti. in cons. 154. col. vltim.

¶ Ex his priuatum infero, sal-

sum esse quod Iason in dict. l. imperium. scribit num. 22. extimans, merum, mistum imperium, & iurisdictionem aduersus principem præscribi tempore ordinario decem annorum, data scientia ipsius principis: eo verò ignorante esse necessarium tempus id, cuius initium memoriã hominum excedit: additque Iason, hanc sententiam magis communem esse: & Iasonem sequitur Balbus in dict. vers. circa primam. Etenim etiam sciente principe ad præscribendam iurisdictionem ei competentem, necessarium est tempus immemoriale: vel quadraginta annorum cum titulo: sicuti paulò ante ostendimus: vnde Iaso. expressim capit. Curt. Iuni. conf. 174. nu. 38.

¶ Secundò hinc apparet Iasonem errasse dum opinatur, quasi possessionem iurisdictionis esse discontinuam. Nam verè causam continuam habet: vt superius probatum est.

¶ Tertio dum Iason fatetur ex glo. in l. seruitutes. ff. de seruitu. ad præscriptionem seruitutis discontinuam sufficere triginta annorũ cursum, adhuc fallitur: siquidem ex glo. supra dicta communi omnium suffragio recepta cõstet, requiri tembus cuius initium incuniorum hominũ excedat. De quo alibi ipse disputavi, & in specie Iasonis sententiam in hoc improbarunt Lusit. ibi. col. 38. & Curt.

Iunior in dict. conf. 47. nu. 38. ¶ Superest modò expendere, quod ÷ discrimen sit inter præscriptionem centum annorum, & eã, quæ vulgò in memoria- lis appellatur, ac constat ex eo tempore, cuius initium memoriã hominum excedit. Card. etenim in cap. si diligenti. ad finem de præscri. in ea est sententia, vt censcat. præscriptionem immemoriam maiorem esse centenaria. Huic subscipere Felii. ibi in fin. idem Felin. in c. ad audientiam. col. vlti. & in c. cum nobis. col. ij. eod. tit. & Galpam Lusit. in d. l. imperii. col. 39. Quorum ratio ea est quòd præscriptio immemoralis titulum non requirat: centenaria verò absque titulo non procedat: text. optimus in d. c. si diligenti. ad fin. quo in loco expressim hoc probatur. Contrariam conclusionem tenet glof. in d. c. cum nobis. quæ censet, non esse satis ad probationem centenariæ præscriptionis, quòd probetur immemoralis præscriptio: cuius glof. autoritate, & alijs propolitis rationibus aduersus Card. omninò tenet contrariã sententiã Aymon in tracta. de antiq. rem. i. ij. part. cab. solutis. in princi. Ego verò aliter existimo rem hanc dissimendam fore. siquidem illud certum est, immemoriam præscriptionem à centenaria differre: & idèò quadoquè maior censcbitur altera, vel ob maius privile-

privilegium, vel ob aliam causam: quandoquè minor ob faciliorem eius probationem. Vnde discrimina vtriusque proponam: non quidem omnia, sed ea, quæ huic negotio aptius seruire possint, vt huius quæstionis solutio facilius colligatur.

¶ Prima quidem differentia ea est secundum Card. & Felin. ac Lusitã. quòd præscriptio centenaria contra Romanam ecclesiam titulum requirit præter tempus, & bonam fidem. idem Aymon concedit in d. cap. absolutis. nume. 8. dicens idem esse in præscriptione quadraginta annorum contra quamlibet ecclesiam: sicuti notat Bellamera conf. 3. col. 3. ex cap. si diligenti. de præscripti. Idem Bellamera in ca. cum nobis. de præscriptio. numer. 7. in quadragenaria contra ecclesias inferiores, & in centenaria contra ecclesiam romanam titulum esse necessarium probare conatur. Sed isthæctituli ratio minimè exigitur in ea præscriptione, quæ constat tempore, cuius initium memoriã hominũ excedit, quod receptissimum est. Et sanè mihi hæc differentiam omninò non placet: nam nec iure canonico, nec ciuili titulus requiritur in præscriptione quadraginta annorũ contra ecclesias inferiores, nec in præscriptione centum annorum aduersus ecclesiam romanam, nulla etenim in materia tituli requisiti ad præscribendum est dif-

ferentia inter ius canonicum, & ciuile: quemadmodum diximus lib. 1. Variar. resolut. c. 17. nu. 7. & resolut Balb. de præscrip. 2. part. 3. part. princ. q. 6. & idem 2. part. 4. part. princ. q. 2. colu. 3. vnde vtroq; iure in præscriptio ne decem, vel viginti annorum necessarium est, quòd titulus al legetur, & probetur: at in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum, vel centenaria, etiam contra ecclesiam romanam titulus necessarius non est: nisi præsumptio iuris communis sit contra præscribentem. text. in c. 1. de præscrip. in 6. Diu. in reg. possessor. de regu. iur. in 6. nu. 27. doct. communiter ita intelligentes text. ibi in dict. capi. si diligenti. præsertim A Egidius à Bellamera nume. 29. & colu. vltim. qui post alios, dum romanus pontifex in eiusdem decretalis responso aduersus ecclesias inferiores, & romanam ipsam requirit titulum ad præscriptionem, eam decisionem interpretatur vbi sit iuris communis præsumptio contra præscribentem: quasi alioqui titulus necessarius nõ sit, nec in centenaria, nec in quadragenaria præscriptione. Quã opinionem ipse arbitror frequèntiori calculo receptam esse, ex his, quæ Balb. adducit. Quo titulo vt ratione huius primæ differentie immeritò Card. Felin. & Lusitanus existimauerint, potiorè esse præscriptionem eius temporis quod memoriã hominũ excedit

ea quæ centenaria est, cum nec in hac titulus sit necessarius. Fortassis discrimen hoc inter has duas præscriptiones optimè procedit iuxta hunc sententiam, ut planè cõstituat in eocasu, quo præsumptio iuris cõmunis est contra præscribentem: tunc in qua dragenaria, & centenaria titulus requiritur, non tamen in immemoriali. Nam & in hunc sensum decisionem Cardinalis accepere Felin. in dict. c. ad audientia. Et Matthæ. Afflict. in cõst. nea. rub. 7. in cap. 1. notab. 6. tametsi Bellamera & alij subobscurè loquantur. Secunda, & potissimè differentia in probatione versatur, atque ideo hic agendum erit de probatione præscriptionis immemorialis. qua de re tractat gloss. in ca. j. de præscript. in 6. quã doct. mihi sequuntur, & in cap. Quid per nouale. præsertim Anto. de verb. signi. Speculat. in titu. de probation. vers. vltimò quæritur. Aren. in cap. licet ex quadam. col. 1. de testib. Oldra. consi. 172. col. 34. Alex. cõs. 16. c. v. lib. v. Corn. cõs. 268. col. 8. li. 4. & est communis opinio secundũ Balb. de præscrip. 2. part. 3. partis princip. q. 6. col.

7. † Ex quibus apparet, immemorialem præscriptionem probari per testes asserentes, se vidisse semper ita fieri, & nunquam vidisse contrarium actum fuisse: & à senioribus, ac maioribus auduisse id ita factum fuisse, nec vnquã auduisse contrariũ

actum esse: atque huiusce rei publicam esse famam, & opinionem apud eos, qui rei cognitionem habent. Hæc enim est sufficiens testium responsio, ut tandem ipsi testes expressim testificentur de eorum visu, & de auditu: ac ne de publica voce, & fama apud eos, quibus res cognita est, vel esse potuit: ac deinde quod nufquã nec viderunt, nec audierunt contrariũ. Testes verò, qui hæc de re testificaturi sunt, eius ætatis esse debent, ut possint memores esse, & exponere quid actũ fuerit quadraginta annis: sicut eleganter scribit Lopus in capit. j. de præscrip. in 6. & ibi Domin. ac Francus, Paulus ite Parisius consi. 27. nu. 9. 8. Aymon Saullii. in tract. de antiquitat. tempo. 4. part. cap. absolutus. nu. 3. Chastanæ. in consuet. Burgundie, rub. j. §. 11. vers. aduerte. nu. 3. idè in rub. 13. §. 11. ad finem. regia vero Taurina l. 41. eandè opinionem Lapi probat, ac legis auctoritate confirmat, & præterea lex ipsa requirit, quod testes hi non tantum testificentur de auditu, assueverantes se ita factum esse audisse à maioribus, & tenoribus: sed oportet et quod asserat audisse ab illis maioribus, eos ita eorum ætate vidisse, & audisse factum fuisse, nec vnquam vidisse, nec audisse contrarium: idem probat l. vlti. titu. 13. lib. 3. ordinat. Hoc autem vltimũ eũ à gloss. in dict. capitul. j. expressim non fuerit: equisitum: attamen

ab eius mente, & sensu deducitur: sicque doctores aliquod ex his, qui gloss. sequuntur idem explicare videntur. facit ad hoc pulcher tex. in l. si arbiter. ff. de probationo. In praxi tamen non obstantibus regis constitutionibus adhuc admittitur si potissimè opinio glossæ communiter recepta in dict. capitul. primo. cum interpretatione Lapi & sequacium. Hinc falsum esse apparet quod Guido Papæ scripsit questio. 573. quo in loco existimat ad probationem huius præscriptionis immemorialis esse necessariam probationem centum annorum: idem eo non citato tenuit Curti. Junior consi. 90. col. vlt. Nam hæc probatio necessaria non est secundũ opinionem frequentiori usi agro receptam: modò testes de auditu, & cõmuni, ac publica fama testificentur. Forsan nec sufficeret ad probationem immemorialis probatio centũ annorũ vtcunque legitima: imò necesse est, quod probetur possessio, vel quasi possessio eius temporis, cuius initium memoriã hominum excedit, cuiusque initij certi, & cõstituti nulla detur hominum memoria, quemadmodũ Alex. in cõs. 16. n. 16. li. 5. opinatur. Quãuis secundũ Anto. in d. c. quid per nouale. nu. 15. post Inno. ibi, qui aduersus immemoriale probare velit, debet omninò & euidenter ostendere talem per famam, similè vè probationis ipse

actum fuisse citra cõtum annos ante lius mortem contestationem. Etenim, ut Alex. opinatur, hoc pacto probatur memoriã hominũ extare: non tamen per centum annorũ quasi possessionem probaretur præscriptio temporis, cuius initium memoriã hominũ excedat. vnde ni fallor, centenaria quasi possessio sufficiens nõ erit ac probationem huius præscriptionis quã immemoriale appellamus. Alioqui necessariò dicendũ esset, parem fore centenariam præscriptionem huius immemoriali, quod falsum est, & constat ex his, quæ prenotauimus: præsertim ex c. j. de præscript. 6. à quo deducitur immemoriale præscriptio procedere & obtinere absque titulo: imò eam tituli vim habere, ita quidem, ut nec allegatio tituli sit necessaria secundum cõmunem in dict. c. j. glo. & doct. in verb. nõ extat in ca. super quibusdam. de verb. signifi. Frederi. consi. 237. lason in l. si certis annis. colum. vltim. C. de pact. quorum opinio communis est & vera, quoties præscriptionis iure tempus hoc iudiciũ deducitur, quemadmodum explicat post alios Aymõ in quarta parte de antiqui. tempor. capitul. absolutus. numero. 49. idemque ipse adnotauit lib. j. vari. resolut. capit. 17 numero. quinto At præscriptio centenaria titulum requirit, vbi præsumptio iuris communis est

contra præscribentē: in qua quidē specie immemorialis præscriptio sola abtque tituli allegatio ne sufficiens est: sicuti in dict. c. j. probatur. Quo fit vt si aduersus probationem huius immemortalis præscriptionis probeatur certum quasi possessionis initium, idque vitiosum, etiam vitra centum annos à die mortæ litis, excluda sit præscriptionis immemorialis vis, quod sensit Ioan. Andræ. in c. j. ad finē, de præscri. in 6. Et hæc quidem vera esse censeo etiam si Cinus in l. ij. C. de serui. & aqua. q. 10. & Bal. ibi. Cæpola. de seruit. vrb. præd. cap. 19. Balb. de præscrip. 2. part. 3. part. q. 6. colu. 6. & Carol. Molinæ. in consuet. Pari. §. v. nu. 63. teneant tēpus immemoriale esse idem quod centū annorū. quo in loco addit Carol. Molin. hanc sententiā cōmunē esse contra Cardin. & Felinū. Præscriptio autē cētēnaria probatur varijs modis, etiam si difficilima sit eius probatio. † Etenim probari poterit per instrumenta, vt Abb. in d. ca. cū nobis. de præscrip. 2. col. scribit. si quidem possessio per instrumentū quandoquē probatur: nempē si de traditiōe rei sit confecta scriptura. l. ij. & ibi glo. C. de adq. poss. notant Alex. & alij in l. prædia. ff. eod. titu. Sic & de constituto constat per scripturam: sicuti adnotatur ab omnibus in l. quod meo. ff. de acquir. possess. item potest probatio possessio-

nis ad perpetuam rei memoriā fieri: & in scripta redigi. c. quoniam frequenter. vt lite nō con test. Imō & testibus probari poterit centum annorū quasi possessio: atque ita præscriptio: cum testis testificari iure valeat de his, quæ ante pubertatem viderit. Etenim valet eius testimonium: cū eo tempore, quo testificatur, iā pubes sit, licet actus, cuius testimonium perhibet, ante pubertatē eius contigerit, quod tenent glo. in c. relatu. 37. distin. gloss. in l. ij. §. lege Iulia. ff. de testib. & in l. ad testium §. j. ff. de testam. alia in §. testes. Insti. de testamen. Quæ in hūc sensum cōmuni omnium doctor. sententia, & iudicio accipiuntur in d. §. j. vbi Aretin. Felin. in cap. vlt. de fentea. excōmu. Dec. in l. ij. §. l. ti. ff. de regul. iuris. hanc opinio nem fatentur communem esse. Quæ licet à Decio inprobatur, habet maximam auctoritatem & probationē à tex. in l. notionem. §. instrumentorū. ff. de verbo. significat. vbi seruus factus liber testimonium perhibet de his, quæ cū esset seruus vidit lex item regia. 9. titu. 16. parte. 3. expressim hanc cōmunē opinionem veram esse probat: cui accedit quoddā cū dicto, & testimonio tolius romani pontificis credendum sit. ca. cū à nobis de testib. id verū est etiā in his, quæ summum pontificatum. glo. in ca. j. de renuntiat. & in capitulo

Apostolicæ. verb. promississent. de re iudi. in vj. Roma. sing. 126. Felin. in c. sicut. de senten. exco. Areti. in d. c. cū à nobis. ij. col. & inibi Felin. quibus suffragatur tex. in c. querelam. de elect. c. cum olim. in j. de priuileg. & in cle. j. de reliq. & vener. sanct. Cardi. in cle. j. de probat. Non obstat tex. in §. testes. instit. de testamen. quo probatur in testamentis non admitti testes impuberes tempore testamenti, tamen si testimonium perhibeat tempore, quo post testamentum puberes facti sint. Etenim id procedit in casibus specialibus, in quibus ob speciale rationē, & actus qualitatē iure requiritur, quod testes puberes sint tempore actus, de quo testificatur. Quæritur, † tamen an cētēnaria præscriptio probata sit ex eo, quod quasi possessio eius temporis, cuius initium memoriam hominū excedit, probata in iudicio fuerit? Et sanē gloss. in dicto capitulo. cū nobis. in specie censet, non sufficere ad cētēnariam præscriptionem, quod probetur immemorialis præscriptio. Quasi à iure necessariō exigatur centum annorum possessio, eiusque manifesta probatio, saltem eo modo, quo melius iure probari potest. huic opinioni Bernardi accessere Hostiens. Bellamera, nume. 13. Abb. numer. v. Cardi. Imola, & Anto. in dicto capitulo. cū nobis. & Aymō Saullia-

nus in tracta. de antiqui. temp. iij. part. capitu. absolutis. nu. ij. & capitul. materia ista. nu. 42. quorum opinio communis est. ab ea tamen ipse omninō dissentendum esse opinor, sequētibz rationibus.

¶ Primum quidem seclusa faciliiori, vel difficiliiori probatione vtriusque præscriptionis, illud apud me constat, maius priuilegium iure concedi præscriptioni immemoriali, quā cētēnariæ, ex eo, quod cētēnaria, vbi præsumptio sit contra præscribentem, titulum requirit: non sic immemorialis, quæ vim habet tituli, & eius defectum supplet, quod paulō ante probauimus. Igitur quoties præscriptio cētēnariæ cum titulo statur: fortiori ratione statum erit præscriptio immemoriali.

¶ Secundo satis est certum ex Antonio in dicto capitulo. quid per nouale. nume. xv. Alexand. consil. xvj. libr. v. nu. xvj. immemoriam præscriptionem saltem excludi, si ex aduerso probatum sit, contrarium actū esse citra centum annos ante litis contestationem, vel litem motam, idquē nemo doctus negabit. Ergo præsumptione quadam apparet, præscriptionem istam immemoriam saltem præmittere quasi possessionem continuam centum annis ante litem motam. Quæ quidem præsumptio cū sufficiens sit ad Relect. Didac. Couar. z

obtinendum iure præscriptionis immemorialis, quæ requirit, contrarium actum nõ fuisse citra centum annos: sufficit profectò, ob difficilimam probationem in antiquis, ad obtinendum iure centenariæ præscriptionis: argumento text. in l. si feruus seruum. §. inquit lex. ff. ad leg. Aquil. l. census & monumenta. ff. de probat. c. cum olim. de censib. c. cum causam. de probationibus.

Tertiò fortius urget in huius partis fauorem communis opinionum doctorum sententia in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla. cuius ipse mentionem feci in lib. j. variar. resolut. c. 17. nu. v. quæ dicitur, quasi possessio nem immemorabilem sufficientem esse probationem, quod is qui decimas possedit eas habuerit ante concilium Lateranense. Igitur quasi possessio constat ex probatione immemorialis præscriptionis multò maior quam sit ea, quæ per centum annos obtenta fuerit.

¶ Quartò, si tractatus istæ præscriptionis immemorialis ad amussim examinetur, illud certo certius ex eo apparebit, quod ubi præscriptioni locus sit, resque possit per præscriptionem acquiri, siue aduersus priuatos, siue contra ecclesias inferiores, vel principè, aut denique ipsam ecclesiam romanam: nec aliqua ordinaria præscriptio sufficiens censeatur, nec

ipsa quidem centenaria sine titulo propter iuris communis præsumptionem, quæ præscripti refugatur: tunc sanè immemorialis præscriptio sufficiens iure censetur: quod probatur in c. j. iam sæpissimè citato, de præscrip. in vj. & in c. super quibusdam. de verb. signi. Etenim nemo inficiabitur, ea iura, quorum mentio fit inibi, minimè posse præscribi etiam per centum annos absque titulo: & tamen præscribuntur per tempus, cuius initium memoriam hominum excedit: sicut in §. prætereà. eiusdem capituli decursum est. Fit igitur, ut maiorem vim obrineat immemorialis præscriptio, quam centenaria: tametsi quandoquè difficilimè probari possit immemorialis, ex his, quæ superius fuere prænotata. Hinc deducitur, præscriptionem immemorabilem à centenaria potissimum distinguendū in modo probationis, tum in eius effectibus: atque idèò Cardi. opinionem in d. c. si diligenti. veriore esse.

¶ Secundo inferitur ex præmissis interpretatio l. vlti. tituli. l. iij. ordi. cuius examen hoc in §. subiicimus. Nā secunda illius constitutionis pars à prima distinguitur in eo, quod præscriptio immemorialis, sufficiens est ad iurisdictionis acquisitionem absque aliquo titulo: ut in prima parte statutū est. At si hæc immemorialis præscriptio de-

fit, necess-

fit, necessaria erit centū annorum quasi possessio cū titulo. Et hoc secūda ipfius legis pars palàm statuit quò ad iurisdictionem criminalè: quò ad ciuilem verò quadraginta annorum tantum vsum cum titulo requirit: quemadmodum paulò ante explicabam.

¶ Tertiò deducitur, Aymonè Saulli. in d. c. absolutis. nu. vj. grauior errasse: dum is argumentatione quadam ostendere conatur, admissa Cardi. opinione maius priuilegium ecclesijs inferioribus iure cõcedi quam romanæ, atque idèò nec sequatur existimat opinionem Cardi. falsam esse. Etenim censet, quoties præsumptio iuris est contra præscribentè, necessariam esse immemorialè præscriptionem etià aduersus inferiorem ecclesiam, etiam cõtra priuatum: hæc verò immemorialis secundum Cardi. est maior cõtenaria: quæ cõtra romanam ecclesiam sufficiens est: igitur maior præscriptio requiritur cõtra ecclesiã inferiorem, & denique contra priuatum ubi præsumptio iuris cõmunis est contra præscribentè, quàm aduersus romanam ecclesiã. Hæc sanè est argumentatio, qua doctissimus ille vir vtitur ad improbandam Cardinalis sententiam. Ego sanè vel non percipio hanc argumentationem, vel ipsa minus congruè colligitur. Fateor quidem etiam ad-

uersus inferiorem ecclesiã necessariam esse immemorabilem præscriptionem ubi præsumptio iuris communis sit contra præscribentem, & eandem præscriptionem admitti in eadè specie aduersus romanam ecclesiam. Ex hoc tamen tantum potuisset colligi, parè esse conditionè romanæ ecclesiæ, & inferioris, non autem esse maius priuilegium ecclesiæ inferioris quàm sit romanæ ecclesiæ: aduersus quã itidè necessaria est præscriptio immemorialis, quoties titulus præscribenti deficit, & iuris cõmunis præsumptio ei aduersatur. Ostendã adhuc maius esse priuilegium romanæ ecclesiæ, quàm inferioris: idquè luce clariùs apparet, si animaduertamus, aduersus ecclesiam inferiorem sufficere quadraginta annorum præscriptionem, etiam ubi iuris communis præsumptio contraria sit præscribenti, modò is titulum habeat: contra ecclesiam verò romanam hoc tempus non sufficere, sed in hac specie necessariam fore centenariam præscriptionem cum titulo: quod satis probatur in dicto capitulo primo, de præscriptionibus in sexto, & in capitulo si diligenti. eodem titulo. vnde apertissimi iuris est, non tantum ius ecclesiæ inferioris non esse maius, quàm sit in hoc tractatu ius ecclesiæ romanæ, sed nec par: licet Cardi. opinionem admittamus.

¶ Quarto ex his deducitur e-  
iusdem Aymonis error, qui in  
dict. cap. absolutis. nu. viij. cen-  
set in præscriptione immemo-  
riali non exigi tempus centū  
annorum, quod ad præscriptio-  
nem centenariam requiritur:  
sed sufficere immemoriale pro  
bati eo modo, qui communi  
omnium iudicio, & sententia  
traditur in c. j. de præscript. in  
vj. Etenim fallitur Aymon in  
huius communis sententiæ in-  
terpretatione: siquidem licet  
modus ille probandi sufficiens  
sit, nec expressim contineat cē  
tempus annorum probationem,  
certe dubiò procul præsum-  
ptione quadam saltem centū  
annorum quasi possessionem  
præmittit, eiusque probationē  
includit iuxta omnium intelle-  
ctum, & sensum, quem paulò  
antè explicuimus. Hæc dixi-  
mus de differentia præscriptio-  
nis immemorialis & centena-  
riæ ad earum cognitione: quæ  
præscriptioni iurisdictionis ad-  
modum seruit. De viribus au-  
tem immemorialis sequenti §.  
aliqua trademus præter ea, quæ  
in præcedentibus explicata  
fuere.

Ex §. sequenti.

- 1 *Examinatur regia constitutio de  
Vasallorum oneribus, quæ im-  
positiones appellantur, & nu. v.*
- 2 *Annua præstatio, & vniformis, an  
longo tēpore inducat tituli, &  
causa præsumptionem?*
- 3 *Annua præstatio vniformis, iure*

- 4 *Annua præstatio contingens tem-  
pore immemoriali absque vilius  
causa allegatiōe, inducit annui  
reditus acquisitionem.*
- 5 *Annua præstatio facta à vasallis  
domini, non acquirit ipsius re-  
ditum illum exigendi.*
- 6 *Dominus qualiter possit acquirere  
ius cogendi subditos, vt ad eius  
molendina deferant triticum  
molendum?*
- 7 *An possit fieri statutum, quod sub-  
diti pro molendo tritico ad alia  
quàm ipsius rei publica molendū  
na accedere non valeant?*
- 8 *Statutum istud, & si validum sit,  
an molendinis ecclesiarum præ-  
iudicet?*
- 9 *Statuto domini aut communita-  
tis subditi ne alio quàm ad pu-  
blica molendina tritico vt tera-  
tur, deferant, cogi non possunt.*

§. Quartus.



**D**E præscriptione  
eius tēporis, cu-  
ius initium me-  
moriā homi-  
nū excedit, plu-  
ra tradidēre iuris vtriusque do-  
ctores passim: quorum & nos  
quandoquē meminimus lib. j.  
variar. resolu. cap. 10. & c. 17. ac  
denique in hac ipsa relectione  
§. ij. & iij. Nunc tamen obiter,  
nam & tractatui de præscriptio-  
nibus conuenit, † examinabi-  
mus, quā vim habeat hæc præ-  
scriptio circa ea onera quæ Du-  
ces, Mar-

ces, Marchiones, Comites, &  
nobiles quoridie à clientulis,  
quos Vasallos appellamus, exi-  
gunt, & percipiunt: eaque im-  
positiones vulgari sermone di-  
cuntur. Etenim regia cōstituo-  
tio à Carolo I. Hispaniarū Re-  
ge, quintòq; Romanorū Cæsa-  
re statuta in Madritio conuen-  
tu Anno Millefimo quingen-  
tesimo vicesimo octauo, c. 20.  
distinguit ius possessionis à iure  
proprietas. Nā quoad posses-  
sionē ne ea priuētur nobiles  
vtq; in ea defendantur, sufficit,  
& necessaria est quasi possessio  
cōtinua quadraginta annorū:  
at quoad proprietatē, & verum  
titulū huius iuris sufficiens cō-  
setur, & omninò exigitur im-  
memorialis præscriptio. de pos-  
sessione hoc in loco agendum  
non est. Sed quantum ad proprie-  
tatē, satis cognita omnibus est  
sententiā Io. Andr. Host. Henri.  
Panor. & docto. in regul. quod  
latēret. de regu. iur. qua definitio  
non est, sufficere ad hæc onera  
vasallis imposita percipienda  
atq; acquirēda, & necessariam  
esse immemoriale præscriptio-  
nem: modò probatū sit ab ip-  
sis dominis, quod subditi spon-  
tē, & non per vim ea onera ex-  
hibuerint, & soluerint. cū alio-  
qui eis suffragetur præsumptio  
iuris dictantis, potius in his præ-  
stationibus vim, & coactionē  
præsumi, quàm subditorū libe-  
ralitatē, titulūve spontanei,  
ac iustū. l. j. c. ne liceat potent.

liij. & l. iij. de alienat. iudic. l.  
principalibus. & l. sequen. ff. si  
certū pet. notat Alexā. confi. j.  
nu. 12. lib. iij. id eòq; licet probe-  
tur immemorialis præstatio va-  
falli erga dominū præter ea iu-  
ra, quæ lege domino debentur à  
vasallis, præsumitur coacta va-  
fallorū voluntas eorumq; op-  
pressio potius quā libera cum  
ipso domino pactio, quæ iustū  
titulum exhiberet: atq; ita colli-  
gitur ex cōmuni omnium resolu-  
tione in d. c. quod latēret. cui  
regia cōstitutio refragatur, dū  
in specie sanxit, sufficere hanc  
immemorialem præscriptionē,  
eamq; iustū esse titulū ad hæc  
iura acquirēda contra vasallos.  
& præmittit ex ea præscriptio-  
ne iustū titulum potius quàm  
vim, & oppressionem præsumi.  
Quamobrē ad huius questio-  
nis perfectā examinationē ego  
prænotandū esse censeo, posse  
à nobilibus aduersus vasallos  
plura præscriptione acquiri.  
Etenim aut agitur de acquirē-  
dis his quæ iure cōmuni prin-  
cipis propria sunt, eique specia-  
li quadam summi principatus  
priuilegio cōpetunt. Et in hac  
specie necessaria est immemo-  
rialis præscriptio, aut quadra-  
genaria cū titulo, vcl centena-  
ria iuxta distinctionem à no-  
bis traditā. §. ij. huius secundæ  
partis, cum ex hac præscriptio-  
ne fiat præiudiciū principi sum-  
mo. quia ratione quoties domi-  
nus erga vasallos vsu temporis

vult acquirere ea, quæ ad prin-  
cipem pertinent, tunc sanè præ-  
scriptio ista tendit in damnum  
principis: & idè in ea obser-  
uanda sunt, quæ de præscriptio-  
ne aduersus principem in pro-  
ximis Paragraphis adnotauim-  
us. Nec locus erit in hoc casu  
regiæ cõstitutioni quoad se-  
cundam eius partem: quod dedu-  
citur ex his, quæ ipse tradidi li-  
bro j. variar. resolut. c. 17. nu. vj.  
Aut domini contendunt ad-  
uersus vassallos de iure alicuius  
annuæ præstationis, quam ser-  
uitium dicimus: aut de alio si-  
mili iure, quo vassalli tenentur  
domino quolibet anno soluere  
certam quantitatem ratione  
officij, vel artificij: variè etenim  
hæc impositiones, hæc et iura so-  
lent per dominos à vassallis exi-  
gi. In his quidem præstationi-  
bus, & similibus oneribus verè  
regia cõstitutio versatur: cu-  
ius interpretatio præmittenda  
est interpretatio cõmunis  
Iuriconsulti in l. cù de in rem  
verso. ff. de vsur. ab ea quidem  
colligitur conclusio prima.

2 Annuæ, & vniformis præsta-  
tio cuiuslibet redditus facta ex  
causa expressa decem annis cõ-  
tinuis inducit præsumptionem  
veræ causæ, & tituli. sic deniq;  
Iuriconsulti respondent intel-  
lexere Bart. ad fin. Saly. col. iij.  
& col. v. quæst. iij. in dict. l. cùm  
de in rem verso. Bald. col. ij. Sa-  
licet. col. vlti. Alex. col. iij. in l. si  
certis annis. C. de pact. Anton.

in c. peruenit. col. 9. de censib.  
Francisc. Balb. de præscript. iij.  
part. princ. parte j. q. 10. Alex.  
confi. 113. col. ij. & confi. 108. lib.  
ij. & confi. 75. libr. iij. Carolus  
Molin. optimè in tract. de con-  
tractib. quæst. 20. text. optimus  
in l. litibus. C. de agricol. & cen-  
sit. lib. 11. quorù opinio cõmu-  
nis est. Ex qua infertur, quòd  
si appareat quolibet anno, etiã  
per decennium præstatione factam  
fuisse Sempronio, non ta-  
men constet ex eisdem præsta-  
tionibus, qua ratione, & causa  
fuerint factæ, non ex hoc præ-  
sumitur obligatio ad finem agen-  
di pro tempore futuro, quãvis  
creditor certam causam & titulum  
allegauerit: quod deducitur ex  
mente Bart. & aliorù, quos mo-  
dò citauimus. præsertim id in spe-  
cie tenet post Saly. Balb. in d.  
quæst. 10. vers. Secundo limita.  
& Carol. Molin. in dict. q. 20.

¶ Secundo ab eadem conclu-  
sione deducitur, admittendam  
esse probationem in cõtrarium,  
nempe aduersus hanc præsum-  
ptionem iuris: vt tandem constet  
nullum titulum ab initio his præ-  
stationibus accessisse secundu-  
m Cinum in d. l. si certis annis. q. 10  
& ibi Iaso. col. vlti. Alex. cõfil.  
115. col. si. lib. j. Francisc. Balb. in d.  
q. 10. col. 9. vers. Tertiò limita.  
idem tenet Paul. Castrensis in  
dict. l. si certis annis.

¶ Tertiò probatur ex his, ean-  
dem conclusionem veram esse etiã  
in rusticis: nã præscriptio annua  
vniformis

vniformis à rustico facta ex  
causa, & titulo, inducit præsum-  
ptionem, quòd illa causa sit vera  
cuius opinionis author est Bar-  
tol. in d. l. litibus. & idem in d.  
l. cùm de in rem verso. col. iij.  
Bald. col. pen. & ibi Iason nu.  
14. in d. l. si certis annis. Paul.  
Castrensis in confi. 51. col. vltim.  
lib. ij. Alexan. confi. 124. col. j. li-  
bro iij. Iason in §. præiudicial-  
les. de actionib. nu. 56. Carolus  
Molin. in consuetu. Parisi. §. vij.  
nu. 17. Balb. in d. quæst. 10. col.  
11. vers. Et an illa lex, cùm de in  
rem verso. quo in loco assue-  
rat hanc opinionem communem  
esse contra Cynum in d. l. si cer-  
tis annis. quæst. v. & Alexan. cõ-  
fil. 50. lib. v. ad finem, qui aduer-  
sus rusticos triginta annorum  
præstationes requirunt. Secun-  
da conclusio. ¶ Annuæ præsta-  
tio iure & ratione redditus per-  
petui continuis triginta annis  
facta, non tantum iuducit tituli  
præsumptionem, sed veram  
reditus perpetui acquisitionem  
per præscriptionem. Hæc proba-  
tur: quia hoc tempore absque  
tituli probatione procedit præ-  
scriptio, etiã in rebus maximi  
præiudicij: Bald. in l. male agitur.  
C. de præscript. trigint. vel  
quadragin. annorù. Barto. in l.  
solut. §. j. ad fin. ff. de offi. pro-  
cõsul. tradit Balb. de præscript.  
iij. part. iij. partis principa. q.  
9. notat in specie hanc conclu-  
sionem Carol. Molin. in d. q. 20.  
col. ij. idem in consuetu. Parisien-

tit. j. §. vij. nu. 21. text. optimus  
in l. sicut. & in l. cùm notissimi.  
C. de præscript. trigint. vel qua-  
dragin. annorù. §. potest. xvj. q.  
iij. c. sancto. ea ratione, qua con-  
stat ad præscriptionem triginta  
annorù non esse necessarium  
titulum, nec eius probationem:  
qua de re statim acturi sumus:  
vnde mihi hæc assertio secun-  
da iure probatissima videtur:  
nec deficit præscribentis ius, li-  
cèt ex aduerso probetur de defectu  
principij: sicuti Caro. Mo-  
lin. docet in dict. quæstio. 20.  
¶ Tertia conclusio. ¶ Annuæ  
præscriptio vniformis, & contin-  
gens per tempus, cuius initium  
memoria hominù excedit, titulum  
iustum, & sufficientem  
inducit, etiã si præstationes nõ  
fuerint factæ ex causa illa, quã  
præscribens allegat, imò nullus  
causæ specialis allegatio est  
necessaria. Hæc enim est vis im-  
memoralis præscriptionis, vt  
in his, quæ absque titulo adqui-  
ri tempore non possunt, imme-  
moralis præscriptione queran-  
tur. cap. j. de præscriptio. in vj.  
hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de  
aqua quoti. & æstiuæ. hanc deni-  
que conclusionem ipse colligo  
à Cino, quæst. penult. Angelo.  
Paulo, & Iasone colum. vltim.  
in dict. l. si certis annis. Barto-  
lus in d. l. cùm de in rem verso.  
colum. ij. Panormitanus con-  
silio 94. libro j. & in cap. vltim.  
colum. ij. de causa possessionis  
& propriet. Felin. in c. causam

quæ.col.ij. de præscriptio.ver.  
sed aduerte. Balbo in dicta que  
stio.x.col.ix.limitat.ij. His tan  
dem præmissis, vt ad institutū  
redeamus: apparet quò ad an  
nuas præstationes, quas vassalli,  
& subditi dominis consueuere  
annuatim exhibere, immemo  
rialem præscriptionem solūm  
necessariam in eo casu, quo ti  
tulus aliquis nō allegatur, nec  
apparet qua ratione quolibet  
anno facta fuerit præstatio: id  
est vbi præstationes factæ fue  
rint nulla causā expressa. † A  
lioqui si annua præstatio à va  
sallis domino facta fuerit cau  
sa ipsius expressa: nēpē iure cō  
stituti in recognitionem subie  
ctionis, aliāue iusta ratione, etiā  
per decennium tantūm: pote  
runt cogi, & cogendi sunt va  
salli pro futuro tempore eadē  
domino præstare: modò is cau  
sam allegauerit annuæ præsta  
tionis, & ex ea potius quā ex  
continuis præstationibus ius  
propriū in iudicium deduxe  
rit: nec vassalli aduersus titulū  
præsumptum defectum initij  
probauerint: quod inferitur ex  
præmissa resolutione: idquē ex  
presim respondit Alexander  
consilio 124. libro quarto. Imò  
annua hæc præstatio iure per  
petui redditus per triginta con  
tingēs annos absque tituli pro  
batione sufficeret ad veram an  
nui redditus acquisitionem, cui  
non obesset probatio deficientis  
ab initio tituli: sicuti paulò

ante subnotabam. Quæ qui  
dem resolutio quò ad domi  
nos contra vassallos maximam  
dubitationem habet, cum pro  
pter cōmunem omnium ad  
notationē in dicta regul. quod  
latenter. tum ob legem regia.  
ex quibus immemoralis præ  
scriptio necessaria est. Ego iu  
stissimam esse opinor legem  
regiam, eāque à receptissimā  
doctōrum sententia deduci.  
Nam quoties aduersus præ  
scribentem adest iuris commu  
nis non quidem leuis, sed ve  
hemens præsumptio ei pluri  
mūm resistens, necessaria est  
præscriptio immemoralis, vel  
saltē quadragenaria iusta pro  
bato, & allegato titulo. capitu  
lo primo, de præscriptionibus  
in sexto. At in hoc casu, quo  
tractamus de præscribendis à  
domino cōtra vassallos annuis  
præstationibus, & alijs qui  
dem iuribus, quæ iure com  
muni à vassallis domino mini  
mè debentur, non tantūm est  
præsumptio aduersus domi  
num simplex pro subditorum  
libertate: sed vehemens valde,  
quòd eas præstationes per  
extorsionem, violentiam, & ty  
rannidem à subditis dominus  
extorserit. l. vltima. §. si iusto.  
ff. quod metus causa. idquē ex  
presim adnotarunt Innocen  
tius in capitulo bonæ. in se  
cundo, de postulatione præ  
latorum, idem & ibi doctō  
res in capitulo si diligenti. de  
præscriptio.

præscriptio. vbi Aegidius Bel  
lame.col.vlti. Ioan. Faber in §.  
æquē si agat. de actio. iij. q. prin  
cip. ad finem Bald. in c. j. §. pa  
ctiones. de pace Constan. Are  
tin. conf. 4. col. xj. Guido Pa  
pæ conf. j. nu. vij. & conf. 65. nu.  
ij. vnde palām deducitur, neces  
sariam esse immemoralē præ  
scriptionem: quemadmodum  
lege regia statutum est, & fre  
quentissima omnium senten  
tia probatū in d. regula, quod  
latenter. Quibus duo adijcere  
decreui, quæ forsā vera sunt,  
& iure admitti possunt. Primū  
quidem, Quadragenariā præ  
scriptionem titulo probato, &  
allegato sufficere loco imme  
moralis præscriptionis in hac  
causa, quam examinamus: at  
que ita interpretandā fore re  
giam constitutionē, vt vel im  
memoralis sufficiat etiā quò  
ad proprietatē, vel quadrage  
naria cum titulo, eiūsq; pro  
batione, & allegatione, tex. sin  
gularis in dict. c. j. de præscrip.  
vj. Secundò est cōsiderandum,  
probata immemoriali præscrip  
tione aduersus subditos, & va  
sallos, non esse præsumendam  
vim, nec extorsionem. Etenim  
tanti temporis vsus præscriptio  
ve præsumptionem violentiæ,  
& oppressionis excludit: sicuti  
probat̄ur ex regia constitutio  
ne, & ex his authoribus, quorū  
modò meminimus, præsertim  
ex Guidone conf. 65. in prin. &  
conf. j. num. 10. & l. regia. ij. tit.

xj. lib. iij. ordin. Fit tandem ex  
his, vt si tractetur lis inter do  
minum, & vassallos super exac  
tionibus, & iuribus, quæ iure  
cōmuni domino à vassallis mi  
nimè debentur, semper neces  
saria sit, & sufficiens præscriptio  
eius temporis, cuius initū me  
moriā hominū excedit. vn  
de hinc poterit responso adu  
mi & exhiberi pluribus quæ  
stionibus, quæ solent in iudi  
cium deduci circa has exactio  
nes, & iura, quæ domini à vasa  
llis exigere conātur. Sed de ope  
ris à vassallis domino præstan  
dis ad domus, & castri custodiā  
tradit latē Boerius, decisio. 272.  
nu. 9. & de excubijs præstandis  
Iaso. in l. diuortio. §. impendia.  
ff. solu. matri. Ange. in l. turres.  
C. de oper. publi. Lucas de Pen  
na in l. cum scimus. col. ij. C. de  
agrico. & censu. lib. xj. Alber. in  
l. vsufructuarius. ver. si ex præ  
dictis. ff. quib. modis vsu. amit.  
Jacobinus in tracta. de Roidis.  
j. col. Massuerus in tit. de tallijs  
& collectis, ac excubijs. præ cæ  
teris frequentissimè ad supre  
ma huius regni tribunalia de  
fertur † querela vassallorum,  
qui coguntur per dominos ad  
eorum propria molendina, &  
furnos triticum molendum,  
& panes coquendos ducere,  
& soluta ordinaria mercede: &  
prohibētur alios furnos & mo  
lendina habere, ad aliāue hu  
ius officij causa omninò acce  
dere. Etenim nisi legitimè pro

bata fuerit hac in præscriptio immemorialis, absoluunt ab his oneribus subdit: damnan-  
túrque domini vt subditis libe-  
rè permittant priuata, & pro-  
pria molendina, ac furnos ha-  
bere: ad eáve accedat huius  
muneris causa prout ipſius sub-  
ditis libitum fuerit, quod sepi-  
simè fit. Quibusdam forsán vi-  
debitur ahuc nec immemoria-  
lem præscriptionem sufficere  
in hac specie ob eam regulam,  
quæ dicitur, minimè posse præ-  
scriptioni adquiri ea, quæ à me-  
ra voluntate procedere solent,  
ex actibus merè uoluntarijs quasi  
possessione adquiri non possit. l.  
Proculus. ff. de dam. in fact. l. j.  
§. denique Marcellus. & l. si in  
meo fundo. ff. de aqua plu. ar  
cend. l. ij. ff. de via publ. Etenim  
is qui amicū longissimo etiam  
tempore hospitio acceperit, nõ  
poterit inuitus cogi idem ho-  
spitium amico exhibere: quod  
speciatim responderunt Inno.  
in c. cum ecclesia. de caus. pos-  
ses. & proprie. Cinus in l. j. & ij.  
C. de serui. & aqua. Panor. in c.  
significanti. de appell. Dec. con-  
si. viij. col. ij. & consi. 175. col. vj.  
quorum opinio cõmunis est.  
text. optimus in l. qui iure fa-  
miliaritatis. vbi Bartol. Paul.  
Imola. & Alexan. ff. de adquir.  
possessio. l. & habet. §. hospite-  
tes. ff. de precari. l. si mulier. ff.  
quib. modis vsus fruct. amittat.  
Panormi. in dict. capit. cum ec-  
clesia. idem in cap. Abbate san-

cti Syluani. de verbor. signific.  
Paul. Castren. in consi. 179. col.  
ij. lib. ij. quo in loco ex hac re-  
gula infert, quætores publi-  
cos, qui vnus ecclesiæ, aut san-  
cti nomine in aliqua ciuitate,  
vel prouincia elemosinas exe-  
gerunt, etiam longissimo tem-  
pore, nõ posse prohibere alios  
quætores elemosynarum ex-  
ctiõibus. Atque idèd vasalli,  
qui longissimo tempore pa-  
nem, & triticum coquendum,  
& molendum in furnis, & mo-  
lendina domini detulerunt,  
non poterunt cogi & nunc ad  
eadem molendina, & furnos  
huius officij causa omninò ire  
& itidem prohiberi ne ad alia  
molendina, aut furnos acce-  
dant. quod in hoc casu respon-  
dit Signorolus inter consi. Bal.  
consi. 71. lib. j. text. insignis in l.  
18. titul. 32. part. Quamobrem  
ambiguum est, an & tempore  
immemoriali hoc ius possit  
per dominum contra vasallos  
adquiri. Huic sanè obiectioni  
duplex responsio appari pote-  
rit. Prior quidem, vt ius istud,  
de quo modò tractauimus, tẽ-  
pore quæratu domino aduer-  
sus vasallos, quoties vasalli vo-  
lentes, ad alios furnos, vel alia  
molendina accedere prohibiti  
fuerint & huic prohibitioni cõ-  
sentientes ad domini molendi-  
na accesserint. Sic sanè hæc præ-  
scriptio non aliter procedit.  
quod glos. aduertit in l. quili-  
minibus. ff. de seruitut. vrbani-  
prædior.

prædior. & in l. j. C. de seruitut.  
& aqua. Barto. Ange. & Flori.  
in dict. l. qui luminibus. Panor.  
per text. in cap. significante. de  
appellatio. & in dict. cap. Abba-  
te sancti Syluani. Iason in l.  
quò minus. ff. de flumin. num.  
27. & ibi Ripa. nu. 132. Guid. Pa-  
pe q. 298. idèd Ripa in d. ca. cum  
ecclesia. nu. 50. Deci. in d. consi.  
viij. & consi. 127. col. ij. Cinus, &  
Bald. in l. j. C. de serui. & aqua.  
latissimè Balb. de præscr. in iij.  
part. v. part. principalis, quæst.  
v. & vj. Iason in §. quæ si agat.  
de action. numer. 41. post Fa-  
brum ibi, & Aymon consi. 111.  
numer. 22. idem in tract. de an-  
tiqua. tempo. iij. part. capit. ma-  
teria ista. num. 99. Carol. Moli-  
næ. in consuet. Parisi. §. j. gloss.  
iij. num. 11. Et Iaco. in tract. de  
feudis. verb. & cum molendi-  
nis. num. iij. Boerius quæst. 125.  
ij. colum. quorum opinio du-  
bidò procul communis est. Et  
probatur in l. hæc autem. ff. de  
seruitut. vrbani. præd. vnde fit, vt  
si probatum sit à domino ad-  
uersus vasallos, quòd fuerint va-  
salli volentes ad alia molendi-  
na deferre triticum molèdum,  
hoc facere prohibiti, & acce-  
serint huic prohibitioni cõsen-  
tientes ad furnos & molèdina  
domini, ex hoc probata sit qua-  
si possessio huius iuris, & ea ra-  
tione præscriptio, quæ à die pro-  
hibitionis incipit, & procedit.  
Posterior responsio ab ea ra-  
tione deducitur, qua quibusdã

placuit, probata præscriptione  
immemoriali, & sic probato  
vsu tanti temporis, cuius ini-  
tium memoriam hominum  
excedit, non esse necessarium  
probari, quòd vasalli prohibiti  
ad alia molendina accedere,  
huicque prohibitioni consen-  
tientes ad domini furnos, & mo-  
lendina triticum molendum,  
& panes coquèdos detulerint.  
quod colligitur ex Dec. consi.  
271. num. 14. & 15. Aymo. in d.  
consi. 111. colum. pen. Hoc verò  
ita est accipiendum, vt ex hoc  
tempore præsumatur quasi pos-  
sessio adquisita eo modo, &  
forma, quæ iure necessaria est:  
iuxta opinionem, cuius modò  
meminimus. Alioqui imme-  
morialis vsus in vim præscri-  
ptionis parum prodesset: quia  
nisi quasi possessionem legitimi-  
mè obtentam præsumamus,  
præscriptio etiam huius tem-  
poris deficit. regul. sine posses-  
sione. de regu. iur. in vj. Sic de-  
nique quòd sit præsumptio  
adsumenda ista ex tanti tempo-  
ris vsu, sensit Salyce. in lautho-  
ritatem. C. vnde vi. cui & alij  
suffragantur: sicuti in hac ij. hu-  
ius relectionis parte obiter teti-  
gimus, in princ. num. viij. ad fi.  
Hæc ipsa conclusio, quòd im-  
memorialis præscriptio, aut im-  
memoria, lis vsus sit sufficiens  
in his, quæ iure familiaritatis  
solent exhiberi, & voluntaria  
sunt, placuit Felin. in cap. cum  
M. Ferrariensis. nu. vij. de con-

fit. & probatur ex his, quæ diximus superius, versic. secunda conclusio. Ego sanè hanc præsumptionem prohibitionis ad acquirendam quasi possessionem tunc præsumerem, quam do immemoralis tēporis vsus probatur simul cum aliquot prohibitionibus in ipsius temporis tractu contingentibus: licet nō probetur prohibitio ita antiqua vt ipsa immemoralis quasi possessio ab ea processerit: sed sufficiet probatio prohibitionum aliquot, quæ motam litē triginta, quadraginta, aut quinquaginta annis processerint: etenim præsumam ex hoc immemorialē quasi possessionem à prohibitione processisse. Alioqui nulla probata prohibitionē, minimè admittere, quod ex Decio, Aymo. & alijs modò adnotauimus. Poterit etiam immemoralis hic vsus allegari, & in iudicium deduci, non in vim præscriptionis: sed ad probationē tituli, quem actor asseuerat seipsum habere ad hoc ius percipiendum. probatur etenim titulus ex hoc immemoralis temporis vsu, qui vim habet constituti, & priuilegij. l. hoc iure. §. ductas aquæ. ff. de aqua quot. & æstiuæ. c. super quibusdam. de verb. signific. c. j. de præscripti. in vj. cum his, quæ nos adnotauimus lib. j. varia. reso. c. 17. nume. v. atque ita videtur respondendum fore in hac specie, tamen si Petr. Iacob.

in practica, libello, de furno. Barthol. Cœpola de seruit. vrb. præd. cap. 50. Ripa in dicto capit. cum ecclesia Sutrina. num. 69. Aymon in dict. tractat. de antiquit. tempo. iij. part. capit. materia ista. nume. 98. Et Boerius quæst. 125. col. ij. expressim asseuerent nō sufficere quò ad hæc iura molendinorū, & furnorum, quæ modò examinamus, vsus tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat: nisi à die prohibitionis legitima præscriptio processerit: quæ quidē controuersia rem dubiam satis efficit. Et idè etiam si prior opinio admittenda sit: posterior tamen, ni fallor, obtinebit quoties actum sit de acquirendo iure merè & simpliciter negatino: tūc enim, nisi probetur prohibitio, adquiri non potest ius negatiuum, etiam tēpore immemoriali, cuius rei exemplum sit in d. l. qui luminibus. vbi Accurs. Nam si meus vicinus domum habens, aut aream propriā per centū annos, aut denique mille, alius eam non ædificauerit: minimè ego possum asserere mihi adquisitū esse ius feruitus altius non tollendi cōtra vicinū: imò ipse poterit liberè altius tollere. Qua de re oportet exactè cogitare quoties quæstio ab proximo inciderit, legēdique sunt diligenter præcitati authores, maximè Cœpo. & Ripa in d. l. quo minus. nu. 131. qui aliquot

quot quæstiones alijs nominatum authoribus adductus tractauerunt. Illud omittendum non est, + dominos habentes iurisdictionem, principem tamen superiorem recognoscētes, nequaquam posse subditos cogere iure communi, quod ad domini molendina triticum molendum deferant, & non ad alia: enim actus merè voluntatis est: vt patet, & idè permittenda non est, nec iure permittitur domino violentia: ad eò quidem vt nec per statutum ipsius domini aut populi id fieri possit. cum id tendat in graue subditorum præiudicium, præsertim eorū, qui alia in eadem vrbe, eiusque territorio molendina construxerint, & ædificauerint, aut construere velint: huius sententiæ authores sunt Bartho. Soc. conf. 272. lib. 2. Io. Baptista de. S. Seuerino in rep. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur. colum. 36. Signorol. inter consilia Baldi conf. 56. lib. 3. & inibi Bald. conf. 57. Ancha. in capit. canonum statuta. de constit. q. 11. Ripa lib. 1. responsorum, cap. 11. Nicola. Boer. decif. 125. idque maximè obtinet quando statutum istud sit ad priuatam ipsius domini utilitatem, quod fatētur Bald. in conf. 410. lib. v. & Iaco. in tract. de feudis. verb. & cum molendinis. q. 1. Aymo in 4. parte de antiquit. tempor. capitu. circa præmissa. num. 4. Quasi tres hi posteriores authores velint, & probare conentur hoc statutum

fieri posse ad ipsius vniuersitatis utilitatem, quoties lucrum inde acquirendum in totius communis utilitatem expēdendum est. Ego verò priorē sententiam quæ communis est, sequor absque vlla distinctione: idque videri sententia docto. quod ad eius cōprobationem citauimus: nō enim satis est, quòd lucrum ex molendinis ipsius reipublicæ futurum sit. vt à populo superiore habente statutum istud fiat in præiudicium ita graue subditorum: & in damnum libertatis illius, quæ iure cōmuni cuique concessa est: quā ob rem veluti iniuriam esse rescindendum: nam & ab eo appellari potest. l. j. §. sollet. ff. quando appel. sit. l. qui se grauatos. C. de cēsis. Non inficior posse contingere aliā publicam utilitatem, cui statutum istud imitatur, ex qua iustificari valeat. Quod ex tempore, loco, & alijs iudex discretus arbitratur: tantum enim illud hic admonemus aduerfus Bald. & Iacob. non esse rationem iustā huius statuti, quòd lucrum acquirendum ipsius communis utilitatis necessitatibus distribuendum sit in publicam utilitatem: siquidem hæc non est sufficiens causa vt iniqua lex fiat: cum possit aliunde publicis oneribus, & expensis subueniri. Hinc planè deducitur, huiusmodi statutum minimè ratione fortiori admitendum esse in præiudicium furnorum, & molendinorum. ec-

8. clisiarum. † Nam est præmit-  
tatur hoc statutum validum esse,  
quod modò negauimus, id  
tamen aduersus ecclesias quò  
ad earum furnos, & molendina  
non obtinebit, secundum Calde-  
ri. inter Ancharan. consilia consi-  
lio duo decimo & Ancharan.  
consil. 13. quo in loco refertur  
hac de re collegij Bononiensis re-  
sponso: idem Ancha. consil. 135.  
Boeri in dict. quæstio. 125. Ripa  
lib. 1. respo. capitul. 15. Socini in  
dict. consil. 172. lib. 2. colum. 11.  
Iason in l. ciuitas. colum. 4. ff. si  
cert. peta. Baptista in dict. 1. om-  
nes. coi. 36. ff. de iust. & iur. An-  
cha. in capitul. canonum statuta  
quæstio. 11. de consil. Alexand.  
consil. 211. libro secundo nume.  
10. Iason optimè in dict. 1. quò  
minus. ff. de summi. quæstio. 25.  
vbi nume. 156. scribit, hanc opi-  
nionem communem esse: quam  
item sequuntur Panor. in repet.  
capitul. ecclesia sanctæ Mariæ.  
de consil. nume. 3. 1. quibus sus-  
fragatur text. in capitul. vlti. de  
immu. eccles. in 6. quo ex comu-  
nicantur laici statuentes, & pro-  
hibentes contractus emptiois,  
& venditionis inter subditos eo-  
rum iurisdictioni, & personas  
ecclesiasticas. Ex qua constitu-  
tione probatur, statutum illud  
dici contrarium libertati eccle-  
siastica, quo aufertur, & tolli-  
tur ab ecclesijs, vel clericis, id,  
quod iure communi omnibus  
est liberè concessum: quemad-  
modum adnotarunt Anton. Imo.

& alij, præsertim Felin. num. 29.  
& Deci. colum. 2. in capitul. ec-  
clesia. de consil. Rochus in ca-  
pitul. vltim. de consuetu. Folio  
paruo. 47. colum. 2. vnde con-  
stat Aymonem Sauilli. in dict.  
tracta. de antip. tem. 4. part. ca-  
pitul. circa præmissa. nume. 17.  
non rectè aduertisse quid in hac  
specie in dict. cap. vlt. statutum  
fuerit. Nam probare conatus,  
statutum istud de molendinis  
non esse contra libertatem ec-  
clesiasticam: respondit idèd ve-  
rum id esse: quia iure communi  
non habet ecclesia priuilegium  
cogendi quèquem ad eius mol-  
endina triticum molendum ad-  
ducere: sed liberum esse cuique  
eum accessum: & ea ratione po-  
tius secundum eum tollitur sta-  
tuto libertas laicis, quàm eccle-  
siæ. Etenim quantum valde hæc  
responso palàm ostendit ipsa ro-  
mani pontificis constitutio, quæ  
censet libertatem ecclesiasticam  
tollere ac diminui, si laici prohi-  
beantur cum clericis contrahere,  
commercium, & permutationes  
inire, & tamen liberum erat lai-  
cis hæc commercia cum clericis  
tractare, qua ratione non satis  
est responsum decisioni prædi-  
ctæ constitutionis vlt. de immu-  
nitat. eccle. in 6. His etiam acce-  
dit præter alia quæ in dict. capi-  
tulis. per Felin. & Dec. tra-  
duntur, elegans Thomæ Grama-  
tici testimonium in decis. 100.  
refert enim is, & iustissimè id fa-  
ctum esse contendit, apud re-  
gium

gium Neapolitanum præto-  
rioni definitum esse mota con-  
trouersia inter Salerni ciui-  
tatem, & Abbatem sancti Be-  
nedicti: statutum illius ciuitatis,  
quo prohibitum extat, in eam  
vrbem adduci vinum extra ip-  
sius fines & territorium collectum  
minimè cõprehendere vina, quæ  
ex ecclesiarum vineis colliguntur:  
atque addit ipse non obstant  
te hoc statuto clericis posse vi-  
num aliundè quàm ex territo-  
rio collectum in ciuitatem addu-  
cere. Quo quidem in loco Tho-  
mas hac decisionem cõmunè  
de molendinis ecclesiarum pro-  
bat, & sequitur nume. 14. oportet  
tamen in hac & similibus cõ-  
tentionibus aduertere ad immu-  
norialem præscriptionem, & con-  
suetudinem promiscuam laicorum,  
& clericorum consensu proba-  
tam saltem tacito: itè ad regias  
constitutiones, quæ generaliter  
in vtilitate rei publicæ statute,  
nihilque contrarium sacris cano-  
nibus instituentes, solent & cle-  
ricos & ecclesiarum res comple-  
cti. de quo alibi oportuniùs dis-  
putabitur. Cæterum in hac spe-  
cie, quam tractamus, Caldeini,  
Anchar. & aliorum responsis, ex  
aduerso refragatur idem Calde-  
ri. titul. de constit. consil. 21. ex-  
pressim contrarium respõdens.  
Bald. item consil. 11. inter consilia  
Ancha. & Aymon Sauilli. in d.  
capitul. circa præmissa. nume.  
8. qui aliquot rationes adducit  
parum huic negotio consentien-

ies, idcirco ipse opinor duo vel  
tria esse hac in parte adnotan-  
da ad huius difficultatis resolu-  
tionem.  
¶ Primum, † non posse statu-  
to domini aut populi, subditos  
prohiberi, quòd nõ defertant tri-  
ticum molendum ad alia quàm  
publica molendina: siue id fiat  
ad vtilitatem domini: siue vt lu-  
crum inde cõmunitati ex molè-  
dini reditu maius accedat, atque  
hanc esse communem senten-  
tiam ex prænotatis constat.  
¶ Secundò hinc manifestum  
est, tale statutum & similia ma-  
iori ratione nequaquam molen-  
dis ecclesiarum obesse: neque  
hanc statuti prohibitionem ad  
ea extendi: sicuti frequentissimò  
omnium consensu definitum  
extat.  
¶ Tertium est, quod maximam  
contentionem habet. Nam si  
iuxta temporis, & publici sta-  
tus conditionem regimini publi-  
co, & ipsi communitati, cuius  
pars est ipse clerus, maximè con-  
ueniat hoc statutum, sitque om-  
nibus laicis quidem, & clericis  
vtile: non propter reditus ma-  
iores ipsius communitatis, sed  
aliam ob causam, quæ vniuersum  
hominum illius societatis  
cõuictum spectat: fortassis hoc  
statutum admittendum erit, e-  
tiam in præiudicium ecclesia-  
rum habentium molendina. Cũ  
conueniat ita fieri, nè illa ci-  
uitas graue detrimentum om-  
nibus in vniuersum nocens,

pauatur . quod probari poterit ex decisione Bartolus in l. cūctos populos. v. questio. C. de summa trinita. quæ licet cōmuniter improbata sit, in hoc tamē casu ob promiscuam , & totius reipublicæ vtilitatē defendi cōmodē potest. tradit latē Felin. in dict. cap. ecclesia. nu. 81. Hoc ipsum fulcitur ex eo , quod licet statutum prohibens bona in eū, qui subditus nō sit, alienari, minime cōprehendat ecclesiam: secundum Bart. in l. filius familiās. §. diui. ff. de legat. j. cuius opinio nem latē expendunt inibi doctores, præsertim Iason qui nu. 72. in prima lectione fateatur eā cōmunē esse: tamē si ob statū reipublicæ , cōmunitati conueniat maximē ad eius vel tutelā, vel regimen: quod res quædā in ecclesiā, aut clericos minime transferatur: tunc statutum id validū erit, & aduersus ecclesias obtinebit: secundū Cardin. in conf. l. 44. Ioan. Crociū in d. §. diui. col. 2. 4. & ibi Ferdinādū Loazes nu. 424 idēque sentit Freder. consil. 37 incipienti, statuto ciuitatis. Hinc denique infero, non omnino falsum esse quod inter consilia Ancha. Bald. respondit, & Calderin. in dict. conf. 21. titu. de consil. licet idē Calderinus, cui cæteri doctores in specie accesserunt, contrariū scripserit: in his etiam Calderini & Baldi responsis nō agitur de statuto directē prohibentem nē quis triticū deferat molendū ad alia quā ipsius

cōmunitatis, & reipublicæ molendina: nam hoc inualidū esse, maximē in præiudicium ecclesiarum, ipse fateor . Sed actum est de municipalī lege, qua tempore publicæ inopiæ, cūm reipublica grauatū annona penuria nē triticū ipsius ciuitatis ad exteros deferatur , vetitus fuerit nē quis triticum molendum extra urbem deferat, nisi duodecima pars tritici quæ molendi ratione dari solet, in ipsius ciuitatis exitu portarum custodibus soluatur, nomine cōmunitati recipientibus id pro molendis, quæ extra urbem reipublica habet, ad quæ deferendum est triticum, vt inibi molatur. Nam et si ex hoc statuto sequatur damnum ecclesijs quod ad earum reditus, qui ex molendis ecclesiarum extra urbem existentibus percipiebantur: tamen nē reipublica tota grauisimum detrimentum patiat, cui quidē dāno aliter obuiam iri nō potest, admittēdum est statutum, quod non sit ob augendos reditus ipsius vniuersitatis. Hæc verō diximus obiter ad perfectiorem eius quæstionem, quā examinauimus, cognitionem . Quibus addere libet in ea dubitatione, an laici possint edicto, aut statuto, ad tēpus vel perpetuū prohibere clericos vt patris cōmunibus ipsi reipublicæ omnibusque ciuibus: legendos esse Oldrad. conf. 32. Antoni. in cap. nouerint. de sent. excom. Abb. consil.

conf. vj. lib. j. Feli. in c. ecclesia. de constitu. numer. 104. & Lucam de Penna in l. iubemus. C. de nauicularijs non excusand. lib. xvj. Hactenus de tempore ad præscribendum requisito tractauimus: deque immemoriali præscriptione: de centenaria: ac de earum differentijs: atque itidem de possessione. Nūc breuiter de titulo agemus, cūm & is sit necessarius ad vsucapionem, & præscriptionem.

Ex §. sequenti.

- 1 Titulus in hac materia præscriptionis quid sit?
- 2 Titulus quādo in præscriptione sit necessarius quinque conclusionibus expeditur.
- 3 Filius suus hæres præscribere non potest titulo pro hærede, etiam iure Nouellarum: & inibi traditur decisio. l. nihil. C. de vsucapio. pro hæred.
- 4 Filius suus hæres veniens ex capite vnde agnati, præscribit titulo pro hærede.
- 5 Filius suus hæres repudiatus simpliciter: an possit postea eam accipere ex capite vnde agnati?

§. Quintus.



ITVLVM ad præscriptionē iure requiri satis probatur in c. Si diligenti. de præscript. in l. Celsus. ff. de vsucap.

& alibi passim apud ius canonicum; & ciuile: sicuti in d. l. Celsus. Bart. Fraciscus Balbus, & alij tradiderunt post Dinū in regul. possessor. de regul. iur. ex quorum commentarijs nos hoc in loco aliquot assertiones exponemus pro huius materie compendio. Illud verō est præmittendum, quod si titulus est causa ex se habilis ad translationē dominij: etenim in hunc sensum dominij accipitur: a iure, præsertim in hoc tractatu de vsucapionibus, & præscriptionibus, secundum Cinum in l. cogi. C. de petitio. hæred. Paul. Cast. in l. Celsus. proximē citata, Balbū in tracta. de præscript. j. par. iij. part. principal. q. ij. tametsi frequentissimē ex titulo isto sufficienti ad translationem dominij non transferatur dominij ipsum, sed tantum vsucapiēdi conditio: idque varijs ex causis contingit, maximē ex eo quod is, à quo titulus habetur, dominium non habebat, nec poterat illud transferre in alterū, cui titulum concessit.

¶ Prima igitur conclusio sit. In præscriptione decē, vel viginī annorum, quæ ordinaria est, tituli allegatio, & probatio iure exigitur: & idē in vsucapione triennali. d. l. Celsus. l. nullo. C. de rei vëdic. vbi Bart. & doctores hoc ipsum adnotarunt. Et proccedit hæc conclusio iure canonico, & ciuili. nā in materia tituli nullum est inter ius Cæsar. Relict. Didac. Couar. A

reum, & pontificiū discrimē. optimus rex. in c. placuit. §. potest. xvj. q. iij. siquidem Balbus latē ij. parte iij. part. q. vj. & ij. parte iij. part. prime. q. ij. col. iij. ex alijs resoluit esse ad materiā tituli nullam quē differentiam inter ius canonicum, & ciuile: quod & nos obiter probauimus lib. j. variar. resolutio. c. 17. nu. vij. Hinc colligitur secundū Gratianum in d. §. potest. Dinum in d. regu. possessor. nu. 25. & sequē. grauiter errasse, dum existimat iure pōtificio in p̄scribendis his rebus, quæ possunt possideri, & p̄scrip̄tione acquiri, & in quibus nō est p̄sumptio contra p̄scribentē, non requiri titulum: sed sufficere bonam fidem, etiā in p̄scrip̄tionibus decē, vel viginti annorū. Et enim hoc falsum est. Nam in longi tēporis p̄scrip̄tionibus adhuc iure pōtificio p̄ter bonam fidē titulus est necessarius.

¶ Secunda conclusio. In p̄scrip̄tione triginta vel quadraginta annorum, nec iure pontificio, nec Cæsario titulus requiritur: sed sufficit bona fides l. omnes. C. de p̄scrip̄t. trigin. anno. c. placuit. §. potest. xvj. q. iij. & est communis opinio in d. c. si diligētī. & in d. c. sanctorum. de p̄scrip̄t. vnde si priuatus p̄scribat contra ecclesiā aliquam rem, etiā si requiratur tempus quadraginta annorum, titulus tamen non est ne-

cessarius, nec fuit vnquam iure veteri: secundum Panor. in c. de quarta. nu. 14. & 26. & Balb. in d. q. vj. & q. ij. iij. part. col. iij.

¶ Tertia conclusio. P̄scrip̄tio immemorialis, etiā vbi aduersus p̄scribentem adest iuris communis p̄sumptio, titulum, nec eius allegationem, nec probationem exigit. Sicuti probatur in d. c. j. de p̄scrip̄t. in vj. & nos tradidimus. §. iij. huius secundæ partis. nu. vij.

¶ Quarta cōclusio. Centenaria p̄scrip̄tio quæ regulariter aduersus romanā ecclesiā necessaria est, iure ordinario titulum non requirit, nec eius probationem, nec allegationem. Hanc conclusionem hic repetimus: eam etenim probauimus in d. §. iij. nume. vj.

¶ Quinta cōclusio. Quoties p̄sumptio iuris cōmunis est contra p̄scribentem siue in p̄scrip̄tione aduersus ecclesiā romanam, quæ centenaria est, siue in quadragenaria cōtra inferiorem ecclesiā, semper tituli allegatio & eius probatio necessaria est: vel oportet loco harū p̄scrip̄tionū immemorialis tēporis quasi possessionē probare: text. insignis in d. c. j. de p̄scri. in vj. glo. Dinus nu. 27. in hac regu. glo. cōmuniter recepta in d. c. si diligētī. Quam quidē conclusionē & nos examinauimus li. j. varia. reso. c. 17. nu. vij. quo in loco attingimus, & explicuimus, quæ p̄sumptio iuris

p̄rio iuris sit ista. Verūm in hac materia tituli extat Cæsarium pulchra cōstitutio C. de vsucapio. pro hærede. in hæc quidem verba. † Nihil pro hærede possit vsucapi, suis hæredibus existentibus, obtinuit. Ex qua Bald. Sali. & alij communi omnium consensu adnotarunt, titulum pro hærede aliqui in extraneis satis sufficientem ad p̄scribendum, minimē sufficere ad hoc vt sui hæredes, & necessarii p̄scribant: rex. optimus in l. ij. §. vlti. ff. pro hærede. Huius decisionis ea est ratio, quod in suis nulla datur propria hæreditas: sed tantum dominij cōtinuatio: neque enim videntur filij sui hæredes, & necessarii post parentis mortē patris hæreditatem percipere nouo saltē titulo. l. in suis. ff. de lib. & posthu. vbi Bart. Alexan. & alij opinantur, hanc esse veram rationem dictæ cōstitutionis Imperatoris in d. l. nihil. Quæ procedit etiam iure nouo, quo in successionebus ceterarū sublata differentia emancipationis, & patriæ potestatis quantum ad suam tatem. l. meminimus. C. de suis & legit. hæred. & in authē. de hæreditatib. quæ ab intestato. de ferun. §. nullam. Nam hæc differentia non est in vniuersum sublata: sed tantum quod ad succedendum. siquidem succedit emancipatus pariter cum suo, & æqualiter vti successisset, si suus foret: nec tamen sublata

est differentia emancipationis & suitaris quantum ad modum succedendi. Et enim suus succedit vt suus: emancipatus vt emancipatus: quæ ad modum notat Areti. in l. cum quidam. §. suū. ff. de acqui. hæred. idem Areti. in l. ventre. nu. ix. ff. de acquirē. hæredi. qui ex hoc scribit, emancipatum etiā iure nouo ex potentia suitaris nō transmittere hæreditatē nō agnitam: & addit hanc esse cōmunem opinionem: idē asseuerat eam sequutus Alex. in l. si fratris. C. de iure deliberand. & in l. si emancipati. C. de collatio. col. v. notat optimē Fortuni. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 107. ff. de liberis & posthu. Sic & hodie adhuc extat differentia emancipationis, & patriæ potestatis, quoties agitur de infringendis parentum testamentis: nā suus habet ius dicēdi nullum patris testamentum, in quo præteritus fuerit: emancipatus verō habet tantum bonorum possessionem contra tabulas: præsertim cum præteritio contigerit causa inserta, & expressa in ipso testamento. gloss. in authent. de hæredi. & falcid. §. ex hæredatis. gloss. in l. si emancipati. C. de collar. & in authentic. ex causa. C. de libe. præteri. & ex hæredatis. quarū resolutionem explicuimus in cap. R. ainutius. de testament. in principio. nume. iij. & iij. Quibus addenda sunt quæ de hac continuatio-

ne dominij parentis in filium tradit Andry. Traquel. in l. si vnam. C. de reuocad. donat. in princip. nu. 2. vnde comprobata est responsio Cæsarum in d. l. nihil. Cuius interpretatiōnem aduersus communem aliter explicat Stephanus in Necyomantia Iuris dialogo. 36. eum legito: Et Viglium in. §. sui. in situ. de hæred. qualit. & differ. qui Cæsaream constitutionē in hunc sensum accipiūt vt extranei non possint vsucapere titulo pro hærede, quando superstitēs sunt sui heredes qua ratione communis sententiam admodum abhorret in sententia legis Bald. tamen rubri. de præscript. existimat hanc decisionem veram esse, † vbi filius allegat se vsucepisse, aut præscriptisse titulo filij hæredis ex capite filiationis, & suatis habentis hereditatē: quasi secundum Bald. aliud dicendum sit quoties filius allegauerit se possedisse, & habuisse hereditatē titulo agnationis: ex capite inquam agnatorum, omisso capite suatis, & filiatē: is tunc etenim procedit præscriptio titulo hæredis ex hoc agnatē is iure. eam conclusionē censet mirabilem esse Alexā. in l. in suis. col. ij. ff. de liber. & post. quem sequitur Balb. in repe. l. Celsus. ff. de vsucap. in j. parte. princip. col. pen. Huius verò sententię examinationi præmittendum est, an filius in potestate tēpo-

re, vel repudiatione priuatus, & exclusus à capite vnde liberi admittatur ex capite vnde agnati? Qua de re adest textus optimus in l. j. §. Sed videndū. ff. de success. edict. quo responsum est, † filium in potestate tēpore, aut repudiatione exclusum à capite vnde liberi, admitti ex capite vnde agnati: cui de cisioni nō obstat quod Accursus ibi notauit scribens, simplicem repudiationem ab omni capite repudiantem excludere quā quidem conclusionem dicit singula. Alexan. in l. si creditori. ff. de legat. j. Paulus Castris in l. vnic. C. quando non petent. part. idem Paul. & Iason in l. ij. C. de iur. & fact. ignorā. id enim intelligendum est, vbi plura capita, & iura simul eodē tempore cōpetunt repudianti. Nam eo casu simpliciter repudians renūtiare videtur cuiusque iuri, & capiti ex quo bona, & hereditas, quibus simpliciter renuntiat, eidem cōpetunt. At in hac specie, quam modò examinamus, capite vnde agnati non cōpetit priusquā caput vnde liberi exclusum fuerit. Ergo si filius, cui hereditas primo loco defertur ex capite tātūm vnde liberi, hereditatē repudiauerit, solum censetur repudiassē eam ex capite vnde liberi: non ex capite vnde agnati: & idē adhuc post simplicem repudiationem habet caput vnde agnati, cui non renuntia-

uit: cum

uit: cum nondum tēpore renūtiationis cōpeteret, nec esset ei delatum. Iis potest ff. de adquiren. heredita. l. quādiu. ff. eod. tit. l. si ita scriptum. §. si sub cōditione. ff. de leg. ij. atq. ita esse intelligendam opiniōnē glos. in d. §. sed videndum. not. Decius in l. quoties duplici iure. ff. de regu. iur. quo in loco priorē conclusiōnē gloss. in d. §. sed videndum. intelligit, vbi renuntiat simpliciter hereditati: tunc enim omnibus iuribus: ex quibus hereditas delata fuerit, renuntiatum esse censetur. Barto. in l. nec is. §. j. ff. de adquiren. heredit. per l. si duo. §. idem Iulianus. & §. si quis iurauerit. ff. de iureiurand. & est cōmunis opinio secundum Iason. in d. l. Nec is. §. i. col. iij. tamen si inibi disputet aduersus Bart. & alios qui hanc communem sequuti sunt. His denique prænotatis satis explicita est sententia Baldi in dict. rubr. de præscript. quam & Alex. sequitur in l. qui se patris. C. vnde liberi. iij. col. idem in l. filius qui patri. ff. de vulga. & pupil. col. vlti. vbi Socinus nu. 16. & Curtius iunior in l. si emancipati. C. de collatio. n. 37. sensere, maximā esse Bald. autoritatē, & ex ea plurimū tribui huic opinioni: eam tamen dubiam esse vterque existimat. Tandē Iason in l. in suis. col. ij. ff. de liber. & posthu. reprobatur sententiam Baldi, atque allegat con-

tra in sum l. de bonis. ff. de Carbo. edict. quem text. inquit singularē esse. Ex eo etenim probatur, filium emancipatū, qui omisso capite, vnde liberi, ex capite vnde agnati, patris hereditatem accepit, adhuc suum dici. Huic autem edicto, inquit Paulus, locus est, etiam si ab in testato ad bonorū possessionē veniant liberi: tamen si inferioribus partibus petant, qua legitimi vocantur, quoniam sui sunt: vel ex illa, quæ cognatis datur. Hactenus Iusconsultus. sed poterit huic loco respondere, filium in potestate venientē ex capite vnde agnati: suū quidem dici, nō quod verē suus sit, sed quia loco sui hæredis à pretore vocatur: vt probatur in princ. & in §. sunt autē. Instit. de bono. posses. Nam & Iuitas non capit nisi primum gradū. l. j. §. scidum. ff. de suis & legiti. hæredib. Igitur suus filius repudiando primū gradum desinit esse suus quod ad effectū saltem, licet nudum nomen retineat: argumento sumpto à lege si tibi homo. §. cum seruus. ff. de lega. j. Nec vlla iusta ratio ne defendi potest, quod filius omisso capite vnde liberi, accipiens paternā hereditatem ex capite vnde agnati, habeat iura suatis, & omnino ea priuilegia, quæ iure filijs suis conceduntur. vnde Baldi interpretatio ad l. nihil. C. de vsucap. pro hæredem mittenda videtur.

Ex §. sequenti.

- 1 Bona fides significum quodlibet, & dolum excludit.
- 2 Bona fides plerūque significat quod æquum & bonum sit.
- 3 Aequitas, & rigor qualiter distim quantur: & de summo, atque stricto iure.
- 4 Bona fidei contractus, unde hanc appellationem habuerint, latè traditur.
- 5 Bona fidei contractus, an iure canonico an stricti iuris conventionibus distinguantur?
- 6 Bona fidei contractus, quamobrem ipso iure nulli dicatur dolo dante causam contractui, nō sit stricti iuris?

§. Sextus.



**S**UPER EST nunc de bona fide, quæ ad præscriptionem necessaria est, quedam examinare; non equidè à nostris intacta, sed quæ nō ita ut par est, fuere per eos discussa. Illud enim erò sciendū est iuris † utriusque cōditores bonam fidè plerunquè exigere in eum quidem sensum, ut actus fiat, & tractetur citra vllum figmentū, & dolum: simpliciter quidem. l. si seruus cōmunis. §. quod si sciēs. ff. de furt. l. ab emptione. ff. de pact. l. iij. C. de per. rei vendit. explicat Budæus in l. emptorē. ff. de actio. empt. Sic apud Plautū in Aulularia, Eucelio senex Liconidè adolescentē alloquitus actū. iij. scē-

na. vj. inquit: Dic bona fide, tu id aurum nō surripuisti? Apud Terentium in Heautontimo, actū iij. scena. v. Chremes Syru interrogās inquit, bona ne fide? n summa deniq; bonam fidem ipse interpretor, iudicium illud priuatū, quo quisque de rebus proprijs dijudicat secū: particulariter quidem de omnibus proprijs actibus moralibus. Nam & fides iudiciū quoddam est, quo credimus aliquid item & illud, quo proprios nostros actus morales iudicamus: quā ob rem in hac parte fides pro conscientia adsumitur: & conscientia credulitas quedam est: & præterea iudicium examinans actiones nostras, ideōq; à Paulo ad Roma. c. 1. fides appellatur: dum inquit, Omne quod nō est ex fide, peccatū est: ex fide inquam, id est ex cōscientia: auctore Ambrosio in commentarijs Episto. ad Roma. c. vlt. de præscript. c. que rat aliquis. de pœni. distinct. l. ij. quæ ratione quoties quis actū cogit contra conscientiam, & aduersus id, quod priuatū eius iudicium dicat, dolo quidem non bona fide vitur. unde ad discernendum alicuius bonam vel malam fidem, respicienda est vnus cuiusque propria, non alterius cōscientia, vel opinio. l. i. §. Iulianus scribit. ff. de iur. actūque priuat. Quo fit, ut is dicatur bona fide possidere: bona fide contrahere; qui credit

fc id iussu

se id iussu facere, & ut dicitur, nullum habes in corde figmentum nec dolum. l. qui à quolibet. ff. de cōtrahen. empt. l. bona fidei emptor. ff. de verb. sig. Is verò, qui corde aliud credit, quàm quòd dicatur, is inquā mala fide possidet, & contrahit. l. res bona. ff. de cōtrahen. empt. l. bonā fidem. C. de actio. Etenim secundum Ciceronē lib. j. de officijs, fides inde dicta est, quod fiat id, quod dicitur: & iustitiæ est fundamentum. idcirco in omnibus negotijs ratio bonæ fidei habēda est: cū ei aduersetur mala fides, & dolum, qui in republica minimè est tolerandus: imò à quocunque negotio sumis viribus ex terminandus. Hinc sanè queritur, quam ob rem iure civili actiones quædam, & cōtractus eo distinguantur, quòd quidā sint bonæ fidei, reliqui verò stricti iuris. §. actionum autem. In tit. de actio. l. an actionibus. de in lit. iur. text. n. c. cum venerabilis de exceptio. & inibi gloss. Panormit. & alij. Nam cum in omni actione bona fides, & eadem in omnibus contractibus considerari debeat. l. si mandata. §. j. ff. mandar. l. bonā fidem. C. de actionib. & obligat. mirū quibusdam, qui iuris civilis disciplinā summis, quod aiunt, contractus quidam speciali titulo bonæ fidei censantur.

¶ Verūm apud iuris civilis re

spōsa † interdum verbū hoc: bona fides, non tam synceram illam voluntatem, & animum dolo contrarium, quam æquitatem quandam, & iustitiam ipsam à rigore quodam summo segregatam, & purā significat. l. bona fides. ff. de pos. lat. si quis. §. hæc actio. ff. de relig. & sumpt. fune. l. si mandauero. §. Iulianus. ff. manda. l. iij. §. vlti. ff. de preca. Rursum strictum ius apud Præficos dicitur appellatur ius prædium, exactum, & rigoris plenum: quod quidem æquitati, bono, & æquo opponitur. l. j. §. item Varus. ff. de aqua plu. arcen. l. placuit. C. de iudic. l. in his. ff. de condi. & demon. tradit eleganter Budæus in l. j. col. ij. ff. de iust. & iu. ac de æquitate quidē multa Oldendorpius in tract. de formula in uestigandæ actionis. c. quid sit æquitas. Et idem in forensi disputatione de æquitate Cælius libr. iij. lectio. Antiquar. cap. 22. ex quibus illud satis constat strictum ius esse, quod strictè & propriè ad corticem literæ absque vlla benignitate, & humanitate est intelligendum, atque interpretandum, & idè opponitur æquitati, ac bono & æquo, à quo benigna & humana deducitur interpretatio. l. Pantoniū. in princip. ff. de digitis tetigere, videbitur, cur contractus quidam speciali titulo bonæ fidei censantur.

A iij

tatem. in fin. ff. de fideic. libert. l. si debitor. §. j. l. inter eos. §. j. ff. de fideiussor. omnium latissimi Andr. Tiraquell. lib. j. de retract. §. 3. gloss. in princ. Hinc denique † æquitas rigori, & stricto iuri opposita, est mitigatio & interpretatio legis scriptæ ex aliqua circumstantia per sonarum, rerum, aut temporū: quemadmodum ab Aristotele deducitur lib. v. Ethicor. c. x. ex nostris præter alios id adnotant Forunius & Budæ. in l. j. iij. notab. ff. de iusti. & iur. cuius rei & author est Iuriconsultus in d. l. bona fides. ff. de posit. qui exempla huic conceptioni suppeditat. Sic & Quintilianus lib. vij. institutio. c. vij. co. ex cōpō vtitur quo & Michael Ephesius super Aristo. in d. c. x. de lege statuente, quod peregrinus muros ascendens occidatur. cuius legis verbis, & rigori stricto subest peregrinus, qui muros ascendens hostes vrbē inuadentes eiecit, & fugauit: adest tamen æquitas, quæ legē suprascriptam interpretatur, & dicitur, hunc peregrinum occidendum non esse. Sic constat, æquitatē esse admirabile quoddam temperamētum, quod ex perfectā ratione omnia moderatur. l. Diuus. ff. de in integrū restitutio. l. si seruo fideicommissaria. ff. de hæredibus instituen. explicat & Ioan. Coras. li. ij. Miscel. c. 18. Hæc verò moderatio ab æquitate deducta

ius ipsū non violat, si legillatōri mentem inspiciamus: si cuti manifestum est: imō iustitiam æquitas ista præ se fert: aut thore Iuriconsulto in l. j. ff. de iustitia & iure. quo in loco scriptum est, ius esse artē boni, & æqui. Hinc apud Aristot. illud ἐπιεικὲς, & ἐπιεικεία quibus strictum ius plerunquē moderatur. quæ admodum & de hac ἐπιεικεία, sunt Iuriconsultorū testimonia plura, potissimū in l. aut facta. ff. de pœnis, & in d. l. bona fides. optimus text. in l. nulla. ff. de legibus. quæ duriorē interpretationē scriptæ legem interprobat. Quasi æquitas, quæ moderatrix est, à iure nō dissentiat. Nā & Cicero ad Herennium lib. iij. Iustitia, inquit, est æquitas, ius vnicuique tribuens pro dignitate cuiusque. idem Cicero lib. iij. officiorum inquit, In primis operā dabūt, vt iuris & iudiciorū æquitatē suam quisque teneat. probat idem text. in l. cum nec patronos. C. de iniur. quod si quando æquitas apud auctores à iure, vel à iusto distingui videatur: tunc ea distinctio vel referenda est ad ius strictum, & ad iustum, quod ab scripta lege descendit: vel ad æquitatem: quæ remissio potius benigna sit, & ad indulgentiam quandam atque humanitatem quàm ad ius ipsū spectet. Hæc quibus deducitur ius strictum id

Et nota id dici quod prædurū sit, & asperū, à quo non liceat nec latū vnguē discedere: cuiq; nihil addi, nec detrahi possit, nisi quod scriptura loquitur. l. si alij. ff. de vsufruc. leg. l. cōtractus. C. de fide instru. hoc quæ ius æquitati opponitur: idē quæ appellatur ius subtile. l. si ita scriptū. in prin. ff. de li. & posth. l. in bello. §. codicilli. ff. de capt. & postli. reuerf. l. si quis ita scripserit. §. j. ff. de manum. testa. l. si tibi. ff. de donat. l. filio præterito. ff. de iniust. rupt. & irrit. testam. l. per fundum. ff. de seruit. rust. præd. quibus Iuriconsultorū responsis ius strictum, quod nullam admittit interpretationē, subtile appellatur, & benignæ ac humanæ interpretationi, æquitatiquæ opponitur. ad idem l. generaliter. §. si quis seruo. ff. de fideicom. liber. Hac ratione ius istud strictū, quod nullam interpretationem admittit, sed præduræ leges & constitutiones iuxta literā intelligit, à veteribus authoribus dictum est summum ius: idē quæ summa iniuria censetur: cum nimis feruere, & durè absque nullo temperamēto ex eo leges accipiantur: alioqui in maximam reipublicæ vtilitatē ex varijs causis interpretandæ, ac moderandæ. Etenim summum ius appellatur, quoties de verbis tantū legis contenditur, nec spectatur. quid censerit, qui scripsit, aut qui loquutus est: quo in ge-

nere plerunquē sub autoritate iuris perniciosè erratur. l. si seruum. §. sequitur. ff. de verbo. obliga. Hinc Terent. in Heautontim. dixit: summum ius sæpè summa malitia. Cicer. item libr. j. officiorum: Existunt, inquit, etiam sæpè iniuria calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione: ex quo illud summum ius, summa iniuria, factum est iam frutum sermone prouerbū. Hactenus Cicero: qui & in oratione pro Cæcina eleganter scribit. Cæteritum ad istam hortationē decurrūt, cum se in causa putant habere æquum, & bonū, quod defendant: si contra verbis, & literis, & vt dici solet, summo iure contenditur, solēt eiusmodi iniquitatis, & boni, & æquidomen dignitatē quæ opponere. Meminere & huius prouerbij Columella libr. j. re rustic. capit. vij. & Valerius Maximus libr. viij. capit. ij. Igitur ex his apparet ratio, quare contractus quidā bonæ fidei dicantur reliqui verò stricti iuris. Nā bonæ fidei † contractus idē quodam censentur: quod in his alter alteri arbitrio, & officio æquissimo iudicis teneatur de eo, quod ex bono, & æquo præstari oportet, etiā si in conuentione id dictum non sit: habet etenim iudex potestatem in his actionibus iudicandi quod sibi bonum, æquū quæ visum fuerit: quanquam nihil à contra-

hentibus dictum sit. quod sen-  
sere iuris vtriusque interpretes:  
præsertim in §. actionum. de  
actio. glo. & Panor. num. 20. in  
c. cum venerabilis. de excepri.  
qui contractus stricti iuris ided  
dici arbitrantur, quod in his ni-  
hil veniat, nec quidquam pos-  
sit iudex, nisi quatenus nomi-  
natum à partibus conuentum sit  
cum omisum censeatur, quod  
palà verbis expressum non sit.  
I. quidquid astringendæ. l. si ita  
supulatus. §. Chryfogonus. ff.  
de verbo. oblig. atque ita hanc  
esse huius discriminis ratione  
nostrates existimarunt: & his sus-  
fragatur quod modò latè de-  
duximus, nempe bonā fidem  
quandam æquitatem esse, be-  
nignamque ex bono, & æquo  
interpretationem. His accedit  
Triphon Iurifcon. in l. bona fi-  
des. ff. de pos. Bona fides, inquit  
quæ in contractibus exigitur,  
summam æquitatē desiderat.  
Sic Caius in l. ex maleficijs. ff.  
de acti. & obli. His actionibus,  
ait, iniucē experiri possunt de  
eo, quod alterū alteri ex bona  
fide præstare oportet. ad idem  
tex. insignis in l. quæro. in prin.  
ff. locat. Nam & tantum in his  
actionibus bonæ fidei valet of-  
ficium iudicis, quantum in sti-  
pulatione nominatim eius rei  
facta interrogatio. l. itē si. in fi.  
eum l. seq. ff. de nego. gest. l. mo-  
ra. §. in bonæ fidei. ff. de vsur. l.  
Lucius. ad fi. ff. de pos. Cicero  
lib. iij. de offic. Quintum Scæ-

uolam refert existimantem, in  
his iudicijs, & actionibus bonæ  
fidei, summam vim esse quod ad  
iudicis arbitrium, & fidei bonæ  
nomē manare lausimè: idque  
versari in tutelis, societatis,  
pignoris, deposito, mādato, em-  
ptione, venditione, condu-  
ctione, & locatione: siquidē eo  
autore in his magni est iudi-  
cis statuere, præsertim cum in  
plerisque sint iudicia cōtraria,  
quidquidque cuique præstare  
oporteat. Sed adhuc cōtrouer-  
titur, vnde hi contractus & ac-  
tionēs denominationē iure cō-  
sareo alia multa, in quibus be-  
nigna, & æqua est adsumenda  
interpretatio: & in quibus iu-  
dicis arbitrium plurimum pos-  
sit, nec adherendum mordicū  
sit verbis, & scripto: sicuti pas-  
sim apparet. Huic profectō  
quæstioni, tamen si sufficiens re-  
spōsio detur ex paulo antè præ-  
notatis ob exuberantem æqui-  
tatem, quæ in his iudicijs exa-  
minandis versatur: adhuc pro  
huius rei perfecta cognitione  
adnotandū est, quod olim præ-  
tores Romæ multis impedi-  
ti negotijs priuatas causas non  
iudicabāt: sed litigatoribus tan-  
tūm petētibus iudices dare so-  
lebāt. optimus text. in l. placet.  
C. de pedane. iudicib. Prætor  
verò statuta die vocatis ad liti-  
gaturis, eisque summam au-  
ditis formulā quandā ex pro-  
posita causā cōcipiebat, quam  
ad pæ-

ad pedaneum iudicem defer-  
rent litigatores: quāmq̃e for-  
mulam in quibusdam iudicijs  
strictē in ea ferē verba, quibus  
contrahētes vsi fuissent, aut in  
alia ex natura rei ita include-  
bat, vt iudici fas non esset ab  
eius præscripto discedere, etiā  
si fortē id æquum esse censeret.  
Ita enim eam concipiebat for-  
mulam: Si patet Titium Scio  
centum mutua dare oportere,  
Caius condonato. extra quā  
si pactum cōuentum, ne ea pec-  
unia mutua peteretur. factū  
sit. Cuius quidē vsus, & præto-  
rij instituti meminere passim  
veteres, præsertim Cicer. lib. ij.  
de Inuentione: Theophilus in  
prin. inst. de interdi. l. j. in prin.  
ff. de flumin. l. j. ff. de doli exce-  
prio. & hæc formula stricti iu-  
ris ided dicta est, quod iudici  
priuato recedere non liceret à  
prætoris præscripto: sed omnis  
eius potestas intra formulæ ter-  
minos, & fines concludebatur:  
quod & Seneca lib. vj. de bene-  
fic. c. v. & vj. signif. In quibusdā  
verò contractibus, his videlicet  
qui à Iurifconsultis bonæ fidei  
dicuntur, prætor cum iudices  
dabat addere solebat illa verba  
ex bona fide. Ex qua prætor  
formula liberam iudicandi fa-  
cultatem iudex habebat, iuxta  
id quod sibi æquū visum fuis-  
set: nec tenebatur ad strictā præ-  
toris delegationem: nec ad cō-  
tractus præduram verborū con-  
ceptionem: quod probatur au-

thoritate Pauli Iurifcōsulti in  
dict. l. quæro. ff. loca. Vsuræ, in-  
quit, in bonæ fidei iudicijs non  
tam ex obligatione proficiscū-  
tur, quā ex officio iudicis ap-  
plicantur? & rursus inibi fide-  
iusionis formula ad hos con-  
tractus ita concipitur: In quan-  
tum illum condemnari ex bo-  
næ fide oportebit, tantum fide  
tua esse iubet? Cicero item hoc  
ipsum palam testatur: ita enim  
libr. iij. de offic. inquit: Atque  
iste dolus malus etiam legibus  
erat vindicatus, vt tutela duo-  
decim tabulis: & circūscriptio  
adolefcentium, lege Latoria. &  
sine lege, iudicijs, in quibus ex  
bona fide additur. idem Cice-  
ro statim Q. quidem Scæuola  
Pontif. Maxi. ait, summam vim  
esse dicebat in omnibus ijs ar-  
bitrijs in quibus adderetur, Ex  
fide bona. quo in loco memi-  
nit omnium ferē actionum bo-  
næ fidei. idem paulò ante scri-  
pserat: Itaque Calphurnius cū  
demolitus esset, cognoscētque  
Claudium ædes postea profcri-  
psisse, quā esset ab auguribus  
demoliri iussus, arbitrum illum  
adegit, quidquid sibi dare, face-  
re oporteret, Ex fide bona M.  
Catto sentētiam dixit, & pro-  
nuntiauit, emptori damnū præ-  
stari oportere. Hęc Cicero: qui  
elegātius rem istam explicuit  
li. vj. Topi. ad Trebatium, dū in-  
quit: In his omnibus igitur iu-  
dicijs in quibus, Ex fide bona  
est additum plurimum carum

usus est. Quo in loco Boerius eius interpretes ait. In his igitur iudicijs, in quibus additur, vt ex bona fide iudicetur: id est vbi iudices dantur, vt non strictas inter litigantes stipulationes, sed bonam fidem querant, plurimum causarum usus est. Hactenus doctissimus ille Cicero nis interpretes. Sed & ipse Cicero lib. iij. de natura Deorum inquit. Inde tor iudicia de fide mala, tutela, mandati, pro socio, fiducia, reliqua, quæ ex empro, aut vendito, aut conducto, aut locato contra fidem fiunt. Inde iudicium publicum rei priuatae lege Latoria. Inde euericulum maliciarum omnium iudicium de dolo malo, quod C. Aquilius familiaris noster protulit, quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud sit simularum, aliud actum, Hæc Tullius. Ex quibus constat, quæ sit vera, & propria ratio ob quam contractus quidam, actiones quædam dictæ sint stricti iuris, quædam bonæ fidei. Etenim lege duodecim tabularum sancitum fuerat his quidem verbis: In contractibus ea præstantior, quæ lingua nuncupata sunt. sicuti meminit Cicero libro iij. de officijs. Hanc verò legem prætor obseruandam esse censuit in contractibus stricti iuris, idcircoque secundum eam formulam concipiebat: non ita in contractibus bonæ fidei in quorum iu-

dicio exhibebat liberam formulam, addens, vt iudex condemnaret iuxta id quod ex bona fide præstari oporteret. Quæram sane adhuc libenter, cur prætor potius his iudicijs, & actionibus addere solebat verba illa; ex bona fide: quæ alius? Et profectò id in causa fuit, quod hi contractus, qui nominatim à Iurisperitis bonæ fidei censentur, magis quam alii essent ad humanum conuictum, & societatem necessarij: sine quibus humana societas consistere nequit. cuius quidem rationis testis integerrimus est ipsemet Cicero libr. iij. de offic. Fideique bonæ nomen (inquit) Scæuola existimabat manare latissimè: idque versari in tutelis, societatibus, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ societas continetur. facit ad hæc tex. in Lex hoc iure. ff. de iustit. & iure. & l. iurisperitum. in princip. ff. de pact.

¶ Ex præmissis primò inferitur manifestam esse rationem discriminis inter contractus bonæ fidei, & contractus stricti iuris: & quamobrè eam appellationem habuerint: & in summa in contractibus, & actionibus bonæ fidei officium iudicis plurimum posse non sic in contractibus stricti iuris: sicuti probatur in §. in bonæ fidei. de acti. l. quæro. in prin. ff. locat. l. bona fides. ff. de positi. cum multis alijs, quæ

quæ modo præcitata fuerunt, & statim expressè annotantur. Etenim hanc rationem veteres iuris vniuersi professiones in d. cap. venerabilis. & in dict. §. actionum. de action. non omnino ignorarunt, tamen si originè & promotione minimè nacti fuerint.

¶ Secundò ex his ipse pontificiam ambigo, sit ne verum quod hæc in re Zasius vir doctissimus scripsit in l. Qui autem. col. 3. ff. quæ in fraud. credit. vbi existimat, contractus istos quos bonæ fidei nomè habere diximus, idcirco nuncupatos, quòd olim apud Romanos hi contractus iuris gentium celebrarentur in templo Fidei nomine præsepte, nisi ipsa dea Fide. citat huius antiquitatis authorem Dyomisium Halycarnassèum: cui tamen hæc in re ipse opinor minimè credendum esse. etenim præterquam quod reliqui latini auctores hoc subtiouerunt, minime subticendum: non est vero simile in republica ita bene instituta, contractus istos, quibus humanum commercium innititur, adeò secretè celebrari, vt nullus testis esset conuentionis, si ea, contempta diuina religione, quod frequentsimè contingit, negaretur: idcirco hæc Zasij rationem rejiciendâ esse censèo: potissimè quia ex varijs authorum locis apparet, apud Romanos contractus istos testibus & arbitris celebrari solere. Et eo præsertim, quod non meminim apud Dyomisium Halicar-

nassèum me legisse quod Zasius ex eodè authore retulit. Nâ locus ex Dionysio lib. 2. de Antiquitatibus, qui forsitan Zasium fefellerit, nihil ad hæc rem pertinet. Etenim si de Dea fide, atque de contractuentium conuentionibus tractauerit illic author ille celebratissimus.

¶ Tertio hinc apparet, adhuc iure Romanorum, & nouellarum constitutionum ætati Iustiniani, & hisce quidem temporibus manere distinctimè maximè inter actiones bonæ fidei & stricti iuris: tamen si solèntas illa prætoris, qua formulas & concipiebat, & dabat, sublatâ sit. l. j. C. de formul. & ibi doct. tradit Iason in princip. de action. nu. 27. ac notatur in l. edita. C. de eded. & explicat Alciat. lib. 4. dispic. c. vt.

¶ Quarto subsequitur ex præcedentibus, falsam esse opinionem Bald. qui in dict. c. j. de plus petetit. in fine scribit + iure canonico, contractus omnes bonæ fidei censeri etiam eos, qui iure civili stricti iuris nominantur: atque idcirco iure pontificio sublatâ esse distinctionem contractuum stricti iuris à contractibus bonæ fidei, hinc sententiæ Baldi sequutus subscribit Iason in §. action. nu. 4. & in §. quadrupli. ad fin. de actioni. tit. Lancel. Galiaula in l. 4. §. Cato. co. 18. ff. de verb. oblig. etenim hæc conclusio falsa est, nec iure pontificio alicubi hæc actionum distinctio reprobatâ fuit. vnde cum ea iure civili ad

missa sit, existimandum est in du-  
bio tacite à iure ipso pontificio  
admitti. c. j. de noui oper. nūtiat.  
imò expressim isthac iuris Cæ-  
sarei distinctio probata videtur  
in c. cū venerabilis. de exceptio.  
qua ratione à Baldo dissentiunt  
Iason in l. cū postea. nu. 3. C. de  
pact. idem in l. quod te mihi. n.  
34. ff. si cert. petat. Antoni. Bur-  
genfis in c. cū dilecti. de empti.  
& vedit. nu. 54. & Ludo. Gome-  
in d. §. actionū. nu. 4. posset for-  
sassis Baldi adnotatio procedere  
vbi versatur causa pia, vel quid  
simile ex mēte ipsorū canonū.

Quinto hinc explicari pote-  
rit dicitur illud, quod comū-  
ni omnium consensu constitutum  
est inter cōtractus bonæ fidei, &  
cōtractus stricti iuris. † Nam  
licet dolus dans causam contra-  
ctui bonæ fidei efficiat cōtractū  
illum nullū ipso iure. l. & elegā-  
ter. vbi glo. & Bart. ff. de dolo. l.  
iij. §. vlt. ff. pro socio. l. in causæ.  
ff. de minor. glo. in l. ij. C. de re-  
scind. vend. l. 57. tit. v. part. v.  
tamē dolus etiam dans causam  
cōtractui stricti iuris non red-  
dit cōtractum nullū ipso iure,  
sed rescindendus is cōtractus  
est. l. dolo, vel metu. C. de inuti-  
lib. stipulat. d. d. l. & eleganter.  
§. non solū. Quæ quidem diffe-  
rentia traditur per gloss. in ca-  
cū dilecti. de empt. & vend. Bar.  
in d. l. & eleganter. cōmunique  
doctorū suffragio recipitur: fe-  
cūdum Imol. col. 3. & Anto. Bur-  
genf. nu. 4. in d. c. cū dilecti.

Iason in dict. §. actionū. num. 27.  
vbi gloss. eandem distinctionem  
probat. Fatetur item eā esse cō-  
munē Nicellus de cōcordia gloss.  
farum capit. 13. aduertus quam  
cōmunem post Petrū à Belli-  
pertica, & Fabrum in d. §. actio-  
num. disputat lausimē Ioann.  
Igneus in l. cōtractus. ff. de re-  
gul. iur. nu. 105. contendens, con-  
tractus bonæ fidei etiam ipso iu-  
re nullos non esse, imò validos  
censeri, licet dolus eisdem cau-  
sam dederit: sicuti & validi iure  
ipso sunt cōtractus stricti iuris,  
quibus dolus causam dedit.  
Quid autē referat, cōtractum  
esse nullum ipso iure, aut rescin-  
dendum tradidit multū, sed præ-  
ferentim Andre. Tiraquell. in l. si  
vnquā. C. de reuocā. donatio.  
verbo. reuertatur. nu. 119. & fe-  
quētib; hoc tamē in loco non  
omittit referre, quæ Franciscus  
Duarenus in lan actionibus. ff.  
de in lit. iur. nu. 15. scribit, de his  
cōtractibus bonæ fidei, & stri-  
cti iuris quibus dolus causam  
dedit. Nam præmittit apud  
veteres, prætorē, qui iuris ciui-  
lis custos dicebatur, ius non ha-  
buisse tollendi aut abrogandi  
ius ciuile, & populi Romani le-  
ges. sed ei tantū permissam fuisse  
se emendationem, ac interpreta-  
tionem iuris, quæ ex bono, & æ-  
quo fit. l. j. ff. de feriis. l. ius autē.  
ff. de iust. & iur. Quod igitur  
prætor ad emendationē, & inter-  
pretationē iuris ciuilib; statue-  
bat, licet ius diceretur: attamen  
quia

quā ius ciuile primariū erat, &  
superius, nō ita simpliciter no-  
mē iuris obtinuit: ideōque ius  
illud ciuile exprimerē volētes  
Iuriscōsulti per excellentiā, &  
quia prætoris ius ad illius inter-  
pretationē, & moderamē statue-  
batur, ipsum ius, appellari ut. te-  
stis est Vlpianus in l. j. §. vlt. ff. de  
superficie. Seruitutes, inquit, præ-  
torio quoque iure cōstitutur,  
& ipsæ ad exēplū earū, quæ ip-  
so iure cōstitutę sunt, vtilibus ac-  
tionibus petuntur. idē in l. j. ff.  
quod falso tutore, ait: Si prætor  
decreuerit ratū se habiturū,  
quod his authoribus gestū est,  
tūc valebit per prætoris tuitio-  
nē: nō ipso iure. Ad hæc est & sin-  
gularis text. in l. j. ff. quib. mo-  
vofus. fr. mitt. p. au. inquit Iuri-  
scōsultus, refert, vti iure sit cō-  
stitutus vsufuctus, ac tuitio  
prætoris. Hoc ipsum probatur in  
l. si vsufuctus. ff. vsufuctua-  
quæ adimo. caue. Illud, aut, scien-  
dū siue ipso iure quis vsufuctu-  
ctū habeat, siue per tuitionē præ-  
toris: nihilominus cogendū esse  
fructuariū cūcere, aut actiōes su-  
scipere. Hinc tamē pactū iure ci-  
uili, per pactū nō tollitur: sed per  
tuitionē prætoris. l. si vnus. §. pa-  
ctus. ff. de pact. Nā et si legibus  
Romanis cautū sit stipulationē  
per stipulationē tolli, & elidi, nō  
sic eodē iure ciuili de pactis sta-  
tutū est: & ideō qui iure ipso, id  
est iure ciuili, obligatur, per præ-  
toris tuitionē defenditur ab obli-  
gatione. Prætor enim æquitate

motus pacta quædā tucur tem-  
perans rigorem iuris ciuilib; ex  
quo vim nullam obtinuerant.  
His Cicero ad stipulatur libr. 2.  
de Inuent. 10. & lib. 2. ad Heren-  
nium ita scribens, Sunt enim pa-  
cta, quæ legibus seu iudicia sunt  
Sunt item pacta, quæ sine legi-  
bus obseruantur ex conuentu,  
quæ iuri præstare dicuntur. Iu-  
ri verò dicuntur præstare: quia  
cū prætor exceptione data eum  
qui iure ciuili obligatus est,  
tueatur, constat actionem iure  
ciuili cōpetentem inefficacem  
remanere. §. j. inst. de exceptio-  
n. l. nihil interest. ff. de reg. iur.  
l. quod si maritus. ff. de constit.  
pecun. Prætoris siquidem forma  
hæc erat: Si patet Titū Sem-  
pronio stipulanti centum promi-  
sisse, Marcus iudex esto, extra  
quam si dolo inductus, aut  
metu coactus promiserit. Vel  
ita concepiebatur exceptio pa-  
cti de non petendo, extra quam  
si pactum conuentū, ne ea pecu-  
nia peteretur factū sit. arg. l. ex-  
ceptio. ff. de excepti. Atque hæc  
ideō prænotata fuere, vt hinc  
cōstet apud veteres Iuriscōsul-  
tos verba isthęc: ipso iure: idē  
significare quod illa iure ciuili: ad  
differentiā iuris prætorij, ciuiliq;  
æquitatis, ac moderatiōnis qua  
ratione postea iure pontificio, &  
cōstitutionibus nouellis hæc ver-  
ba in eum sensum accipiuntur,  
vt significet ab initio statim vel  
actum nullum esse, vel valere  
iure pontificio, cæsareo, quo

cunquē ve alio, de quo tractetur, ad exeplū quidem veteris significationis iuxta quā omnino iure civili actus vel erat nullus, vel validus. licet prætoria æquitate rescinderetur quando quē, & plerunquē tuitione quadā defenderetur. His denique præcognitis illud est obseruandum, quod olim apud Romanos contractus dolo intus efficax erat, dolique nulla ratio apud iudicē habebatur, nisi in bonæ fidei iudicijs, aut nisi minor dolo esset circumscriptus: donec prætores ius civile moderates vel doli actionē, vel exceptionē litigatoris cōcedebāt sequenti, & in iudicijs cōsuetudinibus admittentes formulas quasquā Aquilius Iuriscōsultus aduersus dolosos ediderat. cuius rei testimonia sunt apud ipsum Ciceronē lib. 3. de officijs: in quā ait, Atque iste dolus malus, etiam legibus erat vindicatus, vt tutela duodecim tabulis, & circūscriptio adolescentuū lege Latoria, & sine lege iudicijs, in quibus, Ex bona fide, additur. Idē Cicero eodē lib. Stomachari, inquit Cānus. Sed quid faceret: nōdum enim Aquilius collega, & familiaris meus protulerat de dolo malo formulas. Itē & ipse Tullius li. 3. de natura Deor. Inde tot iudicia de fide mala, tutela, mandati, pro socio, fiducia: reliqua quæ ex empto, aut vedito, aut cōducto, aut locato contra fidē fiunt. Inde iudiciū publicū rei priuatę

lege Latoria, inde euerriculum malitiarū omnium, iudicium de dolo malo, quod Caius Aquilius familiaris noster protulit. Idē lib. 1. de officijs: Tam illis promissis nō standū esse, quis nō videt, quæ coactus metu, aut dolo deceptus quis promiserit quę quidem pleraquē iure prætorio liberantur, nōnulla legibus. Hactenus Cicero. Ex quibus apparet, dolum iure ipso, id est civili in bonæ fidei iudicijs vindicari: cæteris iure tantum prætorio per actionem aut exceptionem doli: quo item fit, vt iudicijs bonæ fidei nusquam oportuerit à prætorē dante iudicē addi exceptionē doli: ea etenim ipsi iudicijs huiusmodi inest. l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de legat. j. l. sed et si. ff. solut. matr. l. iij. Ca. de rescind. vendit.

¶ Sexto ab huius questionis definitione infertur, plurima esse, quę per Petrum, Cinum, & alios adducuntur aduersus communem sententiam, qua definitum est, contractus bonæ fidei quibus dolus causam dedit, nullos esse ipso iure: eō sic contractus stricti iuris. Nam ius civile irritum esse censet contractum bonę fidei ab ipso quidem initio: & nullum omnino ratione doli, qui causam contractui dederat: atque ideo ipsum ius civile actionem dat, & exceptionem ad illum dolum vindicandum, ex quibus contractus rescissio ad expeditorē effectum

peti.

peti vel objici poterit. eaque actio de dolo ipso cōtractui videtur inesse, sicut & exceptio doli, quę admodū superius probatum: quidquid aliter hac de re doctores nostri scripserint.

¶ Septimò hinc & illud constat, non satis Petrum à Bellapertica rem istam intellexisse, dum aduersus rationem communioris opinionis argumentatur contractū stricti iuris, cui dolus causam dederit, nullum esse ipso iure, si & contractus bonæ fidei ex hoc nullus sit. Nā ipse scribit ita in contractibus stricti iuris, vt in bonę fidei ex dolo dante causam contractui deficere consensum, quem dolus omnino impedit, & sic substantiā obligationis & contractus: ideoque si contractus bonæ fidei nullus cōscatur ipso iure ex eo, quod substantia, quæ à consensu p̄det, deficiat: eadē ratione & contractus stricti iuris censi debet ipso iure nullus, ratione doli dantis causam contractui. Etenim vt cunquē sit, etiam si consensus desit in cōtractibus stricti iuris: quia dolus dat contractui causam. l. qui cū tutoribus. §. qui per fallaciam. ff. de transact. l. si per errorem. ff. de iurisd. omnium iud. l. si quis. cū aliter. ff. de verb. obl. tamen lex civilis Romanorū, quæ à prætorio iure distinguitur, noluit dari actionē ad vindicandū istū dolum, nec eū vindicare in cōtractibus stricti iuris

ris tamen si in cōtractibus bonę fidei dolum istū non tantū improbet, sed & legibus vindicandum esse cōscat. vnde Conradin summario totius operis de contractibus ad. g. 57. distinet. iij. post decimū quartum dictū Petri in hac argumentatione reprehendit, ex eo quod ius civile voluerit contractū bonæ fidei, cui dolus causam dederit, nullū esse: nec tamen idem voluerit de contractū stricti iuris, etiā quò ad cōsensū defectum omnino pari: nēpe quia dolus cōtractui causam dederit. vnde secundū cum etiā si ex natura rei ob deficientem consensum hi cōtractus bonæ fidei & stricti iuris pares sint: tamē quò ad iuris civilis remedia, & dispositionem liberam impares cōsentur, & cōsenti sunt: cum liberum legi fuerit hoc vni concedere, & alteri negare varijs causis. Non tamen omnino est admittenda ratio suprascripta, qua diximus dolum dantē causam contractui consensum impedire, quatenus cōsensum substantia contractus est. l. consensu. ff. de actio. & obligat. nam si hæc fuisset principalis ratio, ex qua ius civile voluit, & statuit nullum esse contractum bonę fidei: profectò eadē ratione idem foret in cōtractibus stricti iuris dicendum: cum & in eis substantia, id est consensus deficeret. quod faceret Barol. in d. l. & eleganter. colum. iij. Relict. Didac. Couar.

Sed quauis dolus det causam contractui bonæ fidei, vel stricti iuris: non ex hoc sequitur consensum substantiale contractus defecisse, etenim verè contractus cõsensit. Quod si dixeris, hęc non consensisset, nisi dolo inductus foret ad consentiendum: fateor quidem: & tamen illud cõstat, quod nihilo minus verè consensit contractui, licet in causa inducente ad consensum errauerit, & deceptus fuerit: sicuti Bar. in d.l. & elegãter. adnotauit. idẽmque probatur efficaci exẽplo. Ad contractum enim matrimonij consensus & is liber omninò pro eius sustãtia necessarius est: c. cum locũ. de sponsali. & tamẽ si quis dolo inductus fuerit falsis persuasionibus, & causis. vt Mariã vxorem accipiat, in eãque vxorẽ accipiendam cõsentiat: alioqui dubio procul non cõsensurus, si certus esset causas sibi expressim significatas falsas esse: profectò hęc matrimonij contractus validus est: nõ alia ratione quã quod substantialem cõsensum habeat: qui ad cõiugiũ necessarius est: quẽadmodum in hæc specie ipse probauit in epitome ad iij. libr. decretal. ij. part. capitul. ij. §. vij. nume. ij. quo in loco, & de matrimonio pro errore cõtracto tractauit.

¶ Octauò inferitur, non esse propriam, nec veram rationẽ, quam tradit Curtius iunior in l. in actionibus. ff. de in lit. iur.

nume. iij. huius quidem distinctionis cõtractuum bonæ fidei à cõtractibus stricti iuris. Is inquam existimat, bonæ fidei actiones idẽd distas esse, quod licet dolus ab omni cõtractu abesse, ac bona fides vbique adesse debeat: tamen in his cõtractibus, qui bonæ fidei sunt, magis necessaria sit, & ad eorum substantiam pertinere: cum cõtractus bonæ fidei nullus sit ipso iure, si dolus ei dederit causam: quod modò explicauimus. Etenim iuxta præmissam à nobis traditionem non idẽd cõtractus bonæ fidei ex dolo dãte causam contractui nullus est ipso iure, quod bona fides ad eius substantiam requiritur. Et præterea libenter queram à Curtio, cur magis in his cõtractibus bona fides ad eorum substantiam pertineat, quã in alijs, qui stricti iuris nominantur. vnde sufficiens non est ratio Curtij, præsertim quod priuilegia, & iura, quæ his cõtractibus bonæ fidei lege dantur, ac competunt, etiam ad eos pertinent, in quibus contractus doli minime cõgeritur. l. bona fides. ff. deposit. l. §. actionem. ff. eodem titul. & constat ex differentijs, quas inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris explicat glos. in d. capit. cum venerabilis. vbi Panor. de exceptio. docto. in d. §. actione. vbi Ludou. Gomec. tradit nume. 24. sex differentias inter contractus

tractus bonæ fidei, & stricti iuris: aliam ponit glos. in capitulo. cum dilecti. de empt. & vendi. Deinde ratio Curtij ex eo deficit, quod bonæ fidei vocabulũ in hoc tractatu nõ tantũ pertinet ad id, quod à dolo, fraude, & calliditate alienum est: sed & ad illud quod bonum, & æquum censetur. iuxta d.l. bona fides. & ea, quæ ex Cicerone paulò ante commemorauimus.

¶ Nonò deducitur ab his, in animæ iudicio minime, considerandam esse hanc differentiam contractus bonæ fidei & stricti iuris, quoties dolus dederit causam cõtractui. Nam siue contractus, cui dolus causam dederit, sit bonæ fidei, siue stricti iuris, omninò nullus erit, nec dolosus eo vti poterit etiã nulla rescissione præmissa, nec dolum passus ex eo tenetur ante rescissionem: siquidem in eo foro non tractatur de subtilitatibus his, & distinctionibus iuris ciuilibus à prætorio: sed tantũ agitur de natura rei secundum quam non differt contractus stricti iuris, quantum ad hoc à cõtractu bonæ fidei: cum et si lex ciuilibis omiserit actionẽ dare aduersus dolum, non ex hoc eum liberat ab eo iure naturali, quò tenetur is dolo abstinere: proximũque non decipere: atque ita visum est Conrado in tractatu de cõtractibus, in summario totius operis

ad quæst. 57. distinctio. ij. post decimũ quartum dictũ. idẽmque potest colligi ex his, quæ nos explicauimus in regul. peccatum. de regulis iuris ij. parte §. ij. nume. vij. Hęc sanè de bona fide quantum attinet contractus, qui à Iuriconsultis bonæ fidei dicuntur.

Ex §. sequenti.

- 1 Quis datur bonæ fidei possessor?
- 2 An possit dari medium inter bonã & malã fidẽ? & inibi qualiter contrariorũ eadem sit disciplina.
- 3 Dubitans an res sit sua vel aliena, an habeat bonam fidem, & an possit eam rem vsucapere?
- 4 Intellectus can. Si virgo. 34. q. 4.
- 5 Errans in iure nec assistenti, nec resistenti, an habeat malam fidẽ: & ubi de iuris errore, numer. sequentibus.
- 6 Examinatur sententia Barto. in l. sed si lege. §. sive. ff. de petitio. heredit.
- 7 Ignorantia iuris humani, an habeat culpam?
- 8 Error iuris an in anima iudicio præscriptionem impediatur?
- 9 Error iuris maxime dubij & perplexi, nõ impedit præscriptionẽ.
- 10 Error iuris simul cõ errore facti coniungẽs, an impediatur præscriptionẽ?

§. Septimus.

**S**VPER EST nunc examinare bonæ fidei significationẽ quo ad vsucapionẽ, & præscriptionis tractatũ cum in

eo sapissime requiratur exacta huius dictionis elucidatio maxime agendum erit, quis dicatur habere bonam fidem: item quis dicatur bonæ fidei possessor. † Et sanè bonæ fidei possessor is est, qui iuste credit rem quam possidet, ad se pertinere. l. bonæ fidei. ff. de verb. signifi. vbi bonæ fidei emptor dicitur qui credit venditorem tradentem esse dominum: ac subinde credit rem veditam titulo emptionis in eius dominium trāsiisse. Sic & is, qui scit rem venditam non esse venditoris, potest habere bonā fidem, si eam emerit, existimans venditorem habuisse à vero domino vendēti licentiam: quod probat Dinius in hac regula, in princ. ad hæc facti text. optimus in c. si virgo. xxxij. quest. ij. Etenim si mala fides est credulitas rei alienæ, à contrario bona fides erit iusta credulitas rei propriæ. ad idem in l. si existimans. ff. pro solut. l. si fundum. ff. de acquirend. possessio. l. vltim. C. vnde vi. tradidēre Bart. in l. fur tum. §. fundi. ff. de vsucapio. Balb. de præscriptio. ij. part. iij. part. princip. in princip. docto. in c. vlti. de præscript. & in hac regul. possessor.

¶ Primò hinc deducitur questio non inelegans, qua controvertitur: † possitne dari medium inter bonā & malam fidem, ita quidem vt. quis in eo fit statu constitutus, quòd in re

per eū possessa nec habeat bonam, nec malam fidem? Et Dinius in huius regu. commentarijs in princip. existimat, bonā & malam fidem contraria esse: atque idèd si quis sit malæ fidei possessor, statim apparere, eū non esse bonæ fidei possessorē & præterea inquit, quòd habita cognitione bonæ fidei, cognoscitur & mala fides: quia si contrarium eius, quod possuimus ad bonam fidem, constituamus: id pertinebit ad malā fidem. Sic denique contrariorū eadem est disciplina: id est eadem est ratio cognoscendī cōtraria: cum per intelligentiam vnus contrariorū, & alterius vis cognita sit. Etenim, vt Aristoteles ait lib. ij. Rhetoricorū, contrariorū eadem est disciplina, sed contraria vis. idem repetit Aristot. in Topicis, idcirco quidem contrariorū eadem est disciplina: quia eadem est ratio cognoscendī cōtraria: cum altero eorum cognito, vtriusque proprietates cognita sit: sed tamen contraria vis est contrariorū: nō contrariū eius, quod in se constituuimus, in altero est statuendum. qua de re lazius Alexā. Zasius, & alij in rubr. ff. de acquire. posses. Euerard. in locis legalibus c. 75. Trelmanus in dialectica c. 2. lib. v. & alij plerique, quorum exempla modò missa facimus: hoc tantum ad intellectum Dini, qui eadem vtrū argumentatione, adnotantes.

adnotantes. Ex quibus & illa procedit argumentatio: ad remotionem vnus contrariorū, sequitur positio alterius: & illa, ad positionē vnus contrariorū, sequitur alterius remotio, secūdū Aristot. li. ij. Topic. l. hæc verba, ille. ff. de verb. sig. l. sed si pupillus. §. si institoria. ff. de instito. l. j. C. de furtis. c. eūm renūtiatur. xxxij. q. j. c. quicumque ab origine. de pœni. dist. ij. igitur qui bonā fidem nō habet, is necessariò in mala fide est: & qui malam fidem non habet, eadem ratione bonam fidem habere dicitur: vnde consequitur, non esse dare medium inter bonam, & malam fidem. Verūm, argumentationem istā oportet, planius intelligere. Nā vbi inter duo contraria nullū constitui potest medium, valet prædicta argumentatio affirmatiuè, & negatiuè in hunc modum: Est contractus bonæ fidei: ergo non est contractus stricti iuris: item, nō est contractus bonæ fidei: ergo est contractus stricti iuris. Quòd si duo sint contraria mediata, quia in ter ea medium constituitur, valida est argumentatio affirmatiuè: non negatiuè: est hæc res alba, ergo non est nigra. nō tamen rectè sequitur: hæc res nō est alba: igitur est nigra. Sunt enim & alij colores medij inter album, & nigrum: atque idèd ad negationem vnus coloris nō sequitur positio alterius cō-

trarij: tex. optimus in l. si inter me, & te. vbi Paul. de Castr. ff. de except. rei iudi. glo. in l. j. §. scientiam. ff. de tributo. cui & alia est in hoc similis in l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hæredi, & ibi Paulus de Castro. notat in specie Euerard. in d. c. 75. ad finem: Andreas Gammarus libro ij. Topicor. c. de loco à contrarietate. Claudius Cantiuncula in loco à contrarijs, & He gendorphinus libr. iij. vbi de loco à contrarijs agit. Ad propositam ergo questionem manifestè deducitur, non posse argumentationē negatiuè procedere: hic non est bonæ fidei possessor: igitur mala fide possidet. Sic nec illud sequitur: hic nō est malæ fidei possessor: ergo bona fide possidet: tamen optimè sequatur: hic est bonæ fidei possessor: ergo non possidet mala fide. Item hic possidet mala fide: igitur nō est bonæ fidei possessor. Est equidè medium inter bonā, & malam fidem. l. j. §. scientiam. proximè allegata. † Hoc autè medium constituitur in eo, qui dubium habet, & dubitat, an res per eū possessa sit sua, vel aliena, hic sanè non habet bonam fidem, nec item malam: non enim habet bonā, quia non credit rem ab eo possessam esse suam: non habet malam, quia nō scit rem ipsam alienam esse: quam obrè dubitantem nō habere nec bonam, nec malam fidem, adno-

rantur gloss. in l. j. C. de acqui. possess. gloss. in l. ij. ff. pro soluti. glo. item in l. iij. §. generaliter. ff. de acqui. possess. communiter inibi recepta secundum Alexand. & Iason. & hinc distinctio singularis exponitur quod ad prescriptionem, ut dubitans non possit incipere usucapionem, nec prescriptionem, & dubitatio impedit initium prescriptionis: non tamen eius cursum, si ab initio prescribens bonam fidem habuit: licet postea priusquam prescriptio fuerit perfecta superueniat dubitatio quemadmodum explicant Bart. in l. naturaliter. ij. col. ff. de usucapio. Panormit. in c. vltim. de prescriptio. u. 29. Imo. verbe, bona fides. Felinus ibi num. 9. Syluester, verbe, prescriptio. j. §. ij. Francisc. Balb. de prescript. ij. part. iii. part. princip. quæst. ii. & hæc est communis resolutio, ut fateatur Panormit. Felin. & Balb. in dictis locis. idem asseuerat Ioan. Hannibal in recepti. dict. l. naturaliter. nu. 117. quo in loco latissimè de hac distinctione disputat, plurâq; adducit in comprobationem & improbationem huius communis sententia. Cæterum Panormit. in dict. c. vlt. nu. 39. in hac questione rationem quandem comminiscitur, quam & ipse commendat scribens, quod is dicitur habere bonam fidem, qui ignorat rem, quam possidet, esse aliam: vel qui non habet scit

tiam rei alienæ: c. si virgo. 4. quæst. ij. is autem qui dubitat non habet scientiam rei alienæ: igitur secundum eum dubitans bonam fidem habet: quod etiam adnotauit glo. in dict. c. vlt. & in cap. si diligenti. de prescript. Hæc verò Panorm. ratio satis falsa est, nec potest vlla ratio defendi. Primum etenim si vera esset, posset prescriptio a dubitante incipere: & deinde dubitans bonam fidem haberet: utrunque quidem communis omnium sententia, quam & ipse Abb. sequitur, omnino negat. non obstat text. in dict. c. si virgo. dum dicitur est bonæ fidei possessor, quando se possidere ignorat alieni. Nam verbum illud, ignorat: accipitur de illa ignorantia postquam quis errat credens rem, quam possidet propriam esse: cum sit aliena: nec intelligitur de ignorantia negatiua, qua quis dubitat, rem quam possidet esse suam: hic enim intellectus patet ex si militudine, qua veritur ille text. prioris casus ad sequentem de illo, qui rem carnalem habuit cum ea, quam ignorat ante est alio matrimonio cōtraxisse. Nam si posterior huius casus de dubitante esset intelligendus, proculdubio mortale adulterij crimen esset hæc fornicatio: quod ille text. negat: unde veteres casus non de dubitate accipientes est: sed de ignorante vera quidem & posita ignorantia: quam obrem

quam obrem parum ille text. urget pro Panor. sicuti aduertunt Hadrian. quod lib. ij. vers. ad secundam. idem in. iij. sent. cap. de prescript. & Ioan. Medina de resti. q. 10. & 17. locus autem alter à glo. ex Iurisconsultis adducitur in l. qui scit. §. bona fidei. ff. de vsur. Cuius auctoritate glos. existimat dubitantem habere bonam fidem. Enim verò Iurisconsultus inibi loquitur de eo, qui postquam semel rem habuit bona fide, ante completam usucapionem habuit scientiam rei alienæ: & sic non agit ille text. de dubitante: atque ita si locus ille probaret dubitantem bonam fidem habere: idem profecto expressim probasset, scientem rem alienam esse bonam fidem habere: quod falsum est. Potissimum locus ille Iurisconsulti huic proposito minime conuenit: quia tractat de fructibus perceptis ab eo, qui rem bona fide adquisiuit, postea tamen quam habuit scientiam rei alienæ, & bona fides cessauit, mala que accessit: idque peculiaribus quibusdam rationibus obtinuit: de quibus ipse disputauit lib. j. variar. resolutio. c. iii. nu. 7. ubi diligentiè Iurisconsulti locum examinaui. Antonius autem à Butrio in dict. c. vlt. aduersus opinionem communem insurgit existimans prescriptionem inceptam à bonæ fidei possessore minime cōtinuari, imò

interrumpi ex eo quod prescribens dubium habeat, sitne res quam possidet sua, vel aliena. huic sententiæ & alij ex nostris accesserunt: sed & ex Theologis Hadrian. in. iij. senten. in tract. de restitutione c. de prescriptio. no. idem probat duabus preferim rationibus, quarum prior inde procedit, quod mortaliter peccet, qui dubius an res, quam possidet aliena sit, eam detineat, nec restituat. Nam is, qui dubius an liceat sibi absque mortali crimine quiddam agere, id nihilominus agit, exponit se periculo peccandi mortaliter: idcirco mortaliter peccat: iuxta illud, qui amat periculum peribit in illo. Ecclesiastic. cap. iij. cap. literas. de restitutio. sponsali. Igitur qui dubius est, an possit absque mortali peccato rem, quam possidet, detinere, quia dubitat an aliena sit, eamque detineat, nec statim eam restituat, mortaliter peccat: ob idque malam fidem omnino habet, nec prescribere poterit: etiam si ista hæc dubitatio contigerit postea quam iam bona fide fuerat olim incepta prescriptio: siquidem mala fides ex hac dubitatione deducta quando cunque prescriptionem interrumpit. Posterior autem ratio, quæ aduersus communem proponitur præmittit ad prescriptionem necessariam fore bonam fidem conti-

nuam toto præscriptionis tem-  
pore. c. vlti. de præscrip. cum si-  
milibus: quæ quidē bona fides  
palam deficit eo ipso quod pos-  
sessor dubitare incipit, & dubi-  
tat, rem quā possidet, esse suā.  
ergo præscriptio bona fide in-  
cepta, propter dubitationē con-  
tingentem duratæ præscriptio-  
ne cessat, & interrumpitur. His  
tæro rationibus pro communi  
sententia responderetur: & qui-  
dem priori satisfieri poterit, si  
præmittamus, dubium esse du-  
plex, speculatiuū scilicet, & pra-  
cticum. Speculatiuum contingit  
quoties quis mente, & ani-  
mo dubitat de aliqua re, quod  
ad eius qualitatem, & cōditionē:  
item dubitat de facto, & eius  
veritate sola quidē speculationē.  
Dubium autē practicum est, &  
accidit vbi quis non tātum du-  
bitat in genere & sic de condi-  
tione rei vel de facti veritate:  
sed etiam dubitat, an ei modò  
licitum sit agere eū actum, de  
quo ratione dubitationis circa  
eius qualitatem, & conditionē,  
ac facti veritatem cōtingentis,  
speculatione quadam etiā du-  
bitauit. Agere enim contra du-  
bium speculatiuū tantum, pec-  
catum non est, modò non agatur  
contra dubium practicum:  
quod ipse probauit in epitome  
de sponsalibus, & matrimonijs  
ij. parte, capitul. vii. §. ij. nu. x.  
Sic qui possidet aliquam rem  
titulo domini licet dubitet eā  
rem suam esse, & ad eū perti-

neret: tamē non est dubius pra-  
cticè: quippè qui existimet in  
hoc dubio posse iustissimè eam  
rem per eum possideri titulo  
domini: nec interim donec ap-  
pareat quod aliena sit, teneri  
ad restitutionem: quemadmo-  
dum & idem Hadrian. in dist.  
quod lib. ij. ver. ad primam con-  
firmationē. scribit, posse quē-  
piam absque peccato mortali  
rem, quam dubitat esse suam,  
iustis ex causis detinere: nec te-  
neri ad eius restitutionem. Vnde  
de consequitur, dubitantē rem  
esse suam non contra here ma-  
lam fidem, nec eā habere, etiā  
si rem iure domini retineat:  
quod & Ioan. Medina probat  
in libro de restitut. quæstio. 17.  
Potest enim cōtingere, me ip-  
sum dubitare, an res, quā pos-  
sideo, sit mea dubio quidē spe-  
culatiuo, & tamen practicè nō  
dubitare, quin mihi stante hoc  
speculatiuo dubio liceat rem  
ipsam habere iure domini:  
imò certus verè summe non te-  
neri ad eiusdem rei restitu-  
tionem: ex quibus apparet com-  
munem doctorum distinc-  
tionem veram esse, nec posse im-  
probari ex hac ratione, quam  
Hadrian. & alij tradiderunt.  
Altera ratio tollitur ex eo,  
quod iure canonico, & quili-  
ad initium præscriptionis bo-  
na fides necessaria est. l. j. c. de  
vsucapio. transformand. gloss.  
in l. j. c. de acquirenda posses-  
& hæc secundum communem  
distinc-  
tio-

distinctionem ab initio requi-  
riur. Præscriptio verò bona fi-  
de incepta non interrumpitur  
nisi ex mala fide: vt in hac reg.  
& in dist. cap. vltim. probatur  
& cap. vigilanti. eodem titulo.  
idcirco falsum est quod quidā  
aduersus communē, vt verum  
præmittunt, existimantes iure  
requiri, & exigi ad præscrip-  
tionem continuationem bonæ  
fidei toto præscriptionis tem-  
pore. Etenim contrarium ve-  
rius est, satisque probatur in di-  
cto cap. vlti. vbi romanus pon-  
tifex postquam scripserat præ-  
scriptionem nullā absque bo-  
na fide procedere, intulit Coro-  
larium quoddam in hæc ver-  
barum de oportet, vt qui præscri-  
bit in nulla temporis parte rei  
habeat conscientiam alienæ.  
Ex quibus verbis deducitur  
primum, præscriptionem cum  
mala fide nō. posse procedere.  
item constat, quod est necessa-  
ria bona fides ad initium præ-  
scriptionis: deinde nihil aliud,  
quantum attinet bonæ fidei  
materiam, præscriptionem se-  
mel inceptam vitare, quam  
scientia rei alienæ, quæ pecca-  
tum mortale præ se ferat: igitur  
non idē erit in dubitatione  
rei alienæ. Est & alter casus,  
in quo potest cōstitui medium  
inter bonam & malam fidem:  
nempe ꝑ cum quis errat in iu-  
re, quod nec absistit, nec res-  
tituit, censet Barro. in l. sed si le-  
ge. §. c. i. ff. de petit. hered. qui

asseuerat, errantem huius iuris  
errore, nec habere malam, nec  
bonam fidem. Sed tamē ad  
huius sententia: veram cogni-  
tionem expedit altius expen-  
dere, an ex iuris errore quod ad  
vsucapionem, vel præscriptio-  
nem procedere possit bona fi-  
des? qua in controuersia sit pri-  
ma conclusio. Error iuris non  
producit bonā fidem sufficien-  
tem ad præscribendum, quo-  
ties titulus est huic præscriptio-  
ni necessarius. l. nunquam. ff.  
de vsucapio. l. si fur. §. j. ff. cod.  
titul. l. iuris ignorantia. ff. de iu-  
ris. & facti. ignorat. optima gloss.  
in cap. A postolicæ. de donat. ꝑ.  
& in cap. dudum. de deci. text.  
in capit. ij. §. contractus. de res-  
eccles. in vj. cap. qui contra iura  
mercatur. de regul. iuris in vj. l.  
quemadmodum. C. de agricul.  
& censit. lib. xj. Etenim cum ti-  
tulus iustus ad præscriptionem  
iure requiritur: non potest titu-  
lus iniustus iuris errore, qui mi-  
nimè suffragatur cuiquam in  
adquirendis, & simul causam  
dare vsucapioni, & bonam fi-  
dem producere: huius conclu-  
sionis auctor est Dinus in hac  
regul. num. 40. & omnes idem  
probant, quorum, statim ad se-  
cundam conclusionem men-  
tionem faciemus. Etenim ius  
non censet, titulum istum iuris  
errore constitutum sufficien-  
tem fore ad præscribendum,  
nec item bonam fidem ab hoc  
errore iuris deductam.

¶ Secunda cōclusio. Error iuris bonam fidem inducit sufficientem ad eam præscriptionem, quæ titulum minimè requirit: sed sola bona fide procedit. Hęc conclusio probatur ea ratione: quia si præscriptio tantum bonam fidem exigit, & bona fides verè detur etiam præmissio iuris errore, palam consequitur, hanc bonam fidem sufficere. deinde idè probatur in cap. peruenit. de emptione. & venditio. vbi Anton. & Imola. idem Imola in cap. de quarta. de præscripti. & in cap. vltim. eodem titul. column. iij. Paul. de Castro in confi. 44. colum. penulti. libr. ij. idem Paulus in dict. l. Celsus. colum. ij. vbi Bartol. penulti. colum. hoc ipsum tenet Alexan. confi. 125. colum. iij. lib. iij. Felin. in cap. cum contingat. de rescrip. colum. iij. Iason in l. si quis id quod. notab. viij. & ibi Dec. colum. v. ff. de iurisdict. omni. iudic. & Anton. Rub. confi. 75. qui hanc opinionem fatetur communem esse. idèque cōstat ex traditis per Felin. in dict. cap. de quarta. numer. 34. & Balbum in repet. l. Celsus. ff. de vscapi. iij. notab. atque in hunc sanè modum iuxta duas has conclusiones intelligendæ sunt varix glossatum auctoritates, quæ in hac controuersia nūc vnum, nunc contrarium responderunt.

¶ Præsertim ex his cōstat, non rectè ad hanc secundam con-

clusionem adduci gloss. in dict. cap. de quarta. vbi tenuit, iuris errorem producere bonam fidem sufficientem ad præscribendum: nam si ea gloss. in hoc sensu accipienda sit, falsa erit eius opinio: quia ea præscriptio quæ ibi tractatur, titulum exigit & requirit. Quidam enim illius gloss. sententiam intellexerunt, quò ad errorem iuris, cum quis habuit Episcopi concessionem absque consensu capituli, & alia canonica solemnitate, credens eum titulum iure sufficientem esse. Alij verò retentiùs gloss. opinionem interpretantur ita quidem, vt præscribens in iure non errauerit, sed in facto: quippè qui cum haberet solius Episcopi concessionem opinatus est, & capituli consensum, & alias iuris pontificij solennitates cōcessionis accessisse: & in hoc sensu verum est, quòd præscriptio iuste procedat secundum Abba. colum. iij. & Felin. num. 25. in dict. cap. de quarta. Domini. in dict. cap. ij. §. contractus. & Balbum in dict. l. Celsus. iij. notab. vers. quartò limitatur. vnde subinfertur intellect. ad text. in dict. §. contractus. quo probatur, quòd is qui rem ecclesiæ emerit ab ipso prælato tantum, absque consensu capituli non potest eam rem præscribere, etià si credat iure canonico consentum, & auctoritatem prælati, quam ipse habuit, sufficere abs-

que alia

que alia iuris solennitate. Hic denique errat in iure, & idè non poterit præscribere, quoties ad præscriptionem bona fides, & titulus necessaria sint, iuxta præmissas conclusiones. sic & glo. in dict. §. contractus. non satis diligenter rem hanc examinavit dum opinatur, esse casum specialem in eo capite. quòd titulus inualidus non tribuat causam præscribendi. Nam vbi titulus est inualidus ex iuris constitutionibus, & titulus requiritur ad præscribendum, tunc generale quidem est, quòd titulus inualidus nō det causam præscribendi.

¶ Hęc autem secunda conclusio tunc obtinet: cum error contigerit in iure nec adhiſtente, nec resistere: cuius rei exempla traduntur in l. nō dubium. C. de legib. vbi Bald. colum. penulti. Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiusor. colum. penul. & in l. si quis pro eo. nume. 12. eod. titulo. Nam si error sit iuris resistens, profectò is non sufficit ad inducendam bonam fidem, etiam quòd ad præscriptionem longissimi temporis, quæ titulum non requirit: quemadmodum resoluit Francisc. Bald. in dict. l. Celsus. iij. notat. vers. quartò limitatur. qui ad hoc citat Panor. & doct. in dict. cap. de quarta. colum. ij. cui declaracioni suffragatur opinio Bart. in l. sed si lege. §. scire. ff. de per. hęc. vbi existimat, bonam fidem

inductam errore iuris resistens non sufficere, etiam ad fructuum acquisitionem: tametsi alioquin bona fides à iuris errore procedens, nec sufficiens ad præscriptionem sufficiat ad fructuum acquisitionem. text. in d. §. scire. quæ opinio. ipse latius examinavi lib. v. varia. resolut. c. iij. nu. viij. tandem hæc interpretacio huius secundæ conclusionis probatur à Felin. ind. c. de quarta. nu. 25. Paul. Castr. in d. l. Celsus. Cardin. in clem. j. §. si quis. quæst. xj. de reb. ecclæ. fenit & hoc Bart. in l. quemadmodum. C. de agr. co. & consi. libr. xj. atque ita ipse admitterem secundam conclusionem hac limitatione temperatam: etsi nō desint authores non contentendæ auctoritatis qui expressim probare contendunt, errorem iuris, & ab eo inductam bonam fidem non sufficere ad longissimi temporis præscriptionem, quæ titulum non requirit: horum enim opinio procedit iuxta ea, quæ adnotauimus in errore iuris resistens. Quod est animaduertendum ad disputationem Felini, qui in dict. capit. de quarta. numer. 25. plures retulit tenentes aduersus secundam cōclusionem, quibus & ipse accedere videtur: tandem poterit optimè secundam hanc declarationem procedere textus in dict. §. contractus. Adhuc tamen obijciunt secundæ cōclusioni Bart. sententia.

6 Is ¶ etenim in dict. §. scire. scribit, errantem in iure nec assistenti, nec resistenti, non habere bonam nec malam fidem. sed esse in hoc medio constitutum, ut nec sit bonæ, nec malæ fidei possessor. Quod si hæc Barto. opinio vera est, profectò stare nequit secunda conclusio, quæ dicitur, bonam fidem errore iuris inductam sufficere ad longissimi temporis præscriptionem. Nam cum ad initium præscriptionis sit necessaria bona fides, nec sit satis malam fidem abesse: & ex errore iuris constitutatur medium inter bonam, & malam fidem, manifestè consequitur, errantem in iure etiam nec assistenti, nec resistenti bonam fidem non habere, & idè non posse incipere præscriptionem. Quamobrem ad huius difficultatis evincutionem ipse opinor aliquot esse consideranda.

¶ Primum etenim illud constitutissimè sit, malam, vel bonam fidem ad factum pertinere: ipsius autem usucapionis, & præscriptionis vim ad ius ipsum. I. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. do mini. vnde licet ad ius pertineat, hanc vel illam præscriptionem admittere, aut rejicere: quòd tamen is, vel ille habeat bonam fidem, facti, non iuris est. Nam si ego verè scio rem à me possessam alienam esse: ius non poterit me bonæ fidei possessore efficere, tamen possit

à me tollere iuris effectus, quos male fidei possessor pati debet, rursus si ego verè opinor, rem à me possessam meam esse, utrumque sit, etiam si ego verè iuris errore deceptus id existimem: non potest ius efficere, quòd ego sciam, rem hæc à me possessam alienam esse, & idè ex hac causa sim male fidei possessor: quanvis ius ipsum possit me ob hunc iuris errorem excludere ab his quæ bonæ fidei possessores iure cõsequi solent: & similiter afficere his quæ aduersus malæ fidei possessores statuta sunt.

¶ Secundò adnotandum est, ignorantiam, ¶ & errorem iuris quandoquè cõtingere absque ignorantis culpa: quandoquè, & frequèter culpam quidem præmittere ipsius ignorantis: quæ sanè culpa vel erit veniale, aut mortale crimen: & aliquando nullius peccati libem habebit. Nec enim sequitur hic propter ignorantiam iuris puniatur amissione propriæ rei, vel auersione lucri propter culpam, quam ex ignorantia contraxit: ergo peccat. Nam culpa apud iuris vtriusque professores non accipitur semper eo modo, quo apud theologos apud nos culpa dicitur quæcunque negligentia circa bonum particulare, quæ in rebus privatis nullum peccatum habet, à theologis autem dicitur, culpa, & peccatum interuenit, & committitur.

mittitur. **Qua** ratione quanvis propter iuris ignorantiam ego vel prius propria re, vel impediar alienam adsequi, aut lucrum habere: non ex hoc sequitur, me peccatum mortale, aut veniale commisisse. Si quidem culpa leuissima, quæ à iure sapissime puniatur, negligentia quæ iam est satis à crimine libera: sicuti deducitur ex his quæ traduntur in l. contractus. ff. de reg. iur. in l. magna negligentia. ff. de verb. significat. l. quod Nerua. ff. de posit. Sic denique fit, vt ignorantia iuris, etiam ea, quæ non tantum negationis, & nescientia sit, sed & errorem, ac deceptionem intellectus inducat, possit absque peccato mortali, & veniale contingere: quod Adrian. explicat quodlibet. 4. art. 1. præmittant Abb. & doct. in ca. ij. de cõstit. t. per tex. ibi. & in cap. ij. eo. tit. in 6. l. vi. ff. de decr. ab ord. ta. c. c. A postolica. de cler. excõ. l. vi. ff. de legat. j. tradit Roman. cõf. 473. & eruditissimè, ac eleganter Alfonso à Castro lib. 2. de potest. legis pœnal. capit. 14. **Q**uandoquè ignorantia, & iuris error culpam habet, ac peccatum veniale vel mortale iuxta materiam qualitatem, nec tamen quæstionem istam modò ad amissum examinabimus: tantum enim adnotabimus pòbit quoad nostrum institutum, vt videamus, an possit mala fides errore iuris deprehendi. Et profectò ignorantia iuris tunc pecca-

tum, & malitiam habet, cū quis ignorat ea, quæ sciri tenetur secundum statum particularem, & officium, quod exercet: tenetur enim quis scire omnino ea, quæ pertinent ad officium, & statum quem habet: aut actum, quem gerere vult. arg. l. culpa est. ff. de reg. iur. l. lata culpa. ff. de verb. significat. notant in hac specie Thomas. 1. 2. q. 76. artic. 2. Adrian. in dict. artic. 1. Almain in moralib. cap. 4. Syluest. verb. ignorantia. §. 7. Alfonso à Castro in dict. capit. 14. ex quorum rationibus & illud cõstat, quòd in dict. l. lata culpa. expressum est, latam scilicet culpam esse, & esse peccatum quidem argui, si quis ignoret ea, quæ homines eius conditionis, & status communiter scire solent, & communitè adhibita diligentia percipiuntur. His accedit quòd ad huius doctrinæ principalis probatorem text. in l. j. ff. si mens. fals. mod. dixer. l. illicitas. §. sicuti. ff. de offic. pref. can. non puniendæ. §. vltim. j. q. j. l. j. ff. quòd quisque iur. c. non est sine culpa. de reg. iur. lib. 6. quibus in locis latè explicatur quam grauius est delictum, quatenus ea ignorat, quæ ratio ne status, vel officij scire tenentur: & qui eorum, quæ ad officium necessaria sunt, ignarus, & miserè immiscet se rei ad se non pertinenti. De his etiam Bartol. in l. j. ff. si quis testamen. lib. esse iuss. fuerit. Tertium hinc negotio potissi-

mè conuenit, & id ex prænotatis deducitur: nempe quòd agēs aliquem actum, contractum, vel conuenientiam aliquam pacifcens, tenetur omninò priusquàm id faciat, & peragat scire, & inquire leges eas, quæ de re illa, aut pactione disponunt, quarum que obseruatio necessaria est ad iustitiam illius actus. Etenim vel tenetur ab eo actu abstinere, vel diligenter se ipsum, alios uel peritos consulere quid leges ad iustitiam illius actus requirant: alioqui temerè actum ageret: & exponeret se ratione ignorantie, & erroris periculo rem alienam obtinendi aduersus iustissimas reipublicæ sanctiones, vel actum illum iniuste agendi: quod peccatum est & quidem grauissimum: siquidem obligatur quis ratione naturali scire illam humanam legem, cuius obseruatio est necessaria ad iustè agendum id, quod facere aggitur. idcirco in hac specie iuris uel ignorantia peccatum est, & sapientissimè mortale, habetque culpam malitiæ: argu. text. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. Itoc uerò peccatum non simpliciter procedit ab errore iuris, eiusque ignorantia: sed à negligentia illi coniuncta: & sic à uoluntate, quæ non uoluit adhibere diligentiam, ut sciret, quod scire tenebatur: alioqui sola ignorantia cum sit in intellectu, uel scientia, cui illa opponitur, non potest esse peccatum: quia

peccatum non est in intellectu sed in uoluntate, in qua etiam est meritum. Atque ita ignorantia quatenus peccatum est, non solum dicitur scientiæ priuationem aut errorem intellectus, sed etiam negligentiam ad tenendam actui necessariam est, adquirenda ille etenim solus ignorans, quod ignorat: quem admodum hæc deducuntur ex tractatu d. d. Bona uentura in 2. sent. dist. 22. art. 2. q. 2. ad. 4. docetque eleganter Alfor. sus à Castro in d. lib. 2. de potest. legis pœna cap. 14. uel in ignorantia solum dicitur. Ex his patet, quando iuris ignorantia culpâ præmittit quòd à mortalis, aut uenialis peccati labè. Item constat, potuisse iurâ humanam quòd ad lucrum, & quòd ad bonorum acquisitionem iuris ignorantiam, licet ea contingerit absque peccato, punire, minimè permittendo quòd ignorantem, errans uel in iure posuit ea ex causa lucri quidquam cogere: tamen si lex ipsa noluerit dâno afficere istam iuris ignorantiam habentes: sicuti decium extat in l. iuris ignorantia. j. & in l. error. l. regula. ff. de iuris & acti ignorant. quibus in locis explicatur quando iuris ignorantia damno, & pœna afficitur.

¶ Secundo, ab his deducitur, errorem iuris resistentis actui, uel contractui, quòd ad factum uerè non inducere malam fidem, quatenus ea est scientia rei alienæ.

Attamen

Attamen quòd ad iuris effectus error hic iuris resistentis, ob grauissimam culpam, qua errans afficitur, minimè bonâ fidem producit, ac fortassis quâdoquè potius mala quàm bona fides ex hoc errore præsumetur, & constitutenda erit ea ex parte qua ceteri iuris mala fides peccatum illud quod ab errante committitur, dū non adhibet eam diligentiam, quam adhibere tenetur in inquirendis legibus, quæ ad illius actus, quem gerit, iustitiam pertinent.

¶ Tertio hinc patet, errorem iuris resistentis non inducere bonam fidem sufficientem ad præscriptionem, etiam longissimi temporis, quæ titulum non requirit. Est etenim semper necessaria bona fides ad initium saltem cuiuscunque præscriptionem. Hæc uerò non adest, ubi est error iuris resistentis: quauis possit dici, quòd absit mala fides: quod non sufficit ad præscriptionem. In dō non tantum adest bona fides: sed & ratione suaderi potest, hunc errorem iuris resistentis malam fidem aliquam ex parte habere, propter satis culpam negligentiam: unde fit, satis ueram esse interpretationem illam, quam secundæ conclusioni ex Bartol. & alijs adscripsimus.

¶ Quarto inferitur, errorem iuris nec assistentis, nec resistentis bonam fidem inducere. hoc probatur nō tantū ex ea parte, qua bona fides est credulitas, quòd

res est propria: hæc etenim habetur non obstante hoc iuris errore. Sed & probatur hoc corollarium ex eo quòd nullâ culpâ nec mortali, nec ueniale, errans in hoc iure contraxerit: quippè qui id non tenebatur scire, tanquàm iuris minimè pertinens ad iustitiam actus: cū actus nec reprobaratur iure, nec fomentum actionis à iure recipi uel maneat in ea iustitia, quæ ex iure naturali, cuius ignorantia nō datur, nec iustitiam dari potest, actus ipse cōsequitur: deòque agens actū iure humano minimè reprobatur, nullâ negligentia commisit, quauis nō indagauerit, an is actus fomentum à iure positio recipiat: siquidem nemi ex hac ignorantia damnum intulerit ignorans præterquam sibi ipsi, qui nullo iuuabitur auxilio legis humanæ ad illius actus exquisitionem: tandè in summa satis est, quòd ius actui non resistat, ut is iustus cenferi debeat, etiam iuris ignorantia gestus, saltem ad iustitiam, quæ naturali iure actui conuenit: tamen si iuris humani approbationem, aut fomentum non habeat. Quam ob rē Bartol. opinio in dicta l. Sed si lege, §. scire. dicitur existimat, errantē in iure, nec assistente, nec resistente, nō habere bonâ fidē, nec item malâ: uel est falsa, uel nō ita simpliciter intelligenda: uel hic bonâ fidē habere ipsa & quantum ad factū: atque item quòd ad iuris effectū, id est, præscriptionem quæ tantū exi-

git bonam fidem. At vbi præscriptio non tantū requirit bonam fidem, sed & titulum iustum legēque humana probatum, & cui lex ipsa adhsit: tunc sufficiens non est bona fides procedens à iuris nec adhsitenti, nec resistenti errore: cū lex humana ad vsucapionem requirens titulum iustum de eo titulo sit intelligēda, qui per eandem legem humanam iustus censetur, & ex ea fomentum, ac probationem habet. Ex quibus postremo manifestum est, etiam si præmittamus, errantem in iure quantum ad factum bonam fidem habere potuisse legem ciuilem hūc bonæ fidei effectum vsucapionis, & præscriptionis negare: sicuti & ipsa lex possit vsucapionem, & præscriptionem iure humano inductas tollere. Hinc expendendum fuit quod Ioan. Medina vir doctissimus in tracta. de contract. q. 17. adnotauit scribens, eam conclusionem qua iuris vtriusque profellores communiter asseuerāt, + bonam fidem inductam iuris errore non sufficere ad præscriptionem, quæ titulum requirit, procedere in foro iudiciali propter præsumptionem malæ fidei: at in conscientia iudicio existinat errorem iuris bonam fidē verè prodacentem, si error ipse inuincibilis sit, sufficere ad præscriptio- nem quamcunque, etiam si ea titulum requirat: cū in eo foro de veritate non de præsumptio-

ne agendum sit. Ego sanè iuxta ea, quæ modò prænotauimus, illud certissimum esse opinor, legem humanam, quæ præscriptio- nem induxit posse bonæ fidei vt cūque probatissimæ, etiam quæ ab errore iuris inuincibili pro- ducitur, negare vsucapionis, & præscriptionis effectum: nec in hoc quidquam dubio. Deinde video quòd error iuris nec adhsitenti, nec resistenti, qui abique vlla culpa contigerit, non sufficit ad præscriptionem, quæ titulum requirit: sicuti modò tradidimus: vnde fit, vt maximè dubiā sit Ioan. Medina opinio. Etenim cū tractemus de re aliena adquirenda per legis humanæ constitutiones: nō aliter eius adquisitio datur quàm seruatibus, quæ per ipsam humanam legem requiruntur: & præterea non abitor ius ciuile iuris errorem ab vsucapione repellere propter malæ fidei præsumptionē. Nā & si de bona fide constet in foro exteriori, vel interiori, si tamen possessor in iure errauerit, adhuc præscribere nō poterit re possessam secundum conclusiones superscriptas: licet non negauerim iura humana quandoquæ ex iuris errore præsumere bonā fidem, nempe quòd ad fructuum acquisitionem: aut saltem non præsumere ad istum effectum malam fidem: vel iuris errori hunc effectum adquirendi fructus tribuisse, eò quòd non sit omninò manifesta mala fides: quæ

quæ iuris quadam ignorantia occulta videtur. Sed quantum ad præscriptionem, iuris error excluditur, nec ex eo præscriptio procedit: quia illa culpa, & negligentia in iuris errore, & in non inquirendo diligenter, quid leges humanæ de illo actu ad eius iustitiā statuerint, efficit, vt ad effectum præscribendi iuris error vel mala fides iudicetur vel eius vicem habet, ex reg. qui cōtra iura. de regu. iur. quo fit, vt si contingat, errorem iuris etiam resistenti inuincibilem esse, tūc præscriptio in animæ iudicio obtinebit: atque ita defendi poterit Ioan. Medina opinio. Imò & ea sic intellecta apud iudicem exteriorem admittenda est: sicuti apertissimè probatur in tertia conclusionē, quā statim exponemus. Sed si error iuris vincibilis sit, culpamque præ se ferat, etiam si quòd ad factum in animæ iudicio possessor bonam fidē habuerit: quippe qui existimauerit re à se possessam propriam esse: tunc humanæ leges seruandæ sunt, nec locus erit præscriptioni. Quid igitur dicemus ad obiectionem, quæ fieri potest? Nam iuris nec adhsitenti, nec resistenti error nullā culpam habet: & tamen nō prodeit ad præscriptionem, quæ titulum requirit: deòque videbitur qui buldam non excludi iuris errorem quòd ad præscriptionem catione, quòd is culpa grauem

præmittat: cū in hac specie exclusus sit error iuris abq̄ vlla culpa contingens à causa iusta præscribendi. Et quidem obseruandum est, errorem iuris non resistenti, nec adhsitenti simpliciter inculpatum esse quoties illius iuris scientia necessaria nō est: & sic quoties agitur de præscriptioe, quæ solum bonam fidem requirit: nec exigat quòd præscribens iusto titulo possideat. At vbi præscriptio titulum iustum requirit, oportet ad hūc vsucapionis actū quòd possessor titulo iusto possideat: & idcirco teneatur ad hunc effectum scire, an leges humanæ titulum illum probauerint, & fomentum, ac vim illi contractui præstitierint: hoc etenim necessarium est ad iustitiā illius actus quòd ad vsucapionem & præscriptionem, quæ iure humano institutæ non aliter admittuntur quàm iusto ex titulo: qui quidem abest dum possessor iuris errore in hoc decipitur. Cū oporteat præscriptionem silentem in initio bonā fidem habere procedentem à iusto titulo, qua ratione ad præscriptionem requirentem titulum non sufficit iuris error nec adhsitenti, nec resistenti: quia præscribens quòd ad hunc effectum culpam contraxit, non inquirendo, an ille titulus iustus esset: id est, a iure probatus: quod ratione actus scire tenebatur. Vtūquē quòd diximus Relect. Didac. Couar. C

à iure distingui iuris errorem quò ad fructus acquirendos, & quò ad præscribendum, si opiniones communi doctorù consensu receptas admittamus, planè constabit discrimè istud non omninò procedere: siquidem error iuris resistens, qui ad præscribendum longo, aut longissimo tempore non prodest, nec ad fructus acquirendos sufficit: sicuti ex quadam communi sententia retulimus lib. j. variar. resolut. c. iij. nu. viij.

9 ¶ Tertia cõclusio. † Error iuris maximè dubii, atque ratione probabilis iustà præbet præscriptioni causam, etiam vbi titulus requiritur. Huic conclusioni suffragatur quòd hic error sit inuincibilis: què homo faciendo quod potest, vincere nõ valet ob perplexas iuris decisiones, variâsq; interpretù sententias. Idècque de re ita dubia qui consuluit viros iuris peritis simos, eorùmq; respõtum habuit, fecit id quod agere tenebatur ad expellendum errorè iuris, eiusque scientiam acquirendam. Is igitur iuxta respõsum iuris peritorum errans, inuincibilem habet ignorantia: quæ iusta est. atque idcirco iustam præbet præscriptioni causam: cum ius ciuile idèd repellat ab vsucapione iuris errorè: quia cum iniustù esse censet ob negligentiam, & culpam ignorantis, seu errantis, qui nõ fecit quod agere tenebatur ad eum

errorem effugiendù: sicuti paulò ante dicebam, eadem cõclusio probatur autoritate text. in c. cum dilectus. de consuetu. quem ita interpretatur Abbas & Imola ibi: idem Abb. in c. de quarta. de præscrip. col. iij. & Felin. bi: idem Felin. pri. Decretorum, col. j. Francus in capit. sæpè. col. ij. de appellat. Balb. in d. l. Celsus. notabil. iij. Curtius Iunior cõsil. vj. nu. 22. & colum. penul. ac final. Idem Curtius cõsil. 28. col. iij. post Anto. in d. c. cum dilectus. quibus ad stipulatur quod Bart. & alij scripsere in l. in ambiguo. ff. de rebus dubiis.

10 ¶ Quarta cõclusio. † Error facti simul contingens cum errore iuris, bonam fidè inducit sufficientem ad præscriptionè, etiam si ea titulum exigat. ex apud Iuriscõsultum in l. si vir. ff. de vsucapio. pro dona. si vir, inquit Pomponius, vxori, vel vxor viro donauerit, si aliena res donata fuerit, verù est quod Trebatius putabat: si pauperior is, qui donasset, non fieret, vsucapionem possidenti procedere. Ex quo respõso hanc cõclusionem adnotarunt gloss. Barto. & docto. in d. l. si vir. Di nus in hac regula, possessor. numer. 40. Bald. in l. iij. C. pro emptore. numero iij. Felin. in dicto capitulo de quarta. nu. 26. limitatione quinta. Balb. in dicto iij. notabili versiculo sexto limitatur. Nam quicquid sic de iuris

de iuris errore, facti error planè bonam fidem inducit, contingentem absque vlla culpa errantis in iure: qui etsi ius omninò cognitum habuisset, nihilominus ob ignorantiam facti bonam fidem haberet: & hæc ad præscriptionem sufficiens esse videtur. Huic tamen conclusioni obstat text. in l. nunquam. in principio. ff. de vsuca. qui iuxta intellectù Pauli Castrensis & aliorù probat, ementem rem alienam à pupillo nõ adhibita ea solennitate, quæ iure necessaria est, minime præscribere eam re aduersus eius verum dominum propter iuris errorem, tamen si habeat errorem facti, existimãs, rem emptam à pupillo venditoris esse: igitur hic error facti, iuris errori admixtus nequaquam bonam fidem producit ad præscriptionem sufficientem. Præterea quid obsecro prodest, ob ignorantia facti bonam fidè habere: id est, existimare rem emptam ipsius venditoris fuisse & esse tẽpore contractus, si contractus is fiat iure resistente? Nonne idem esset quòd ad bonam fidem quòd verè res emptã ipse foret venditoris? profectò tutior esset ementis conscientia, quippè rem propriam venditoris, non alienam emeret: & tamen ob errorem iuris resistentis contractui non posset emptor hic vsucapere, nec præscribere secundum apertissimam, & pla-

nam omnium iuris vtriusque traditionem: fortiori ratione igitur non vsucapies emptor rem, quæ venditoris non est, si venditor iure resistente facta fuerit: cum maiori iure præscribatur aduersus eum, à quo possessor titulum qualencunq; habuit, quàm contra eum à quo nullum titulum habet. Hinc denique Paulus Castrensis in dicta lege nunquam. & in dicta lege si vir. reprobat opinionem gloss. & doctorum in dicta lege si vir vxori. respõdens Iuriscõsulto ibidem, quòd in ea specie contingit error iuris in causa: non tamen in valorè contractus: quia donatarius credebatur valere donationem generaliter: & tamen errabat in iure, ex quo donatio inter vium, & vxorem regulariter valida non est: tamen in casu dictæ l. si vir. donatio valida erat, ex eo quòd donator non efficiebatur pauperior: & sic non aderat error iuris circa illum contractum, qui verè in specie valebat. Quod si contractus in specie nullus est, aut inualidus iure resistente, etiam si possessor existimet bona fide rem acquisitam ex eo contractu, tradentis fuisse, error tamen iuris præscriptionem impedit: secundum Iuriscõsultum in dicta l. nunquam. in hoc etenim casu datur ea mala fides, quam ius ciuile ob culpam er-

antis, & ignorantis constituendam esse censuit. hunc denique intellectam ad dict. l. si vir. ipse colligo ex Azone in Summa C. de iuris & fact. ignor. col. ij. quem nemo ex praxitatis retulit: sensu tamen idem Eelin. in dict. cap. de quarta. num. 36. hoc ipsum sen'erat glo. in dict. l. Si vir. optime Bellamera in cap. vigilanti. de praxcript. numer. 47. Ex his apparet Accursum in l. P'oponius. §. si iussu. ff. de acquirend. posses. perpetrã intellexisse text. in dict. l. si vir. dum scripsit, regulam illam iuris, quæ dictat, dominũ trans ferre per traditionem dominium, quories non dominus transfert vsucapiendi conditio nem, fallere in donatione inter virum & vxorem. per dict. l. si vir. quam prauè intellexit: nam in eius specie tradens rem alie nam, transfert vsucapionis cõditionem: tradens verò propriam, dominium transmittit: quia donatio iure valida est.

Ex §. sequenti.

- 1 Bona fides, etiam absque titulo dari potest.
- 2 Bona fides in dubio presumitur, etiam, si nullus titulus probetur.
- 3 Presumptio mala fides an tollatur spatio triginta annorum.
- 4 Immemorialis prescriptio mala fide non procedit, imò requirit bonam fidem.
- 5 Mala fides respectu vnius, an impediatur prescriptionem respectu alterius.

§. Octauus.



**A**CTENVS probatũ est non semper ad prescriptionem titulum requiri & tamẽ semper necessariam esse bonam fidem. Nunc verò illud queritur quo pacto possit dari bona fides absque titulo: si quidem vana credulitas esse videtur, cum quis existimat rem ab eo possidem esse propriam nec scit qua ex causa, aut quo titulo eam habuerit. Nam Innocen. & Bald. in c. per tuas. de testib. in ea sunt opinione existimant, non posse presumi bonam fidem vbi desit titulus. Sed de presumenda bona fide statim agetur: modò illud erit adnotandum, posse dari bonã fidem absq; titulo: & posse prescribentem bonam fidem habere sine titulo. quod probatur in l. si quis emptiois. §. i. iuncta glo. C. de praxscrip. trig. vel quadr. anno. idem ratione constat, quia si prescriptio quædoque absque titulo procedit sola quidem bona fide: ut est iure fati manifestum, & apparet ab speciali argumento in c. j. de prescript. in vj. glo. & omnes in c. si diligenti. eod. tit. consequitur necessariò posse absque titulo bonam fidem prescribentem habere: cum alioqui nulla daretur prescriptio, quæ sola tantum bona fide absque titulo procederet, quod iure canonico &

nico & ciuili falsum est.

¶ Primum autem huius conclusionis exemplum sit in eo, qui aliquã rem possedit triginta, & quadraginta annis: & verè existimat suã esse: immemor tamen est tituli, & cause, ex quibus ad eum peruenerit propter longum tempus: facillimè quidem etiã in facto proprio contingit obliuio ex temporis antiquitate l. peregr. ff. de adquir. poss. Bar. in l. si quis delegauerit. ff. de nouatio. Vnde in hoc casu titulus probari non potest: sed tantum bona fides, quæ sufficiens est ad prescriptionem.

¶ Secundo, bona fides absque titulo habetur ab eo, qui rem aliquam habuit titulo inualido: cui ius non adfuit, nec momentum præbet: nec tandem resistit: hic in quã non prescribitur: sed tantum bona fides, vbi ad prescribendum titulus est necessarius: quia is titulus nõ est sufficiens: sed prescribitur hic possessor ratione bonæ fidei, quã habet ex errore iuris nec assistentis, nec resistentis, secundum ea, quæ in proximo §. explicata fuere: & quæ deducuntur à Bart. in l. Sed si lege. §. scire. ff. de peti. heredita. qua in re ad exempla oportet potissimũ aduertere, quæ diligenter omnino sunt examinanda.

¶ Tertio, exemplum huius conclusionis proponitur in eo, qui rem aliquã habuit ab eo, qui

bona fide inceptorat illam prescribere. Et quãuis nouus huius possessor titulum habeat, eaq; ex causa bonã fidem, non tamen prescribitur ex proprio titulo, sed prescriptionem ab alio coeptam profequitur. De titulo etenim prescriptionis hic non apparet, licet bona fides modò possidentis, & eius qui prius prescribere inceptorat, constet saltem per presumptionem. Vnde hoc in casu datur bonã fides in prescribente absq; titulo.

¶ Quartum huic rei facillimè applicatur exemplum, vbi quis rem aliquã possideat credens eam sibi à vero domino legatã vel donatã, quæ tamen nusquam donata, nec legata fuerit possidendi: etenim in hac specie nullus titulus probari poterit, quippè qui nusquã contrigerit: prescribitur tamen ipsa res sola bona fide, ea prescriptioe, quæ titulum nõ requirit: cui bona fides manifestè ex hac credulitate deducatur. l. si existimans. ff. pro soluto. His ergo casibus optime procedit prescriptio absque titulo cum sola bona fide.

¶ Quintò, bona fides absque titulo haberi potest, si quis rem aliquam possideat, existimans fuisse propriã parentũ, quibus iure hereditario succedit: creditq; alicui viro fide digno id affecturanti. Nam est hæc iusta credulitas secundum gloss. in l. Titio fundus. ff. de cõdi. & de-

monstra. cuius meminere maximè eam cõmendantes Ang. in l.ij. ff. de eo per què factum erit. Bald. in l. iudicia. col. pen. C. de re vendi. lo. Lupi. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 9. nu. 15. Francif. Balb. in d. l. Celsus. ff. de vfucapio. numer. 45.

¶ Ceterum ꝑ bona fides; que omninò ad præfcriptionè iure requiritur, præfumiur in dubio, nisi contrarium probetur. glo. & cõmunis in c. Si diligenti. & in c. sanctorũ. Item & in c. vlti. de præfcriptio. & in l. penult. C. de euicção. Bart. & alij in dict. l. Celsus. præfertim Balbus inibi. ij. part. Curr. senior in consil. 71. col. iij. idem in cõfil. 82. col. ij. Alexad. consil. 207. col. i. lib. ij. & consil. 75. libr. iij. col. pen. Iason in. §. sed istæ. nu. 99. de actio. Curr. junior in consil. 28. ij. col. Andreas Alciat. de præfumptio. reg. ij. præfumptio ne. v. quorũ opinio communis est, quemadmodum ipsi iuniores fatentur, & constat ex his, qui ab eis nũcupatim citantur. Et procedit, etiam si possessor lucrativã causã habeat, & de sola longi tẽporis possessione agitur. text. glo. & omnes in l. super longi. C. de præfcript. longi tẽporis. Huic verò præfumptio ni locus est, etiã si nullus titulus probetur: nam bona fides in dubio præfumiur in eo qui absq; titulo possidet: auctore Bart. in d. l. Celsus. nu. 17. cui respondent doctor. ibi. & in c.

si diligenti. paulò antè citator idq; cõmuni omnium sententia probatũ est: secundum Alciat. in dict. præfumpt. v. quibus ea ratio suffragatur, quod bona fides possit cõtingere absq; aliquo titulo quemadmodũ superius ostendimus atq; ita tenendum est, quãvis Innocè. & Bald. in c. per tuas. de testibus. Imol. in repet. c. vlti. de præfcriptio. col. v. & Barto. in l. vlti. C. vnde vi. nu. 17. existiment, nunquã fore præfumentã bonã fidem, nisi detur titulus. Nec obstat l. vlti. C. vnde vi, ex qua hanc conclusionè hi auctores deducere videntur: quia illa cõsuetudo procedit in eo, qui scit rem ab eo occupatã suam non esse: tunc enim tenetur scire qd ea sit alterius, At in eo, qui credit, rem ab eo possessã propriã esse, profectò mala fides non debet præfumi, imò bona: cum deficiat ratio prædictæ cõsuetudinis, quã in hunc sensum omninò accipienda est. Illud tamen non est præteritendum, malã fidem præfumi, si quis à principio rem aliquã etiam vacantẽ propria auctoritate apprehenderit. text. optimus in d. l. vlti. C. vnde vi. quo in loco Bar. scribit, ꝑ hanc præfumptionè malę fidei tolli, & purgari possessione triginta annorum: idem tenuerũt Decius consil. 207. Alexan. consil. vi. col. j. libr. j. Idem Alex. consil. 151. lib. ij. nu. vij. Curr. senior consil. 71.

consil. 82. col. iij. Matthæus Afflict. decisione Neapoli. 40. numero. 12. Iason in. §. Sed istæ. numero. 100. de actio. Idem Iason in consil. 57. colum. vltim. & consil. 72. col. ij. libr. j. Deciterum in consil. 58. in fi. & cõfil. 256. col. vlti. Curcius iunior in consil. 52. numer. 11. Anton. Rubi. consil. 75. numer. iij. etiã si apparet olim eiusdẽ rei aliũ fuisse antiquiorem possessore, & possidisse tempore quo præscribens eandem rem fuerit in gressus propria auctoritate: tenem in hac specie Bartol. & doctor. modò citati, loquuntur, & sentit Salycet. in dict. l. vltim. atque expressim tradit Balb. in dicta l. Celsus. iij. parte col. vj. ex cuius examine constat, hanc opinionem communem esse. Nam ipse Balbus ibi fatetur eam cõmunem, idem asserit Claudius in eadẽ l. Celsus. numer. 31. quam & Panor. commendat in dict. c. si diligenti. col. iij. & Deci. idem reperit consil. 58. col. vlti. tamen si possit aduersus hanc præfumptionem probari mala fides possidentis: quod visum est Philippo Corneo consil. 207. libr. iij. de quo in sequenti questione tractabitur. Verũm Imol. in d. l. Celsus. col. vlti. & in repeti. c. vltim. de præfcript. col. v. aduersus Bart. & communem probare nititur, & censet, præfumptionem malę fidei, quæ procedit ab occupatione rei pro-

pria auctoritate apprehensã, minimè tolli spatio triginta annorum, quoties constat de antiquiori alterius possessione. idem latè asseuerat Hieronymus Torrus inter consil. Alexandri, consil. 192. libro secundo. sentit idem Corneus in dicto consil. 207. Cui accedit Aymon in consil. 146. colum. vlti. His primũ ad stipulatur dict. l. vltim. quæ probat malã fidem præfumi, si quis propria auctoritate rem aliquã occupauerit. Nec obstat eiusdem constitutionis pars vltima, quæ de triginta annis loquitur: quia ea constitutio procedit quoad effectum illius legis tollendũ: nempe vt antiquior possessor elapsis triginta annis non possit agere remedio illius legis: quemadmodũ Imola, Corneus, & alij opinantur. Secundo aduersus communem facit, quod hæres non potest præscribere rem malã fide possessã à defuncto etiam triginta annis, licet ipse velit incipere præfcriptionem: sicut in cõmuni sententia definitum est: & quidem ea ratione, quod hæres sit in malã fide præsumpta. Igitur mala fides præsumpta non tollitur spatio triginta annorum. Quã argumentatione vtitur Aymon in dicto consilio 146. colum. vltim. eandem sententiam contra Bartolum tenet Romanus in dict. l. Celsus. sed præ Bartol. opinione

adeft singularis decifio Innoc. in cap. ij. de in integ. reftitu. nu. me. octauo, verficu. Item nota. cuj Ioan. ab Imola, & alij inibi accefferunt. Afferit enim Innocen. bonam fidem præfumi vel ex iufto titulo, vel longi temporis poffeffione: & fubdit hac in re longum tempus definiendū eſſe arbitrio iudicis. Et quæ Bartol. opinio communis eſt, eaque in praxi tutior eſſe videtur, oportet reſpondere his, quæ in contrarium adducta ſunt. Nam d. l. vlti. C. vnde vi. parum refragatur: quia de præſumpta mala fide tractat ea cōſtitutio, nec dicitur, hanc præſumptionē etiam poſt longum tēpus validam eſſe: imō potiùs, eam debilem videri poſt triginta annos expreſſim inſinuat. R. atio verò, quò Aymon ex aliorum mēte deducit, mihi non placet: ſiqui dem hæres non impeditur præſcribere rem mala fide poſſeſſam à defuncto ea tantum ratione, quòd ipſe hæres ſit conſtitutus in præſumpta mala fide: deſed quia ipſius defuncti perſonam in ea re omninò repræſentat: de quo paulò poſt tractabitur.

4 **Quæritur** præterea in hoc tractatu, quo examinatur bona fides ad vſucapionem requiſita, ¶ quid dicendū ſit de præſcriptione immemorialis temporis, an ea poſſit procedere cū mala fide? Et ſane non deſunt qui exiſtimēt, poſſe malæ fide

poſſeſſorem rem aliquā tēpore immemoriali præſcribere mala fide: qua ſi tanti tēporis vis mala fidei vitium remittat: quod in iure verū eſſe cenſent Salic. in l. ij. nume. viii. C. de feruit. & aqua, Dec. conſil. 496. nume. v. idem conſil. 633. col. ij. Nicolaus Boer. Decif. 9. nu. vij. Dec. in l. traditionibus. colum. iij. C. de pact. quibus fauere videtur ſententia Bartol. in d. l. vlti. C. vnde vi. cuius imodò mentionem fecimus. Etenim ſi poſt triginta annos vitium malæ fidei excluditur, omninò que tollitur. fortiori iure poſt tempus immemoriale fides remiſſa cenſenda eſt. Sed opinio hæc Salic. proſus eſt improbada, quippè quæ falſa ſit. Nam præſcriptio mala fide nullo vnquā tēpore procedit. text. in capitul. vlti. de præſcript. & in hac reg. & in capitul. vigilant. cod. titul. nec vlla ratio, quæ verè rationis nomine digna ſit, adduci poterit vnquam, vt ex ea permiſſum cuiquam ſit, rē alienam ſibi tempore acquirere, ſi iſt malitiam, & culpam in eius poſſeſſione habuerit. Alioqui humana lex tyrannidi, & crimini fomentum daret, quod ab ea alienum ita oportet eſſe, vt potiùs mala fidei poſſeſſores puniat, quàm defendat. Nec quicquam decifio Bartol. patrocinatur: quia etſi vera ſit, planè obtineat præſumpta mala fide: ſiquidem præſumptio malæ fidei tollitur poſ-

tur poſſeſſione triginta annorum: atramen ſi probatum ſit, poſſeſſorem verè malam fidem habuiſſe, nuſquam vitium illud remittitur à poſſeſſione. nec locus erit in hoc caſu Bartol. opinioni, quæ verè de præſumpta mala fide agit, non de vera: quod notant Aretin. conſil. 15. col. vlti. Aymon conſil. 46 col. ſin. idem optimè in tract. de antiqu. tempor. iij. part. verſ. materia iſta. num. 2. & ferè omnes qui Bartol. ſequuntur: poſiſſimum Bartol. ipſe. Sit igitur certa, & conſtitutiſſima conclusio, præſcriptionem etiã temporis immemorialis nullam habere vim, nec iure procedere, ſi malam fidem poſſeſſor habuerit. cuius aſſerionis authores ſunt, glo. in c. j. verbo, & Francus col. vltim. Ange. Are. in §. furtiæ. in ſi. de vſucap. in princ. Anton. Rubeus in conſil. 1. num. 14. Aymon conſil. 146. & in dict. c. Materia iſta. nume. 19. Francil. Balb. de præſcripti. ij. part. iij. part. princ. quæſt. vj. colum. v. Marthæ. Aſſiſt. decifio. 68. num. 10. Capicij Neapolit. decif. iij. colum. vj. **Quo**rum opinio communis, eſt ſecundum Alex. in l. cum aliquis. C. de iure deliberand. hoc ipſum tenet Dinus in hac regula: dum numer. v. ita inquit. Primus dicit, quòd ille, qui habuit malam fidē tempore poſſeſſionis inchoatæ, & continua

tæ, nullo temporis tractu, ſeu temporis cōtinuatione nō præſcribit, etiam ſi centū annis, vel vltra poſſeſſionem cōtinuaret. Eandem ſententiã probant Panor. in c. vlti. nota. j. de cōſti. Domi. in cano. ſacroſancta. 22. diſt. Feli. in cap. cum nobis. colum. j. de præſcript. qui bonam fidem exigunt ad præſcribendam exemptionem à ſuprema iuriſdictione Imperatoris, vel principis ſuperioris, caſu quo præſcribi ea poſſit, & tamen in ea ſpecie immemoriale tēpus neceſſarium eſt: ipſique doctores abſque bona fide nullius temporis quali poſſeſſionem admittendam eſſe cenſent. Nec oberunt verba Dini in huius regu. commentarijs, dum numer. 15. de præſcriptione vſufructus tractans ſcribit: vſufructus præſcribi poterit, etiam ſi ne titulo, dum tamen bona fides accedat, vt in præallegat. capit. i. de præſcriptio. in vj. vel tranſcurſus temporis, à quò memoria non extet. Haftenus Dinus, qui iuxta hanc literam videtur loco bonæ fidei exigere tempus immemoriale: quaſi id ſit abſque bona fide ſufficiens. Etenim hæc Dini ſententiã in codicibus diligentis excuſis aliter legitur, ſic ſane vſufructus præſcribi poterit, etiam ſi ne titulo, dum tamen bona fides accedat, vt in præallegat. capit. j. de præſcriptio. libro. vj. vel verius, tranſcurſus

temporis à quo memoria non extet. vult equidē Dinus non sufficere bonam fidem absque titulo ad prescriptionem vsufructus, sed requirit tempus immemoriale: quod & glo. asseruit sicuti Bart. ibi eam intellexit in Lusto. §. non mutat. ff. de vsucap. quæ denique opinio etsi falsa sit, quod alibi explicuimus, à Dino tamen probata insinuat, cum intellexisse prescriptionem immemorialis temporis etiam cum bona fide necessariam esse ad vsufructum tempore acquirendum, nec sufficere minoris temporis cursum absque titulo, quantum & ei bona fides accesserit: vnde non poterit ex Dino colligi, quòd prescriptio immemorialis procedat, & obtineat etiam cum mala fide. Ex quibus Aymonem in dicto tracta. de antiquit. tempor. iij. part. cap. absolutis: num. 50. probare vult, immemoriale tempus non inducere iusti tituli prescriptionem, si constat de titulo vitioso, & iniusto. citat ad hoc Paul. Castren. consi. 424. libr. ij. colum. ij. versicu. in contrarium facit. Quia secundum eundem Aymonem in e. materia ista. nume. iij. ex hoc vitioso titulo & iniusto mala fides apparet: atque iteò immemorialis prescriptio vim propriam amittit propter male fidei vitium. Ego equidem vbi de tempore immemoriali iure

prescriptionis agitur, si de mala fide prescribentis appareat, existimo inutile, & inualidum esse prescriptionem: sicuti superius probatum est. Idem dicendum censo, quoties de initio, & primo titulo constat. Nam eo casu non de prescriptione immemoriali, sed de titulo, cuiusque viribus, quas habuit, vel et cursu tanti temporis habere iure potest, agendum est. Quòd si tempus immemoriale non vim prescriptionis, sed in vim privilegij, & iusti tituli, ad eiusque probationem allegetur, tunc si de titulo iniusto appareat, de eius viribus tractandum est, & potissimum an ex tanti temporis vsu, & quasi possessione vitium tituli probati remissum censetur: & an titulus ille presumatur iustus, & solennis. Quod latius erit pro caula, & controuersis qualitatibus examinandum.

¶ Alia deinde questio hac in parte opportunè ad materiam bonæ fidei examinanda erit: qua solet controuerti, si an mala fides respectu vnus impediatur prescriptionem respectu alterius? Et Barto. in L. naturaliter. num. 33. ff. de vsucap. sensim hoc tractare videtur. Nam ab eius decisione quidam adnotarunt, malam fidem vnus causa non impedire prescriptionem quòd ad alterum, in hunc qui. ff. sensum, vt si possideam fundum, quem opinor esse Titij, pos-

si, postquam illum vsucapere aduersus Sempronium, cuius verè fundus erat: cui ratione sempronij, & quòd ad ipsum ego bona fide possideam. hoc ipsum probatur secundum eos in l. si quis fundum. vbi glo. ff. de adquir. posses. glo. in l. licet. C. de prescrip. trigin. vel quadragin. annor. text. in l. qui balneum. in fin. ff. qui potior. in pignor. habe. sic enim ex Barto. deduxerunt hanc sententiam Aegidius, à Bellamera in capit. viginti. num. 35. Imola in capit. vltim. num. 25. de prescrip. Antonij. colum. vlti. Felin. colum. j. in capit. illud. eod. titul. atque eandem opinionem fatentur esse communem Bartho. Soci. consi. 47. colum. vltim. libr. iij. Balb. de prescrip. iij. part. vj. partis princip. quæ. iij. & Ioan. Hannibal in repetition. dict. l. naturaliter. numer. 166. Ipse verò non inficior Barto. conclusionem veram, & communem esse in eo sensu, qui verè Barto. tribuendus est, absque aliqua tanti viri omniumque preceptoris iniuria: & tamen omnino nego supra scriptam conclusionem ex Bartol. deduci, item veram & communem esse. Nam etiam si pro opinione præmissa in eo sensu, quem significauimus, citentur Imola in dict. l. si quis fundum. Anch. in cap. j. de prescrip. in vj. §. a lic. in l. eum notissimi. §. imò. C. de prescrip. 30. vel 40. anno.

hi quidem simpliciter Bartol. verba referunt, ea minime mutantes, nec ex eis præfatam falsam conclusionem colligentes. Et quantum ipse Bart. in d. L. naturaliter. num. 14. videatur sentire conclusionem, quam modò, improbamus, dum scribit, quòd defectus bonæ fidei quòd ad vnum non impediatur prescriptionem quòd ad alium: sed defectus possessionis impediatur prescriptionem quòd ad omnes: quia possessio vna est, & vniformiter omnes respicit: bona autem fides, vel titulus possunt, variari respectu plurimum: in his tamen præcitat verbis Barto. non probat, quòd ei quidam adscribere conantur. Is enim qui non possidet, nec prescribit contra vsufructuarium, nec prescribit contra proprietarium. Is verò qui possidet, habet tamen bonam fidem respectu proprietarij, malam tamen respectu vsufructuarij, prescribit planè aduersus proprietarium, non tamen contra vsufructuarium: sic & qui habet malam fidem ratione hypothecæ, bonam verò fidem quòd ad rei proprietatem, prescribit omnino proprio tant, non hypothecam. atque hic est verus, proprius, & germanus sensus Barto. Ex quo & locis ab eo citatis id tantum deducitur, quòd mala fides respectu vnus iuris, non impedit prescriptionem respectu alterius: vt potè mala fides

quò ad vsumfructum rei non impedit præscriptionem quò ad proprietatē: quem sensum à Bart. verbis deduxerunt Aretin. in l. 3. §. item adquirimus. nu. 56. & inibi Vincent. de Herculanis num. 24. idem Aretin. in l. ij. §. Neratius. colum. vlti. idem in l. Pomponius. §. ex factō. ff. de adquir. poss. fidem Aretin. in consil. 17. colum. ix. quamobrem ipse Aret. vbiq̄e asserit malā fidem circa idem ius, nempe circa dominium, etiam si ea contingerit respectu vnus, impedire præscriptionem respectu omnium: quod & Cuma. tenere videtur in dict. l. naturaliter. probatur autem hæc sententia ratione profectō cuidē. ti. Nam hic possessor habet scientiam rei alienæ, vt constat in l. aut qui aliter. §. si quis dū putat. ff. quod vi aut clam: & idē malā fidei possessor est, qui nullo pacto præscribere rem possessam potest. text. in cap. vlti. de præscri. & in hac regu. possessor. **Quin** & Panor. in dict. cap. illud. numer. viij. posteriorem hanc sententiam probat, ab Antonio discedens. Idem sequuntur, & iure admittēdum esse censent in effectu Franci. Balb. in dict. q. ij. Ioan. Hannibal nume. 16. Claud. in dict. l. naturaliter. colum. iij. & Socin. in dict. §. item adquirimus. imò & Aegi. à Belamcra in dict. ca. vigilantia. nu. 33. licet ex Bartol. priorem opi-

nionem deduxerit, hanc posteriorē post alios probat: horum sententiam non tantum veriorē, sed & magis communem esse ipse opinor: cui ad stipulatur tex. insignis in l. j. §. sed per eum. ff. de adquirenda possess. si. quo in loco respondetur, hominis verē liberi possessorem non adquirere per ministrarium huius, quem existimabat bona fide seruum esse: sed tamen mala fide credere alterius eum seruū esse. Hic enim vides, possessorem hominis liberi bonā fidem habere: quia existimat eum seruum esse, & ratione seruitutis cōtingit bona fides: habet tamen hic possessor malam fidem respectu alterius, quem censet dominum esse huius hominis: atque ita mala fide huius respectu possessionem totam vitio afficit, vt tandem in totum dicatur malæ fidei possessor. quem text. ad hæc præter alios Soci. perpendit in d. §. item adquirimus. in princ. Verū quinq̄, aut sex in hac cōtrouerſia constitutam casus, quibus prior opinio satis defendi, vel explicari poterit.

¶ Primus, quoties mala fides contingerit ratione diuersorum iurium eiusdem rei, & bona fides eidē admista sit: ea ex parte, qua bona fides obrinetur, procedit præscriptio: alia verò ex parte: qua mala fides viget, minimē locus erit præscriptioni. Cuius rei exemplū sit in vsu fructu, &

fructu, & proprietate eiusdem rei. Nam potest possessor habere bonam fidem quò ad proprietatem: malam autē quò ad vsum fructum: idcirco præscriptio loci erit quantum ad proprietatem: non quantum ad vsum fructum: quod ex Bartol. rectē intellecto colligitur. atque item ex Aegidio in dicto nume. 35. & ab his, qui rectē verba Bart. interpretantur.

¶ Secūdo, vbi mala fides adest possessori ratione vnus iuris, quod potest distinctum esse numero, adhuc præscriptio admittenda erit contra eum, cuius respectu bona fides possessori adest, etiam si eiusdem iuris causa possessor malam fidem quo ad alium habuerit. Nēpe si quis possideat rem aliquam absque dubio bona fide quò ad proprietatem, sed tamen mala fide quò ad vsumfructū respectu vnus, quia existimat illum ad Sempronium pertinere: bona verò fide respectu alterius, Titij videlicet ad quem verē vsumfructus pertinebat: etenim in hac specie præscribit possessor vsumfructum aduersus Titium ex bona fide, quā eius respectu habet. Hoc tamen exemplum pender ab ea questione, an possint plures esse vsumfructus eiusdem rei, qui quidē vsumfructus numero distinguantur, & qua quibusdam videbitur, vnus, & eiusdem rei vnicum tantū vsumfructū cōstitui posse sit exemplum aptius, & verius in

pluribus hypothecis: quæ duobis procul possunt circa eandem rem constitui. Nam si possessor habeat bonā fidē quò ad vnā hypothecam, aduersus eam præscribit: si verò habeat malā fidem respectu alterius hypothecæ, minimē aduersus illam procedet præscriptio: quod in specie adnotauerunt Claudius in dict. l. naturaliter. colum. 3. & Balb. 2. part. iij. par. princ. q. 4. optimus text. in l. si balneum. ff. qui pot. in pigno. habeat.

¶ Tertio verisimē constat, malam fidem respectu vnus partis fundi non impedire præscriptionem respectu alterius partis, in qua possessor habet bonā fidem. Sicuti probatur in dict. l. si quis fundum. ff. de adquir. possessio. Et notat in specie post alios Balb. in dict. q. 4.

¶ Quarto, si quis malam fidem habeat respectu eius, à quo causam habuit, quia credit, illum dominium nō habuisse, nec potuisse transferre dominium in possessorem: simul tamen opinatur, & existimat ex alia causa rem ad se pertinere, profectō hic possessor præscribere iuste poterit: quippe qui verē bonam fidem habeat.

¶ Quintus casus hac in questione constituit potest in eo, qui rem alienā possidet, in iudiciū ab eo, qui nec dominū, nec ius habet, adducitur. Is etenim cum alioqui bona fide possideret, si lite cōtestata per eum aduersus

iniquū actorem non cotraxerit vitium malæ fidei, quia non obstante ea contestatione adhuc opimatur rem ab eo possessam propriam esse, vti captionē contumabit, nec ea censetur interrupta per dictā litis contestationem: quæ admodū Soci. respondet in dict. cont. 47. lib. 3. ad huc inducens Bartol. opinionē in d. l. naturaliter. ff. de vti captioni.

¶ Sexto eiusdem Bart. sententia vera est, & obanet in alium sensum, hunc videlicet, vt possessor malæ fidei respectu Sempronij, qui verus dominus non est, bonæ fidei tamen quod ad Titum, qui verū rei dominum habet, si iustam habeat causam litigandi super eadem re cum Titio eius vero domino ipsam velicente, nequaquā tenebitur ad eiusdē rei interitum, qui pendente lite cōgerit absque possessoris culpa, eo quod modo, quo res ipsa apud verum dominū esset peritura: quod Bartol. visum est in l. item si verberatū §. vlt. ff. de rei vindicatione.

Ex §. sequenti.

- 1 Successor vniuersalis non potest præscribere rem à defuncto mala fide possessam.
- 2 Intellect. l. nec usufructuarium. C. usufructu.
- 3 Hæres eius, qui precario possidebat, an intelligatur domino possidere?
- 4 Mala fides defuncti non obstat hæredi bona fide præscribens annis triginta.

Quid de hærede conscientie inuenturum?

- 6 Mala fides præsumpta vel ficta spūs defuncti, non nocet hæredi.
- 7 Successori, singulari, an nocet mala fides auctoris?
- 8 Missus in possessionem ex causa mortali, vel damnati in seclis, an præscribat mala fide. Et inbiuit. lectus l. & generaliter. ff. de uxatibus.

§. Nonus.



IS demique quod ad ipsius possessionis & præscribens bonam fidem prænotatus: subinde quantum, vti in mala fides aut oris. §. eat successor. Quæ quæstionē breuiter absoluerē conabor: siquidē ea passim ab alijs non indiligenter tractatur: idcirco duas tantū exponā pro eius resolutione conclusiones.

¶ Prima Conclusio. † Successor vniuersalis iure hæreditario, non potest rē à defuncto mala fide possessam etiam triginta annorum tempore præscribere, quāuis bonam fidem habeat, vti que à seipso initium præscriptio nis adumere, nulla temporis accessione vsus. Hæc constat quia: hæres personā defuncti representat, & ideo mala fides defuncti in hæredem, & vniuersalem successorē transmittitur. text. optimus apud Iuriconsultum in l. cū hæres. ff. de diuers. & tēpora. præscripti. l. v. C. cōm. de vti captioni.

capioni. Quæ quidē conclusio etiam iurē Pontificio procedit secundū Abb. Anto. & Fel. col. 8. in c. diligenti. de præscripti. eundē Abb. in caj. col. 2. eodē titulo. & plures alios, quos Iuniores citant, hanc opinionē cōmunem esse assueuerunt, præsertim Balb. de præscripti. part. 3. pat. princ. q. 12. in 2. mēb. o. Alex. Vicent. Herculanū col. penul. iason. nu. 22. & Ioann. Coutū folio penul. in l. Pōponius. §. cū quis. ff. de adquiren. posses. tamen si Dinus in hac regal. nu. 42. ad finem, & Baran d. l. cū hæres. Argutius à Bellamera in ca. vigilanti. nu. 32. de præscripti. & quidā alij opinentur, iure canonico posse hæredē præscribere rem mala fide à defuncto possessam, modo ipsi hæres noit vti accessione ipsius defuncti. Quorum opinio in eo, quod contituere vult differentiam inter ius canonicū, & civile prioris est facta, nec vlla congrua ratio defenditur. Etenim sicut iure civili hæres representat defuncti personā: cū à matre. C. de rei vendic. l. §. ex his. ff. de verb. obligat. & in authe. de iure iū. prætit. ita & iure pōsitio: nec hoc quicquā inficiabitur: vnde si iure civili hæres præscribere nō potest rē à defuncto mala fide possessam: quia eius personā representat, iure canonico dicendū est, eadē in spectā ratione illud profecto posset à Dino, Bart. & alijs iustis considerari, quod fortassis hæc

prima conclusio, nec iure civili obtineat. Nam et si verū sit, quod hæres nō possit præscribere rem à defuncto mala fide possessam cū vti vti accessione possessionis obtineat ab ipso defuncto: d. l. Pōponius. §. cū quis. tam si hæres velit incipere præscriptio nem nulla vsus accessione tēporis, quo defunctus possessionem habuit, præscribet habens bonā fidem: nam dicitur cū hæres non omnino hanc præscriptionē excludit: quod aperitū apparebit, si Iuriconsulti contextum referamus. Cū hæres, inquit Vlpianus, in ius omne defuncti succedit, ignoratio sua defuncti vitia non excludit, veluti cū sciens alienum ille, vel precario possedit. Quauis enim precariū hæredem ignoratē non tenet, nec interdicto rectē conueniatur: tamen vsucapere nō poterit, quod defunctus non potuit. Idem iuris est, cum de longa possessione queritur: nec enim rectē defenditur: cum exordium rei bonæ fidei ratio non tēatur. Hęc Iuriconsultus, qui non tractat expressim de hærede à seipso incipiente præscriptionem: immo in his vltimis verbis insinuat, exordium præscriptionis adsumi à tempore defuncti, cum hoc exordium ad malam fidem referat: quæ tamen mala fides tunc, id est, à defuncto initium habuit: non ab hærede, qui bona fide possidet. Ratio autem, quæ tenentes com-

munem sententiam videntur de  
 representatione personæ defun-  
 cti, fortiter vrgent in fauorem cõ-  
 muni assertionis: nam & ea Iu-  
 riconsultus ipse in dict. l. cū hæ-  
 res. vtitur in eiusdē respõsi prin-  
 cipio: procedit tamen quò ad a-  
 ctiones, & obligationes persona-  
 les, ex quibus hæres tenetur ex-  
 persona defuncti, non tamè quò  
 ad vitia personalia ipsius defun-  
 cti, quæ in heredem nõ transeunt,  
 nec ei nocent in his, quæ hæres  
 ipse agere velit ex sua persona:  
 etenim in his, quæ hæres expedi-  
 re, & peragere vult vsus defun-  
 cti possessione, vel cõtractu, ne-  
 cessè est, vt & particeps sit vitio-  
 rum personalium ipsius defun-  
 cti, cuius personam representat.  
 Quam ob rem etiam si hæres te-  
 neatur quandoquè ex delicto  
 vel mala fide, vitio, & crimine  
 defuncti: non ex hoc sequitur,  
 quòd iptam vitium in heredem  
 transeat, vt personam heredis in-  
 ficiat. Quo i palam probatur,  
 si ostenderimus, malam fidẽ de-  
 functi non transire in personam  
 hæredis, in eum sensum, vt eam  
 vitio personali afficiat. Hoc ve-  
 rò constat argumento sumpto  
 ab absurdis euitantibus. Nam si ra-  
 tione representationis mala fi-  
 des defuncti transit & in heredẽ,  
 & eius personam afficit, (salem  
 per fictionem quò ad effectum  
 præscribendi: profectò sequere-  
 tur nullò vnquam tempore, nul-  
 lo vnquã casu posse heredẽ præ-  
 scribere rem mala fide. pouer-

tam à defuncto, nec in patio longi-  
 nec longissimum temporis, etiam  
 ubi titulus ad præscriptionẽ ne-  
 cessarius non sit: quod perq. an-  
 durum, & aspectum videtur, his,  
 quorum opiniones statim expli-  
 cabimus: cū mala fides, est facta  
 sit apud heredem præscriptio-  
 nem impediatur ob repræsentationem,  
 atq. teta generali cõmuni af-  
 fectiois ratione: nec enim factio  
 semel à iure inducta abique con-  
 traria iuris decisioe deficere po-  
 test, quip. pè que veluti certa es-  
 sic iure statuta. Deinde si verũ  
 est, quòd doctores pro cõmuni  
 adnotarunt, malã fidem defun-  
 cti in hæredem transire ob re-  
 præsentationem, sequitur planè,  
 quòd si defunctus debitor sit a-  
 licuius quantitatis, & ratione lu-  
 ius obligationis sit in mala fide  
 constitutus: eius hæres bonã fi-  
 dem habens, non poterit vel sta-  
 tuto, vel lege municipali, quæ  
 dicitur actiones personales decẽ  
 annis præscribi, hanc actionem  
 præscriptione temporis excludere  
 ob malam fidem, sicuti nec de-  
 functus possit: quòd ipse saltum  
 esse cõtento. Demque vt hæc bre-  
 uiter absoluam, ni fallor, mini-  
 mè procedit argumentatio ista:  
 defunctus non poterat rē istam  
 præscribere ob malam fidẽ, quã  
 habebat: ergo nec poterit eius  
 hæres: quia personam defuncti  
 repræsentat. Hæres equidem bo-  
 nam fidem habens plerumque  
 præscribere valet res, quæ à de-  
 functo vsucapi non poterant.  
 mala

malã fide impediatur: sicuti do-  
 cto, in aliquot casibus fatetur:  
 cū tamè representatio semper  
 adsit, omnibùsq; casibus cõue-  
 niat. Igitur qui aduersus cõmu-  
 nem tenere velit, is necessariò  
 intelligit representationem, cu-  
 ius meminit d.l. cū hæres. in eo  
 casu, quo hæres vti vult accessio-  
 ne, & sic iure hæredis.

2 Sed & cõi opinioni adhuc  
 ad stipulatur text. in l. nec vsu  
 fructuarium. C. de vsufr. cuius  
 hic est contextus: Nec vsufruc-  
 tuarium ad obrinendam pro-  
 prietatem rerum, quarũ vsufruc-  
 tuum habet, neq; successores  
 eius vlla tẽporis ex ea cau-  
 sa tenentes præscriptio munit.  
 quo in loco Paulus de Castro  
 scribit, quòd si is qui posside-  
 bat precario nomine mortuus  
 est, & hæredes eius per trigin-  
 ta annos, & vltra etiam precari-  
 um ignorantem possederunt  
 proprio nomine, non propter  
 ea rem ipsam præscriperit ea  
 ratione, q̄ cū defunctus no-  
 mine precario tenuerit rem,  
 eius hæredes censentur eodem  
 modo tenuisse, licet tenuerint  
 vt domini: quia nõ superueniẽ-  
 te noua causa non interuertent  
 possessionẽ: sicuti nec de-  
 functus potuisset mutare cau-  
 sam possessionis. l. nemo. C. de  
 adq. poss. Hęc Pauli Castri opi-  
 nio etiã probatur in d.l. cū hæ-  
 res. & sequuntur Paulũ Balbus  
 de præscrip. 4. part. 4. part. prin-  
 cip. q. ii. col. 2. & Andr. Tirac.

in lib. de cõstit. 2. part. ampliat.  
 13. nu. 5. & sequẽt. facit optimũ  
 tex. in l. cū in plures. in si prin-  
 cip. ff. loca. vbi apparet, hęc dẽ  
 coloni, quanuis colonus non  
 sit, nihilominus domino possi-  
 dere: vnde etsi hæres bonã fidẽ  
 habeat, nõ potest præscribere,  
 licet velit ipse præscriptionẽ in-  
 cipere: quia nõ potest mutare  
 causam possessionis, qua defun-  
 ctus possidebat. Hęc tamen ad  
 notandũ est cõmunem senten-  
 tiã duabus rationibus defendi  
 ab his, qui eã sequuntur. Prima  
 quidẽ ratio deducitur à mala  
 fide defuncti: quasi hæres non  
 possit mutare illã malã fidẽ de-  
 functi, nec vitium illud resarcire:  
 & hęc ratio cõstat in d.l. cū hæ-  
 res. si diligẽter eius verba pen-  
 situr. Altera ratio in eo ver-  
 satur, q̄ si defunctus ex aliqua  
 causa possidebat. quẽ nõ pote-  
 rat esse sufficiens ad præscriptio-  
 nẽ: cū nomine alterius posside-  
 ret, ei⁹ hæres ex eadẽ causa in-  
 telligitur possidere: & ideo vsu  
 capere nõ potest, deficente ea  
 possessione, q̄ ad præscriptio-  
 nẽ requiritur. Prior ratio tolli-  
 tur ex his que modò explicui-  
 mus in respõsione, & intellectu  
 d.l. cū hæres. quasi hæres ipse  
 incipiẽs à se præscriptionẽ mi-  
 nimè vsus accessione defuncti  
 ac bonã fidem habens nequa-  
 quam impediatur præscribere:  
 quippe qui non vtrur in hac  
 præscriptioe iure hereditario.  
 Posterior ratio tunc deficiet,  
 Relect. Didac. Couar. D

cum probatum fuerit possessionem interuersam esse ab herede, amissamque; a vero rei domino: quod poterit iure refo-  
 3. Et preterea si consideremus text. in l. si de eo. §. si forte. vbi Bar. & Aret. ff. de adqui. posses. cuius autoritate dabitur fortasse insignis intellectus ad d. l. cum in plures. ff. lo. cat. in si. prin.  
 atque in vniuersum. ¶ quoties quis nomine alteri possideat ex eo contractu, qui ad eius heredem non transit, eo quidem mortuo, possessionemque apprehensa per heredem titulo domini, si verus dominus eam neglexerit repetere, ac habere perdit sane possessionem, ab eoque tempore hæres proprio nomine possidere intelligitur. Hinc denique si post mortem constituentis precario alteri nomine possidere heres rem occupauerit, diuque steterit prior possessor absque eo quod apprehenderit possessionem, eamque neglexerit recipere, profecto possessionem amittit, & hæres proprio nomine incipit possidere: sicuti in specie voluerunt Ancha. in ca. cum venissent. de resti. spoli. §. notab. Corn. cōsi. 280. lib. 3. col. vi. Carolus Ruinus cōsi. 127. col. 5. lib. 5. quibus accedit Tiraq. in d. amplia. 13. nu. 7. cum precariū in hæredem constituentis non transeat. l. cum precario. §. precariū. ff. de pre-

car. cap. vltimo de precarijs. Etenim is, cuius nomine res possidetur precario, si mortuo constituyente sciat ab alio rem occupatam, eamque neglexerit repetere per modicum tempus, amittit possessionem: quam habebat. l. quauis. l. quod meo. in fin. ff. de adq. posses. Si vero ignorat rem ab alio occupatam, vel scit vacatam esse, tunc non perdit possessionem civilem nisi ex eo tempore, quo obliuio inducitur. l. si id quod d. in prin. ff. de adqui. posses. l. furtum. §. j. ff. de vsucap. qua distinctione vtuntur Bart. in d. l. si de eo. §. si forte. Panormita. in d. c. cum venissent. col. pen. & vlti. Paul. Castr. consil. 10. col. 2. lib. 1. Martia. Afflicti. decisi. 40. col. pen. vlti. præterea ex negligentia. Andree. Tiraquel. in 3. parte. de consili. limi. 21. nu. 8. Quo fit vt minimè impediatur præscriptio, ex ratione Pauli Castren. in d. l. Nec vsufructuarium, saltem eo ex tempore, quo heres proprio nomine inceperit possidere. idcirco cōmunis sententia dubia videtur adhuc. Nam & opinionem Dini in hac regula, præter supra citatos sequuntur Alexan. in consil. 110. num. 7. & ibi Carol. Molina. libr. 1. idem Alexand. in consil. 39. nume. 2. lib. 2. & alij per Balbum relati. licet idem Alexan. in alijs responsis communem fuerit sequutus. Imò nullam esse inter ius canonicum, & ci-

uile

uile hæc in re differentiam asserit Carolus Molina. in d. consil. 4. col. 1. sentiens etiam iure ciuili admittendam fore opinionem Dini. Tandem ex hac disputatione sunt aliquot explicanda, quæ ab omnibus ad examen huius quæstionis adducuntur.

4. Primum, an hæres incipiens ab eius possessione præscriptionem possit rem a defuncto mala fide possessam præscribere triginta annorum præscriptione? Siquidem hanc præscriptionem iure procedere non obstat mala fide ipsius defuncti, asserit gloss. in regul. cum quis. de regulis iuris in 6. quæ sequuntur Bald. in l. nihil. C. de vsucap. Aret. & Crotus in d. l. Pomponius. §. cum quis. Paul. Cattrensi. in l. 2. C. de fructib. & liti. expens. idem Paulus in consil. 81. num. 12. & consil. 258. lib. 2. ea ratione quod hæc præscriptio triginta annorum titulum non requirit: sed tantum bonam fidem, quæ verò adest hæredi toto præscriptionis tempore, titulus autem hæredis, qui vitium habet ratione male fidei defuncti, minimè nocet: cum sine eo præscriptio procedat. Hæc tamè opinio falsa quibusdam videtur, & præsertim Panormita. in cap. si diligenti. col. 8. de præscript. Alexand. Vincent. & Iasoni in dicto §. cum quis. & Balbo in dicta quæstion. 12.

nam hanc opinionem communem sequuntur omnia Baldi distinctione. Francus item in dicta regula cum quis. gloss. ibi reprobat. Et profecto si vera est opinio communis ratione representationis: quia hæres representat personam defuncti, & ideo ex hac representatione fictam habet malam fidem: non video qua ratione hæc representatio & fictio à iure inducta cesset in vsucapione, & præscriptione triginta annorum. Etenim quod præsumpta mala fides cesset ex tempore triginta annorum mirum non est: tamen quod mala fides ficta ex representatione hæredis, extincta sit ob annorum triginta possessionem, mirum videretur: cum etiam post quinquaginta annos representatio, à qua fictio procedit, obtineat. At si dixeris Iuriconsultum in dicta l. cum heres. tantum agere de præscriptione decem, vel viginti annorum: siquidem triginta annorum præscriptio iure Digestorum nondum erat cognita. glossa in l. Iulianus. ff. ex quibus causis maior. & in l. qui occiderit. ff. ad legem Aquil. Barto. in l. tutor qui reparatorium. in fine. ff. de administrat. tutor. atque ideo communem sententiam, quæ in dicta l. cum hæres. fundamentum habet, solum obtinere in præscriptione decem vel vi-

ginti annorum: non autem in præscriptione triginta annorum: respō debetur fortassis, rationem d.l. cum heres. ita procedere in præscriptione triginta annorum, sicuti in ordinaria præscriptione decem vel viginti annorū: cum mala fides ita impediat vnā sicuti alterā, præsertim iure canonico. Adhuc tamen illud nō incōgruē in defensionem glo. in d. regu. cum quis. & Baldi, adduci potest quōd iure ciuili mala fides impedit præscriptionem triginta annorum: quemadmodum iure satis compertum est. Nec ut iure canonico in hac specie, in qua non de vera, sed de ficta mala fide tractatur. Ficta verō mala fides, quæ in hærede ob veram defuncti malā fidem cōstituitur, nullum peccatum hæredis præscribentis habet, idcirco iure pontificio heres ipse bonam fidē habens vsucapere poterit: qđ & alibi hac in relectione disputabitur. Igitur in ea præscriptione, quæ iure ciuili bonam fidem nō requirit, nec ob malā fidem impeditur ea mala fides, quæ iure pontificio minimē improbat, quippe quæ ficta sit, nihil obrit vsucapioni, nec obtinebit Iuriscōsulti responsū in dicta l. hæres.

Secundō ex supra scripta disputatione apparet, an verum sit quod Alexan. in dict. §. cum quis. opinatur, scribens, Thære

dem defuncti posse præscribere rem à defuncto mala fide possessam, si nolit uti accessione possessioni. defuncti, & inventarium fecerit, ac præscriptio sit tricennalis, quæ titulum non requirat. ita sanē Alexand. in d. §. cum quis. nu. 22. cui Iason inibi, Felin. in d. cap. si diligenti. nu. 6. & Balb. in d. que sit. 12. accedere videntur. Et enim præmissa cōmuni sententia, quam ipse Alexan. verā esse censet, ego nō video quid referat heredem inventarium fecisse, ut liber ex hoc sit à vitio personali ipsius defuncti: cū hæres rem ipsam habuerit ab eo, qui malā fidem habuit, titulo hæredis eum representatis. Imō inventarium ad hoc heredi nocet: siquidem heres id conficiens profitetur, rem illam titulo hæredis velle obtinere. Et præterea constat, rem illam hereditariā fuisse. Quo fit, ut minimē probari possit hæc Alexandri sententia. Præsertim quōd restrictio ad tricenalem præscriptionem non omnino congrua est. Nam iustus heredis sufficiens, & iustus est ad præscribendum. l. iij. cum similibus. ff. pro hærede. vnde responsio text. in dicta l. cum hæres. non habet rationem à defectu tituli: sed à vitio personali, & sic à mala fide defuncti, quem hæres representat. Quod probatur: nam titulus alioqui iustus

ad præ

ad præscribendū non ideo repellitur, quōd malā fidē habeat is qui titulū eum dedit, & à quo titulus processit: sicuti passim in hoc tractatu adnotatū à nostris est. Et ideo nec in hac cōclusionē, nec in præcedenti agendum est de titulo, nec de eius effectu: sed tantum de mala fide defuncti quem hæres representat. Quamobrem si vitium illud malæ fidei per inventarium solenniter confectū remissum foret, titulus hæredis sufficiens esset ad præscribendum etiam spatio lōgi temporis decē, vel viginti annorū. Sic sanē deficiat prorsus iustitæ Alexandri adnotatio.

Tertium hac in cōtrouersia illud cōstat, hæredē vniuersalē etiam si velit incipere à seipso præscriptionem, nō posse præscribere rem à defuncto mala fide possessam, etiam si defunctus titulum habuerit, qui seclusa mala fide sufficeret ad præscriptionē: hæres etenim nec ex eo titulo præscribere poterit: tamen nolit ad hanc præscriptionē uti titulo pro hærede. Eadem enim ratio, quæ iuxta cōmūnem sententiā excludit heredem ob malā fidē defuncti à præscriptione titulo pro hærede incepta, excludit item & ab ea præscriptione, quæ procedit amisso titulo pro hærede à titulo quem defunctus habuit: sicuti adnotauit Ioan. Crott. in d. l. Pōpō

nus. §. cū quis. idē voluit Paul. Castren. in cōsi. 81. nu. 12. lib. 2. & cōsi. 258. eodem. lib. licet idem Paul. cōtrariū respōderit in cōsi. 158. eo. lib. Cuius opinio ex eo falsa in hoc vltimo respōso videtur, quōd heres vsus eo titulo, quē defunctus habuit, debet eo uti simul cum vitijs, quæ titulus ille ratione malæ fidei habebat. d. §. cum quis. atque ideo verior est prior sententia, quā idem Paulus, & Crottus verā esse censent.

Quartum ex his apertē deducitur, heredem posse rem à defuncto mala fide possessam omnino præscribere, si aliud quā à defuncto titulū iustū habuerit, ex quo præscribere cæperit. tex. optimus in l. an vitium. §. vlt. ff. de diuersi. & tem po. præscri. quæ ad hoc censet sing. esse. Aret. in d. §. cū quis. quo in loco idem tenent qui post Aret. ibidem scripsere cōmentaria, præcipuē. af. col. 4. Alex. cōsi. 181. lib. 1. & Bal. in d. que sit. 12. ad finem.

Quintum ab eis deriuatur ratio eius quod Ac. alleuerat in l. tutor rerū. ff. de admitt. tu. scribēs, † heredē nō posse præscribere rem à defuncto mala fide possessā, vbi mala defuncti si des fuerit vera: secus si fuerit præsumpta, aut ficta mala fides: quia in eo casu poterit eius heres à seipso incipiens præscriptionem bonā fide vsucapere. Hæc opinio Accursij sequā-

tur Paulus Cast. in l. nūquam. ff. de vſucap. in prin. Alex. in d. l. Pōponius. §. cū quis. col. 7. & ibi alij doct. Etenim cū ſola mala fides defuncti præſter impedimētū præſcriptioni hæ redis ob representationē, quæ fictione quadā à lege inducitur: profectō æquū eſt, quod hæc fictio representationis locū habeat in vera mala fide defuncti: nō in ficta, nec præſumpta: ne demus in hærede quod ad vnā & eandē rem, ex vno, & eodē capite, nepe quia hæres, duas fictiones aduerſus omnē aquirat, quā lex ciuilitatis in his fictionibus præ oculis habuit. l. poſtliminiū. in prin. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. ſciendū. ff. ex qui. cau. maior. Bar. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſuca. col. 3. & ibi laſ. nu. 62. atque idēd quæ fictiones in vno, & eodē negotio ex vna cauſa nequaquā cōſtituuntur l. j. C. de dot. prom. tradit Bar. in d. l. ſi is qui pro emptore. quæſt. vltim.

Sexto ſubinfertur hæredē hæ redis præſcribere poſſe rem à defuncto mala fide poſſeſſā, licet hæres primus eā præſcribere nō poſſet propter malā fidē verā ipſius defuncti. Quia primus hæres, ſi quā malam fidem habuit, nō equidē veram ſed fictam malā fidem habuiſſe videtur: eaque ratione eius hæres non obſtante hac ficta mala fide præſcribere poterit:

quod ſatis dubius explicat Ioannes Crotus in d. §. cū quis, ad ſinem: dicens ſe nullibi legiſſe huius quæſtionis deciſionem. Nam quod Alexan. notat in d. conſil. 181. lib. 1. col. 2. & Felii. in c. ſi diligēt. nu. 6. de præſcriptio. nō pertinet ad hæredem hæredis, ſed ad ſucceſſorē ſingularē ſucceſſoris ſingularis: de quibus in hac prima cōcluſione agendū nō eſt ſed in ſequenti ad intellectuū tex. in authē. malę fidei. C. de præſcrip. long. temp. decē vel viginti annorum.

Septimō apparet, ſi præmiſſa diligētē obſeruētur, ſucceſſo rem in dignitate, vel officio, qui perſonam defuncti, aut antecēſſoris, minimē repræſentat, poſſe iure optimo præſcribere rem à defuncto, vel antecēſſore mala fide poſſeſſam, modō nō vtatur acceſſione poſſeſſionis ipſius, cui ſucceſſit. quod cōmuni omnium ſententia receptū eſt auctoritate gloſſ. in c. cura. de iure patro. & in c. de quarta. de præſcri. & in c. in primis. ij. q. j. verb. quia leuior. Quæ eſt præſcriptionē iſtā ſimpliciter præmittant, in hūc tamen ſenſum accipiendæ ſunt ſecundū Abb. & Felii. in d. c. de quart. nu. 23. Alex. Vincē. Iaſon & Crotum in dict. leg. Pomponius. §. j. Franciſcus Balb. in dicta 2. part. 3. parte principali quæſtione 12. numero 60.

Secunda

7 Secunda hac in quæſtione principalis cōcluſio ꝑ Mala fides auctoris ſingulari ſucceſſori nocet, etiam ſi is aliqua acceſſione vti nolit, quō ad præſcriptionē decē, vel viginti annorū, vero rei domino ignorante. tex. optimus in d. authē. Male fidei. C. de lōg. tēp. præſcrip. Cuius intellectuū hic minimē expendam: cū eum latiſſimē, & diligētē tradiderint gloſſ. Panor. & Felii. in c. ſi diligenti. de præſcrip. Bar. Ale. xā. col. 4. & alij in d. l. Pōponius. §. j. ff. de acqui. poſſ. Old. conſil. 19. laſ. in §. ſed iſta. nu. 30. de action. Fraciſ. Balb. in d. q. 12. nu. 6. Ang. Are. in §. Fur tiuz. Inſtit. de vſucap. optimus tex. in l. 19. titu. 27. part. 3

8 Verūm his, quæ longē, latēque hætenus examinauimus, vt cōſtitueremus, nullam præſcriptionem poſſe mala fide procedere, obſtat reſponſum iuriſconſulti in l. & generaliter ff. de noxa. quo in loco Africa. reſpondit, ꝑ ſeruū datum pro noxa ex decreto iudicis præſcribi iuſtē poſſe, etiam ab eo, qui ſcit ſeruū illum alienum eſſe, & nō illius, qui eū pro noxa conuentus noxali actione dederat: à quo quidem tex. adnotarunt quidam miſſū in poſſeſſionē decreto iudicis ob rei conuenti cōtumaciam alicuius rei, quam ipſe miſſus ſcit non eſſe illius cōtumacis. ſed alterius, poſſe eam præſcri

bere, non obſtante hac mala fide: quā opinione Paul. Caſt. reprobabat in l. prætoris. in princip. ff. de damn. infect. Et ſanē meritiſſimē: cū mala fides huius præſcriptis minimē remittatur decreto iudicis, qui rem contumacis tradere voluit: nō autem alienā idē adnotauerunt Roma. in l. ſi per errore ff. de vſucap. Imo. in c. vlti. de præſcript. col. 19. in re petitione. idē in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. nu. 26. Ale. xā. in l. ſi finita. §. ſi de vectigilibus ff. de dam. infect. num. 11. & ibi Paulus Caſtrē. tex. optimus in l. qui fundū. §. qui bona ff. pro emptore. ad ſinē cuius meminere Pau. in l. iuſtē poſſidet. & Bar. in l. Pomponius. §. ſi iuſſu. ff. de acqui. poſſ. Denique hi doct. conueniunt in hoc, quod miſſus in poſſeſſionē ex cauſa noxali, vel damni infecti non poſſit rem præſcribere mala fide iure canonico. Nam in alijs cauſis omnium conſenſu abſque vlla controuerſia receptum eſt iudicis decretum & auctoritatē minimē defendere præſcribētē mala fide, nec iure canonico. nec ciuili: ex d. §. qui bona. vnde præſcriptioni loc⁹ nō erit, ſi quō miſſus in poſſeſſionē, etiā ex ſecundo decreto malam fidem habeat: quippe qui poſſideat rem, ſciens eam alienā eſſe. Sed miſſus in poſſeſſionem ex cauſa damni infecti, vel noxali poſſe

D iij

rem mala fide præscribere, etiam si sciat alienam esse, non illius, aduersus quem missio facta fuerit, asserunt gl. in hac regula, possessor. gl. item in d. c. si diligenti. & ibi Ant. nu. 12. Panor. nu. 28. Imol. nu. 12. Bal. in d. l. & generaliter. 1. & 2. lect. gl. & Bar. col. 1. in d. §. si de vectigalibus. Bal. in l. ij. ff. si ex noxa. caus. agat. nu. 10. idem Bal. in auth. ei qui iurat. col. penul. & ibi Sal. q. 9. C. de bonis auct. iud. possi. Spec. tit. de secundo decre. §. iuxta. num. 8. quorum opinio etiam quò ad ius pontificium communis est, vt testantur Alex. in d. §. si de vectigalibus. nu. 11. & Imo. in d. c. vltim. col. 19. quasi speciale sit in causa dani infecti, per ea, quæ notantur in d. l. pratoris. & in noxali causa: quia res ipsa cuiuscunq; sit ad illud onus damni infecti, & noxæ tenetur: quare ratione missus in possessione videtur causam habere à vero domino, qui si vellet propriam rem petere & consequi, teneretur estimationem damni solvere, vel de damno infecto cauere. Adhuc tamen prior sententia mihi verior apparet. Nam et si verus dominus his actionibus omnino teneatur, non ex hoc sequitur, missum in possessionem, qui scit rem non esse possidentis, præscribere posse rem alienam mala fide: cum hic maximam culpam cõtraxerit, qui verum dominum in iudi-

cium non vocauerit, vt rem defenderet: nec ab eo petierit noxæ estimationem, nec damni infecti cautionem. Etenim res inter alios acta, aliis non nocet, secundum vtriusque iuris cõstitutiones. Fit igitur, vt missus in possessionem ex causa noxali, vel damni infecti, quoties ante perfectam vsucapionem sciuerit rem, in cuius possessionem missus fuerit, alienam esse, non illius, quem in iudiciu vocauerit, teneatur ipsum dominu interpellare pro estimatione noxæ, vel pro ipsa damni infecti causa: dominusque tenebitur ex his causis missus satisfacere.

Ex § sequenti.

- 1 Intellectus ca. cura. de iure patronat.
- 2 Ius patronatus in ecclesia libera præscriptione à laicis adquiri nõ pot.
- 3 Parochiani possunt præscribere ius presentandi rectorem in ecclesia libera.
- 4 Patronus etiam præscriptione potest acquirere ius presentandi rectorem in ecclesia collegiali.
- 5 Catholici Hispaniarum Reges quo iure possint Episcopos nominare, & eligere?
- 6 Expenditur Canon in c. cum longè. 63. distinct.
- 7 Præscriptio iuris patronatus quantum temporis requirat?
- 8 Ius patronatus præscribi à laicis potest in ecclesia, que patronum habet, & olim habuit: atque imbi tractatur de tempore huius præscriptioni necessario.

Titulus

- 9 Titulus beneficij canonicatus an possit præscriptione adquiri: & an teneatur quis episcopo exigenti illu ostendere?
- 10 Examinaria breuiter regula Cancellaria de triennali possessore.

§. Decimus.



Vic prætereà regula iuris Pontificij, qua definitum extat nullam præscriptionem mala fide posse obtinere, obstat responsio summi pontificis in cap. cura. de iure patronat. Etenim cum ex iuris errore mala fides præsumatur, sicuti hac in relectione iam satis probauimus, nec possit ius patronatus ecclesiasticum à laicis in alteram ecclesiam, vel in personam ecclesiasticam, vel in laicos transferri absque licentia, & consensu Episcopi: responsum est à Romano Pontifice, posse laicos vel clericos ius patronatus ecclesiastici præscriptione temporis obtinere titulo translationis, licet consensus Episcopi minimè accesserit ad eisdem translationis autoritatem: igitur præscriptio cum mala fide adhuc iure canonico admittitur. Cui obiectioni gl. & doct. in d. c. cura. respondere conantur variis modis, qui 2. bus cõstat, ad illius capitis decisionem omnino aduertendū esse, eam præscriptionem admitti non aliàs, quàm si eidem

bona fides accesserit, vel quia quasi possidentes ius patronatus existimant, consensum Episcopi translationi auctoritatem dedisse: vel in ea specie, & casu, de quo actum fuit iure nõ fuisse necessarium consensum Episcopi: eaque opinio iure satis probari poterat ob varias interpretum sententias, ex quibus dubium erat, & ambiguū, an esset in eo casu Episcopi cõsensu necessarius, iuxta ea, quæ de errore iuris superius à nobis adnotata fuere: vnde cõstat bonam fidem in specie dicti cap. cura. necessariam esse ad præscriptionem, & ideo præmittendum est, eam in ea præscriptione contigisse vel errore facti, vel ex ignorantia iuris, quæ quandoq; bonam fidem in ducit. Superest tamen ad illius responsi interpretationem explicare, an in adquirendis ecclesiis quò ad ius patronatus, vel quò ad beneficij, & sacerdotij titulum præscriptio ni locus sit. Nam & huic tractatui maximè hæc disputatio cõuenit: qua de re aliquot cõstitutam conclusiones, ex quibus huius questionis resolutio constabit compendio quòdā, cum apud alios longa, latq; sit ad vtranq; partem disputatio. Prima cõclusio, ¶ In ecclesia, quæ olim libera fuit, ius patronatus ecclesiastici præscriptione adquiri non potest à laicis. Huius conclusionis autores

sunt Archi. in ca. hōrāmur. 71. dist Card. in clemēt. ij. quæst. 5. de iure patro. Panor. in ca. querelam. de elect. col. 3. super gl. in verb. consuetudine. Card. item ibi huic opinioni subscribit. idem Alex. conf. 75. lib. 4. Panor. in disputatione incipienti, Augerio. col. 6. versic. & ex his sequor Arch. Idem Abb. & Felin. in c. causam. 3. colū. de præscrip. Io. And. in reg. quod alicui. de reg. iur. in sexto. iuxta intellectum, quem ex illo refert, & sequitur Rochus Curti. de iure patrona. ver. ipse vel is. q. 36. atq; eundem sensum applicuerunt Io. Andreæ in vltimis verbis huius disputationis. Abb. in d. c. querelam. nu. 9. & ferè omnes, qui post eum scripsere, quorum statim mentionem faciemus. vnde cum eiusdem Io. And. opinio communis sit secundum Abb. in d. nu. 9. & in aliis locis paulò antè citatis, Rochum in d. q. 36. Deci. in c. cum venerabilis. de exceptio. nu. 36. Felin. in tract. quando literè apost. noceant patro. col. vlt. Fran. Balb. de præscrip. 1. parte. 5. part. principal. quæst. 9. Deci. conf. 124. & conf. 117. & conf. 134. cōstat & hanc primam conclusionem communem esse: & absque vlla cōtrouersia tenendam fore: sicuti latissimè. probat Lambert. de iure patro. r. lib. prima part. q. 10. art. 5. Ego sanè tamen si videam frequentiori doct. cōsensu re-

ceptum esse, quòd præscriptio iuris præsentandi non admittatur in ecclesia libera, vtius istud à laicis præscriptione obtineri valeat: scio tamen Ioan. Andr. in d. reg. quod alicui. ad finem hanc opinionem nō ita indistinctè asseuerare: sed eam intelligere quòd ad ecclesiam, quæ verè apparet libera, & quæ constat nec à laicis constructam, nec dotatā fuisse: quod si res ista in dubio sit, inquit Io. Andre. ecclesiam præsumi à parochianis constructam: atq; ideo posse præscribi ius præsentandi per ipsos parochianos. Ex contrario Arch. qui que eū sequuntur, distinctè probare nituntur, & asseuerant, in ecclesia libera ius præsentandi non posse à laicis præscriptione adquiri, præsertim Card. in d. cle. ij. q. 5. arbjtratur, in eo dubio, an ecclesia sit libera, vel fuerit à patronis constructa, vel dotata, idem esse, vt præscriptioni locus non sit, nisi ea fuerit immemorialis. Qua de re latissimè disputat Lambert. in d. art. 5. cuius quidem omnia disputatione, quæ lectori acilimè obuia erit, illud expeditum est apud me, cōclusionem hanc, quam primo loco constituimus, magis communem esse: si quidem & qui contentio nem istam Arc. & Io. And. post eos examinare conari fuerūt, in hanc primam assertionem conuenisse videtur: idcirco in

prax

prax non mediocrem auctoritatem, sed sanè maximam obtinebit nō obstantibus his, quæ variè vtrinque adduci solent. Posset tamen is, qui habet quasi possessionem præsentādi ex tempore immemoriali, titulū huius iuris, & ecclesiastici patronatus allegare, ad eiusque probationē inducere tanti temporis quasi possessionem: quæ admodum Felin. tradit in d. c. causam. col. 3. de præscrip. Sic enim temporis immemorialis quasi possessio non habet auctoritatem iure præscriptionis: sed tituli probati, vel præsumpti: ex ca. super quibusdam. de verb. signi. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æstima. Cæterum autore Panor. in d. disputatione, Augerio. potissima ratio, cui Archidiaconi sententia innititur ea est, quòd ius patronatus est spirituale: annexum, & quasi spirituale: atque ideo laici sint capaces eius iuris, nec id possidere possunt, nisi ex priuilegio speciali, vel iuris communis: nempe cōstructionis, aut dotationis alicuius ecclesiæ ratione ea, quāto. de iudi. ca. ij. de iure patronat. vnde præscribere laici non possunt ius istud, quod nec possidere valent, eiusdem possessionis incapaces iure communis: cum præscriptio absque possessione minimè procedat ca. sine possessione. de reg. iur. in 6. Etenim ex multis, quæ

pro Archi. traduntur, hoc est, ni fallor, præcipuū fundamentum. Hæc autem ratio profectò parum virget. Nam vt cunq; sit, siue ex gratia iuris communis causa dotationis, aut constructionis ecclesiarum, laici capaces sunt huius quasi possessionis iuris patronatus ecclesiastici. c. consultationis. de iure patro. cano. pię mentis. xvj. q. vij. quod satis est ad quasi possessionem istam obtinendam. Nec refert dicere, quòd illi tantum laici sint capaces, qui constructerint, aut dotauerint ecclesias. ca. ij. de iure patro. id etenim non negat, imò concedit absolute, laicos esse capaces huius iuris: nec inde rectè deducitur laicos, eò quòd laici sint huius quasi possessionis fore incapaces. Hoc ipsum cōstat perpena frequentissima docto. sententia, dum ipsi opinantur, laicos posse adquirere præscriptione ius patronatus in ecclesia patronum habete, ita vt præscriptio procedat aduersus alium patronum: nō enim hæc præscriptio procederet, si laicus, qui ecclesiam nec construxit, nec dotauit, incapax foret huius iuris, eiusque quasi possessionis. Quamobrem fortassis iure verius est, quòd ius præsentandi possit præscribi per laicos, etiam in ecclesia libera. quod probatur in ca. Generali. de elect. in 6. & in c. querela. cod. tit. vbi Ioan. And. & aucto. indist

indistinctè id tenentur. Imò docto. ipsi, qui Ioan. Andre. sequuntur simpliciter, & adhuc illi, qui eius sententiã ita rēperant, vt ad hãc primã cõclusionẽ eã deduxerint, planè fatentur, & fateri coguntur, laicos capaces esse quasi possessionis huius iuris patronatus, de quo disputamus, præsertim Frederi. cõsi. 234. Deci. cõsi. 117. & 134. Nam & Panor. hoc inficiari non poterit, dum admittit iuris patronatus præscriptionẽ in ecclesia nõ libera, & quã olim patronos habuerit. Vtunque sit, licet opinioem Archi. admittamus iuxta hanc primã cõclusionem intellectã, quia communis sit: tamen opinio contraria etiam in praxi recipienda est omnino in duobus casibus.

3 Prima quidem in parochianis præscribentibus ius præsentandi in ecclesia parochiali, saltem vbi nõ appareat ecclesiã ab alijs quã parochianis cõstructã esse: sed sumus in dubio: tũc sanè propter obsequia quæ parochiani ecclesiæ impendunt, & alia onera, quæ ad eius vtilitatẽ præstare quotidie solent, admittenda est præscriptio iuris præsentandi. Hoc expressim constat auctoritate Ioan. Andre. in d. regu. quod alicui, quem in hac specie sequuntur Panormi. in cõsi. 76. lib. 2. Bald. in d. cap. querelam. 4. colũ. Deci. in dict. cõsi. 117.

& cõsi. 134. vbi respondens in hoc casu fateri opinionem Ioan. Andre. cõmunem esse. eã dẽ opinionem sequitur Brunellus in tracta. de legato. q. 23. vers. secũda est opinio. nec ipse dubito hãc sententiã magis cõmunẽ esse. Alter casus, in quo admittenda est præscriptio iuris præsentandi à laicis obrẽta quò ad ecclesiã liberã, cuius præsentationem nullus antea habuerat, præmittit, & requirit illius quæstionis decisionem: an laicus construens, vel dotans ecclesiã collegialẽ adquirat ius præsentandi clericos ad eius ministeriũ: sicuti adquisisset, si ecclesia collegialis non foret: & iure pontificio expeditum est, patronũ ecclesiæ collegialis non habere ex cõstructione, vel dotatione ius præsentandi rectorẽ, vel dotatone ius præsentandi rectorẽ, vel prælatum. text. est in cap. nobis. de iure patronat. cap. cum terra. cap. sacrosanctæ. de electio. Etenim eo ipso, quod ecclesia collegialis constituitur, datur, & competit ipsi collegio ius eligẽdi sibi prælatum. cap. j. de electio. patronus igitur ecclesiã collegialem instituens sibi imputet: nam legem illã recipere tenetur, quã ipsi actui iure inest. Et idẽ licet in ecclesia collegiali locus sit iuri patronatus quò ad honores, & similia, non tamen quò ad præsentationem rectoris sicuti

sicuti explicant Abbas, & alij in d. c. nobis. Card. in cap. fuggeitũ. eod. tit. Alexã. cõsi. 74. lib. 4. Rochus Curti. in trac. de iure patro. verb. in ecclesia. q. 2. Cæsar Lamberti. de iure patron. 1. par. 2. lib. 5. quæst. principali. text. singu. in l. j. titu. 15. part. 1. ex quibus & illud constat, ad aliã beneficia eiusdem ecclesiæ collegialis patronum habere ius præsentationis: quod in specie notant Abb. in in ca. cum ecclesia Vuterana. 3. col. de electio. idem in cap. quod sicut. col. 3. & in cap. sacrosancta. eo. tit. & est cõmunis opinio secundũ Imol. in c. vlti. de concess. præb. vlti. notabil. Rochum in dict. q. 2. & Lamberti. di. quæst. 5. articu. 3. Quæ quidẽ a deo vera sunt, vt nec cõsuetudine, aut præscriptione possit patronus laicus ius eligendi Rectorem ad collegialem ecclesiam acquirere. glo. in d. cap. nobis. & in d. ca. quòd sicut. quas docto. cõmunim omnium cõsensu probarunt quem admodum Lambert. & Rochus tradidere: ac latissimè Ioannes Selua de benefic. 2. part. quæstio. 23. est etenim necessariũ priuilegium Romani pontifici, vt hoc ius laicis possit cõpetere: quod & Regia. l. 1. titu. 15. par. 1. nisi nuat. Ius autem præsentandi prælatum ad ipsam ecclesiã collegiatã patronus laicus habere potest, si tempore cõstructionis eccle-

siæ, aut dotationis id ius ex cõsensu episcopi exceperit sibi, secundũ Card. in Clemẽ. plures. §. vlt. ad fin. de iure patro. Rochũ Curti. in dict. verb. in ecclesia. q. 2. Lambert. in d. quæst. 5. in princip. col. vlt. text. optimus in dict. cap. nobis. ibi ex sua iurisdictione. Item, vt propositã controuersiam expeditamus, poterit patronus laicus habere ius præsentandi prælatũ in ecclesia collegiali ex præscriptione. Nam in hac specie admittendã esse opinioem Ioan. Andre. opinionem, quæ communis est. Cũ hęc ecclesia collegialis patronum habeat laicum, qui eam erexit, dotauit, & construxit, in cuius obsequiũ, & muneris remunerationem mirũ non est, quòd ius præsentandi prælatũ legitimo tempore patronus laicus acquirere possit: sicuti in parochianis, quorũ impensis, & opera ecclesia cõstructa fuerit. Ioan. Andre. censuit in d. reg. quod alicui. & nos paulò antè adnotauim⁹. Eritq; ex hoc optimus applicadus intellectus ad text. in d. cap. nobis. ibi, nisi ex sua iurisdictione. Ex quo inferitur, ¶ catholicos Hispaniarum reges, etiã si nullũ priuilegiũ à Romanis pontificibus habuerint ad præsentationem Episcoporum, qui ecclesiis cathedralibus præsentant, posse iure optimo vt ecclesiarum patronos ius istud ex præscriptione

ptione obtinere, licet ecclesiæ quarum patroni sunt, collegiales, vel cathedrales existant. Hoc enim corolarium deducitur ab his, quæ proximè probata fuere: siquidem Hispaniarum reges patronatus ius obtinent in ecclesiis cathedralibus, cum eas crexerint, construxerint, & amplis patrimoniis dotauerint. Quod satis constat ex veterum Historicorum monumentis: atq; ex l. 18. tit. 5. pa. 1. l. 3. tit. 3. lib. 1. ordi. Imò & iure communi Reges sunt patroni maiorū ecclesiarum sui principatus: quod notant Archid. in c. lectis. 63. dist. Bald. in cap. quanto. de iud. col. vti. Et in proœmio: Rex pacificus. col. 2. Antoni. Corsetus in tracta. de excellen. Regis. q. 34. Hoc idē ius possunt & reges defendere, iurēque tutari, allegato priuilegio Romanorū pontificū. quòd probare poterunt immemorialis tēporis quasi possessione, etiam si expeditum esset hac in re præscriptioni locum non esse: iuxta ea, quæ paulò antè tradidimus.

Tertiò idem ius, etiam si Reges Hispaniarum patroni ecclesiarum episcopaliū minimè forent, probaretur auctoritate eius opinionis, quam ex Ioan. Andrea superius defendimus, asserentes ius patronat⁹ adhuc in ecclesia libera posse à laicis præscriptione adquiri: ex eo, quòd laici sint huius iu-

ris, eiusque quasi possessionis capaces. Vnde Hispaniarū reges potuerunt præscriptione hoc ius presentandi adquirere secundum Ioan. Lupi in tract. de bene. vacant. in curia. §. 10.

Olim apud Hispanos morib⁹ obtinuit, vt canonicorū collegiū, cui munus eligēdi Episcopum iure incūbit, itatim mortuo pastore regi eius obitū nūtiaret, ab eoque peteret licentiā & facultatem eligēdi Episcopū: qua per regē concessa ipsi canonici eligebant prælatū, quem ante missionem in possessionem regi exhibebāt, vt ab ipso honorū administrationem obtineret. regia l. 18. tit. 5. pa. 1. & d. l. 3. tit. tertio. lib. j. ordinat. cuius rei testimoniū peti solet à can. cū longē. 63. dist. Nam & iure equum est, & honestati conueniens, quòd in ecclesia cathedrali, vel collegiali prælatus electus ante institutionem patrono ipsi cūcunq; etiā priuato exhibēdus sit, vt ipse patronus videat sine is cōueniens, & idoneus ecclesię administrationi. c. nobis & ibi doct. de iure patronat. tex. optimus in c. lectis. 63. dist. quo definitum est Episcopos electos non esse à romano pontifice instituendos, nisi epistolam approbationis ab Imperatore obtinuerint. Etenim & regis interest nosse, qui sint quæ ecclesias intra eius prouinciā sunt administraturi: sicut colligatur

gitur ex his, quæ adnotarunt Innocen. & Abb. in cap. super his, de accusatio. Idem Abb. in cap. ex parte. A. de testi. & in ca. quod sicut. de electio. glos. in cap. j. 62. dist. Corset. in tra. de excellen. Regis. q. 11. tex. singul. in Prag. sanct. titul. de electioni. cap. licet. §. veruntamen. & ibi Cosmas Guimier. Ioan. à Selua in tract. de bene. 2. par. q. vit. Cuiusdam Benedicti. in cap. Rainutius. verb. Et vxorem nomine Adelasiam. nu. 367. de testam. Ioan. Ign. in rep. l. necessarios. §. non alias. nu. 331. & sequentib. ff. ad. Syllani. Ioan. Ferrald. in tract. de insignib. peculiar. reg. Frā. 9. iure. Carolus Degraffalus libr. 2. Regaliū Franciæ. iure. Chafsanæ. in catalogo gloriæ mūdi parte 5. considerat. 24. nu. 294. qui diligenter examinarūt ius hoc regibus ad presentatiōē Episcoporum pertinens: præsertim Gallici authores multis autoritatibus probarunt, regem Gallorū eam habere auctoritatem, vt absque eius nominatione, & consensu nullus ecclesiæ cathedrali præficiendus sit: idem pleriq; ex his factentur de Hispaniarum Rege: acferè omnes hi authores id adnotarunt ex cap. cū longē. 63. dist. Cæterum absque vlla 6 controuersia † Hispaniarum Reges ius, & quasi possessionē habent ab eo tempore, cuius initium memoriā hominū

excedit, eligēdi, aut nominādi eos, qui à romano pontifice Episcopatibus sunt præficiēdi, ita quidē, vt nisi à Rege nominatus nemo possit his dignitatibus insigniri. Hoc verò ius seclusa præscriptione, semoto item romanorū pontificū priuilegio, deducitur à concilio Tolerano duodecimo, c. 6. etenim sub Agathone, aut Leone secūdo romano pontifice, anno primo Heruigij Gothorum regis, qui Hispanias obtinebat, Natiuitatis domini Iesu Christi annū sexcentesimo octuagesimo quinto, aucthore Roderico Archiepiscopo Tolerano lib. 3. c. 12. qui ex Æra Cæsaris annū cōpurauit septingētesimū vigesimū tertium Toleti celebratū est cōcilium, Toletanum duodecimum, quo decretū est, quòd Rex ad episcopale dignitatē promouendos eligeret: ipse verò Toletan⁹ Antistes præuia morū examinatione institueret. Huius canonis Grazianus meminit in d. can. cum longē. 63. dist. vnde constat ius istud vetustissimis canonum decretis, moribusque Hispanorum obtinuisse: tēporis item rationē huius cōcilij Toletani obseruauit Alfonso à Carthaginē episcopus Burgēsis in Anacephaleosi regum Hispaniarum capit. 40. quo in loco annum primum Heruigij Regis, salutis humanæ com- memorat

memorat sexcentésimū octuagesimum quintum. in quo conuenit computationi Roderici si obseruemus Aram Cæsaris Christi Natale triginta octo annis præcessisse: quod alibi à nobis adnotatū est. Nec controuertum est, hanc synodū celebratā fuisse anno primo Heruigij mense Ianuario: quia id ex ipsius consilij actis manifestum extat. Quod verò quidā concilium hoc conditum, & celebratum fuisse sub Agathone, aut Leone II. romanis pontificibus scripserūt, non admodū rationi tēporū cōgruit: si quidē ipse Alfonso Burgēsis Benedictū II. Apostolicam sedē eo tēpore tenuisse meminit: atque idem mihi magis aridet: cū ex Mattheo Palmerio in Eusebij Chronico Benedictus II. annis octuagesimo quarto, & octuagesimo quinto supra sexcētesimū à natiuitate Christi, nondū duodecim mēsis summū pontificatū obtraherit. Igitur conciliū Toletanū anno octuagesimo quinto institutū tēpori, & regimini Benedicti II. cōuenit, quod verò similis est: aut saltē Ioāni V. qui eodē anno octuagesimo quinto electus est in summum ecclesię catholicę præsulē. Nisi quis existimet primū annum Heruigij fuisse sexcentésimum octuagesimū primū: & eodem celebratum Toletanum hoc concilium: sicuti doctissimus

ac diligentissimus Ioannes Vasæus priori parte choniconū Hispaniæ deducit. Id verò palam conitat ex actis concilij Toletani decim tertij & decimi quarti. Etenim iuxta hanc rationem Synodus ista Agathonis summi pontificis tēpori aptius conueniet. Nā & Platina etsi diligenter romanorū pontificū vitas scripserit, non satis exactē rationem temporū habuit. Nos vero non tēpore hęc expendimus: sed ut qui busdā obuiā iremus, æquo quidē animo ob eorum insignē eruditionē, & in persecutadis vtriusq; iuris sanctionibus nō inutilem diligentiam, quā tamen aliquādo parū propicio in Hispanos animo iniuriōsis profectō verbis, à quibus abstinere omninō debent viri doctri na præsertim insignes, & deinde cōmētis quibusdā nō omninō gratā lectoribus studio sis effecere. Ioannes etenim Igneus in d. §. nō alias. nu. 316. ita inquit. Nō etiā gloriari debēt Hispani propter dict. cap. cū lōgē. ea. 63. dist. Quoniā Hispani Reges ex cōcessione Carolo facta obrinēt, qui post quā Adrianū huius nominis primū pōtificē à tyrānide Desiderij Longobardorū Regis liberauerat, Hispanias Mahumetica prauitate imbutas Christianas fecit: potius eis Hispaniæ Rex insinuatū est: eo modo ius istud Regaliæ quæ

quæ sunt. Hactenus Ioannes Igneus: cuius sententiā ante eū probare conatus est Io. Ferral. in tract. de insigni. reg. Frac. ix. iure. à quo Carolus Degraffalus, & ipse Gallici nominis, dissentit, minimē citato Igneo, lib. ij. regalū Franciæ, iure iij. verū quā scēdē lapsi fuerint Ioan. Ferrald. & Ioan. Igneus hac in re satis apparet ex ipso concilio Toletano, à quo ius istud Reges Hispaniarum obtinuerunt. Quod denique concilium Caroli Magni natiuitatem ferē sexaginta annis, eius autem principatum plusquam octuaginta præcessit: quemadmodum ex ratione temporū, quam Gaguinus tradidit, palam constat. Fit igitur, ut falsissimum sit Reges Hispaniarum ius eligendi, & nominandi Episcopos habuisse ratione cōcessionis, quæ Carolo Magno facta fuerit: cū ante ipsum, & ante Arabum in Hispanias expeditionem Gothorum Reges id ius obtinuerint. Deinde ut par est, Carolum Magnū Regem, & Cæsare Christianæ religionis fide, ac pietate, armis, & potentia militum instructissimum, in Saracenos, qui tūc Hispanias occupabāt, Gallix finitimos, incursionēs aliquot fecissent: verosimile non est, ipsum tot bellis in Italia, & Germania imminentibus deditū, cū exercitu in interiora Hispaniarum penetrasse, prouincias, &

vrbes insignes ab Arabū tyrānide liberaffe. Nā & Gaguinus huius est sententiæ, ut hæc minimē vero similia esse censet. Nec re istā authores fidei synceræ tacuissent: potissimum historici Hispani, qui cōtinua serie rerū gestarū, speciatim meminere regū Hispanorum, qui post cladē illam Hispaniæ paulatim singulas vrbes, & oppida Saracenis fugatis, & expulsis in pristinū Christianorū dominium vindicauerint: tametsi non desint authores, & hi non contemnendæ inter historicos fidei, qui scripserint, Carolum Magnum cū exercitu Nauarram, Aragoniam, Cathaloniam, & adhuc, quod omninō à vero abhorret, ad Galliciam vsque per Mediterranea Hispaniarū penetrasse, cūque prouincias à Saracenis bello abstulisse. Nā & à Gratiano. xj. q. j. in c. volumus. adducitur Caroli magni decretum, bi ipse Carolus asserit Hispanos sibi subditos esse. Quod testimonium nullam fidem habet: quia eiusdem decreti author obscurus & incertus est, aut de Hispanis Gallix finitimis, & Pyrenæum habitantibus debet intelligi. Diximus autem authorem illius decreti obscurum esse, & incertum, quia nondum Caroli Magni capitularia legerimus, ex quibus Gratianus decretum prædictum adducit: tanetsi Carolus Molingus ad dictum Rēlect. Didac. C. cur. E

Henrici Regis Franciꝝ eadem capitularia diligentissimè perlegissè videatur: & eorundem meminerint Balduinus in prolegomenis. Rhenanus ad Ter-tullianum lib. de corona militis, & Ioan. Frithemius de scrip-toribus ecclesiasticis in Ange-siso. Id verò ferè apud omnes receptū est, & Hispani historiographi testantur. eundè Cæsare a Saracenis in ipsiꝝ Pyrenæis salibus magna cum iactura, & clade fugatū, fuisse quæ fuisse. id enim & qui ex Gallis, exte-  
7 risque eius vitam munitis tradidèrè planè fatentur: ac no-  
stram victoriã militibus Alfonso Castelle Regis, qui cum Saracenis pacè inierat, tribuè-  
dam esse cèsent. Sed & Paulus A Emilius scribit, huic prælio  
interfuisse Bernardum Carpiè-  
sem, qui Dux erat Bardulorū,  
hi enim Castellani sunt. Etia si  
Gaguinus, alijque exteri Chro-  
nographi, Arabum tantū, &  
Saracenorū in eo consuetu me-  
minerint. Hæc alijs examinanda  
dimittimus: illud quidem  
hinc deducentes, Carolum Ma-  
gnum Hispaniarū provincias  
minimè obtinuisse bello, nec  
eas catholicis Hispaniarū tra-  
didisse Regibus, qui auxilio di-  
uini Nominis post illam Rode-  
rici Gothorum Regis cladem  
maximis laboribus deuictus  
Saracenis Arenuè Christianæ  
religiõ Hispanias restituerint.  
Quo sit Reges Hispaniarum

ius nominandi & eligèdi Epi-  
scopos nequaquã habuisse ex  
concessione, & privilegio Caro-  
molo Magno concessio. Id enim  
& Carolus Molin. ad edictum  
Henrici Regis parte vltima, &  
& sequentibus planè fatetur  
scribens, & ante Carolum Ma-  
gnum idem ius Galorum Re-  
ges habuisse. Hactenus de præ-  
scriptione iuris patronatus,  
præsentandique rectorè in ec-  
clesia libera. Nam hæc præscri-  
ptio procedit quãdoque sicuti  
superius adnotauimus. † Est  
verò necessaria præscriptio qua  
draginta annorum cū titulo,  
vel immemorialis: quod proba-  
tur ea ratione: siquidem in hac  
specie vehemens iuris cõmunis  
præsumptio est aduersus præ-  
scribentè: cū omnes ecclesiæ  
præsumatur liberæ, & in om-  
nibus ecclesijs iuris communis  
præsumptione collatio libera  
beneficiorum, & ministrorum  
institutio ad Episcopum perti-  
neat. c. omnes Basilicæ. xvj. q.  
vij. c. ex frequentibus. de insti-  
tu. c. cū venerabilis. de excep.  
Idcirco inspecta decisione tex.  
in c. j. de præscriptionib. in vi.  
omnino respondendum est,  
fore necessariam quasi præscri-  
ptionè quadraginta annorum  
cum titulo, vel temporis imme-  
moralis ad acquirendum ius  
patronatus aduersus ipsam ec-  
clesiam, quæ libera olim fue-  
rit. missas enim facio aliorum  
hac in controuersia rationes:  
huic tan-

huic tantū ego subscripserim,  
quòd in hac præscriptione præ-  
sumptio iuris, & quidem gra-  
uis, ac specialis sit contra scri-  
bentem. Sic sanè hanc opinio-  
nem tenuerunt Panormita. in  
consil. 106. ij. col. lib. ij. Alexan.  
consil. 75. col. ij. lib. iij. Balbus  
de præseri. j. par. v. par. princip.  
q. ix. versic. Tertia conclusio. &  
Domini. consil. 123. col. ij. quor-  
um sententiam ipse verã esse  
censeo in hoc casu, cū tracta-  
tur de præscribèdo iure patro-  
natus in ecclesia, quæ olim fue-  
rit libera. Nec quicquã refert,  
quòd Frederi. consil. 234. Corne.  
consil. 47. lib. iij. colum. ij.  
& Dec. consil. 124. col. ij. asseue-  
rent in hac præscriptione titu-  
lum minimè fore necessariū: 8  
quia ius commune nõ resistit  
quasi possessioni præscribētis:  
cū ius patronatus obtineri à  
laicis possit. Iã enim semel ad-  
monni ad intellectum consti-  
tutionis d. c. j. de præscrip. in vi.  
aliud esse ius cõmune resistere  
quasi possessioni. aut possessio-  
ni alicuius rei: aliud iuris com-  
munis præsumptionem specia-  
lem, & vehementè esse aduer-  
sam & contrariam præscribēti.  
In primo casu nulla potest cõ-  
stitui præscriptio: quippè quæ  
absque possessione procedere  
nequit: vnde iure præscriptio-  
nis nullius tēporis vsus, etiam  
cum titulo, sufficit ad acquisi-  
tionem illius rei, quæ possideri  
non potest per eum, qui præ-

scriptionè allegat: tametsi pos-  
sit is titulū legitimū allegare,  
& ad eius probationè inducere  
tempus immemoriale. At in  
secundo casu licet præscriptioni  
locus sit, & præscribens quasi  
possessionis illius iuris capax  
censatur, attamen propter iur-  
is contrariam præsumptionè,  
quæ grauis, & vigen cõstitutur,  
necessaria est quadraginta  
annorū possessio cū titulo, aut  
eo deficiente immemoralis tē-  
poris vsus: iuxta elegantè respõ-  
sionem Romani pōtificis in d.  
c. j. cuius rationè, & interpreta-  
tionem ipse examinaui lib. j.  
variar. resolut. c. 7. quo in loco  
tractaui, quoniam iure decimæ  
à Christianis debeantur.

¶ Secunda conclusio: † In ec-  
clesia, quæ libera non est, nec  
olim fuerit, sed patronos ha-  
bit, ius patronatus etiã à lai-  
cis potest præscriptione acquiri  
aduersus priorem, & verum pa-  
tronum. Hanc opinionè cõstat  
asseruisse, & probasse cunctos  
auctores, vno de pto Archidia-  
cono, quorū mentionè feci ad  
cõprobationem, & authorita-  
tem primæ conclusionis: atque  
idèd cã esse cõmune, omni-  
umque cõsensu receptã opi-  
nor. & probatur in d. c. cura. de  
iure patro. alijsque rationibus,  
quas commemorat Cæsar Lã-  
berti. de iure patrona. ij. part. j.  
lib. xi. q. arti. j. quãuis Archi. sen-  
tentia velit defendere Panor-  
in d. c. querelã. de elect. col. ij.

Verum in specie huius conclusionis quomodo agitur de praescribendo iure patronatus a laico aduersus alium patronum, non contra ipsam ecclesiam liberam, adhuc requirunt annos quadraginta & titulum, vel immemorabile tempus: respondet Dominus in d. consil. 122. col. 2. cuius opinio profecto dum titulum requirit, non omnino iure probatur: cum in hoc casu nulla sit praesumptio iuris aduersus praesentem pro libertate ecclesiae: siquidem ecclesia patronos habuit ab eius initio, & habere iure debet. Vnde Rochus Curt. in tract. iuris patro. verb. ipse vel is. q. 36. nu. 86. ex aduerso censet. hoc ius patronatus aduersus patronum laicum praescribi decem annis inter praesentes, & viginti inter absentes. Idem sentit Florian. in l. seruantes praediorum rusticorum. ff. de seruitu. Ioann. Andre. & Domin. in cap. vnico ad finem de iure patronat. in 6. Goffredus in q. 18. quorum opinio minime placet: quia etsi aduersus laicum patronum praescriptio procedat: interest tamen ipsius ecclesiae non mutare patronos: quamobrem ob praedictum ecclesiae verius est ac tutius, quod ad hanc praescriptionem exigatur quadraginta annorum quasi possessio absque titulo tamen: secundum; l. rede. consil. 234. Corn. in consil. 47. lib. 3. Deci. consil. 134. Lamber. de iu-

re patro. l. lib. 2. par. q. 1. arg. Paul. a Citadinis in tract. iuris patro. in 6. part. 3. art. q. 17. Alex. consil. 75. lib. 4. in vltimis eiusdem responsi verbis Idem sentit Balbus in l. ij. col. 2. C. de feruit. & aqua.

¶ Tertia conclusio. ¶ Quamuis ad sacerdotia, & ecclesiastica beneficia titulus praescriptio non adquiri non possit: legitima tamen praescriptio ipsam possidentem aduersus eum, qui etiam legitimo titulo beneficii petierit, iure defendit. Prior conclusionis pars probatur in c. frequentibus. de instit. & in reg. j. de reg. iur. in vj. vb. gl. communiter recepta hoc ipsum asserit. Idem fatentur omnes auctores statim citandi, ea ratione, quod ecclesiastica beneficia aliter quam canonica institutione obtineri nequeant. Posterior pars constat auctoritate gl. in c. cotingit. de dolo & cotu. in gl. mag. quam sequuntur inibi doct. praesertim Panor. & idem in d. cura. de iure patrona. & in c. capitulum. col. vlt. de rescript. colligens ex ea, quod possessor beneficii ecclesiastici bonam fidem & titulum, ut aiunt, coloratum habens, decem annis inter praesentes, & viginti, inter absentes poterit se ipsum defendere aduersus alium, qui ad id sacerdotium, & beneficium in iudicio agere iure canonici tituli velit. Idem tradunt Feli. in c. Si cur. de re iudi. nu. 30. & Fracif. Balb. de

Balb. de praescrip. j. part. v. part. princ. q. 10. Io. de Selua in tract. de beneficio. iij. part. q. 21. ad fi. Praescriptionem igitur legitimam hic appello eam, quae ex tempore lege definitio, bona fide, & titulo colorato processerit. Hinc & illa solennis quaestio definitur: itan quis teneatur Episcopo exigenti titulum beneficii, quod possidet, ostendere, & exhibere? Nam etsi verum sit, in rebus temporalibus neminem cogi posse, ut ostendat titulum suae possessionis. l. cogi. C. de peti. hered. quam praeter Bar. Bald. & alios ibi examinat Matth. A. ffl. in rub. de controuer. inuestit. nu. 79. tamen in ecclesiasticis beneficiis Episcopus, vel iudex ordinarius inquirere optime potest, quo iure, & titulo quisque ea possideat: atque idem poterit exigere a possessoribus titulos, quos ad obtinenda beneficia habuerint. c. graue. de praeb. c. j. ut eccles. benefic. c. ordinarij. de offic. ordi. in vj. text. ex concilio Basiliensi in Prag. sanct. tit. de pacificis possessoribus. §. ordinarij. glo. & doctor. in reg. j. de reg. iur. in vj. & in d. c. cotingit. Igitur dubium est an possessor beneficii possit ab hac exhibitione tituli excusari longi temporis possessione? Et in hac dubitatione verarum distinctionum, quae receptor est. Nam si possessio est brevis temporis, tenetur possessor titulum praetulo inquirere ostendere, nisi

praetulus eius possessione iam expressit, vel tacite approbaue- rit. Quippe qui titulum examinauerit ad tradendam possessionem, aut possessoris sacri ordinis munere ad eius beneficii titulum donauerit. arg. sumpto ex c. dilecto. de praeb. & c. ex ore. de his quae sunt a maio. part. capitu. notat Inno. in c. veniens. de filiis presby. io. Andr. Ancha. & Fracis in d. reg. j. & alij statim nominatum citandi. Quod si possessio continua fuerit longi temporis, satis erit proprio iuramento titulum probare: nec opus erit illum exhibere. arg. l. Si arbit. ff. de probat. hac denique distinctione deduximus a glo. in Prag. sanct. titu. de pacificis possessoribus. ordinarij. verb. inquirat. ad fin. Feli. post alios in c. illud. col. pen. de praesump. & in c. licet Heli. nu. vij. de simonia. Selua de beneficio ij. part. q. 25. Domin. in d. c. ordinarij. de off. ordi. in vj. verum in secunda distinctione partis doc. controuerit quod ad definitionem longi temporis. Etenim Anania in d. cap. licet Feli. triennium exigit ad huc effectum: Feli. vero ibidem decennium requirit. Idem in d. c. illud. nu. triennium, nu. decennium necessarium esse censet. Ego hac quaestione opinor arbitrio iudicis definiendam fore, non ignarus quid reg. cancellarij 33. de trienniali possessore statuerit. Nam ea institutum est, quod qui per triennium pacifice absque villa lite quodcumque be-

beneficium ecclesiasticum, & sine si moniaco ingressu possederit, nequeat super eodē beneficio molestia illa impeti: modò titulum coloratū habuerit: nēpè à romano pontifice, vel ab eo, ad quem huiusmodi beneficij cellatio pertineat: nec sit in idē beneficium aduersus reservationem aliquā iuris communis intrusus. Eadē triennalis possessio eodē priuilegio munitur in concilio Basiliensi, de quo in Pragmati. sanct. tit. de pacificis possessoribus. ad cuius interpretationē, quia frequentissimè in praxin ius istud triennalis possessio adducitur, eandē materiā prosequutus aliquot adijciam conclusiones.

10 ¶ Quarta cōclusio. ¶ Possessio triennalis iuxta regulā Cancellarię obrenta, tam quoad proprietatē, quā possessionē, defendit possessorē, eique tribuit aduersus agentē exceptionem tantū. huius assertionis auctores sunt Felin. in d. c. sicut. de re iudi. nu. 31. Cassado. in regu. de triennali. decis. vij. & viij. & Ludouic. Gomec. in eadē reg. q. 58. & 60. ac probatur hæc sententia in d. Pragm. sanct. tit. de pacificis possessoribus. & est hæc inter pretatio ad reg. Cancellarię omnium consensu recepta: vt restantur Cassador. & Gomeci. Nec quoad hanc defensionem est necessaria bona fides possidentis: sicuti ex Rotæ decreto asserit Ludouic. Gomecius. in

quæstio. 2 dictæ regule.

¶ Quinta cōclusio. Possessio triennalis nō defendit possessorē, contra quē agitur de spoliis: siue spoliū per violentiam, siue absq. ea cōtigerit. Probatur hæc cōclusio in spoliatore violento, in dict. cōcilio Basiliensi: quo in loco hac de re est text. satis apertus. in vtroq. verò hac assertionē latè defendit Ludouic. Gomeci. in dict. regul. q. t. cum legiro.

¶ Sexta cōclusio. Possessio triennalis, etiā bona fide obtenta, nimè dat canonicū titulū possidenti. glo. in insignis in c. cōtingit. de dolo, & cōtu. in glo. magna. in specie Cosmas in prag. Sanctio. ritu. de pacificis possessoribus. verb. molestari. & ver. triennali. Feli. Cassador. & Ludouic. Gomeci. paulò antè citati ad quartam conclusionē. Idem notat Ioan. de Selua iij. parte de beneficij. q. 21. ad fin. Atq. ita Gósalus à Villadiego ex consensu auditorū iudicauit, quæ admodum refert glo. in d. reg. c. cell. 33. tamen si eadē glo. & Rebuffus in tract. de pacificis possessoribus. nu. 7. & sequentibus contrariū defendere conentur.

¶ Septima cōclusio. Triennalis possessio etiā bona fide obtenta, & titulo colorato nō redit possessorē tutum in animę iudicio: imò tenebitur is beneficium dimittere, quoties sciuerit sibi canonicū titulū ad id obtinendū deicere. Hanc conclusionem

tionē ex proxima deducimus: nam & illius auctores hanc veram esse opinatur: licet huic contrariā elegerint Rebuffus id tract. de pacific. poss. & Probus in scholijs ad glo. pragma. Sanctio. verb. coloratū. nu. 13.

¶ Octaua cōclusio. Triennalis possessio etiā titulo colorato, & bona fide procedens, ac cōtinuatā, nimè impedit Episcopum, nec ordinariū, quin possint titulum beneficij exigere, & de eo inquirere. text. optimus in dict. prag. Sanct. titu. de pacific. poss. §. ordinarij. vbi glo. verb. Triennio. in priori illius tituli parte. & ibi Probus nu. 4. Felin. in d. c. Sicut. Gomeci. in d. quæst. 58. Cassadorus decis. 7. n. ix. super regulas Cæcell. Idemq. ex prænotatis assertionibus colligitur, quāuis Rebuffus in tract. de pacific. possessoribus. nu. 6. contrariū adnotauerit. Hęc sanè de prescriptione iuris patronatus, & beneficiorū ecclesiasticorū breuiter explicui: vt aliqua ex parte tractatui, cuiusq. materię subseruiamus: obiterq. reg. Cancellarię de triennali possessore perpendimus, eius diligentiorē examinationem omittentes, quā lector poterit petere à Cassadoro, Gomecio, Rebuffo, Feli. & Cosma in dict. prag. Sanctio. Paulo Parisio consil. 81. lib. iij. Boerio decisione. 24. Ripa lib. j. respons. cap. 17. Rursus Cassador. decis. ij. & iij. tit. de cau-

sa possess. & proprie. qui aliquot quæstiones in praxi sepius obuias tractauere: præsertim maxima cura, & sollicitudine negotium istud expeditit Ludouicus Gomeci in commentarijs ad eandem regulam. Igitur præscriptio potissimum iure pontificio, non obstantē de cessione prædicti capiti. Cura. de iure patro. mala fide procedere nō potest: imò ad eius vim necessariò bonam fidem requirit. de legibus autem secularibus statim tractabitur.

Ex §. sequenti.

- 1 Regia liij. & iij. titu. 3. lib. iij. ord. dnat. explicatur.
- 2 Regia l. 63. Tauri examinatur.
- 3 Leges ciuiles prescriptionis inducentes cum mala fide, an possint procedere iure pontificio: & quid de actionibus personalibus.
- 4 Leges ciuiles prescriptionem cum mala fide inducentes, ac permitteutes, an & in foro pontificio excludantur: sicut in foro seculari obtineant?
- 5 Auctores redhibitoria, & quanto minoris, an tempore legibus desinito excludantur: etiam in foro pontificio.
- 6 Publicana etiam iure pontificio admissa censetur.
- 7 Intellectus l. j. titu. 13. lib. iij. ord. dnat.
- 8 Intellectus ad text. in cap. j. de prescriptionibus, & in canon. placuit quicumque Episcopi. xvj. quæstione 14.

## §. Vndecimus.



**P**RÆTER alia, quæ huic regulæ bonam fidem ad præscriptionem omnino exigenti, obiciuntur, maxime adduci solent ex iure Cæsareo constitutiones, quæ statuerunt præscriptionem triginta, vel quadraginta annorum, etiam cum mala fide procedere, & vim præscriptionis obtinere. l. Si quis emptiois. §. j. & l. cum notissimi. C. de præscriptioni. trigint. vel quadrag. annor. l. 21. tit. l. 29. part. iij. quæ in personalibus, & realibus actionibus loquuntur. Huc pertinere videntur regie quædam constitutiones, quæ de actionibus personalibus præscriptione temporis excludendis tractauerunt præsertim. l. iij. & iij. tit. 1. lib. iij. ord. regali. l. Item. 63. Tauri. tamen hæc posteriores constitutiones palam male fidei præscriptionem nec admittant, nec resellant: Sed tamen priusquam aggrediamur harum legum quod ad bonæ fidei causam examinationem, oportet expendere sensum earum, quas ex iure regio adduximus. † Nam in d. l. iij. statutum est, quod actio personalis præscriptione decem annorum tollatur: cui statim adhæret. l. iij. quæ definit, post illos decem annos non posse fieri executionem actionis personalis: sed ta-

men posse iudicio ordinario debitam pecuniâ peti actione quidem personali. Etenim si actio personalis primo decennio sublata fuit, non videtur, quod postea pecunia debita personali actione rursus in iudicio exigatur. idcirco regia l. iij. apparet vel contraria, vel inutilis, aut sane perplexa nimis. Rodericus Xuares in repet. l. post rem. ff. de re iudicat. sexta limitatione ad legem regiam, ita conciliat has leges, ut existimet, legem quartam esse intelligendam eo casu, quo ob aliquod impedimentum iuris, vel facti actio personalis decem annis tollitur, & extingui non potuit: eo enim casu ius exequendi contractum summarium iudicio ipso decennio sublatum est. Erit igitur sensus l. iij. quod ius executionis paratæ tollatur primo decennio à tempore contractus, etiam si actio personalis eo decennio extincta ob aliquod impedimentum non sit. & addit, ac testatur ipse Rodericus ita in praxi seruari, & intelligi prædictas leges regias. Ego verò non video, qua ratione hic sensus possit conuenire dictis constitutionibus. Nam l. iij. inquit, saluum esse ius actionis personalis quod ad iudicium ordinarium post decennium præscripto iam iure agendi ex contractu iuxta formam legis proximæ, & tamen in l. iij. quæ proxima est, expressim constat, d. cennio actionem

actionem quamcunque personalem, & ius exequendi ita sublatum esse, ut creditor ipse audiendus nullo pacto sit, nec iure executionis summarie, nec iure actionis personalis, & iudicij ordinarij. Quamobrè conueniens non est hæc Roderici interpretatio. Vnde ad planiorum intellectum harum constitutionum oportet præmittere, quandoquæ ex aliqua obligatione oritur actio personalis simpliciter, quandoquæ actio personalis simul & ius summarie executionis, vel hypothecæ. Item & illud obseruandum est, iure regio ius executionis tolli prius præscriptione temporis, manente adhuc obligatione, & actione personale: quod probatur in l. ij. tit. ix. in ordinationibus institutis à Rege Alfonso Compluti, anno ab Aera Cæsaris millesimo trecentesimo octuagesimo sexto, quæ decisum extat, ius exequendi contractum à Christiano in fauorem Iudæi conuenit extingui, & tolli sex annorum præscriptione. Quo quidem anno in eisdem comitijs Compluri habitis statuta fuit l. iij. tit. 13. lib. iij. ordinat. ex quibus verò simile est, ius executionis summarie ex aliquo contractu competens Christiano non aduersus Iudæum, vel alterum Christianum decem annis tolli. sicuti quod Iudæo aduersus Christianum compete-

bat, sex annorum spatio tolleratur. Dein huius præmissis constitutionibus, Henricus secundus Burgis Aera Cæsaris millesima quadringentesima vndecima l. ix. mentionem faciens superscript. l. ij. Alfonsi Regis eiusdem Henrici patris. in specie statuit præscripto iure summarie executionis adhuc manere saluam actionem personalem quod ad iudicium ordinarium. Hinc sanè sit, ut licet primo decennio sublatur sit ius summarie executionis: tamen iudicio ordinario actio personalis possit aduersus debitorem per creditorem in iudicium deduci: sic l. iij. intelligenda erit quod ad ius executionis summarie. l. verò iij. quod ad actionem personalem, quæ adhuc salua manet, etiam si ius executionis tempore decem annorum perierit. Sed & hæc interpretatio non omnino dissoluit nodum difficultatis: quia d. l. iij. factis in specie definitur: etiã primo decennio actionem personalem sublatur fuisse. Nam tractat eadē constitutio de actione personali, quæ absque contractu publici instrumenti competit: & item de ea, quæ simul deducitur & oritur cum iure executionis ex vi instrumenti publici. Erit denique alia querenda interpretatio, quæ controuersiam istam distinguat. Etenim potest responderi, actionem personalem simplicem

absque iure executiois summa-  
riae competentē, decennio ex-  
tingui, & tolli. at si ius execu-  
tionis simul adiunctū sit actio-  
ni personali, ipsum ius execu-  
tionis primis decem annis tol-  
litur: eo verò extincto, manet  
actio personalis salua in aliud  
decennium. Ergo lex iij. dum  
respōdet primo decēnio actio-  
nem personalem, & ius execu-  
tionis tolli, ita est accipienda,  
vt actio personalis simplex absq[ue]  
iure executionis cōpetens,  
decem primis annis tollatur:  
non sic actio personalis simul  
cum iure summariae executio-  
nis cōtingens. nam in hac vlti-  
ma specie primo decēnio tolli-  
tur ius executionis per l. iij. de-  
cisionem: manet tamen adhuc  
salua in aliud decennium actio  
personalis: quemadmodum in  
l. iij. probatur. Alioqui si quis  
dixerit indistinctē tolli actio-  
nem personalem primis decem an-  
nis, profectō eodem tempore  
tolleretur actio personalis, cui  
adheret ius summariae execu-  
tionis, quo ipsa actio persona-  
lis simplex. quod apparet con-  
trarium menti legislatoris in  
d. l. iij. & in dict. l. ij. tit. ix. ex  
legibus Alfonsi Regis. His ac-  
cedit ex veteribus monumen-  
tis, quod authore Dione Cas-  
sio, & interprete Georgio Me-  
rula, Adrianus Imperator decē-  
nium prescripserit, à quo tem-  
pore debere quis desineret, nec  
postea debiturus esset.

¶ Superest modò inquirere  
2. verum sensum † constitutionis  
Taurinae 63. quae sancitum est,  
quòd ius executionis summa-  
riae ex actione personali proce-  
dens, praescriptione decem an-  
no: um tollatur. & in hac parte  
prima conuenit cum veteribus  
huius regni constitutionibus.  
Deinde eadem l. est in secun-  
da eius parte statutum, quòd  
actio personalis, & executionis  
decretum super ea datum tol-  
latur viginti annis: nò quidem  
minori spatio temporis. Quod  
videtur refragari aliquòtulum  
regijs ordinationibus, quarum  
modò mentionē fecimus. Qua  
ratione quibusdam visum est,  
hac Taurina constitutione cor-  
rectam & antiquatam esse d. l.  
iij. quae ex parte inibi cautum  
fuit, actionem personalem sim-  
plicem tolli, & extingui decem  
proximis annis. Exillimantē-  
nim quidam lege Taurina sta-  
tutum esse, quòd actio persona-  
lis etiam simplex non tollatur  
minori, quàm viginti annorum  
tempore. Quibus & illud om-  
nino placebit, quòd actio perso-  
nalis tollatur viginti annis, quo-  
ties mora lite super ea, sequat̃  
que cōdemnatione, sit datum  
mandatum, & decretum exe-  
cutionis. Quod planè absurdū  
esse ex eo constat, quòd æquali  
tempore tollatur actio simplex  
personalis, & ea itē, quae lenel  
deducta in iudiciū, decretum  
executionis iudicialis habuerit  
cum ta-

tum tamē actio etiam simplex  
& quae alioqui decennio tolle-  
retur, semel deducta in iudiciū  
perpetua efficiatur per litem cō-  
testationis, sicuti in materia  
interruptionis examinabitur.  
& in specie adnotauit lason in  
§. poenales. de actio. nu. 113. dein  
de ex hoc intellectu sequere-  
tur eodem tempore tolli actio-  
nem personalem habētē ius  
executionis, quo tollitur actio  
personalis simplex: cum actio  
personalis habēs ius executio-  
nis maiorem vim habeat quò  
ad praescriptionē. Fortassis eadē  
Taurina constitutio con-  
dita fuit ad interpretationem  
legum antiquarū in hunc sen-  
sum, quòd ius summariae execu-  
tionis cōpetens actioni perso-  
nali tollatur decē annis, ma-  
nente adhuc salua personali ac-  
tione in aliud decennium: id-  
que constitutum est in d. l. iij.  
& iij. tit. 12. lib. ij. ordin. & in  
dict. l. Taurina, in princi. At si  
actio personalis habeat ius sum-  
mariae executionis ex his, quae  
modò diximus, vtunque tolli-  
tur viginti annorū praescriptio-  
ne. Subdit nunc secunda Tau-  
rinae legis pars, actionem perso-  
nalem in iudiciū deductam,  
& executiois iudiciales literas  
habentem, non tolli minori vi-  
ginti annorum tempore quò  
ad vtunque: id est, quò ad ius  
exequendi ex decreto iudiciali  
personalem actionem, & quò  
ad ipsammet actionem perso-

nalem: sicuti constat ex dict. l.  
63. Tauri in secunda parte. Ni-  
si dixeris per hanc legem mini-  
mē tolli actionis personalis per-  
petuationē ad triginta annos:  
atque ideò secundam legis par-  
tem ita accipiendā esse, vt actio  
personalis simul habēs ius exe-  
cutionis summariae, tollatur vi-  
ginti annis, decem quidem pri-  
mis quò ad ius executionis, &  
alijs decē vsque ad viginti quò  
ad actionem personalem: tan-  
dem quò ad vtunque tollen-  
dum sufficiunt, & sunt necessa-  
rij viginti anni. Satis sit quò ad  
institutum nostrum his regijs  
constitutionibus probatam, &  
receptam esse praescriptionem  
actionum personalium, quae ra-  
rò absque mala fide potest con-  
tingere. Ad idem spectat Caro-  
li Quinti Caesaris primi Hispaniarum  
Regis catholici & inui-  
ctissimi constitutio, quam Ma-  
dritij anno millesimo quingen-  
tesimo vicefimo octauo dum  
publicum huius regni conuen-  
tum & comitia Hispanorum  
haberet, capit. 157. statuit. Ete-  
nim ea lege sancitum extat,  
quòd merces à famulis, & ser-  
uientibus exigi nò valeat post  
triennum ab eo die, quo à fa-  
mulatio cessauerit, vel à domi-  
nis ipsi famuli recesserint: nisi  
intra id triennium à dominis  
stipendium, petijssē probaue-  
rint. ecce legem quae permit-  
tit, & approbat praescriptio-  
nem illam, quae profectō abs-

que mala fide rarissimè con-  
stitui potest. Sic & apud Gal-  
los Ludouicus duodecimus  
eorum Rex anno Milleesimo  
Quingentesimo duodecimo,  
lege lata definiuit. quòd famu-  
li mercedem pactam, aut de-  
bitam à dominis petant intra  
annum à die, quo seruire cessa-  
uerint: & tantum trium anno-  
rum præcedentiū. Post annum  
autem, secundum eam legem  
famuli salarium petere nõ pos-  
sunt, nisi scripturam producāt  
in iudicium, qua probetur peti-  
tio. cuius legis meminere Cur-  
tius Symphorianus in Aristo-  
amorum. 4.4. & Rebutius ij.  
Tomo in leges regias. tractat.  
de famulorum salarijs. Quo  
in loco col. j. scribit Carolum  
Cæsarem Catholicum Hispaniarum  
regem idem statuisse  
apud Bruxellas Erabantia: an-  
no Milleesimo quingentesimo  
quadragesimo: duorum anno-  
rum tempus ad hoc definien-  
tem. Sunt & perisicæ in locis  
statuta, quæ permittunt præ-  
scriptionem actionum perso-  
naliū decem quidem annis,  
etiam si malam fidem debitor  
habuerit. Quamobrem cum  
omnes istæ leges in læsionem  
animarum tendant saltem in  
effectu, quippè quæ in malam fi-  
dem fouent, & iure præscri-  
ptionis protequantur: oportu-  
nè tractabitur hic articulus hu-  
ius tractatus, an sint in republi-  
ca Christiana tolerandæ.

Primū etenim quibuidam  
3 placuit ¶ leges ciuiles, quibus  
præscriptio cum mala fide per-  
missa est, non esse iure pontifi-  
cio sublatas, nec correctas, sed  
vim legum in foro ciuili, & lai-  
corū omninò habituras, quo-  
ties in iudicium fuerint proli-  
gantium iure adductæ: ita ta-  
men vt nihilominus in animæ  
iudicio, & in foro pōtificio te-  
neatur qui mala fide præscri-  
psit ad restitutionem. Sic sanè  
refertur opinio ista à glosin. c.  
vltim. de præscrip. Quæ tamen  
frequentissimo omnium con-  
sensu improbat. Etenim si  
peccatum ob malam fidem in  
hac præscriptione cōmittitur,  
procul dubiò nec in foro pon-  
tificio, nec in foro Cæsaris, & se-  
culari admittenda est. text. op-  
timus in d. c. vltim. de præscri-  
ptio. c. v. vigilant. eod. tit. cano-  
uit. de iudic. Idcirco aliter tol-  
li solet isthæc obiectio propo-  
sita, scilicet distinctione actionū  
realium à personalibus: ita qui-  
dem, vt actiones reales nec iure  
pontificio, nec ciuili, nec in fo-  
ro seculari tolli possint per præ-  
scriptionem triginta, aut qua-  
draginta annorū: actiones ve-  
rò personales omninò tollan-  
tur præscriptione inducta iure  
ciuili, nèpè triginta annis, etiā  
mala fide. Huius opinionis, &  
distinctionis auctores sunt Ho-  
sien. in summa de præscrip. re-  
rum, immobil. §. quæ res. col. j.  
verba actiones personales. Bart.  
in l. c.

in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsu  
capio. & ibi Roma. A Egidius  
Bellamera in dict. cap. vltim. nu.  
6. Bald. in conf. 437. lib. primo.  
Bonfia. in clem. colum. 3. dere iu-  
di. decisio Tolofana. 73. Corne-  
conf. 206. lib. 2. & contil. 296. lib.  
3. idem Bart. in l. hæc autem iu-  
ra. ff. de feruit. vi. prædio. quo-  
rum opinionem sequuntur Pe-  
trus Ferrariensis in præctica, in  
forma responsionis rei conuen-  
ti. super verb. præscriptionis. &  
Carol. Molina. ad Alexa. conf.  
99. lib. 4. colum. 2. asseuerantes  
eam vetiorem, & communem  
esse, atq; in praxi seruari. Huic  
sententia suffragatur ratio, quæ  
dicitur, debitorem non soluentē  
pecuniam, quam scit creditori  
debitam esse, non habere malā  
fidem interim dum donec credi-  
tori eam negat, nec in solutione  
tergiuersatur: vnde cū mala fi-  
des deficiat, præscriptio non po-  
terit ex eo reselli, nec improba-  
ri, quòd debitor sciat, se pecuniæ  
illius debitorem esse. Sic sanè  
iuxta rationem istam verè dici  
non potest præscriptionem hanc  
cum mala fide procedere. His  
accedit, quòd Romanus ponti-  
fex in dict. capit. vlt. ad repr. obā  
dam præscriptionem ex mala fi-  
de inductam, consi. terat in istā  
præscriptentis possessionem: hæc  
autem in multa possessio non cō-  
tingit in debitore actionem per-  
sonalem præscribente: siquidem  
in rebus actionibus præscri-  
ptio p. oce. sit à possessione ip-

sius rei, quæ debet esse omninò  
iusta saltem opinionem possidē-  
tis in personalibus verò præscri-  
ptio deducta. à negligentiā nõ  
petentis: lemque in præscriben-  
dis rebus factum iustum præscri-  
bentis est necessarium: in præ-  
scribendis actionibus personali-  
bus solum requiritur negligenti-  
a creditoris nõ petentis: & nõ dō  
parū nocet præscriptioni, quæ d  
debitor sciat se verum debitore  
esse, & actione personali teneri  
ad illius pecuniæ solutionem.  
Verū aduersus hanc opinionem  
adeest ratio pluriūm virgens,  
quæ deducitur ex dict. capitul-  
vlt. de præscrip. quo damnan-  
tur præscriptiones, quæ cum pec-  
cato, & mala fide propter pec-  
cati labem procedunt, & inducū-  
tur: ille verò qui scit se alteri de-  
bere centum actione personali,  
semper habet conscientiam læ-  
sæ, quòd ea quantitas pecuniæ  
alteri debita sit: & licet non te-  
neatur sub peccati crimine, &  
culpa, statim, & semper solvere,  
nec offerre pecuniam debitam  
creditori: semper tamen tenetur  
eam petenti dare: quia scit alteri  
debitam. Quocunq; ergo  
tempore ab eo pecunia debita  
exigatur, tenetur eam dare credi-  
tori: alioqui à peccato mortali  
liber non est: quippè qui sciat  
eam pecuniam alteri debitam  
esse. Deinde hic debitor quasi  
possidet debitum interim dum  
ab eo non exigitur. l. etiam. §.  
primo. ff. de penno. hæreditatis.

Quibus tandem constat Bartol. opinionem, eiusque distinctione falsam esse: atque ita, etiam actiones personales praescribi non posse à debitore, qui scit se debitorem esse, nec eas praescriptiones admittendas esse cuiuscunque temporis sint, asserunt, aduersus Hostiens. & Bartol. Panor. docto. in dict. capitul. vlti. de praescript. Anchar. & Francus in reg. ista, Possessor. colum. 2. post gloss. hic. Alexand. in dict. consil. 9. lib. 4. col. 2. & consil. 102. lib. 1. ad finem Anchar. consil. v. Paul. Castren. consil. 98. libro secundo quorum sententiam sequuntur, & fatentur communem esse Ioan. Imola numer. 19. & Felin. 2. col. in dict. capit. vltim. idem Imola in dict. 9. Si viam. Balb. in secunda part. tertiae part. princip. quaest. 13. Ioan. Crotus in l. omnes populi. conclusio 11. ff. de iustit. & iure. Idem Crotus in l. nemo potest. fol. antepen. col. 4. quarta & inibi Ripa numer. 116. ff. delegat. j. Ludo. Gomeci. in princip. de actionib. nu. 68. Hierony. Gratus consil. 41. col. vlt. lib. 1. Hanc item opinionem doctissimè defendit Fortun. in tracta. de vltimo sine. 2. eandem tenet Matheffilla. notab. 23. probat & Bartol. sibi contrarius in dict. l. omnes populi. nu. 24. dum asseruat, statuta Italiae, leges item imperiales de praescribendis actionibus personales ab his, qui sciunt se veros debitores esse,

se, minime valere, nec vim illas obtinere ob peccatum, & mala fidem ipsius praescribens: quod & Balb. iterum repetit in dict. 2. part. q. 14. Hinc sanè deducitur alia quidem hac in controversia opinio, quae proficitur, nec in actionibus realibus, nec in personibus, nec in foro pontificio, nec civili praescriptionem cum mala fide admittendam esse. Etenim ipse debitor scit se debitorem esse: atque idem laesam habet conscientiam: eaque ratione minime praescribere poterit libertatem, aut immunitatem à solutione eius quod ipse scit alteri deberi. Sic leges civiles, si quae sunt, quae praescriptionem cum mala fide approbent, iure pontificio subiacent ob peccatum vitandum. Nam ubi de peccato vitando agitur, lex secularis cedit & subijctur pontificio quod ad vtriusque forum. gloss. ordinaria in hac regu. Possessor. quae hic secuntur Franc. & doct. Felin. in cap. j. colum. 8. & in capit. ecclesia. col. 16. de constituto. Idem Felin. in cap. in causis. col. 2. de testibus. vnde subdeducitur, hanc opinionem magis communem esse. Ceterum nonnò antiquatae & sublatæ censentur: aut iniquitatis vitio notentur: quibusdam placuit eas constitutiones defendere, aliter quot explicitis interpretationibus, quibus possint ab accusatorum calumniis vindicari. Quod piuum est: modò cautè iustitia id

pernit

permitat. Adrianus igitur in quarta sententia de restitutione. capit. hoc supposito. scribit, has leges Caesareas non esse iure pontificio in totum correctas: imò eas procedere opinatur, quando possessor, aut is, qui praescribere tentat, habet scientiam rei alienae: immunitas tamen est à peccato, etiam si rem illam non restituat. Quasi summus pontifex in dict. capit. vlt. à praescriptione malam fidem, id est rei alienae scientiam tunc excludat: cum ea simul cum peccato possidentis contigerit. At si possessor sciat alienam esse, & tamen differit iustissimè aliquot ex causis rei restitutionem: neque casu praescribere poterit: quippe qui rem non detineat cum peccato. Hinc Adriani intellectum ipse etiam colligo ex Panormi. in dict. ca. vlti. nume. 13. & 21. qui idem adnotavit in praescribendis actionibus personalibus: imò in eis tantum loquitur, scribens, actione personalis posse à debitore scienti praescribi, quoties nulla ipse fuerit in mora: quia non tenebatur pecuniam debitam offerre: & ea nisi quam tempore praescriptionis fuit petita. Etenim ex sola negligentia creditoris tunc praescriptio vim assumit: quam rationem pro sententia Hostiens. & Bart. supernis expressis adduximus. Et eandem tenent ipse Panormitan. in cap. ecclesia sanctae Mariae. nume. 36. de constit. idem in capitul. quod clericus. de foro

competent. numer. 44. Corne. consil. 176. colum. 3. lib. 1. & consil. 277. h. 4. Socin. consil. 203. col. 2. lib. 2. Andre. Tiraquel. in l. si in totum. C. de reuo. donatio. in gloss. reuertatur. nume. 310. Sed ipse hanc rationem indistinctè intellectam falsam esse censeo, & subinde Adriani & Panormi. sententiam opinor non esse admittendam. Nam apud me certissimi iuris est, non posse constitui praescriptionem, nec procedere cum scientia rei alienae, etiam si possessor nullum crimen, nec culpam mortalem contraxerit ex eo, quod non restituit rem, & differre possit eius restitutionem. Sic & debitor sciens pecuniam debitam esse creditori, quantum non teneatur statim restituere, nec eam offerre, praescribere non potest, cum scientia rei alienae impediat praescriptionem: item & scientia pecuniae debita. tex. optimus in dict. capit. vltim. de quo ipse aliqua adnotauit lib. 1. variarum resolut. capit. 9. num. v. Vnde rationem Panormi. qua & Adrian. vitur, reprobant Imola colum. 21. & Felin. numer. 3. in dict. cap. vlti. de praescript. Rursus idem Adrian. quod lib. 6. articul. tertio aliter

4 Caesareas, & seculares leges intellexit, scribens, eas constitutiones in foro tantum seculari seruandas in hunc sensum, vt ille contra quae praescriptum fuerit, minime audiatur in iudicio à seculari iudice: imò eidem getur a liq

& ius nequaquam reddatur. Et enim ad reipublicæ utilitatem possunt humane leges negare actionem, & ius ad petendum id, quod iuste, & lege iustitiæ debetur: & id quidem ob vitandas lites, ob vitandam hominum ve- cordiam, ac negligentiam. Sic deceptas intra iusti pretij dimidiam, apud iudicem exteriorē nullam actionem habet ad petē- dum id, quod ratione deceptio- nis illius re ipsa conungentis ve- rē, & recto iustitiæ tramite sibi debetur. Siquidem eidem à legi- bus humanis actio negatur, ob effugrandam litium multitudi- nem: quemadmodum ipse pro- baui libr. 2. variar. c. solutio ca- pitulo quarto numero. 11. Ea- dem ratione leges humane pacto nudo actionem ad obtinen- dum & exigendum, in iudicio pecuniam promissam negarunt, & tamen promittens lege iusti- tiæ, & sub reatu mortalis crimi- nis tenetur promissum seruare. capitul. j. de pact. quod & nos adnotauimus in capit. cdm in o- ficij. nu. 10. de testamen. sunt & plura ex legibus humanis his si- milia. Igitur præscribens mala fide secundum Hadri. post ip- sam præscriptionem non potest in iudicium adduci, nec ab eo res præscripta peti: manet tamē ahuc in conscientia iudicio, at- que in foro Canonico verē debi- tor, & tenetur rem omnino resti- tuere: quæ quidem sententia cō- uenit primæ opinioni, quam te-

tulit gloss. in dict. cap. vit. de pre- script. Hac verō concordia tantū- sime impobatur à Fortunio in dict. tract. de vltim. sin. illat. 1. sunt enim distincta, quæ paulo- antè de legibus humanis tradi- dimus. Aliud siquidem est, actio- nem negari à lege humana ob aliquam causam, quæ abique villo dolo conuenit: vel ob de- fectum solennis stipulationis à legibus requisitæ ad promissio- nis cautionem: aliud fomentum à lege exhiberi ad occupandas res alienas: cum mala fide, & ma- xima conscientie læsione: nem ad detinendū id, quod quis sit verē alteri deberet: & iuxta legū humanarū sanctiones reddere tenetur. Quorum prius est ad utilitatē reipublicæ permissi pos- sit: posterius tamen nulla ratio patitur, quod id in Christiana reipublica to' eretur. Quam ob- rē illud opinor certissimū esse, & ita quidem in praxi seruandū fore in vtroque foro, quod nulla præscriptio, nec in realibus, nec in personaliibus cū mala fide ad- mittatur: ex quo plura deducū- tur simul & ex verā legū secula- rium interpretatione.

¶ Primum: leges ciuiles, & secu- lares permissæ præscriptionē cū mala fide, vel actionū realū, vel personalū iure Pontificio antiquatas, & correctas esse: ita quidē, vt nec in foro seculari ter- wandæ sint.

¶ Secundō, ex præmissis deducū- tur per leges has seculares, etiam si- loret

tent admittēdæ: debitores, aut rerum alienarum possessores, minimē titulū, aut ius aliquod consequi, quibus ex ratione re- ctæ iustitiæ liberentur à resti- tutione eius, quod vel alienum est, vel alteri debetur. Etenim quāuis lex humana hac in spe- cie iudicalem exactionem pro- hibeat, & repellat: nequaquam tamē ius tribuit possessionem, nec debitori ad rei alienæ acquisi- tionem.

¶ Tertio inferitur, harū legū secularium decisiones præscri- bentibus, ac possidentibus pro- desse, vt in dubio non probata ab actore eorum mala fide, præ- sumatur in iudiciali foro bona fides: ea quidem præsumptio- ne, quæ sit iuris, & de iure, nec vllam admittat contrariā pro- bationem præter eam, quæ ex confessione aduersarij deduca- tur: iuxta communes omnium traditiones in materia præsum- ptionum. Sic sanē nō probata mala fide ipsius rei ad iudiciū vocati per ipsum actore, in du- bio præsumetur bona fides: probari autē mala non poterit aliter, quā ex cōfessione præ- scribentis: sicuti sensere Roma. in cont. l. 2. col. ij. Felin. in d. c. vlti. nu. vij. Hierony. Gratus in cōsil. 41. col. ij. Qui quidē esse- rit maximus erit: cū etiā si velit creditor aliter probare malā fidē, quā per cōfessionē debitoris, admittenda non sit probatio huiusmodi. Sac. l. c.

non ita expressim colligi hanc opinionē à Romano, & alijs, & præterea satis dubiū esse: licet ex eorum mēte deducatur. Quia licet præsumptio sit pro præscribente actionē persona- lem, quod bonā fidem habue- rit, nō tamen ita expeditū est, quod contrarium aliter quā per cōfessionem præscribentis probari non possit: maximē in præscriptionibus breuioris tē- poris, quā triginta annorū. E- tenim Roma. Felin. & Grat. lo- quuntur de statuto secundum quod non censetur præscripta actio personalis omnino: sed tā- tum sancitū fuerit, quod elapso decennio, stetur super solutio- ne debitæ pecuniæ iuramento debitoris: nam in eo casu existi- mant Roma. & alijs, posse con- trariū probari per confessionē debitoris, aliōve legitimo mo- do. Adhuc tamē quantum ad hanc illationē attinet, arbitror post cōpletam legalem præscri- ptionem actionis etiā persona- lis, præsumi bonam fidem præ- scribentis, ex eaq; præscriptis. Deinde constat, posse probari malam fidem præscribentis con- fessione. Quod autē possit ali- ter probari dubium est, & for- tassis ob auctoritatem legū se- cularium quibusdam pars ne- gatua venior videbitur: mihi ta- men tutius apparet, posse ma- lam fidem probari alijs legiti- mis probationibus præter præ- scribentis confessionem.

Relict. Didac. Couar. F

¶ Quarto, si post finitam præscriptionem legale ipse præscribens fateatur, pecuniâ solutam non fuisse: vel rem possessam alienâ esse semota præscriptionis vis licet non fateatur, se tempore præscriptionis lætam habuisse conscientiam, nihilominus præsumendum erit, ipsum malâ fidem habuisse: nisi ab eo bona fides probata fuerit, vel saltem aliqua iusta, & vrgenti præsumptione bonæ fidei, contrariam malæ fidei coniecturam euerterit.

¶ Quinto illud est adnotandum, etiam in præscribendis actionibus personalibus facilius bonam fidem præsumi in hærede debitoris: cum in iustâ habeat ignorantiam causam, an debitum sit solutum: atque idem hæres debitoris in dubio, allegans præscriptionem actionis personalis, absolvendus erit à petitione actoris iuxta leges seculares: secundum Philip. Cornueum in consil. 277. lib. iij. col. iij. Quo quidem casu bona fides præsumpta præscribentem defendit.

¶ Sexto leges seculares procedere poterunt, etiâ data mala fide præscribentis actionem personalem: non quidem quod ad ipsam actionem: sed quantum ad ius executionis paratæ, & summarie ipsi actioni adherens: hoc enim dicitur tollitur tempore à legibus definito, manetque actio persona lis, licet debitor malam fidem

habuerit. Nam ex hoc creditor non amittit pecuniâ creditam tantum ius illud summarie executionis datum à legibus, quibus & id tolli potest: sicuti adnotavit Francisc. Balbus in part. iij. part. princ. q. 14.

¶ Septimo ferè eadè ratione præscriptio actionum personalium iure optimo procedit quod ad utrumque foris, pontificium scilicet, & seculare, etiam cum mala fide præscribens: quoties agitur de actionibus à lege civilis inductis, & ab initio per eandem legem certo tempore definitione quadam restrictis. Si quidem eadem lex civilis ad illud tempus eas actiones concessit, ac retrinxit, etiam si reus malam fidem habuerit: quod itavsum est Paulo Castrensi in l. sequitur. §. si viam. ff. de viucapio. Panor. col. iij. & Feli. col. ij. F. rasis. Balbo in ij. part. iij. part. princ. q. 13. Ioanni Crotto in l. omnes populi. conclus. xj. ff. de iusticia & iur. & in l. nemo potest. fol. antep. ff. de leg. j. Nec tamè hoc excluditur actio de dolo, si is, qui actionem temporariam præscripsit, eo usus fuerit, sicuti sententia Panor. & alij. Et præter extincta actione temporaria, qualis est redhibitoria, quâ minoris, & similis, adhuc manet obligatio in animâ iudicio ad dani compensationem: iuxta distinctionem S. Thom. 2. 2. q. 77. arti. iij. loâ. Maior in iij. sentent. di. xv. q. 40. art. iij. Syluest. verb. Emptio.

Emptio. q. 19. & 20. Conrad. de contract. q. 54. Caiet. in d. arti. iij. Ioan. Medina de restitut. q. 34. quibus addit Cicero lib. iij. de officijs. & Valeri. Maxi. li. viij. c. ij. in prin. Nâ & hi tractauerunt, an teneatur venditor detegere vitia rei, quâ vendit. Apud Iuriconsultos idem tradiderunt. l. Iulianus in prin. ff. de actioni. empt. l. qui sciens. ff. commodat. regia l. 64. titu. v. par. v. Abb. in c. iniustum. de re rem permu. l. j. §. si intelligitur. ff. de edil. edict. l. pe. ti. v. part. v. Cinus in l. j. C. de edil. actioni. Abb. in c. c. contingat. nu. 24. de iure iur. Angel. & Roma. in l. si quis cum aliter. nu. 28. ff. de verb. obli. optimus tex. in l. que ro. ff. de actio. empt. Specula. in tit. de emptione. §. nunc videntur. vers. scilicet. quid si venditor. Ex quibus hæc in re deducitur congrua & iuridica resolutio: illud enim satis sit modò adnotasse, actiones istas quanto minoris, & redhibitorias, competere etiam contra eum, qui bona fide contractum fecerit. l. teneatur. ff. de actioni. empt. atque item tolli, & extingui tempore legibus definito etiam aduersus eum, qui malam fidem habuerit, secundum communem. Datur autem actio redhibitoria, quando emptor si sciisset rei venditæ vitia, eam nullo pacto emisisset: idèd agit in intra sex menses ad redhibitionem, vt venditio rescindatur omninò. l. re-

dhiliber. ff. de ædi. edil. l. ij. C. de ædilit. actio. l. sciendum. §. rem pus. ff. eod. tit. l. 65. tit. v. part. v. Quod si emptor empturus nihilominus foret: sed non tantum agit quanto minoris intra annum: quod in præcatis locis probatur. Quinimò si quis egerit redhibitoria, & succubuerit: aget deinde intra annum, quanto minoris. Bald. in l. pen. ij. col. C. de ædilit. actioni. Cremenfis singul. 164. & Catelli. Corta in memoriali. dictione, actio redhibitoria.

¶ Octavo, si rationem æquitatis obseruemus, illud verum esse constabit, præscriptionem actionis realis, vel personalis optimè procedere, etiâ cum mala fide præscribentis, quoties aduersus pœnalem legem præscriptio tendit. quam cõclusionem ipse tradidit in Epitome ad iij. libr. Decret. ij. par. c. vj. §. viij. nu. 17.

¶ Nonò, legum civilium, & secularium decisio, quæ approbat præscriptionem cum mala fide procedentem secundum quorundam opinionem, obrinet aduersus legatarium in fauorem hæredis. Nam & si hæres scientiâ habeat legati: poterit nihilominus aduersus legatarium non petentem rem legatam præscribere tempore legibus definito: non obstante mala fide: quæ admodum voluit Anchar. in reg. sine possessioe. fol. ij. col. ij. vers. itè intelligas. cuius sententiâ & nos post alios examina-

uimus. libr. j. variar. resolu. c. 9. <sup>6</sup> nu. v. Tandem iuxta resolutionem istam expendi poterunt leges seculares, quibus admissa fuit mala fides in præscribendis actionibus realibus, & personalibus.

¶ Decimo ex prænotatis deduci poterit, falsam esse Baldi opinionem. Is enim in d. c. vlti. de præscript. existimat, posse præscriptionem admitti, etiam si præscribes malam fidem habuerit: modò fiat lex, qua statuat, leges omnes præscriptione aliquam inducentes habere vicem, & vim consensu ipsorum priuatorum, qui legum laroribus subjiciuntur: quia in hac specie non datur mala fides propter consensum illius contra quem præscribitur. Hæc namque opinio procedere iure non potest: siquidem lex non potest consensum alicuius priuati inducere, ubi is absit, ac deficiat: nec potest humana constitutio ex hac fictione purgare conscientiam malæ fidei possessoris: cum syncera fides non simulata requiratur. Vnde hæc opinio Baldi merum commentum est, ac denique impostura, quædam minime admittenda, contra ius naturæ, & diuinum. Sic Ioannes Oldendorp. in libr. ij. variarum lectio. ritu. de præscript. ad fin. Bald. ciu. q. nouum inuentum iniquitatis infimulat.

¶ Vnde decimo, quoad leges seculares prætermittendum non

est, an Publiciana actio iure pontificio sit admittenda? Et quidem, ut Publiciana competat, exigitur etiam iure civili bona fides emptoris, & agentis eadem actione, tempore scilicet traditionis: ita quod crediderit tradentem dominum esse, vel habuisse ius transferendi dominium: quamuis ipse venditor, qui tradidit, malam fidem eo tempore habuerit. l. eum qui. §. Prætor. ff. de Publicia. glo. in c. Abbate sanè. in princ. de re iudica. in vj. alia in. §. sed ista. Instit. de actioni. Sed si emptor tempore traditionis non haberet bonam fidem, nec malam, imò dubius esset, minime competit ei Publiciana: secundum Bart. in d. §. prætor. eundem in l. Pomponius. §. si iustus. ff. de adquir. posses. Nam cum bona fides à lege exigatur, constat dubitatione non sufficere: quod probauimus superius in hac ij. part. §. vij. nu. ij. Hæc autem Publiciana, quæ iure civili datur, non obstante mala fide tradentis, minime tollitur ex constitutione & authent. malæ fidei. C. de præscript. longi tempor. decem vel vigint. annor. quia illa decisio ex mala fide auctoris non tollit præscriptionem, sed eam in longius tempus producit: ita quod, ut maiori spatio temporis sit peragenda. Igitur cum Publiciana tunc obtineat, & admittenda sit, cum præscriptio continuo tramite procedit,

procedit, constat non obesse Publicianæ mala fides auctoris tradentis. gloss. in dict. cap. Abbate sanè. Cuius opinionem doctores inibi sequuntur, & fatentur eam communem esse & veram, Alexander in dict. §. si iustus. colum. penultim. Balbus de præscript. ij. part. iij. part. principalis, q. viij. falso existiment, malam fidem superuenientem etiam iure pontificio non impedire Publicianam. Cæterum in hac materia est inter regias constitutiones. l. j. rit. 13. libr. iij. ordina. quæ statuit, rem immobilis possessam ab aliquo, titulo quidem & bona fide inter præsentem omnino præscribi: nec posse in iudicio ad eisdem rei restitutionem possessorem conueniri. Vidi profectò sæpè controuerti de illius legis viribus, & queri, cur ea in praxi recepta non sit. Et sanè ea lex deducta fuit à l. j. ritu. 9. ordinationum, & legum, quas tulit Rex Alfonso Aera Millesima trecentesima octuagesima sexta: sicuti apparet ex supra præscriptione dict. l. j. rit. 13. Rex verò Alfonso non tulit legem in eum sensum, quod res possessa per annum & diem, titulo & bona fide inter præsentem præscribarur: nec hanc decisionem induxit: sed præmisit, aliquot in ciuitatibus moribus, & forensi vsu inductum esse, ut possessor rei etiam immobilis inter præsentem per annum, & diem pacificus, non postea in

procedit, constat non obesse Publicianæ mala fides auctoris tradentis. gloss. in dict. cap. Abbate sanè. Cuius opinionem doctores inibi sequuntur, & fatentur eam communem esse & veram, Alexander in dict. §. si iustus. colum. penultim. Balbus de præscript. ij. part. iij. part. principalis, q. viij. falso existiment, malam fidem superuenientem etiam iure pontificio non impedire Publicianam. Cæterum in hac materia est inter regias constitutiones. l. j. rit. 13. libr. iij. ordina. quæ statuit, rem immobilis possessam ab aliquo, titulo quidem & bona fide inter præsentem omnino præscribi: nec posse in iudicio ad eisdem rei restitutionem possessorem conueniri. Vidi profectò sæpè controuerti de illius legis viribus, & queri, cur ea in praxi recepta non sit. Et sanè ea lex deducta fuit à l. j. ritu. 9. ordinationum, & legum, quas tulit Rex Alfonso Aera Millesima trecentesima octuagesima sexta: sicuti apparet ex supra præscriptione dict. l. j. rit. 13. Rex verò Alfonso non tulit legem in eum sensum, quod res possessa per annum & diem, titulo & bona fide inter præsentem præscribarur: nec hanc decisionem induxit: sed præmisit, aliquot in ciuitatibus moribus, & forensi vsu inductum esse, ut possessor rei etiam immobilis inter præsentem per annum, & diem pacificus, non postea in

iudicio conueniri: nec conuen-  
tus teneretur respondere: imò  
se defenderet præscriptione. Et  
tandem hac lege fori præmissa,  
quæ quidem habetur l.ij. titu-  
lo j. lib. ij. fori, ad eius inter-  
pretatione Rex Alfonso statuit,  
non aliter legem illam fo-  
rensem procedere, quã si pos-  
sessor titulum, & bonã fidem  
habuerit. Ecce qualiter Rex  
Alfonso noluit inducere legem  
nouam, nec eam statuere: sed  
fori leges interpretari. Idem, ni-  
fallor, fecerunt Catholici Reges,  
qui ordinationum regiarũ  
libros compilari iusserunt, &  
eisdem ordinationibus legum  
authoritatem dedere: alioqui  
mirum est, quòd vnica lege nõ  
quidem nouiter statuta, sed ab  
ordinationibus Alfonso Regis  
deducta, præter mentem veteris  
legislatoris, qui nihil tale cogitauit,  
voluerint tot leges Partiarum,  
& aliarũ ordinationũ de præscriptione  
tractantes tollere, & antiquare. Lex  
autem styli. 2. 42. refert forensis  
praxis vsum circa dict. l. interpretatio-  
nem. ac primũ quidem exigit,  
quòd ille, contra quem præscribitur  
in eodem oppido, vbi res est,  
habitationem habeat, vel afsiduũ  
commerciũ. Deinde hanc præscrip-  
tionẽ admittit, etiam quoad proprietatem  
si possessor titulum habuerit.  
Quòd si titulum non habuerit,  
refert, vsũ obtentum esse,  
quòd præscriptio anni, & vnus

dici profit quoad possessionem:  
salua tamen maneat proprietatis  
apud antiquum dominũ, qui eam  
in iudicio petere poterit. Hæc sanẽ  
ad intellectum d. l. tradidimus. Et enim  
satis constat minimẽ in iudicio  
admitti præscriptionem anni, &  
dici, etiam cum bona fide, & titulo:  
nec in rebus mobilibus, nec in  
immobilibus. Postremò aduersus  
hanc regulam iuris, quæ præscrip-  
tionem cum mala fide rejiciendam  
esse statuit, adducitur text. in c. j.  
de præscript. ex quo Episcopus  
partem alienæ diocesis triennio  
præscribit, sciens eam alienam  
esse. Nam ea præscriptio iniqua  
videtur præsertim inter prælatos,  
quibus maior recti, & iusti cura  
incumbit. Sed ad huius obiectio-  
nis solutionem erit omninò  
prænotandum, olim in concilio  
Mileuitano cap. 24. statutũ  
fuisse, quòd si quis Episcopus  
loca ad eius diocesim, & curã  
pertinentia, quæ à Catholica  
fide defecerant, ad monachos  
vicinis Episcopis per sex menses  
ab admonitione, in catholice  
fidei vnitatẽ reducere neglexerit,  
vicinus Episcopus, qui poterit  
ea ad catholicam fidem inducere,  
& induxerit, sibi ea loca  
adquirat: nec possit ab Episcopo,  
cuius ea loca prius fuerant, impedi.  
Idem repetitũ fuit in concilio  
Carthaginensi septimo, quod  
Gratianus appellat Africanum  
nonum. Cũ ta-

Cũ tamen in eo concilio Carthaginensi septimo fuerint ferre  
omnes recitati, & renouati  
Canonẽ diuersorum concilio-  
rum Prouinciæ Africæ: unde  
Anthonius Demochares in di-  
ligentissima illa ad omnia Gra-  
tiani decreta inscriptione tri-  
buit canon. placuit, vt quicun-  
que Episcopi. xvj. quæst. iij. Mi-  
leuitano concilio. Et potuisset,  
quod Gratianus insinuat, A-  
phricano tribuere. cap. 88. quo  
in loco eadem refertur constitu-  
tio, quæ in dict. canon. placuit.  
& cap. 14. Mileuitani concilij  
continentur. Rursus & illud  
constat, in eodem concilio  
Aphricano capit. 86. sancitum  
fuisse decretum aliud in hæc  
verba: Item placuit, vt etiam si  
quisquam post leges aliquem  
locum ad catholicam vnitatẽ  
conuerterit, si cum per trienni-  
um nemine repente retinuit,  
vlteriũ ab eo non reputatur.  
Quam quidem constitutionem  
Gregorius Nonus ex Aphricano  
concilio retulit in dicto cap. j.  
de præscriptionibus, ex quibus  
manifestum est, iuxta literalem  
sensum repugnantia in prædictis  
Canonibus statuta fuisse. Nam  
in dicto cap. j. triennium requiritur.  
Et tamen in dicto canon. placuit.  
xvj. quæstio. iij. sex menses  
sufficere, decisum extat. Ego  
etsi videntem Hostien. & doctor.  
in dicto cap. j. non satis exactẽ  
rem istam perpensis, opinor ta-

men hunc esse verum prædictorum  
canonum sensum, vt Episcopus,  
qui voluerit locum ad alterius  
diocesim pertinere, & à fide  
catholica segregatum, ad ecclesie  
vnitatem reducere, prius ad-  
moneatur verum illius loci  
Episcopum, vt eum locum  
religioni restituat: si verò  
is id facere, aut curare intra  
sex menses ab admonitione  
neglexerit, alter, qui eum  
monuit operam dare, vt locus  
ille ad vnitatem ecclesie redi-  
gatur: atque ita restitutum,  
si eundem per triennium à  
die conuersionis pacificè non  
repente proprio Episcopo  
possiderit, postea locus  
repetitioni nõ datur: imò  
locus hic catholice fidei  
restitutus manet penes  
restituentem. Sic sanẽ  
Canonẽ hi conciliantur: nam  
sex menses à concilio  
Mileuitano præfiniti, à die  
admonitionis currere  
incipiunt, & datur ad  
hoc, vt constituarur  
verus, & proprius  
Episcopus n̄ mora, ac  
negligentia: ex quibus  
alteri liberũ sit, illius  
loci ad catholicam  
fidem reductionem  
procure. Triennium  
verò, cuius meminit  
text. in dict. c. j. à die  
reductionis incipit,  
& datur Episcopo  
vero illius loci patro-  
no ad ipsius repetitionẽ.  
Hunc sensum colligo  
ex glo. Hostien. si,  
& alijs in d. c. j. tametsi  
quædam ipsi addiderint,  
quæ mihi nõ probantur.  
idẽ intellectus de ducitur  
ex eodẽ concilio. A. l. r. i.

cano cap. 86. dum inibi dicitur: Placuit, vt quicumque post leges, locum ad catholicam fidē, & cetera. Hæc enim verba: post leges: etiam si omiſſa fuerint à Gregorio I X. ego ſic interpretor: id eſt, poſt leges admonitionis ſeruatas, vel poſt leges admonitionis: & poſt conuentionem, & admonitionem factam Epifcopo, ad quod locus ille pertinebat: quemadmodum legibus eiufdem concilij, & Mileſitani decretum fuerat. Fortaſſis text. in d. c. j. de præſcript. & in c. 86. concilij Aphricani, planè procedūt, vbi Epifcopus vicinus locum alienæ diœceſis à fide Catholica alienatum, nõ requiſito proprio Epifcopo ad vnitatē ecclēſiæ reducere curauerit, & reduxerit: hoc enim caſu triennium ſufficit ad præſcriptionem illius loci. At ſi monitio præceſſerit, tunc ſufficiunt ſex meſes ad conſtituendū in mora propriū Epifcopum: ita quidem, vt ſi eum locū alienus paſtor ad vnitatem ecclēſiæ duxerit, nõ teneatur Epifcopo, ad quem prius pertinebat, reſtituere. Hinc verū eſſe opinor, quod modò adnotabam: nēpè ſex meſes incipere à die monitionis: triennium autem à die conuerſionis: etiam ſi glo. in d. c. j. hæc aliquantulum obſcurè explicauerit, ſentiens triennium incipere à die admonitionis. Hanc verò præſcriptionē hominum canonū interpretet cum

ſcientia rei alienæ, & ſic cum quadam mala fide ex eo procedere cenſent, quòd de fauore fidei hic tractetur: vnde vt qui ſemel Catholicam fidem dimiſere, eidem diligenter, & ſedulo reſtituantur, obtinuit prædicta præſcriptio, quæ verè malam fidem non habet, quantum adſit rei alienæ ſcietia: quia legibus canonicis ex cauſa iuſtiſſima permittitur loca ad alium pertinentia occupare, & retinere. Verum horum canonum decifio iuſtificatio maxime ex eo, quòd Epifcopus negligens reſtituere Chriſtiane religioni loca ad eius diœceſim pertinentia, & quæ à fide Catholica diſceſſerunt, videntur ea deſerere, aut habere quaſi derelicta: atque idè mirum non eſt, ſi acquirantur alteri Epifcopo, qui ſedulo conuerſioni operam dederit. iuxta notat. in l. j. & ſequentibus. ff. pro derelicto. His accedit text. ſingularis. in l. locorum. C. de omni agro deſert. libro vndecimo & in l. qui agros. eodem titulo. Quibus reſponſum eſt, quòd ſi quis prædium tributarium reipublicæ excolere neglexerit, nouiſque cultor, & agricola id colere curauerit, poſt biennium ſibi acquirat nouus hic cultor veteri excluſo, cui biennium iſtud datur à lege ad repetendū prædium, quod videtur quaſi dereliquiſſe. Nec quicquid obert ſcientia noui cultoris, qui alie-

qui alienum prædium occupauerit: quia enim id prædium ſit reipublicæ tributarium, deſertumque fuerit à cultore veteri, præſumitur quaſi derelictum: & in fauorem reipublicæ permittitur cuiſlibet prædium colere: qua ratione bonam fidem habet nouus colonus autoritate diſt. l. qui agros. cuius vltra Barto. ibi meminit Iaſon in §. omnium. de actioni. nume. 72. Eamque Caſarcam reſponſionem ferè omnes intelligunt in prædijs tributarijs principi ſupremo, vel reipublicæ habenti ius ſupremi principatus, ſicuti notant Angel. & Arcun. in l. ſi de eo. §. ſi fortè. ad fin. ff. de adquiren. poſſeſſ. quidquid Barto. ibi dixerit. atque hæc quidem adnotatur ex diſt. l. qui agros. quam & Corſer. commendat in ſingul. verb. occupatio ex l. locorum. aurem deducitur intellect. ad l. qui agros. vt ea pro cedat nulla præmiſſa admonitione: etenim tunc requiritur biennium. Quòd ſi admonitio præmiſſa fuerit, ſex tantum meſes habet verus colonus ad colendum & repetendum prædium, quòd incultum dimiſerat. text. ſingu. in d. l. locorum. à cuius reſponſo poteſt maximam rationē habere interpretatio ſecunda, quam ſuperius expoſui mus ad text. in diſt. c. j. de præſcript. cum alijs canonicis ſimilibus. In ſumma illud eſt obſeruandum, quòd mala fides

minimè datur, nec admittitur in præcitatæ canonibus, nec admitteretur etiam fauore fidei, quæ ita à ſummo, piſſimò que Jeſu inſtituta eſt, vt nulla ex parte opus ſit, peccatum, & crimen admittere, nec permitteñdū ſit ad eius deſenſionem. Quæ enim, obſcuro, vtilitas fidei, vt religionis Chriſtiani tractari poteſt, ſi Deo eius inſtitutori offeñſa fiat? profectò nulla. vnde dicendum eſt in diſt. canonicis præſcriptionem admitti cum mala fide fauore catholice fidei, religionis Chriſtiane. Nam etſi præſcribēs habeat ſcientiam rei alienæ, non omnino ex hoc malam fidem habere videtur: modò rem alienam legis autoritate iuſtis ex cauſis capiat, vt quæ à domino deſertam, vel quaſi derelictam ſibi adquirat.

Ex §. ſequenti.

- 1 Interruptio præſcriptionis, qualiter diſtinguatur ab alijs ferè ſimilibus terminis?
- 2 Mala fides quocumque tempore ante perfectam præſcriptionem contingens, interruptit præſcriptionem.
- 3 Bona fides quo tempore ſit neceſſaria ad præſcribendum: & inibi locus Dni inſigniter viſioſus, emendatur.
- 4 Cimilis interruptio, quæ ſit? Et ibi eius vires explicantur.
- 5 Præſcriptio contra romanam ecclēſiam nõ interruptitur per ex-

communicationē à romano pon  
tificē latam die Iouis sancti.

- 6 Actio temporalis, qualiter perpetua fiat?
- 7 Prescriptio semel interrupta, cessante interruptione, iterum noua potest institui, & continuari.
- 8 Regia Taurina l. 65. examinatur.

§. Duodecimus.



**M**NIBVS his quæ ad præscriptionē iam præmissimus fore necessaria, examina-  
tis, illud est expeditum, quod ad interruptionē præscriptionis spectat. † Sunt etenim hæc in re, quæ distinctam habent cognitionem: & ea quidem ita prænotantur, à iuris vtriusque interpretibus, vt sciamus, quandoquæ præscriptionē non curere, nec procedere: quandoquæ eam cessare ac dormire: quandoquæ interrompi. Non procedit, nec currit præscriptio, quoties ob malam fidem, similēve causam non incipit, nec incipere potest. Dormit, & cessat, quoties semel incepta præscriptio aliquo tempore intermittitur: vt in ea, quæ contra ecclesiam ante vacationem, & pastoris obitū procedebat, siquidem vacante ecclesia, & ea præscriptio: ac demum electo prælato, quæ prius inceperat, continuatur: sic sanè tempus vacationis ecclesiæ subdeducitur.

Interrumpitur autem præscriptio, cum omnino extinguitur aliqua ex causa: licet iam coepisset procedere. Hæc colliguntur ex glo. in l. cum notissimi. §. sed & si quis. verb. innouatur. C. de præscript. 30. vel 40. anno. & in cap. illud. & cap. ex transmissa. de præscript. De interruptione quædam hæc breui compendio trademus, tantum ad quædam nostri instituti maiorem enucleationem. Interruptio præscriptionis quædam est naturalis: quædam civilis. Naturalis interruptio contingit, cum deficit aliquid ex his, quæ necessariò ad præscriptionem requiruntur. Nempè vel possessio, vel bona fides, vel titulus. Civilis verò interruptio fit, quando actus aliquis acciderit, qui ex lege civili interruptionem inducat. patet isthæc distinctio in dict. c. illud. vbi glos. & in dict. §. sed & si quis. verb. innouatur. † Bona fides adeò ad præscriptionē est necessaria, quòd minimè sufficiat præscriptionē bona fide captā esse: nisi & ea toto præscriptionis tempore à præscribente habeatur: sicuti ex regula ista colligunt Dinus & doct. Bart. in l. naturaliter. ij. colum. ff. de vsuca. Abb. & alij in cap. vltim. de præscript. Balb. de præscript. ij. part. iij. part. princ. q. vij. idcirco l. ij. C. de vsu. cap. transfor. quæ ab initio tantum præscriptionis bonam fidem exigit: nec eam accedente mala fide

mala fide periclitari statuit: iure pontificio antiquata cense-  
re. idemque dicendum est de l. sequitur. §. de illo. ff. de vsuc. l. bonæ fidei. ff. de adquir. rer. dō. min. regia l. xij. titu. 29. part. iij. tamen iuris civilis in hoc meminert glo. in hac reg. Dubitari tamen solet, an semel cõpta præscriptioe à bonæ fidei possessore, mala fides postea contingens ita præscriptionē interrumpat, vt etiam recedente hac mala fide, possit possessor bonam fidem iterum habens præscriptionem cõptam cõtinuare: vel omnino cõpta præscriptio interrupta sit? Et quibusdam videtur malā fidem post cõptam præscriptionem contingentem, non interrompere præscriptionē: sed eam durante eo vitio suspendere, vt tandem si vitium id cessauerit, præscriptio cõpta cõtinuetur, vta tuncque præscribens accessione prioris temporis. huius opinio nis auctores sunt glos. vlt. in ij. quest. Innoc. & latè Felin. col. pen. in d. c. vlt. de præscript. vbi lmo. eandem probat sententiam, quam sequitur asseueras eam communem esse Balbus ij. part. vj. part. princ. q. iij. idè admittere videtur Adri. quodlibet. ij. vers. ad primam confirmationē. Quin & ipse Dinus in hac reg. nu. 13. non dicit malam fidem interrumpere præscriptionem: sed eam impedire. vn de illud fortasè censit, quòd

interim durante mala fide præscriptio dormiat, & cesset, vt tãdem bona fide accedente continuetur. Ego sanè hæc opinionem falsam esse censeo: atque iure veriùs esse opinor, malā fidem interrumpere omnino præscriptionē, eamque extingueret idcirco cessante mala fide, bonaque accedere, necessariū erit iterū ab initio præscriptionem incipere, nec erit locus accessio ni prioris temporis: cū id mala fide accedente omnino extinctum sit. Huius sententiæ veritas constat: quia mala fides verè & naturaliter interrompit præscriptionē: interruptio autè inducit necessitatē incipiendi nouam vsucapionē iuxta communem omnium traditionem in d. c. illud. atque idè malā fidem post inceptā præscriptionē contingentem, non tantum præscriptionē impedire: sed & extinguere omnino, ita, vt etiã accedere bona fide nō possit prior præscriptio continuari: sed sit opus noua, & integra præscriptione. asserunt Hostien. Bald. Ioan. Andr. Cardinal. Anton. & Abba. in dict. capi. vlti. Syl. uester verbo, præscriptio. j. §. iij. ad finem idem tenet Claudius in dict. l. naturaliter. numer. xj. Et inibi Ioann. Hannibal num. 148. Nam & hi doct. expressim tenent Hostien. opinio. vbi præscribens post cõptā bona fide præscriptionē habet rei alienæ scientiam eo modo

quo in mala fide constituitur. Quasi opinio prior procedere possit, quoties scientia rei alienae ita leuis est: quod mala fidem non inducat: quod in controuerfiam minimè incidit: siquidem tantum hinc tractamus de mala fide: idcirco si mala fides non accesserit, nulla est hac de re disputatio. fit igitur posteriori sententiam veriorum esse: nec ipse certum habeo, quod prior fit magis communis. Ceterum

3 bona fides secundum iuris ciuilibus responsa tempore traditionis regulariter necessaria est. l. si aliena res. in princ. ff. de vsucap. l. si is pro emptore. §. vltim. l. sequitur. §. de illo eod. titulo. l. ij. ff. pro emptor. l. existimans. ff. pro soluto. Quibus in locis communi omnium consensu excipitur à regula contractus emptionis, in quo vt ab eo procedat prescriptio, bona fides exigitur tempore contractus, & tempore traditionis. Eandem resolutionem tradidere glossa & doct. in l. Celsus. ff. de vsucap. Barto. & doct. in d. l. ij. ff. pro empto. regia l. 12. tit. l. 29. part. ij. Balbus de prescriptio. ij. part. ij. part. princip. q. vij. Dinus in hac regu. num. 36. cuius ideo mentionem fecimus, quod existimemus non satis explicuisse, quid in hoc articulo iure pontificio dicendum sit: ita enim scribit: Sed de iure canonico non requiritur bona fides tempore contractus in his,

quae de iure communi possunt possideri, cum sine titulo praescribantur, vt dictum est: sed tempore traditionis, & continuatae possessionis vsque in fine completae prescriptionis: vt patet per verba regulae. Haec tenet Dinus, sentiens praemissam iuris ciuilibus distinctionem, quam & ipse probauit, minimè procedere iure canonico in his, quae iure communi possideri possunt: quasi titulus necessarius non sit ad prescriptionem: & praeterea ius ciuile requirit bonam fidem tempore contractus in his tantum casibus, quibus titulus ad praescriptionem exigitur. Haec verò à Dino subintellecta ego non ita certa fore censeo, sicuti Dinus sensit. Nam vt alibi ostendimus, inter ius canonicum, & ciuile quod ad prescriptionis titulum nulla potest vera ratio differentiae constitui: nec item vllum adesse inter haec iura discrimen. Quo fit ita iure pontificio, vt ciuili titulum ad praescriptionem requiri. Deinde ius ciuile non semper requirit bonam fidem tempore contractus, etiam si titulus exigat. Etenim in alijs titulis, praeter emptionem ac venditionem satis esse statuit, quod tempore traditionis bona fides ad sit. tamen ius idè ciuile voluerit, in titulo emptionis bonam fidem adesse tempore contractus: tunc quidem, cum ad praescriptionem titulus necessarius sit. Quae obrem

ob rem quidquid scripserit Dinus, existimo distinctionem praenotatam in hoc versicul. ceterum adhuc iure pontificio admittendam esse: & ea ex causa distinguendum esse titulum emptionis à reliquis titulis, secundum ea, quae à Iulio Iuliano responsa sunt. Subdit & ipse Dinus: In his verò, quae non possunt de iure communi possideri, in quibus praescribendis requiritur titulus, dicendum foret, quod bona fides non requiritur tempore contractus, & tempore traditionis, & continuatae possessionis in titulo emptionis: in ceteris verò requiritur tempore contractus, & tempore traditionis, & continuatae possessionis: nisi post tempus contractus mala fide celebrati error facti probabilis interueniat, qui male fidei praecedentis suspicionem remoueat. Haec tenet Dinus. Cuius commentaria hac in parte maximo impressorū vitio laesa fuisse censeo: iure siquidem ciuili, & canonico quoties titulus ad praescribendum est necessarius, in emptionis titulo est item necessaria bona fides tempore contractus, & traditionis: quae admodum iure Caesareo, quod in hoc casu iure pontificio admittendum esse expulsum extat: & à canonibus additur tempus praescriptionis totius, donec ea perfecta sit. Quo igitur pacto fieri potest quod vbi titulus est ad praescriptionem necessarius iure ciuili & canonico, non sit item necessa-

ria bona fides tempore contractus venditionis? Et praeterea si iure ciuili in ceteris contra actibus non requiritur bona fides tempore contractus: sed sufficit quod ea detur tempore traditionis: ac iure canonico tantum adicitur tempus continuatae praescriptionis: cur obsecro Dinus in his titulis requirit bonam fidem tempore contractus, & traditionis, & continuatae praescriptionis? Quibus ex causis apud Dinum ita legendum esse opinor: In his verò, quae iure communi non possunt possideri, in quibus praescribendis requiritur titulus, dicendum foret, quod bona fides requiritur tempore contractus, & tempore traditionis, & continuatae possessionis: atque etiam tempore contractus, nisi post tempus contractus mala fide celebrati error facti probabilis interueniat, qui male fidei praecedentis suspicionem remoueat. Haec dinus. Et hoc vltimum iure etiam ciuili est necessarium: nempe quod mala fides cesset, nouaque ad sit tempore traditionis: cum alioqui praescriptioni locus non sit. Atque haec dicta sint de mala fide, quae praescriptionem interrumpit. Sic & possessio, quae omnino exigitur ad praescriptionem, quae admodum in hac relectione tradidimus, si ea deficiat quocumque

tempore ante completam & perfectam præscriptionem, vsu capio interrumpitur: qua de re hinc partim innotabitur: cum eam quæstionem latissimè examinauerint docto. in dict. l. naturaliter. & Balb. in 3. part. 6. partis principalis, in tracta. de præscrip. Fit item præscriptionis interruptio, si titulus deficiat: quod satis manifestum est, & traditur à Bartol. in dict. l. naturaliter. colum. 2. Panormitan. in dict. cap. illud. Franc. Balb. in eodem tracta. de præscript. 3. part. 6. part. princ. pa. vertic. tertio principaliter quæro. Nunc de civili interruptione agendum est, atque ad eiusdem articuli resolutionem præmittendum, † præscriptio num, quædam esse in odium tantum negligens inductam: vest ea, quæ mala fide iure Cæsarum admittitur ex triginta annorum tempore: quædam verò esse merè fauorabilem: nempe inductam à iure in fauorem tantum possidentis: qualis est vsucapio triennalis, quæ omninò fauorabilis est: itam autem esse præscriptionem mixtâ: ad est iure institutam in odium negligentis, simul & in fauorem possidentis. Et hæc est præscriptio decem, vel viginti annorum: quæ cum titulo, & bona fide procedit. sicuti explicat text. in capitul. placuit. §. potest. xvj. quæ. iij. cuius meminit in hac specie Iason in S. pœnales. Inst. de actionib. nume. 126. post alios, præsertim

Abb. & doct. in dict. capitul. illud. Est item mixta præscriptio ea, quæ absque titulo, bona tamen fide procedit ex tempore triginta annorum secundum Diuum, qui hæc optimè tradit in hac regul. nume. 8.

¶ Prima tamen de interruptione civilis sit conclusio. Præscriptio triennalis, quæ à doctores vsucapio dicitur, non interruptur, etiam litis contestatione: imò procedit, & perficitur durante lite: in qua possessore condemnato, fit rei restitutio. l. ij. §. vltim. ff. de vsucapio. pro empt. l. Iulianus. §. quantum. ff. ad exhibend. l. si post acceptum. ff. de rei vendicatio. ex quibus vnanimi omnium suffragio hæc opinio constituta est, in dict. l. naturaliter. & in dicto. capitulo illud.

¶ Secunda Conclusio. Præscriptio decem, vel viginti annorum, quæ partim est fauorabilis, partim odiosa, interruptur litis contestatione. l. mota litis. C. de rei vendicatio. §. potest. in dict. capitul. placuit. Bartol. & alij communiter in dict. l. naturaliter. colum. penult. Abb. & alij in dict. capitul. illud. vbi Felin. & Balbus in 3. part. 6. part. princ. Ioan. Hannibal in dict. l. naturaliter. nume. 344. plura hac in re tradidère. Præsertim est adnotandum, hanc conclusionem tunc obtinere, cum litis contestatio fiat apud iudicem competentem, & habentem cau-

§. 2.

§. & litis eiusdem cognitionem: sicuti visum est glo. in dict. cap. illud. & in dict. capitul. placuit. §. potest. vers. interrupta. & in capitul. vt debitus. de appellatio. quibus est & similis in l. penult. C. de stat. defunctor. quarum opinione sequuntur docto. partem Felin. in dict. capitul. illud. & Balb. in dict. tertia parte Ioannes Luptin cap. per verbas. 4. notabi. nume. 28. per text. in dict. l. penult. Hanc rem secundam conclusionem quidam veram esse opinantur, modò ipse agens in causa non succubuerit: eo enim succumbente, non interruptur præscriptio per litis contestationem: quasi ea vim, quam semel habuit, amiserit actore victo: sic sanè adnotarunt Felin. & Balb. post alios. p. oba text. opinus in l. euigenter. ff. de exce. rei iudi. idem asserit Socinus cõsil. 47. lib. tertio ad finem. Tertio eandem conclusionem ita intelligendam esse opinatur Abb. & quidam alij in dict. capitul. illud. vt procedat, quoties litis contestatio facta fuerit animo prosequendi litem. Nam litis contestatio alioqui hunc effectum interueniendi non habet: si actor nullum habens impedimentum litem omiserit, & eam desertam dimittat. glof. in dict. §. potest. vers. interrupta. quam sequuntur Roma. in l. si verò. §. de vi o. 34. fallent. ff. solut. mat. Capitius decisione. Neapol. 17. ex argumento sensus contrarij.

l. vlt. C. de præscriptio. trigin. vel quadr. annor. quo in loco glof. prima tenet contrarium, quam sequuntur doct. communiter: sicuti eam approbans asserat Francisc. Balb. in dict. 3. part. sexte part. principalis. Quæ quidem sententia venor appareret: tamen Felin. in dict. capitul. illud. nume. 10. mentionem fecerit glof. in dict. §. potest. dicens, eam esse auream: qui tamen dubitat, an ea vera sit.

¶ Tertia conclusio. Præscriptio triginta annorum, aut quadraginta, bona tamen fide procedens, non aliter interruptur, quam litis contestatione. Hæc enim præscriptio propter bonam fidem similis censetur præscriptio decem, vel viginti annorum: & mixta iudicatur: quemadmodum constat ex dict. §. potest. cuius auctoritate hanc conclusionem tenuerunt Abb. & Felin. colum. 2. in dict. cap. illud. Balb. in dict. iij. part. 6. part. princ. quæst. j. secundæ speciei: licet contrarium placuerit Antonio in dict. capitul. illud.

¶ Quarta Conclusio. Præscriptio merè odiosa, quæ mala fide procedit ob segnitatem, ac negligentiam alterius, sola citatione interruptur. Hanc conclusionem latè probant Bartol. & doct. in dict. l. naturaliter. & in dicto. capitul. illud. Balb. in dict. quæstione prima Iason in l. vltima. ff. de

eo per quem factum erit. textus optimus in dict. §. potest. & in l. cum nouisunt. §. imò. & in princ. C. de præscriptio. triginta annorum. atque idè erit in quacunq; alia præscriptione, quæ mala fide possit procedere, cuiuscunq; temporis sit. His adiiciendū est quod Felin. scribit in cap. cum non liceat. de præscrip. colum. vlt. existimans, † adertus romanam ecclesiam nullā procedere præscriptionem: quippe quæ quolibet anno interrumpatur per excommunicationem à romano pontifice de Iouis sancti ex bulla cœnæ pronuntiatā aduersus occupantes, & detinentes res ecclesiæ romanæ. Quod satis est singulare, si iure detendi possit. Ego hanc sententiam falsam esse opinor. Nam etiam si illa excommunicatio interumpere possit præscriptionem, id obuerteret quò ad malæ fidei possessores, quos romanus pontifex sententia excommunicationis notat. si quidem bonæ fidei possessores, qui et si rem ecclesiæ romanæ possideant, iuste tamen opinantur, eam propriam esse, minimè prædictis centuris afficiuntur. Quòd si dixeris Felin. sequutus, admonitionem iomani pontificis, etiam extraiudicia, ita interrumpere præscriptionem, sicuti eam huc contestatio interrumpit: cum ipse roma. pontifex sit iudex omnium maximus, nec habeat iudicem, coram quo age re, aut alterum conuenire de-

beat: quem admodum in hac pæcie ex illo text. deduxerunt Innocent. Ioan. An. I. Abb. colum. iij. Fel. col. penult. in cap. nihil est scādalo. de præscript. Aretin. in l. si feruum. §. sequitur. columa. ff. de verb. obligat. Petrus Petrus. in rep. cap. Si diligenti. de præscriptio. nume. 35. id procedit in speciali moratione, ipsius romani pontificis, qui speciali quataam requisitione, ac nominatim possessores admonuerit, ut res occupatas ecclesiæ romanæ restituant. cū ex hac admonitione cententur possessores in mala fide constituti: non sic erit dicendum in monitione illa generali, quæ sit per excommunicationem romani pontificis. Vnde opinio Felin. in dict. c. cū non liceat. dubia est, & mihi falsa videtur. Eamque reprobat Carol. Ruinus in consil. 37. nu. 12. & 17. lib. 4. Superest modo effectum interruptionis tradere: & † quidem in actionibus temporibus, quæ vel sex mensibus, ut redhibito: ia: vel anno, ut quæ to minoris: & alijs, de quibus in l. sciendum. in fin. & l. cum sex. ff. de A Edilit. edict. l. 65. titul. 5. part. 5. & in l. in honorarijs. ff. de actioni. & obligat. atque in omnibus actionibus, quæ triceimali præscriptione tolluntur, per litis contestationem sit earū perpetuatio ad quadraginta annorum tempus. l. vltim. C. de præscriptio. trigint. vel quadraginta. anno. Id. in traditur in l. vltim. in prin.

in prin. ff. de eo, per quem fact. erit. maximè per Iasonè inibi: & eundè in §. pœnales. de actio. ni. nu. 13. & Alex. in l. nam & postea. §. si is qui tēporali. ff. de iureiu. atque hoc ita receptum est iure perpetuatiōis. † Quid igitur respondendum erit. quous præscriptio interrupta exitit, an possit iterū cessante interruptione procedere, nouo quidem initio, siue sit interruptio civilis, siue naturalis? Bernardus enim in d. c. illud hanc 16. quæstionē omisit, alia hac in materia tradens. gloss. verò in c. j. q. iij. & in reg. sine possessio. ne. de regul. iur. in vj. & Anton. in d. capitul. illud. existimans, post civilem interruptionem non posse iterum ab initio præscriptionem procedere, nec incipi, ut tandè noua, & integra instituat. Quia mala fides inducta ex hac interruptione minimè patitur, quòd præscriptio procedat. qua de re tractauerunt glo. Bar. & Salic. in l. ij. C. de fruct. & lit. expens. etiā quò ad alios effectus. hanc opinionem gloss. in d. c. j. asserit commune esse Panor. in d. c. illud. nume. 25. Sed hæc opinio tunc vera erit, quoties ex hac interruptione mala fides adhuc per seuerat apud præscribentem: hæc autem quæstio, quam modo tractamus, proponitur in cocasu, quo bonam fidem habet, qui vult præscribere post interruptam præscriptionem

noua, & integra præscriptione. tandem in naturali interruptione constitutissimum est, quòd iterū possit noua, & integra constitui, & continuari præscriptio: nempe possessione semel amissa, iterum accedente. idem de titulo: idè de bona fide dicendum erit secundum communem in d. c. illud. text. optimus in l. penult. ti. 29. par. iij. At in interruptione civilis frequentiori interpretum suffragio receptum est, quòd in realibus, & personalibus actionibus semel interrupta præscriptio non possit iterum ab initio procedere, nisi tēpore quadraginta annorū perfecta fuerit. l. vlti. C. de præscrip. trigint. vel quadra. annor. vbi gloss. & Cinus, gloss. in l. j. C. de longi tempo. Abb. & Felin. in d. c. illud. col. v. text. opimus in l. j. §. j. C. de annali except. tradit Balb. in d. ij. par. vj. partis principal. q. iij. atque esse hanc opinionem communem fatetur Ioan. Hannibal in d. l. naturali ter. ff. de vscapio. numer. 370. verum Salicet. in d. l. vlti. & in l. cum notissimi §. imò. col. vlt. C. de præscript. trigint. annor. aduersus communem sententiam existimat, interrupta civili iter præscriptione in realibus actionibus, tantum requiri ad nouam præscriptionem decem annos ultra eos, qui ab initio iure ordinario si nulla contigisset interruptio, foret necess. Relect. Didac. Couar. G

farit. cuius sententia admitti poterit. Imò fortassis illud iure probari poterit, in actionibus realibus, & in rebus præscribendis semel interrupta præscriptione etiam civili interruptione, post iterum ea interruptione cessante, nouam præscriptionem institui, & continuari bona fide, & possessione, alijsque accidentibus circumstantijs, quæ iure ad legitimam præscriptionem requiruntur per id tantum tempus, quod nulla data interruptione, sufficeret ad præscribendum. Nam leges in contrarium pro communi allegatae, intelligendæ sunt, quoribus mala fides manet apud possidentem, vel præscribitur: tunc enim necessaria est noua quadraginta annorum præscriptio, secundum iura civilia, quæ iure pontificio in hoc sublata censeantur. Unde fortassis in actibus personalibus si verè præscribes habeat bonam fidem, mala enim præsumitur ex civili interruptione, idè erit. super quo maturius cogitandum esse censeo. Est præterea in hoc tractatu regia l. 67. Tauri, quæ palam statuit, et interruptionem præscriptionis factam quod ad possessionem, censi itidem habere effectum, ac factam fuisse quod ad proprietatem, & cõtrario. Cum tamen interruptio præscriptiois ratione vnus actus, non habeat effectum quod ad alium. cauditis. ad fin. & inibi

Panormi. & doctor. de præscriptio. Nihilominus regia constitutio elegans est: nec loquitur de naturali interruptione, sed de civili: habetque hunc sensum, quod mota lite quoad iudicium possessorium, non tantum fiat interruptio præscriptionis quoad possessionem super qua controuertitur, sed & quod ad proprietatem, quæ in iudicium deducta non est. Sic sane ex hoc interruptitur præscriptio, qua tolli poterat, & excludi remedium possessorium: item & ea præscriptio, quæ actionem ad proprietatem tempore possit extinguere. Ex contrario si aduersus præscribentem actum sit ad proprietatem, non tantum interruptitur præscriptio, quæ tolleret actionem realem ad proprietatem actori cõpetentem, sed & ea præscriptio, qua interdicta possessoria, quibus actor agere possit, extinguerentur. Hoc etenim conueniens est ex eo, quod in hac potissimum materia de præscriptionibus maximè coniuncta sit possessionis causa proprietarium absque possessione proprietas præscriptionis titulo acquiri nõ possit. illud verò nõ est præmittendum, quod si quis præscribentem in iudicium traxerit agens possessorio: & præscribens victus fuerit: certissimi iuris est, etiam quod ad proprietatem præscriptionem interruptam: cum possessio à præscribente auferatur:

auferatur: atque idè is continuare non possit præscriptionem absque possessione. regulæ sine possessione. de regu. iur. in sexto, nisi victus agens postea de proprietate rei allegauerit præscriptionem, & velit ad eius perfectionem uti eo tempore, quo pendente lite possedit: tunc equidem regia constitutio plane illi iustissime obijcietur. Sed si agens possessorio aduersus præscribentem in eo iudicio victus fuerit, ac succubuerit, & denique proprietatem in iudicium deduxerit: queritur an reus possit præscriptionis iure se defendere, ad eamque præscriptionem uti eo tempore, quo possedit post motam litem super possessorio: Et videtur non esse locum in hac specie regie constitutioni: siquidè ex litis contestatione non fit interruptio præscriptionis, cum actor succumbit: quemadmodum superius in hoc ipso paragrafo probauimus: & tamen vidi frequenter, nisi immemoralis præscriptio probetur, non admitti ad continuationem præscriptionis tempus, quo reus possederit post motam litem super possessorio iudicio, latamque in eo sententiam: quasi id sit consensum regie, & taurinæ constitutioni. Quod apud me dubium est. Hæc quidem de civili interruptione: nam naturalem interruptionem diximus non omnino pertinere ad

Tauri legem. Id verò probatur plane de interruptione procedente à defectu possessionis: ea etenim dubio procul & ad possessionem & proprietatem pertinet: nec illa constitutio huic aptari potest. At interruptio procedens à defectu tituli, vel bonæ fidei, etsi naturalis sit, fortassis conueniet prædictæ legi. interruptitur enim præscriptio proprietatis ob malam fidem: item ob deficientem titulum: & tamen interdicta possessoria, quæ lege, vel statuto temporalia sunt, ac tempore tolluntur, hac in specie præscriptione huius temporis absque titulo & bona fide, & denique mala, iure civili hac in parte minimè antiquato, extinguuntur: sicuti diximus de iure summarie executionis. Igitur iuxta legem regiam interruptio præscriptionis quoad proprietatem ex defectu tituli, aut ex mala fide, cum alioqui minimè præscriptionem aduersus interdicta possessoria interrupteret, ad hæc interdicta extenditur: atque idè horum interdictorum præscriptionem interruptum pit. Quæ de re adhuc oportet maturius pendere, ac diligentius cogitare.

Ex capite sequenti.

Vt scilicet, & præscriptio, an sine ratione iuxta legibus humanis introducta?

2. An ex præscriptiōe adquiratur dominium utile, vel directum, latissime disputatur.
3. Vſucapionem triennalem à longi temporis præſcriptione perperam diſtingui quoad dominij directi, vel utilis acquisitionem.
4. Intellect. ad text. in l. Si duo patro. ni. §. Julianus. ff. de iureiuran.
5. An per vſucapionem, vel præſcriptionem, etiam ſi ex eis tranſferatur dominium directum, fiat iniuria, aut derogetur iuri naturali?
6. Dominium utile acquiſitū præſcriptione maximus effectus habet.

## Tertia Relectio- nis pars.



**I** V I V S  
operis initio particia partitio nos iā admonet, vt vſucapiois vim, & effectum exponamus. Cuius rei controuerſia neceſſario deducitur ab ea queſtione, qua diſputari ſolet, ſitne iuſta lex, quæ vſucapionem inſtituerit in republica? cūm ex ea dominia ab vno in alium abſque conſenſu prioris domini, ſola humanæ legis autoritate tranſferatur. Hic tamen de præſcriptione, quæ mala fide procedit, minimè tractabitur, ſaltem

in ſpecie: ſed in genere de vſucapione, cuiuſq; iuſtitia agendū erit. Idcirco hanc proponimus cōcluſionē. † Potuit lex humana iuſtiſſimè dominium priuatū ab vno in alterū tranſferre vſucapionis, aut præſcriptionis ratione. Hæc probatur. Etenim humana lex poteſt ob utilitatē publicā dominium priuatū ab vno tollere, & in aliū tranſferre. Lex verò id agens ex cauſa vſucapionis maximā rei publicæ utilitatē aſſert, ac ſemper attulit: igitur conſtat quod in hac aſſertione conſtituimus. Atque huius argumētatiōis vltima pars, quæ ex prioribus rem deducit, manifeſta eſt. Maior verò propoſitionis pars ex eo apparet, q̄ lex humana eo tēpore, quo res omnes erant cōmunes ante particulare rerum occupationē, potuit eius ſola autoritate priuatis dominia rerū concedere & tradere: quod apertiffimè probatur à Cōrado de cōtrac. q. 9. & 11. Ergo eadē lex poſt illam diuiſionē rerū priuatis factam itidē poterit ex iuſta cauſa dominij vnuius, eiq; adquiſitum ab eo tollere, & in alterū tranſferre: quia non minor eſt legis poteſtas ad tollendū dominia præmiſſa cauſa utilitatis publicæ, nunc poſt rerū cōmuniū particulare dominij adquiſitionē, quàm fuerit tunc cūm omnia erant cōmunia, & indiuiſa, atq; autoritate legis facta fuē-

facta fuere priuata: habuit enim tunc lex auctoritate cōcedendi aliquot ex rebus communibus ob iuſtā cauſam aliquibus reliquis ab earū vſu excluſis. eadem ergo habet & nunc poteſtatē eandem res ab his, qui earum dominij habent, ratione publicæ utilitatis tollere, & alijs adicere. Deinde lex humana, quæ iuſta ſit, inter ſubditos vim habet ex eo, q̄ ſubditi conſenſerint in imperium & adminiſtrationē legiſlatoris: eadēmq; ratione ſubditi conſenſerunt in legē iuſtā à principe latā: quod ſatis manifeſtū eſt: idcirco lex iuſta, quæ vſucapioni vim dederit, eamq; induxerit, conſenſum habet tacitū omnij ſubditorū: qui quidē conſenſus tacitus ſufficiens eſt, vt virtute legis iuſtæ dominij ab vno in alterum abſq; conſenſu expreſſo tranſferatur. Minor huius argumētationis pars t̄git iuſtitiam legis inducentis præſcriptionē: nempe vtrū iuſtam habuerit legiſlator cauſam tranſferendi dominij ab vno in alterum ratione tēporis? Et quidē hæc iuſtitia cōſtat ab utilitate rei publicæ, cui cōuenit dominia rerū non eſſe incerta: item quōd lites, quæ aliqui frequentiſſimè cōtingerent, aliqua ex parte à republica exterminentur. Itē euidentiūſ oſtenditur, ſi paulō latius rem iſtā repetamus. Nā vſucapio in primis videtur refragari naturali æqui-

rati, cui cōuenit, q̄ nemo cū aliterius iactura fiat locupletior. Inam hoc natura. ff. de cōdict. in deb. l. iure nature. ff. de regu. iur. Tamen ex aduerſo obijciunt, eam æquitatē quandoquæ incommodam, & ſanè pernicioſam eſſe cōmuni hominū ſocietati, cui lege naturali omnes in ſeruire tenemur: cuiuſq; ratioe vt ea conſeruetur, paſſim leges humanæ inſtituuntur: quarū finis nō alius eſt, quā humani cōuictus, & humanæ cōmunisq; ſocietatis cōſeruatio. In hoc de ſocietate vſucapio inſtituta legibus humanis eſt, vt rei publicæ, cōmuniq; hominū ſocietati, conſultū ſit. Ea etenim ceſſante, incertus ſemper eſſet poſſeſſor, an res, quā ab alio emit, aliove titulo habuit, ſua ſit, necne. Quod minimè rei publicæ cōmodum eſt: imò dāmnū inferit. l. j. ff. de vſucap. q̄ ſi nullo tēpore certa ſint rerū dominia hominum cōmērcia facile intermitterentur: atq; inculti iacebunt agri, quorū cultura rei publicæ utilis omnino cēſetur: timens nāq; poſſeſſor nē quando dominus verus fundi, eum ſibi auferat, illius curā abijciat, & inculti manere ſinet, quæ ad modū ſcribit Theophilus in princ. Inſtit. de vſucap. Et præterea vſucapiois lex alia ratione iuſtificatur à Iuriſcōſulto in l. vlt. ff. pro ſuo. ergo inquit Neratius, vſucapio rerū conſtituta eſt, vt aliquis litij finis eſſet.

Sic & Cicero pro Cecinna, vsucapionē inquit esse finem sollicitudinis, ac periculi litii. His tandem rationibus introducta vsucapio minimē infringit regulā illam iuris naturalis, quæ cum alieno detrimento nos locupletari vctat, sed eam potius moderatrice ratione interpretatur, nē ab alia lege, quæ cōseruationem, & quietē communis societatis iniunxit, discedere retur. Sic legibus duodecim tabularū fundi, & agri biennio vsucapiebantur, cæteræ autem res anno tantū, cuius legis meminere Iustinianus in l. j. C. de vsucap. transform. Cicero libr. ij. Topicorū. Idem in oratione pro Cecinna. Plato itē libr. 12. de legibus, ad eius republicæ, quā p̄ se instituebat, regimen statuit, rem mobilē palām & publicē possessam, anno vsucapiri: si clam possideatur ea res, triennio quidem: & id in vrbe. At in agro palām quinquēnio occulte verō, decēnio vsucapiri. Laudat Cicero de officijs libr. ij. Aratū Sycioniū, quod is cū patriam suā tyrannide multis annis oppressam liberasset, exulq; rediisset, possessiones suas triginta iam & quadraginta annis obrēctas mouere, atq; exulib⁹ restituere idē iniquū esse censuit, q̄ tam longo spatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur sine iniuria. Hinc quæ sit, vt nulla Christiana res

publica sit, quæ proprijs statutis legibus vsucapionem mobilium, & immobilium rerum non probauerit: easque leges iustas esse ostēdit Scotus in ius. sent. dist. 17. & præter eum Conra. de contract. q. 15. conclusio. ne ij. & sequentibus. Thomas in quodlib. 12. q. 24. quorū opinio cōmunis est apud theologos: sicuti eam sequutus asserit Hadrian. in iij. sent. tract. de restitutione, eo capite, quo de præscriptionibus agit. Ex hac vsucapionis iustitia plura possent deduci: quorum aliquot, quia maiorem hæctenus habuerunt controuersiam, breui quadam resolutione subiiciam.

¶ Primum hinc faciliē, nisi fallor, expendi poterit ea quæstio, qua dubitari solet, an ex præscriptione adquiratur dominium directū, vel vtile? Nā frequentiori nostrarum sententia illud obtentum est, quod ex trienniali vsucapione transferatur dominium directum: at ex præscriptione decem, viginti, vel triginta annorū, tantum translatum sit in præscribentem dominium vtile, directum verō maneat penes illū, aduersus quem præscriptū fuerit. Hanc opinionē veram esse censent glo. in authen. nisi tricennalis. C. de bonis mater. gl. in l. traditionibus. C. de pact. & in princ. Insit. de vsucap. quas sequuti sunt Bart. & doctō in dict. authen. nisi tricennalis. &

ii præci-

in præcitatīs locis. Panormi. in rubr. de prescript. Idem in cap. Cæterum. de iudic. num. 20. & Dec. ibi nu. 17. Eandem sententiam fatentur communē esse vtsim veterisq; iuris interpretes. præsertim Iason in d. l. traditionibus. Fel. & Alciat. in d. rubr. de præscri. Francisc. Balb. in tract. de prescrip. ij. part. princip. ij. q. Areti. in dict. princip. Insit. de vsucap. Ioan. Hannibal in rubr. ff. de vsucap. n. 13. & probatur in l. si duo patroni §. iulianus. ff. de iureiur. vbi vtilis actio datur præscribenti. Idē in l. ad. ff. de aqua pluuiā arce. deinde præscribenti competit exceptio: ergo priori domino competit actio. l. super longi. C. de longi temp. prescriptio. l. si quis emptionis. C. de prescript. trig. vel quadr. anno. Quibus & alia ratio accedit, quod dominium iure naturali quæsitū, quodq; directū est, nō potest humana, & ciuili lege tolli. eas obligatiōes. ff. de capi. dimi. n. ergo per præscriptionē lege humana inductam non potest dominium istud directum tolli. his sanē autoritatibus, & rationibus potissimū hæc opinio cōprobatur: & itē autoritate Iurisconsulti in l. si quis diurno. in prin. ff. quem admod. seruit. vendic. vbi Iurisconsultus aduista seruitute inquit, vtilem actionē præscribentē habere ad ius seruitutis.

¶ Cæterum contrariam sentē

tiam, imō quod vsucapione decem vel viginti annorum dominium directū transferatur autoritate legis humanæ ex vsu, probare conantur Martinus, Petrus à Bella peritica, & Iacobus Butricarius in dict. authen. nisi tricennalis. gl. in summa. xvj. que est. ij. Faber, & Portius in princ. Insit. de vsucap. Alciat. in rubr. de prescrip. num. 33. & in lvt. sunt. ff. de verb. significat. Deci. in lvti. C. de edict. Diui Adria. tollend. col. j. Io. Igneus in l. j. §. domini. el. j. ff. ad Syllanian. Idem latius in l. contractus. ff. de regul. iur. numer. 130. cuius rationes aduersus Deci. defendit Rogeri. de Mota in l. traditionibus. C. de pact. nu. 94. Eandem opinionē fatentur veriore esse, & tenēt Eguinarius Baro Insit. de vsucapio. col. ij. Ioann. Corasi. in l. seruitutes. in iij. numero 13. ff. de seruitutib. Idem Corasius li bro. vj. Miscellan. c. 20. & Conrad. de contract. quæstio. 15. conclusio. ij. Quæ quidem opinio probatur ex eo, quod plurimum Iurisconsultorum testamento constat, vsucapione, & præscriptione dominium adquiri præscribenti. l. iij. ff. de vsucap. l. adquiritur. §. non solum. ff. de adquiren. rer. domi. l. traditionibus. C. de pact. auth. nisi tricennalis. C. de bonis mater. dominiij autem verbo directum est in dubio intelligendum. l. j. §. qui in perpetuum. ff. si

ager vectigal. cum potior sit adsumenda significatio in dubio. l. queritur. ff. de statu homini. l. domum. ff. de contrahen. empr. c. penult. de sent. excom.

¶ Secundo loco huic sententiae adspulatur ratio satis congrua. Lex etenim humana ex iusta causa habet potestatem transferendi dominium ab uno in alterum: sicuti modo probauimus: non tantum vile, sed & directum: quod negari non potest. alioqui dominium, quod in poenam criminis transferatur ab uno in alterum directum non esset, sed tantum vile: quod omnino falsum est. Igitur certum sit, humanam legem posse causam vsucapionis transferre dominium directum in prescribentem. Huius autem dominij directi translationem fecisse legem inducentem vsucapionem, & prescriptionem, satis apparet ex locis proxima ratione citatis. & praeterea, quia manifesti iuris est, auctoritate legis prescriptionis causa dominium in prescribentem transferri: nec distinctio alicubi in ea specie fit dominij directi ab utili: quod lex minimè indistinctum dimitteret, si voluisset tantum dominium vile in prescribentem transferri.

¶ Tertiò eadem sententia habet auctoritatè à lege duodecim tabularum: item à Iustiano Cæsare in princip. & s. j. de vsucapio. Quibus in locis pari-

ter statuitur acquisitio dominij ratione prescriptionis rerum mobilium, & immobilium: ad idque Iustinianus ex prescriptione rerum dominium acquiri, cum mentionem fecisset rerum mobilium, & immobilium: ergo ut par sit vsusque prescriptionis conditio, ob eandem legis parem, vnàqueque vtriusque determinatione. l. nam hoc iure. ff. de vulga. par est, quod dominium directum rerum etiam immobilium in prescribentem transferatur. Hæc eadem argumentatio fieri potest ex l. traditionibus. C. de pact. vbi paria censentur, quod dominium transferatur traditione, & vsucapione: & tamen palam est traditionibus dominium directum, non tantum vile transferri.

¶ Quartò aduersus communem opinionem vrger text. in cap. inter memoratos xvj. q. iij. quo in loco dominium acquisitum prescriptione, appellatur æternum. Sic & in c. clerici. ea. q. dominium hoc proprietatis dicitur, unde coniectare licet, & de ducere, directum dominium prescriptione acquiri.

¶ Quintò, ut partem istam iustiore esse ostendam, aut saltem minimè conuinci auctoritate tot doctissimorum virorum, qui contrariam magno conatu admittendam esse opinantur: libenter queram, quo iure hi doctores vsucapionem triennem distinxerint à longi temporis prescri-

scriptione ceteris ex trienniali directum dominium adquiri: non ita ex prescriptione longi temporis? Etenim si respoderint in vsucapione Iurisconsultum hanc conclusionem palam probare in l. iij. ff. de vsucapion. ut Dinus in hac regula. censet. nume. 10. profecto mirabor maximè, viros eruditioni insignes hac auctoritate sententiam istam probasse. Nam Iurisconsultus in dict. l. iij. non tantum tractat de vsucapione rerum mobilium. sed & de immobilium prescriptione: nam & hæc vsucapio dicitur. l. iij. §. si tu vi. l. si per errorem. ff. eod. titu. Nec vllibi in tract. de vsucapionibus Iurisconsulti, quorum responsa in Pandectas Iustinianus retulit, hanc distinctionem fecere. Imò ab eis rerum immobilium & mobilium prescriptio dicitur vsucapio: & à Cicerone, & alijs veteribus latina lingua authoribus, quorum dictiones, in his, quæ ad vsucapionem pertinent, non aliter sunt, quam hæc, quibus & Iurisconsulti vtuntur, nusquam metio fit rei immobilis prescriptionis sub alio nomine, & titulo, quam vsucapiois. Præterea licet non desint rationes, quibus moti legumlatores potius sent inducere, quod directum dominium ex vsucapione rerum mobilium adquiratur: vile verò tantum ex prescriptione rerum immobilium: nempe ob vilem

& abiectam rerum mobilium possessionem. l. peregrin. in principio. & l. si rem mobilem. ff. de acquir. possess. & quia facilius, ac firmitus res mobiles acquirantur. l. iij. §. Nerua filius. ff. de acquir. possess. tamen legislator ex his, & alijs rationibus statuit, minus tempus sufficere ad vsucapiendum res mobiles, quam immobilis: nec in qualitate dominij & distinctione directi, ab utili quidquam definit. imò pariter, cum vsucapio tam de mobilibus quam immobilibus sit necessaria accipienda, ex ea generaliter acquiri dominium sensuit in d. l. iij. tamen iam lege duodecim tabularum sancitum esset, minori tempore acquiri mobilia, quam immobilia. Nec distinctionem istam ita utilem, & maximè effectus tacuissent Iurisconsulti, si ea lege ciuili Romanorum alicubi facta fuisset. Non oberunt huic opinioni ea quæ contrariæ sententiæ auctores adducunt. † Et primò l. si duo patroni. §. Iulianus. ff. de iureiurand. Cuius hic est contextus literæ: Iulianus ait, cum qui iurauit fundum suum esse, post longi temporis prescriptionem, etiam utilem actionem habere debere. Hæc Iurisconsultus, qui variè à doctoribus intelligitur. Nam quidam arbitrantur, longi temporis prescriptionem in ea specie allegari ab eo contra quem iuratum est. Vn-

de qui semel iuravit ex aduersarij delatione fundum suum esse, habet ex iuramento actionem vtilem, non obstante quod aduersarius post hoc iuramentum longo tempore fundum possederit: quasi tunc non sufficiat longi temporis praescriptio, sed sit necessaria maior praescriptio perpetua actione per delationem iuramenti: atque non tantum habet qui iuravit actionem realem, quam priusquam iurasset habebat, quae perpetua fuerit per litem contestationem: sed etiam actionem vtilem ex iuramento, quae quidem actio perpetua est usque ad quadraginta annos. l. nam & postea. §. si is qui temporaliter. ff. de iureiur. de quo tractat regia l. 14. tituli. xj. Partita tertia. Hippol. in sing. l. 1. Rodericus Xuares in repet. l. post rem. ff. de re iudic. versic. considera vltimo, & singulariter. & secundum gloss. Paul. & Alex. in d. §. Julianus. ac Rodericum in d. versic. considera. locus hic Iuriconsulti, tractat de praescriptione iam coepta tempore dilationis iuramenti: vel de vsucapione post iam delatum iuramentum incipienda: quem sensum regia lex admittit: atque post alios Iason in dicto. §. Julianus. Potest aliter locus Iuriconsulti adsumi in eum sensum, ut interpretemur, post ipsam vsucapionem finitam, possessorem in iudicium vocatum opposita

exceptione, ac praescriptione longi temporis, iuramentum actori detulisse, cumque ex delatione iurasset. Habet enim tantam vim iuramentum ex delatione praestitum, quod aduersus longi temporis praescriptionem actionem vtilem iuranti acquirit: nec tantum extinguitur praescriptio, quo extincto actor habet pristina actionem directam iure dominij, sed & vtilem ex iuramento, si adquisit ipsi iurati. Haec quidem interpretatio, licet Iasoni non admodum placeat, cum in existimet non conuenire textui, deducitur a gloss. ibi in principi. & Bart. in §. si quis iurauerit. eiusdem l. si duo patroni. Tandem iuxta has interpretationes minime obstat Iuliani responsum opinioni, quae vltimo loco aduersus communem probauimus: nec communi sententiae ut fragatur. Quod si dixerit quis Iuliani sententiam procedere in praescriptione eius, qui iuravit ut sit sensus, quod his qui iuravit ex delatione alterius fundum suum esse, si postea praescripserit rem ipsam longo tempore, habere eum etiam vtilem actionem: quemadmodum eum text. intellexere Iacob. Butriga. Richard. Alberi. Bartol. & Iason: tunc ipse respondeo actionem illam vtilem dari ex iuramento, non ex praescriptione: nam de viribus iuramenti agitur in eo titulo, non de viribus praescriptio

scriptionis: idcirco inibi responsum est. post iuramentum habere iuratem, qui etiam ratione tituli iuramenti praescripserit fundum bona fide, actionem vtilem ex iuramento sibi delato, non tantum actionem directam ex praescriptione: huiusque responsi non est leuis effectus: sicut Iason post alios ibidem tradidit. Quamobrem potius probatur in dicto responso posterior opinio, quae prior. Mihi sane potius placet, quod in dicto. §. Julianus. praescriptio allegatur ab eo, qui iuramentum detulerat. Id enim magis consonum est Iuriscōsulti mentis, quam quod ab eo, qui iuravit, eadem non ita vtiliter proponatur: & iuxta hunc intellectum, si intellexerimus iuramentum praestitum fuisse post praescriptionem perfectam, oportet comma, & duo puncta post dictionem illam, Praescriptionem apponere. Item non obest text. in l. j. ad finem ff. de aqua pluuiarum arce. & in l. si quis diu turno. in principi. ff. quemadmodum seruit. amitt. nam in praedictis locis tantum tractatur de vtili actione pro vtili seruitute, aut quasi seruitute: non de vtili dominio: quae quidem distinctam habent rationem ex eo, quod in seruitutibus agatur de re incorporali, quae verè, & proprie non possidetur, sed quasi possidetur. l. seruus. §. in corporales. ff. de acquirend. re-

rum dom. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapio. Idcirco mirum non est, quod seruitus adquisita praescriptione, differat ab ea quae consensu domini constituta conuentione fit: & appellatur quasi seruitus, vtilemque actionem habeat. illa etenim, quae pacto, & conuentione fit constituta, proprie seruitus dicitur: at ea, quae vsu temporis fit adquisita, quasi seruitus appellatur: quippe quae non sit continuata propria, & vera possessione. Deinde leges omnes, quae praescribent exceptionem competere assuevit, non probant actionem eam non habere directam: nec ex eis constat, illum contra quem praescriptum est, habere adhuc post praescriptionem, actionem directam. loquuntur enim de exceptione intentionis & facti, cuius meminit gloss. in l. qui se debere. ff. de condictione. caus. dat. de qua & nos disputauimus in principi. huius relectionis. Vltima verò ratio prorsus est fragilis: licet ea vtantur Abb. in capitul. Cæterum. de iudic. numer. 20. & Deci. ibi numer. 17. ex leas obligationes. ff. de capitul. diuinit. dicentes, † legem humanam non posse per vsucapionem dominium directum à priori domino tollere, & trāsfere in vsucapientem, quia dominium directum competit iure naturali, cui lex civilis humana derogare non potest.

Profectò satiùs esset viris doctrina præstantibus his rationibus abstinere, quàm ita leuiter argumentari. Quid obsecro refert quò ad iuris naturalis ratione, quòd per vsucapionem dominium directum, vel vile potiùs adquiratur? cùm etiam vile tantum dominium sit sufficiens, vt iustè vsus ipsius rei, vtilitas & commodum liberè in vsucapietem sint translata. Deinde si lege humana nõ potest ab aliquo dominium directum auferri, non poterit nec in pœnam delicti rerum dominium directum à delinquente in principè lege humana transferrì: quod falsum est, & manifestè erroneù. Sic denique aduersus ipsum Panormi. & communem, nec per triennalem vsucapionem dominium directum lege humana posse adquiri: & tamen dubio procul id acquiritur. Nec video rationem congruam, qua probari possit, dominium vile non ita esse penes alicuius rei verum dominum iure naturali, sicut directum: quo fit, vt si directum sit iuris naturalis ita erit & vile. Maxime quòd & si fateamur dominum verum alicuius rei habere ius in ea, ac dominium naturali ratione & iure: id planè procedit, modò intelligamus dominium, sicut & libertatem ipsius hominis, quæ iure naturali competit cuique, subditum esse reipubli-

cæ, & eius administratoribus, qui ad vtile regimen subditorum possint legibus statutis dominium rerum, & de ipsorum subditorum personis disponere. In hoc enim palàm consensere hi, qui se reipublicæ & principibus subdidere. Hinc enim deducitur, ius illud naturale, quo dominium propria rei quis habet, quòdque dicitur dominium hoc à nomine auferendum fore, habere & assumere interpretationem ab alia eiusdem iuris naturalis ratione, qua obtentum est, homines ipsos, eorùmque res subditos esse reipublicæ, eiusque principibus, vt vtilitati cõmunitatis subseruiat: atque ita in his, quæ ad eiusdem cõmunitatis vtilitatem necessaria sunt, parere debent subditi, nec recusare possunt legum, vel principum imperia. Leges verò vsucapionem inducetes iusta ex causa, in totius cõmunitatis vtilitatem statuta sunt: idcirco in controuersia iniquitatis trahi non debent. & præterea possent dici dominia rerù non omnino esse distincta iure naturali, sed humano per particularem earundè rerù cõmunitati applicationem, de quo in reg. peccatum tractantes de venatione, disputauimus: quauis iuris naturalis principium sit, nemini faciendà esse iniuriam: nemini nocendù esse. & ea ratione res propria alicuius nõ est ab eius domino

dominio cù iniuria auferenda: sic etiam dominium per vsucapionem in aliquè trãslatù, iure potiùs quàm iniuria auferitur à prior domino: ex quibus patet responsio ad argumentationem. Nam etsi dominia rerum sunt iuris naturalis: & ea quæ sunt iuris naturalis humana lege non possunt auferri: non sequitur ex hoc præscriptione, aut vlucapione dominia auferri contra ius naturale: nec ex hoc ius naturale violari: quia id potiùs interpretationem adsumit à ratione moderatrice, quæ & ipsius iuris naturalis pars est. Igitur, quidquid Nostrates velint, ego cõstitutissimum esse propono, præscriptione quacunque, quæ, iusta lege probata, & instituta sit, dominium directum vsucapienti adquiri: nec penes priorem dominium id manere: atque ideo non solum præscribenti vtile dominium competere, sed & directum. Verum prior sententia, quæ sequenti suffragio recepta fuit, plures habet interpretationes, ac restrictiones, quibus etiam auctores eam perstringunt, & limitant. eas tradidit Felin. in rub. de præscriptio. Iason, & alij in dict. l. traditionibus. Idem §. omnium. de action. nume. 72. Ioan. Hannib. in dict. l. naturaliter. in repet. rubric. de vsucapio. nume. 84. & sequentibus. Ioann. Igneus in dict. §. domini. l. j. ff. ad Syllau. Præter hæc illud est adnotandum, quòd do-

minium directum non potest esse penes duos in solidum: & ideo iuxta communem sententiam dominium directum manet adhuc post præscriptionem penes ipsum priorem dominum: dominium autem vile acquiritur præscribenti. At secundum opinionem communi contrariam dominium directum acquiritur præscribenti: nullumque manet apud priorem dominum ex ratione l. si vt certo. §. si duobus. ff. commodat. Vnde si alicubi scriptum sit eum, contra quem præscriptum fuerit, dominium directum esse, id intelligendum est, olim, scilicet ante perfectam præscriptiobem: vt cunque sit, etiam si obtineat ea sententia, quæ habet, & dominium tantum vtile adquiri præscribenti: hoc tamen dominium vsucapione acquisitum verum dominium est, ac directò præfertur. glof. in l. si ædes. in j. ff. de seruitu. v. b. prædior. & in l. iij. §. ex pluribus. ff. de acquiren. poss. Bart. in l. j. & ibi Iason, nume. 57. ff. cod. titu. Sic & qui agit rei vendicatione obtinere debet in ea actio ne, si probauerit se rem illam, quam petit, legitime præscriptis se: secundum Specul. titu. de loca. §. nunc aliqua. versu. Quinquagesimo sexto quaeritur. Barto. in l. minor. §. j. colum. penult. ff. de euictio. Innocen. in capit. Cæterum. de iudic. col. j. pen. Felin. in rub. de præscrip. colum. 3. Abb. in capitul. cum contingat.

notab. 1. de decimis. Alex. conf. 90. lib. 2. colum. 3. Paulus Parisi. conf. 104. lib. 31. nu. 93. Bald. & Paul. Castren. in l. cum res. C. de probationi. Panormita. in dict. cap. Cæterum. colum. penul. Balb. de præscripti. 2. parte princip. colum. 3. quorum opinio cõmunis est. Quam ob rem illud sit absque controversia, hoc dominiũ vtile sufficẽs esse ad agendum, & obtinendum rei vindicationem, & ad exclu- dendum veterem dominum a- gentem ex directo, sicut & Ale- xan. in dict. §. ex pluribus. co. 3.

## Ex §. sequenti.

- 1 Præscriptio bona fide, & titulo pro- cedens tribuit præscribenti ac- tio- nem ad vendicandam rem ab ip- so veteri domino, & an idem sit in præscriptione bona fide abs- que titulo tamen procedenti.
- 2 Præscriptio, an det ius proprietatis præscribenti: & an ipse habeat rei proprietatem?
- 3 Vetus dominus rei præscriptæ ratio 3 ne domini directi poterit agere contra tertium possessorem, qui nõ habet causam a præscribente.
- 4 Præscriptione per in integrum re- stitucionem extincta, an sit nati- ua, vel data a domino, quæ veteri domino competit.
- 5 Dominium acquisitum per præscri- ptionem, an possit tolli per prin- cipem?
- 6 Dominus directus, an possit impedi- re confiscationem rei præscriptæ ob delictum præscribentis? His

etiam adduntur alij effectus d̄ domino directo procedentis.

## §. Primus.

**S**ATIS in initio huius terræ par- tis exposuim: cõ- trarias doctõ um sententias in ea quæstione, qua solet discuti, an dominium directũ adquiratur præscribenti: ac tandem osten- dimus frequentiori authorum consensu in eam esse opi- nionem, quod dominium direc- tum maneat penes veterẽ pos- sessorem: vtile tantũ præscri- benti acquiratur. Idcirco oportet expendere, quid operetur il- lud dominium directũ manẽs apud veterem possessorem: & quid referat vsucapienti adqui- ri dominium tantũ vtile, non directũ: subijciã enim aliquot huius disputationis vtilitates.

¶ Primum quidem, licet verũ sit, & saltem crebriori doctorũ sententia receptum, t̄ cum qui rem aliquam bona fide, & titu- lo decem, aut viginti annis vsu- ceperit, habere actionem reãẽ ad vendicandam eandem rem a veteri domino, contra quẽ præ- scripsit, qui que eam rem demũ finita præscriptione possidet. I. si quis emptio. in princ. C. de præscript. trigint. vel quadrag- anno. iuncta gloss. ibi, quæ hu- ius opinionis authores citant Ioan. & Bulgarũ: quorũ senten- tiã fatentur cõmunẽ esse Salic-  
ibi

ibi & Balb. de præscript. 2. part. 3. partis princ. quæstio. 6. colũ. 1. Attamen qui vsuceperit rem alterius triginta annis absque ti- tulo, bona quidem fide, habet actionem aduersus quemcun- que possessorem ad rei vendica- tionem, modò non sit prior rei dominus. Nam ab hoc non po- terit rem istam vendicare: idque procedit propter dominiũ direc- tum, quod manet apud ipsum priorem dominum, contra quẽ præscriptio processerat. text. optinus in dict. l. si quis emptio- nis. §. 1. iuxta opinionem gloss. quam sequuntur Iacob. Butrig. Bald. Angel. & Salicet. Quorũ opinio cõmunis est, sicuti Sal- y. ibi & Balbus in dict. quæst. 6. ex- pressim fatentur: eandẽ que sen- tentiam probat text. in specie in 2. l. 2. titu. 29. part. 3. Ego sanẽ, nisi regia lex hanc opinionem pro- baret, contrariam potius elige- rem, veramque esse censerem, secutus Placenti. Cinum, & Al- ber. in dict. §. j. ea præsertim ra- tione, quod præscriptio hæc tri- ennalis bona fide perfecta, ean- de vim habet, quã præscriptio decem, vel viginti annorũ, quæ eum titulo, & bona fide proces- serit. text. singul. in ca. placuit. §. potest. xvj. q. iij. Dinus in hac regu. nu. 9. Abb. in ca. illud. de præscript. colum. 3. Balb. in 2. parte princ. qua stio. 2. Idẽmque apparet in dict. l. si quis emptio- nis. §. j. ubi simile præfidium in- quit Imperator dari huic præferi

pioni ei, quod dederat in initio dict. l. si quis emptio. præscri- ptioni decem, vel viginti annor- um cũ titulo, & bona fide. Nec obstat text. in dict. §. j. vers. ita tamen. quia referẽdus est ad præ- scriptionem triginta annorum mala fide continuatam, quæ tan- tum acquirit præscribenti excep- tionem iure civili. Hanc item opinionẽ Placentini sequuti sunt Petrus, & Rainerius in dict. §. j. quorum meminit Alex. in dict. in conf. 238. lib. 6. colum. j. vltimo loco referens hanc sententiam, dubius tamen: sed & eam sequit- ur Corneus in conf. 14. colu. 6. lib. 3. Ex quibus non ita est au- hor iate doctorum hæc poste- rior opinio destituta, quod om- nino videatur improbata.

¶ Secundò, etsi verum t̄ sit, quod habens dominiũ vtile, & agens rei vindicatione possit in libello dicere, se dominum esse rei pctite, ac defendi possit ea libelli asseruato, intelligendo de vtili dominio secundum Bar. cõmunem in l. sed si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiu. Abb. in cap. Cæterũ. de iudic. nu. 20. tamen si habens dominiũ vtile dixerit in libello se habere proprietatem: talis libellus non procedit, nec attendendus est, nec defendi potest: quia ver- bum proprietatis, nusquam ac- cipitur obliquẽ, vt de quãsi proprietate intelligatur: au- thore Baldo, in l. cum res. ad finem. C. de probationi. cuius

opinio cōmuniter recepta vide tur ex traditis ab Alex. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de adquir. poss. colum. penult. defenditur que à Decio in dict. capit. Ceterum. nume. 17. aduersus Iason. qui in dict. §. item si iuraue ro. nu. 27. à Baldo discedit, leui profecto ratione. Errat etenim Iason, dum probare vult, emphyteuta libellum, quo se afferit proprietarium esse, defendi posse, si intelligamus ratione vt lis domini proprietarium esse. quod falsum est: habet siquidem emphyteuta vtile dominium de bilus profecto, quàm adquisitū per prescriptionem: nam illud non vincit directum: istud verò directo præfertur. nec emphyteuta dici potest quasi proprietarius: cūm quasi proprietas dicatur in rebus incorporalibus: capitu. vlti. de iudic. quam ob rem falsam esse censet Iasonis opinionem. & tamen itidem falsa est Baldi, sequaciumque decisio, dum ipsi existimant, non posse procedere libellum, quo is, qui præscripsit, agens rei vendicatione, afferit se proprietarium esse: siquidē iure optimo is libellus defenditur. Est etenim tex. in capitul. clerici. xxvj. q. ij. vbi dominium adquisitum per prescriptionem, proprietatis appellatum: vnde obiter si Bald. opinio admittenda sit, cūm censet dictionem istam, Proprietas, non accipi oblique, nec posse intelligi de domio vtili: sed om-

nino intelligendam esse de directo domio: infero ex dict. clericici. manifestè reprobari communem sententiam, quæ existimatione authorum definit, prescriptione dominium vtile tantum acquiri. At nihilominus ipse opinor dictionem istā oblique adsumi quādoquē pro qua si proprietate, quemadmodum constat in rub. de causa possessionis, & proprietatis. sub qua in ipsius tituli tractatu de quasi proprietate agitur.

¶ Tertio ab ipsa cōmuni sententia deducitur, quod vetus possessor dominus directus re. vsu capta, & præscripta, ratione domini directi penes ipsum remanens agere cōtra eum, qui non præscripsit, nec ius habet à præscribente: obtinet tamen, & possidet rem p. æscriptam: nec hic ea conuentus actione poterit excipere de iure præscribentis: sicuti respondent Dinus in hac regu. nume. 12. Petrus in d. Authen. nisi tricennale. quæ sibi sequuntur alij. & Balb. de præscriptio. 2. parte princip. 2. quæ. Quorum opinio communis est secundum Alciatus. in rubri. de præscript. nume. 30. qui censet hanc sententiam procedere, etiam si teneamus per prescriptionem acquiri dominium directū præscribenti: quia non inconuenit, quod dominium directum sit apud duos: apud vnum auctoritate legis, apud alium naturæ cuiusdem traditionis iura.

Idem

Idem repetit ipse Alciat. in l. traditionibus. C. de pact. quod apud me dubium est. Scio etenim idem dominium nō posse penes duos insolidum esse. d. lli. vt certo. §. si duobus. ff. cōmodat. Nisi dixerit quispiā dominium directum acquiri præscribenti ad effectū, vt is possit rem ipsam defendere etiam à veteri domino, & possessore, & eam vdicare ab eodem, & ab alio quocunque. Hoc autē ius domini directi non est penes alium, qui nullam habet causam à præscribente: idcirco conuentus is in iudicio actione reali ab eo, qui probat eiusdē rei dominium, nō potest allegare demum. illud extinctū esse prescriptione: cū reus iste nec præscripserit, nec ius habuerit à præscribente. Nō inficior adhuc difficilimè posse hanc opinionē defendi: si vera est conclusio, quam aduersus cōmunem probauimus. asseruerantes, dominium directum præscripti acquiri: non enim habet vllum ius agendi antiquus possessor: cui nō suffragatur l. si quis emptionis. §. j. de præscrip. trigin. vel quadra. annor. quia is text. procedit in prescriptione mala fide cōtinuata. Fortassis poterit obtinere hæc opinio Petri, & aliorū, inspecta quadam aquntate, quæ dicitur, veterem dominum, & possessore agentem rei vendicatione, minimè posse excludi ab alio, quàm à

præscribente, vel habente ab eo ius, & causam.

¶ Quarto hinc colligitur interpretatio receptæ cuiusdam sententiæ, qua obtentum est, actionem datiuam minimè transire ad hæredes, quāuis natiua bene transeat. glo. celebris in l. cum precario. ff. de precario. quam dicit peregrinam esse Iason in l. iurisgentium. colum. ij. ff. de pact. tametsi eā esse falsam probare conatur Fortunius in d. l. iurisgentium. ex eo quod cū à lege detur actio, nulla ratio dicitur, quin & ea ad hæredes transeat. l. à Titio. ff. de verb. obligat. Et præterea actio, cuius meminit l. quoties. C. de donatio. quæ sub modo ad hæredes transit: quod inibi apparet: & tamen datiuā esse cundem Bart. in l. j. ff. de actio. & oblig. probatur igitur actionem datiuam ad hæredes trāsire, contra prædictā gloss. conclusionem: qua verò præmissa inferitur, actionem competentem illi, aduersus quem fuerit vsucaptum & præscriptum, cōcessa contra vsucapionem restitutione in integrum, ad hæredes eius trāsire: quia natiua sit, propter dominium directum, quo nondum per prescriptionem fuerat priuatus antiquus possessor: quod in specie declarat Bartol. in l. vlti. C. ex quib. caus. maior. quem inibi doctores sequuntur, & Iason in §. rursus. de actionibus, numero 80. Relect. Didac. Cour. H

Hinc subinfertur, propter actionem istam natiuū, quæ per rescissionem competit, fructus etiam restitui ei, cui cõceditur in integrũ restitutio: quod minime obtineret, si actio foret datia: tunc enim fructus non restituerentur: cùm actio noua modò detur: sicuti Salic. adnotauit in l. vlti. col. penult. C. ex quib. caus. maior. cuius opinio quò ad partem vltimam mihi dubia videtur: ex ea enim sequeretur, quòd si actio omninò sublata per restitutionem in integrũ restituitur, nequam fructus erunt restituendi: quod est contra Jurisconsultum in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minorib. à quo satis aptè colligitur, cõcessa in integrũ restitutione, non tantũ rē ipsam, aut actionem restitui, sed & fructus. deducitur enim qui restituitur ad illũ statum, quẽ habuit ante lesionẽ perfectã. Hæc refert actionẽ omninò iam extinctam à lege dari beneficio restitutionis, vel natiuam restitui. hoc manifestè patet. Nam per contractũ, & spõ taneam traditionem titulo vèditionis trãsfertur dominium directum: nec apud venditorẽ manet: & tamen si venditor aduersus contractum restituitur, is habebit actionem ad rem ipsam, & ad fructus, cùm ante restitutionem nec directam, nec vtilem actionẽ haberet. Quin & contra Salicẽ.

vrget, quòd si quis nactus sit restitutionis beneficium aduersus vscapionem tricennale, quæ directum dominium trãstulit in vscapientem, nullo quidem iure actionis, nec dominij manente apud veterem dominum, & possessorem, restitutionis ratione res ipsa cum fructibus redditur: his ergo cõstat opinionem Salicẽ dubiam esse. Illud tamen ex hac disputatione deducitur, maximum esse discrimen, an rescissoria actio per prætoris restitutionem data, ac restituta, sublata præscriptione, detur, & competat domino directo, qui ante restitutionem directum habebat dominium, an nullum haberi rei dominium: quia priori casu datur actio directa, posteriori vtilis: nec par ius est vtriusque: imò dissimilimum: vt constat ex notatis per Barto. in l. j. ff. de actionib. & obligatio. col. iij. Iasonem in l. cùm fundus. §. seruum tuum. nu. xv. ff. si cert. quo in loco trãstat, vtilem actionem non habere priuilegia directè.

¶ Quintò hinc etiam patet, illum, contra quem sit præscriptum absque restitutione in integrum habere actionem rescissoriam, si verum est, quòd is habeat directum dominium. Nã si nõ retinet dominium illud directũ, restitutio necessaria est, vt actio rescissoria competat: iuxta resolutionem Bart. in l. in honora-

in honorarijs. ff. de actionib. & oblig. Salic. in l. vlti. C. quib. ex caul. maior. ij. col. Ange. in d. §. rufus. de actio. Sed hæc illatio non procedit ex eo, quia communis opinio Barto. distinctio nem reprobat: sicuti fateatur Iasonem sequutus in d. r. rufus. nume. 32.

¶ Sextò, ex his quibusdam placet, ¶ dominium acquisitũ per præscriptionem tolli posse per principem sine causa: quia vtile est, non directum. sic Bald. cen. suit in l. vlti. col. ij. C. sentent. rescind. non pos. quem sequitur Dec. in c. quæ in ecclesiãrum. de constitut. numer. 26. verum Felibi. numer. 49. tenet contrariam sententiã. Etenim quãvis modus acquirendi dominium hoc sit de iure humano, & illum modum princeps potest tollere: dominium tamẽ ex hoc iure acquisitum, iustũ cõsetur, nec illud poterit princeps sine causa tollere: nam maximam irrogaret iniuriã ei, qui rem acquisiuit lege humana, & iusta permittente: quod Felin. probat alios allegans, cui etiam patrocinantur, quæ eleganter tradit Fortunius in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthu. col. 32.

¶ Septimò nõ inutiliter inferitur, quòd licet alicui legatũ rei propriæ ipsius legatarij nõ teneat tanquam inutile: l. j. C. commu. de legat. & in §. si rē. institui. de legat. tamen si lega-

tarius rem præscriperat aduersus legatẽ, tenet legatũ, ac valet, vtilique censetur propter directum dominium, quòd manet penes ipsum testatorẽ, & propter alia, quæ superius commemorauimus.

¶ Octauò eadem ferè ratione hinc datur, & constituntur intellectus ad communem Iurifconsultorum conclusionẽ, quã traditum est, quòd testator legando rē alienam, etiam si ea sit hæredis, non transfert in legatarium dominium, secundum ea quæ adnotantur in l. j. C. cõmunia de lega. nos item explicuimus in cap. Rainaldus. de testamen. §. j. in princip. Nam si rem legatam hæres aduersus testatorẽ præscriptione acquisierat, trãsfertur in legatarium dominium illud directũ, quòd testator habebat: cui non præfertur dominium vtile hæredis, quia ipse tenetur ad legatũ.

¶ Nonò ab eadem radice cõstat, non esse inutile legatũ, etiam si extraneus ante aditam hæreditatem legatã rem vscue perit per præscriptionẽ: potest enim esse vtile ratione directi dominij secundum Bald. in l. j. C. commu. de legat. nu. 23.

¶ Decimò eodem iure defenditur quòd adnotauit Ripa in l. nemo potest. nume. 10. ff. de legatis primo, qui expressim, & in specie scribit, veterẽ dominum, & antiquum possessorẽ, contra quem est res iusta præ-

scriptione adquisita vsucapien-  
ti, posse eandem rem absq; pec-  
cato, & iustissimè retinere, si  
post perfectam vsucapionem  
ad eum deuenit. Hanc tamè  
opinionè ipse dubiam esse opi-  
nor. Etenim videtur, quòd te-  
neatur hic, qui modò rem pos-  
sidet, eam restituere vsucapien-  
ti, si verum est, ipsum ex huma-  
na, & iusta lege dominium eius-  
dem rei adhuc vtile tàsũ ad-  
quisisse. Nam si hoc dominũ  
eius proprium est, etiam in ani-  
mæ iudicio, sicuti Paragrapho  
sequenti probabitur, nulla ex  
causa iusta poterit ideo iniuito  
alter retinere.

¶ Undecimò ex suprascripta  
doctorum resolutione probari  
6 potest, q̄ dominium directũ,  
aduer us quem est vsucapum  
ex longo tempore, posse impe-  
dire confiscationem rei præscri-  
ptæ, ne ea fiat ob delictũ præ-  
scribiti: sicut posset illam rem  
iam vsucaptam ratione directi  
dominij à tertio possessore vè-  
dicare: quod in specie ita visum  
est Ioanni de Platea in l.vlti. ij.  
quæst. C. de bonis vacant. li. x.  
cuius opinio mihi dubia sem-  
per visa fuit. Nam licet domi-  
nus hic directus, cuius res præ-  
scriptione longi temporis ad-  
quisita fuit præscribenti, pos-  
sit illam à tertio possessore, qui  
nec præscripsit, nec ius habet à  
præscribente, vendicare: Fiscus  
tamen causam habet à præscri-  
bente, & succedit in ius præscri-

bentis: idcirco non poterit im-  
pediri ratione directi dominij  
confiscatio. Deinde alia ratio-  
ne iustissimè refellitur Plateæ  
sententia. is enim qui præscri-  
psit, poterat rem illà liberè alie-  
nare, sicuti iuris est apertissimè:  
confiscatio verò non impedi-  
tur nisi eo casu, quo non pote-  
rat criminis reus alienare libe-  
rè bona, quorũ confiscatio tra-  
ctatur. Bar. cõmuniter receptus  
in l. si finita. §. si de vestigali-  
bus. ff. de dam. infect. num. 12.  
quibus rationibus exillimo nõ  
posse Plateæ opinionem ve-  
ram esse.

¶ Duodecimò ex distinctione  
communis omni consensu rece-  
pta deducitur, trienali vsuca-  
pione actionem tolli ipso iure,  
ita quidem, quòd priori domi-  
no nulla competat actio ipso iu-  
re: secundum Felin. in cap. ad  
aures. de præscrip. numer. 4. ita  
metu longi temporis præscri-  
ptione actio ipso iure non tol-  
latur, sed ope exceptionis. text.  
optimus in dict. cap. ad aures.  
Et est communis opinio, vt te-  
stat Balb. de præscrip. parte.  
j. quæst. viij. qui & Felin. in dict.  
cap. ad aures. in specie asserunt  
posse nihilominus iudicem a-  
gentem ex officio repellere, ar-  
gumento deducto ex glo. in l.  
vbi pactum. C. de transactio-  
ni.

¶ Decimotertio hinc poterit  
perpendi pulchra decisio Baldi  
in cap. i. §. si quis per triginta.  
si de feudo fuerit contro. col.  
vlti. qui

vlti. qui autoritate Gulielmi  
de Cuncto in l. si quis emptio-  
nis. C. de præscrip. trigint. vel  
quadra. anno. q. ij. scribit, domi-  
num directũ, aduersus quem  
res est præscripta, posse ratione  
directi dominij eandem rem  
præscribere titulo pro suo, absq;  
que alio speciali titulo, si pos-  
sessionem rei bona fide obti-  
nerit. quam sententiã Balb.  
sequitur de præscrip. iij. parte.  
q. 12. atq; hic dubiò procul est  
huius controuersie insignis  
effectus.

¶ Decimoquarto, ab hoc di-  
recto domino, quod secundum  
opinionem cõmunem manet  
apud veterè dominum, & pos-  
sessoriẽ, inferitur, quòd si quis  
3 rem ab alio primò præscrip-  
tã, deum tempore legibus defi-  
nito præscripserit: & res illa ad  
tertium quendam possessore  
non habentem causam ab vl-  
timo præscribente pervenerit,  
& simul aduersus eum actionẽ  
ad iudicium deduxerint anti-  
quus eiusdem rei dominus, &  
possessoritem is, qui rem pri-  
mò præscripserat, præfertur do-  
minus directus ratione domi-  
nij directi, quod nondum ami-  
sit: quẽadmodũ voluit Petrus  
à Bellarperuca in d. l. si quis em-  
ptionis. i. colum. C. de præscri-  
ptio. trigin. vel quadr. annorũ.

¶ Hæc sanè tractauimus, vt  
planè ostenderemus plurimũ  
referre, quòd præscribens do-  
minium directum, an vtile vsu

capione adquiserit: siquidem  
dominium directum manens  
penes veterem possessionem, cõ-  
tra quem præscriptio processit  
maximam habet, atque affert  
vtilitatem, tamen, quod inge-  
nuè fateor veriolem esse cen-  
seam opinionem illam, quæ di-  
ctat, etiam dominium directũ  
adquiri præscribenti.

Ex §. sequenti.

- 1 *Præscriptio iuxta leges humanas perfecta, etiam in anime iudicio præscribentem defendit, quòd-  
uis ipse post completam præscri-  
ptionem habeat scientiam rei a-  
liena.*
- 2 *Ratio legis inducentis præscriptio-  
nem, an in anime iudicio cesset?*
- 3 *Quid de præscriptione aduersus eũ,  
qui nullam negligentie culpam  
habuit?*
- 4 *Præscriptionis exceptio etiam ab ar-  
bitratore admittenda est.*

§. Secundus.



Paratèr, quæ de  
virib; præscriptio-  
nis tractata sũt  
in proximis Para-  
graphis, illud nõ  
intrequenter quæritur, q̄ an in  
animæ iudicio qui rem aliquã  
præscripsit titulo, & bona fide,  
ac tempore legibus definito, te-  
neatur eandem rem restituere,  
si post perfectam præscriptionem  
habeat scientiam, & scie-  
rit, rem illam alienã fuisse: vel  
an possit eam rem tutè quoad  
Deum possidere, & retinere?  
Etenim Anto. in cap. vigilan-

ti. de præscript. Bart. in extrauagan. ad reprimendum. verb. denunciationem. Ioannes Andreas in hac reg. possessor. Alciat. in l. quinque pedum. in princ. C. finium regundo. Summa Rosella in verb. præscriptio. in ea sunt sententia, vt existiment, non posse iuste in anime iudicio retineri rem legitimo tempore, & bona fide præscriptam, si is, qui præscripsit, post perfectam iure præscriptione, sciuerit rem illam alienam fuisse ante præscriptionem: Quasi in conscientia iudicio illud obtineat, quod nemo cum aliena iactura cuples efficiatur. regul. locupletari. de regul. iur. in vj. Et præterea: quia humana lex vsucapionem, & præscriptionem inducens, eam tantum in duxerit quoad hoc, vt præscribens in iudicio exteriori eo titulo præscriptiois sit munitus: nec tamen per hoc quicquam iuris lex tribuit præscribenti.

¶ Cæterum contraria sententiam possumus non admodum difficili probatione veram esse ostendere: quamobrem in hac questione vnica constitutum conclusionem. Qui rem alienam iuxta legis humanæ constitutiones vsuceperit, aut præscripserit, potest iustissimè eam possidere in anime iudicio, nec tenetur eam veteri domino restituere: etiam si sciat rem alienam fuisse. Hæc assertio præmittit ad eius veritatem præscriptio-

nem iure humano perfectam titulo, bona fide, & tempore legibus definito: & deinde quod scientia rei alienæ habita, sit post iam perfectam præscriptionem. Probatur conclusio ex eo, quod lex iusta in anime iudicio vim obtinet, ac seruanda est glo. cõmuni omnium consensu recepta in c. qui ecclesiarum. de constit. Sanct. Thomas j. j. q. 96. art. iij. lex verò inducens præscriptionem iusta est, si cui iam probauimus: & ea transfert dominium in vsucipientem igitur hæc dominij translatio & in anime iudicio seruari, & rata haberi debet. Deinde si vera foret prior opinio, sequeretur, cõperta veritate rei, posse iudicem interioris fori, & iudicem exteriorem contraria pronuntiare, & vtrunq. iuste: quod adeo absurdum est, vt quis me diocri præditus eruditione hoc minimè posse contingere palam testetur. Siquidem vterq. iudex tenetur ius suum vnici que reddere, ac iusticiam in pronunticiando amplecti, vt iudiciu æquum sit. Idcirco impossibile iure censetur, contrarias sententias esse iusticia ferri in eadere, & iuxta eandem cognitionem: vnde vel altera necesse est quod sit iniqua, vel parem vtraque habere debet definitionem. At si is qui præscripsit rem aliquam bona fide, & titulo, eam in iudicio petierit ab eo, qui olim fuerat illius rei dominus, iustissi-

missimè per iudicem damnatur possessor olim dominus ad restitutionem rei petite: æque res adiudicatur præscribenti, qui iudicis, & legis autoritate potest eam obtinere. Mihi profectò, vt liberè quid in hac questione, & similibus sentio, expresse, & ingenuè fatear, factum est, eum, qui habet autoritatem legis humanæ, & iustæ, minimè procedentis ob præsumptionem, sed ad rationem illius veritatis, quæ & in anime iudicio cognita est, tutum esse quoad Deum, nec teneri ad restitutionem, quod in e. cum esles. de testam. itidem in simili controuersia probare conatus sum. Denique hanc principalem conclusionem, quam in hoc articulo exposuimus, veram esse censent, glo. Panor. Collectari. Aegidius, & alij in dict. c. vigilant. Inno. in c. Cura. de iure patronat. Bald. in consil. 315. lib. iij. Thomas quodlibet. 12. art. 4. Conrad. de contract. q. 15. conclus. iij. & iij. Scotus, Paluda. & Maior in iij. sent. dist. 15. quest. 11. Adrian. in tracta. de restit. c. de præscript. Io. Medina. de restitutio. q. 18. Dominicus Soto. lib. iij. de iustit. & iur. q. v. art. iij. Deci. in c. j. de constit. nu. 18. Fracis. Balb. de præscript. ij. part. iij. part. princip. q. 9. quæ opinio nem communem esse fatentur eam sequuti Flouent. ii. part. titu. j. c. 15. §. vlti. & Syluest. verb. præscript. j. §. 13. Nō

oberit huic opinioni, quod Alciat. comminiscitur scribens, in anime iudicio cessare potissimum rationem, ex qua præscriptio iure humano instituta est: scilicet, vt lites exterminerentur, quæ alioqui forent in republica frequentissimæ, nisi lex vsucapionis, & præscriptionis introducta foret. Nam licet hæc ratio in anime iudicio non obtineat, sed tantum in foro exteriori quoad reipublicæ administrationem: id tamè sufficit ad iustitiam legis humanæ: quæ quidem iustitia efficit, vt lex quæcunque non solum in foro iudicij exterioris, sed & in foro conscientia, seruanda sit: cum vtrobiq. iustitia legis obtineat. Quod secus esset, quædo in anime iudicio cessaret iustitia legis humanæ, quæ apud exteriorè iudicem vigorem habet: sicuti cõstitutissimè est de lege humana procedente à presumptione: ea enim lex iusta est in foro exteriori & interiori propter presumptionem: & tamen si de veritate conset, vbiq. deficit: sed frequentissimè in foro anime, vbi veritas semper est tractanda, nec locus est præsumptionibus. Et adhuc in hac specie non est lex iniusta, nec eo nomine censetur: sed ab ea receditur: quia deficit ratio, ex qua iustitia legis deducitur. Quamobrem satis est ad iustitiam humanæ legis aliquid vt certum statuentis, eius rationem

foro exteriori, & reipublicæ cōuenire, vt ipsa lex iusta vtrouique & in foro animæ cōfenda sit: tamen in animæ iudicio plerunquē seruari lex non debeat ob varias causas, præsertim ob materiam subiectam, ex qua legislatoris mens constat: quæ eò dirigitur, vt in interiori foro minimè ad praxim eius lex admittatur. Sic sanè lex humana agens de præsumptionibus, vel pœnam delinquentibus statuens, & his similes, iustæ quidè leges sunt in vtroque foro, & apud Deū, & apud homines, nō tamen sunt omninō seruandæ in iudicio interiori propter subiectam materiam, secundū quam humani, & diuini legislatoris intentio in id rēdit, vt in eo iudicio leges istę minimè seruentur. Quò fit, vt lex humana etiam in foro animæ admittenda sit, quāuis ratio, ex qua originem habuit, propria sit fori exterioris, nec foro interiori conueniat. Et enim tunc deficere ratione legis, deficit & ipsa lex, quādo deficiente ratione legis, deficit & ipsius legis iustitia. Hoc verò longius repetā ad huiuscemodi examen, ne quis statim in quancunq; argumentationem impingat: lex equidem præscriptione, & vsucapionē inducēs, varias rationes ad eius iustitiā habuit, quæ in id tēdit, vt reipublicæ tranquillitas statuatur. Nā vsucapio introducta est, vt

certa sint rerum dominia, vt sites, & contentiones in republica effugiantur, vt quē negligentia dominorū, qui res proprias tanto tempore repetere nō curant, aliqua ex parte puniatur: quò diligentior quisque sit, videns sibi nocere negligentia. Hic est finis à lege humana præscriptus in vniuersum. Nec tamen statim cessabit lex, si aliquo tempore, aut aliquot casibus hæ rationes deficient: nisi in vniuersum defecerint. Ratio siquidem legis, quæ vniuersalis est, & in finem vniuersalē tendit, legem ipsam integram & omninō inuiolatā tutatur, nisi in vniuersum cessauerit, etiā si aliquot casibus, aliqua ex parte defecerit. vnde leges humanæ vsucapionem statuentes minimè deficient, quamuis earum rationes aliquādo defecerint, nisi in vniuersum deficient: quia ratio vera huius legis, eiusque finis vniuersalis est. Sic etiam si in animæ iudicio non sit locus litibus, nec dominiorum incertitudini: attamē adhuc manet lex vsucapionis inconcussa, cum eius ratio non cessauerit in vniuersum: quod semper est hac in re considerandum, maximè quia iustitia legis adhuc defenditur, & perpetua est quò ad forū exterius, idcirco & perpetua esse debet quò ad animæ iudicium: quidquid Alciatus excogitauerit. Ex his primò conflat, opi-

nionem glof. Imo. & Panor. ve ram esse etiam in eo casu † quo antiquus rei possessor, & dominus nullam negligentia culpam contraxerit, etenim & in hac specie præscriptio lege humana perfecta tutum reddit in animæ iudicio eum, qui præscripsit, quam sententiam probant Innoc. in c. quia plerique. de immunit. eccles. & Syluest. verb. præscriptio. j. quæ est. xliij. dum tenent, eum qui rem aliquam præscripsit, tutum esse in animæ iudicio, etiam si possit dari aduersus præscriptionem restitutio in integrū, interim donec præscriptio per restitutionem in integrum rescindatur. & tamen aduersus præscriptionē tunc restitutionis locus est, cum ipse dominus, aduersus quē præscriptio procedit, nullam culpam habuit, nec villam negligentiam contraxit, quemadmodum statim explicabimus: præsertim si dominus maior sit viginti quinque annis: nam minoribus propria negligentia non nocet, quia eis restitutio concedatur ad læsionem vitandam. Sed & hoc Corollarium probatur aduersus Maiorem. & Adria. alia ratione, quæ constat, rationem illā vsucapionis, vt negligentes puniantur, non esse principalem, nec vnicam introducendę præscriptionis, vt constat. Imò etsi esset vnica, cum sit vniuersalis, vt cesset lex, deberet & ip-

sa ratio in vniuersum cessare. Sententiam contra Adrianum defendit. & probat Dominus. Soro lib. iij. de iusti. & iur. q. v. artic. iij.

¶ Secundò infertur, legem humanam, quæ præscriptionem induxit, nō esse pœnalis, nec conditionem legis pœnalis, habere, quod patet, quia etsi inter alias huius legis rationes ea vna sit, vt puniatur negligentia, quam habuit dominus in repetendo, & negligēdo rem suam, eamque procurando: ad sunt tamen huius legis potiores rationes, nempe, vt dominia rerum certa sint, litæque e reipublica exterminentur, quam obrem non fuit principaliter statuta vsucapio in pœnam negligentia. Nam & vsucapio præscriptioque aduersus ignorantem, & eum qui nullam commiserit negligentiam, imò fuerit diligentissimus in procurando propriam rem procedit, & vires obtinet. text. optimus in d. l. capitul. vigilant. l. vitimi. C. de long. temporis præscriptio. regia l. xvij. tit. 29. part. iij. siue hæc ignorantia sit circa ipsam præscriptionem, quia dominus ignorat possidentē præscribere, siue circa ius, & titulum ipsius rei, quia ignorat se ius in re per alium possessa habere: siue ignoret factū, ex quo cōpetit ius in re illa, quā alius, qui præscribit, possidet: sicuti probatur in d. l. vit. & glo. in d.

cap. vigilanti. verb. latentibus. vbi Felin. col. iij. Balb. de præscrip. iij. part. iij. part. principa. lis. q. 28. Soci. in l. cum filius. §. in hac. colum. v. ff. de verb. obl. qui expremis improbant, & falsum esse ostendunt: quod in hac re tradit Petrus Perufinus in tractat. de quarta episcopali. cap. ij. ad fin. scribens præscriptionem procedere aduersus ignorantem, quando si ignorat alterum præscribere, scit tamen se ius in re habere sed minime procedere contra eum, qui ignorat ius in re habere: vel et si sciat se ius habere, ignorat tamen factum, & initiu, ex quo ius illud sibi cõpetat. Etenim hæc distinctio Petri falsa est, nec potest subsistere propter generalem decisionem text. in d. l. vlti. C. de longi tẽpo. præscr.

¶ Tertio ab eadem radice colligitur, non esse admittendam denuntiationem euangelicam contra illum qui rem alienam bona fide, & iuxta legis humanæ conditiones præscriptione adquisiuit: cum is nequaquam peccatum committat rem illam detinendo: etiam si haberit sciẽtiam rei alienæ post perfectam præscriptionem: quod latè tradunt doctores in c. nouit. de iudic. vbi Dec. optime nume. xj. & Balb. de præscrip. ij. part. iij. part. principa. q. 10.

¶ Quarto hinc deducitur, falsam esse opinionem Ioan. Andree in hac reg. possessor. quæ

Collectar. sequitur in capit. vlt. de præscriptioni. dum uterque existimat, eum qui præscripsit rem aliquam bona fide, & titulo, alij legis humanæ seruatis conditionibus, non posse absque animæ læsione eam contra priorem dominum defendere. Etenim si iuxta receptã sententiam potest illã rem in animæ iudicio possidere, nec tenetur ad eius restitutionem, perfectò dubiò procul cõstat, eandẽ posse iustissimè ab exactione prioris domini defendere.

¶ Quinto subdeducitur ex his, priorem dominum, contra quam res est iustè præscripta, minime posse absque læsione conscientiæ, & peccato, rem hæc furto, aut alio modo clam ab illo, qui præscripsit, rapere, nec vti aliqua compensatione. Nam lex iusta dominiũ transiulit in prescribentem: & idè rem alienã auferret à vero domino: quod in specie admonet Alfonso à Castro. lib. ij. de po. testa. legis pœnalis. c. v. tamen si verus dominus possit propriã rem ab alio iniquè detentam, quam alio modo non potest consequi, furto, vel rapina, aut compensatione sibi habere: glo. in cap. ius gentium. j. distinct. cuius nos mentionem fecimus in cap. ij. lib. j. varia. resolu.

¶ Sexto hinc perpendi poterit decisio Ang. in l. j. C. de præscript. trigint. vel quadrag. an. d. 20. quo in loco existimat, tñò esse admitt-

esse admittendam exceptionem præscriptionis, etiam iuste coram arbitratore, qui procedere tenetur de æquitate vt bonus vir. idem tenet Bald. in d. c. l. j. veritatem si causa. Hæc equidem sententiã falsã esse: cum arbitrium boni viri debeat inferri à iuris vtriusque consuetudine, iuxta notata per Alexand. in l. si sic legatũ. in princ. ff. de legat. j. Felin. in cap. j. col. ij. de constitut. Et præterea iustissima est præscriptionis exceptio, & maxime vtilis reipublice, sicuti sepe riuus explicuimus: Igitur ab arbitratore admittenda omninò est: atque ita Bart. notat in extraua. ad reprimendum. verbo, videbitur. in fin. Imol. & docto. in d. c. l. si sic legatum. Matthef. nota. 4. Aretin. in cap. dilecti filij. col. ij. de iudic. Ioan. Crocius in l. nemo potest. fol. pen. colum. j. ff. de legat. j. Casella. Corta in memo. italibus: d. c. præscriptio. Roman. in rub. de arbitr. colum. j. Felin. in d. c. capitu. dilecti. colum. ij. & in d. c. cap. j. de constituti. col. penul. quorum opinio cõmunis est. Est ergo hoc in tractatu potissimum obseruandum, vt iurisdictionem, & præscriptionem, iustitiæ, atque æquitati rationè habere: ex qua præscribens etiã apud diuinũ tribunal ius illæsum habere valeat.

Ex §. sequenti.

1 Maioribus ætate aduersus præscri-

ptionem datur in integrum restitutio ex causa iustæ, & probabilis ignorantie.

2 Quid de præscriptione quadragenaria, centenaria, & tricennali?

3 Quadrienniu ad petendam in integrum restitutionem non currit ignorantia.

4 Ecclesia & minor, restituitur aduersus præscriptionem, etiam quadragenariam.

§. Tertius.



BITER ad probationem eius cõclusionis, quã in proximo §. probauimus, itidem explicuimus, præscriptionem aduersus ignorantem optime procedere secundum frequentissimã doctorum sententiam: atque idè agendum est de ea quæstione: qua queri solet, an detur cõtra præscriptionem restitutio in integrũ maioribus ætate ob clausulam generalem, si qua iusta causa videtur, ex capite iustæ ignorantie?

Qua de re conclusionem vnicam exponam, aliquot declarationibus eidem adiunctis.

¶ Maioribus tñò ætate aduersus præscriptionem datur in integrum restitutio ex causa iustæ, & probabilis ignorantie. Hæc conclusio probatur in l. prima §. vltim. ff. ex quibus causis maior. textus item in l. prima, §. si quis autem. ff. de itinere. actũque priua. vbi Barto. hanc con-

clufionem tenet. idem glo. in l. si partem. §. j. verb. nõ vtendo. ff. quem ad. feruit. amitta. Abb. & Felin. in c. vigilanti. de præfcrip. lafon in §. rurfus. Infti. de actio. num. 59. quorum opinio communis eft fecundum lafonem in l. ij. numer. 185. C. de iure emphyteutic. Decius in con filio 29. Balbus de præfcriptio. iij. partit. iij. partis principal. quæftion. 29. & Socinus Iunior in con fil. 70. numero 21. lib. primo. Horum omnium ea eft vnanimis fententia, vt cõclufio fupra fcripta obtineat quod ad præfcriptionẽ decem, vel viginti annorum. At in præfcriptione quadraginta annorum plerique dubitarunt, an reftitutio fit concedenda contra iftam præfcriptionẽ ex capi te probabilis ignorantia. ¶ Etenim quibusdã vifum eft, etiam aduerfus quadragenariam præfcriptionem concedendam fore in integrum reftitucionem: ob eafdem caufas, nempe ob ignorantiam iuftam, & probabilem. Sic fanẽ cenferit iure re fpondendum effe, Imo. in cap. vltim. fol. pen. de præfcrip. Alexan. con fil. 71. num. iij. & con fil. 84. num. iij. lib. j. Soci. in l. cum filius familiã. §. in hac. col. vlti. ff. de verbo. obliga. quam opin ionem fatentur eam fequuti communem effe Felin. in dict. capitu. vigilanti. ij. colum. Bal bus in dict. qu. ult. 29. Nicolaus Boeri. in quæftio. 39. numer. vj.

& Alexand. in con fil. 159. lib. ij. numer. 15. quibus obicit textus in l. omnes. C. de præfcrip tione triginta vel quadragint. annor. & in l. vltim. C. de fund. patrimoni. lib. xv. vbi exprefsim probatur præfcriptionem quadragenariam pleniffimam inducere fecuritatẽ. Et tamen quoties pleniffima inducitur fecuritas, locus non eft reftitucionis in integrum. gloff. in l. ait prætor. §. permittitur. verb. imputandum. ff. de mino rib. Huic rationi accedit gloff. in clementi. j. verb. lapfum. de in integr. reftitucion. quæ alle uerat, non effe dandam in in tegrum reftitucionem aduerfus tempora quadraginta an norum. vnde Bartol. opinio in quadragenaria præfcriptione minimẽ erit admittenda: imò in integrum reftitutio negan da eft maioribus, qui iuftam habuerunt ignorantia: quem admodum tenuerunt Alexan. in con fil. 151. lib. ij. colum. vltim. idem Alexan. in l. iij. §. Labco. ff. de acquirend. poffeff. in fin. & Aretin. con fil. 103. j. & ij. colum. idem in l. qui vnuerfas. §. vltim. ff. de acquirend. poffeff. Decius in dict. con fil. 29. idem met con fil. 154. & in l. ij. C. qui admitti. Curtius Senior con fil. 82. columan. iij. Barbat. con fil. 41. numer. 12. in volumin. j. Ca rol. Molinã. in dict. Alexand. con fil. 151. colum. vltim. ean dem opinionem fequuntur di centes

centes communem effe Soci. con fil. 2. colu. penul. lib. 3. Anto mus Rube. con fil. 56. Socin. Iu nior con fil. 54. lib. primo & con fil. 76. numer. 102. lib. eodem. & con fil. 145. num. 76. eiusdem vo lum. Vnde manifefte constat rem hæc dubiam effe admodũ, tam quod ad con clufionis verita tem, quã quod ad authorum ca talogum, ex quo poffit deduci, quæ fit in hac controuerfia magis communis opinio. Nihilomi nis ego cenfeo pofteriorem fen tentiam iure veriorem effe, in præxi potiori, in præfcriptis, quæ de vltima præfcriptionum pau lo antè tradita fuere. Cæterũ quod ad præfcriptionem centena riã, & eã, quæ immemoralis fit, quicquid de quadragenaria fue rit controuerfum, expeditiffimũ eft, non admitti in integrum re ftitucionem aduerfus has præ fcriptiones: fic uti adnotarunt Barb. in dict. con fil. 41. lib. i. nu. 18. lafon con fil. 209. lib. 2. Soc. Iu nior in dict. con fil. 76. nu. 102. & fequentibus. Paulus Parifi. con. 23. num. 221. lib. i. penes quos res ifta videtur nullam habere du bitationem. Adhuc tamen non defunt, qui quantum ad centena riã præfcriptionẽ, contrarium probauerint, alluerantes, ad uerfus eam reftitucionem in in tegrum concedendam effe. Etenim de immemoriali præfcrip tione non poteft iufte contro uerti, ob difficiffimam probabili s, & iufte ignorantia: proba

tionem. Sed indifinctè aduer fus quamlibet præfcriptionem, etiam centena riã, reftitucionem concedendã effe maioribus ex capite iufte ignorantia:, proba re conatur Aymon Sauilli. in tracta. de antiqui. temp. 4. par te. capitul. materia ifta. nu. 44. quo in loco nume. 56. defendit: opinionem illam, quam paulõ antè retulimus, quaque affertũ à quibusdam eft, etiam aduer fus quadragenaria præfcriptio nem dari reftitucionem in in te grum maioribus etate ex cau fa iufte ignorantia: atque vti ut ratione quadã quã ipfe cen fet fortiffimã effe. Scribit fanẽ Bald. in l. faltem. C. fi ex falis in ftrumentis. ¶ quod quadrienni um datum à lege ad petendã reftitucionẽ in integrum, vult effe ab initio, nec currit ignorantia: licet petita non fuerit reftitucio centũ annis. Idem adnotarunt Alexand. con fil. 89. lib. 2. nu. 10. & con fil. 150. lib. 7. col. 2. lafon in authen. quas actiõnes. C. de fa crofanct. ecclef. colu. 9. Deci. in con fil. 36. colum. vlt. Card. in clem. j. de in integrũ reftitu. 25. quæftio. Paul. de Caftro in l. vltim. C. de dol. optimus tex. in l. vlti. C. de tempo. in integr. re ftitu. pet. Boeri. in dict. deci. 39. nu. 4. lafon & alij, quorum me mimi hanc opinionẽ fequuntus Aymon in dict. capitul. mate ria ifta. numer. quadagesimo quinto, ex quibus & alijs, quo rum latiffimè mentionem feci

Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 35. gloss. 4. nume. 43. apparet Baldi sententiam cōmneam esse: eamque probauerunt Panormit. in cap. j. de præscrip. colum. vltim. & inibi Fel hac denique opinione præmissa vrget Aymon aduersus posteriorem sententiam dicens, non posse vllō pacto probari, quod præscriptio quæ tra- genaria excludat restitutionis in integrum auxilium. Nam illud compertum est, aduersus tri- ginta annorum præscriptionem hanc restitutionem concedi: vt fatentur hi: qui de quadragenaria præscriptione hoc ipsum negarunt. Ergo & ea concedi debet contra præscriptionem qua- draginta annorum: cum ratio- ne quadriennij dati ad petendā restitutionem in integrum, ius petendi eam, illæsum, & saluum sit post triginta annos ad alios triginta, ac quadraginta, ex ignorantia læsionis, iuxta Baldi sententiam. Fit igitur, si verum est quod Bald. adnotauit, hanc argumentationem fortissimam esse, ad probandum priorem sen- tentiam, quæ assueuerant probauit, aduersus præscriptionem quadraginta annorum, restitu- tionem in integrum conceden- dam esse. possetque Aymon ad- missa Baldi opinione non solum à præscriptione triginta annorū argumentari, sed etiam à præscri- ptione decem, vel viginti annorū: quod satis manifestum est. Ad huius. tamen quæstionis

examen, quia ea difficilissimam habet resolutionem, ali quot dis- tinctè, ac separatim exponam.

¶ Primum illud est considerā- dum, restitutionem istam, quæ maioribus ex capite ignorantie probabilis, & iustæ, secundum Bartol. opinionem concedenda est, tunc locum habere, cum ante perfectam præscriptionem dominus rei nullam habuit scientiam huius præscriptio- nis & læsionis, quæ ex ea ei imminerebat, ita quidem, quod non potuit præscriptionem ipsam impedire. Alioqui si habuit huius præscriptionis, & læsionis sibi imminenti scientiam eo tē- pore, quo iure ordinario agere potuit, & præscriptionem inter- rumperere, opinor non esse locū restitutioni in integrum. idque probatur, quia ea causa, cui hæc restitutionem maioribus ætate iura concesserunt, cessat quidē: cū ist hæc restitutio peratur ex clausula generalis, si qua mihi ista causa videtur: & tamen satis constat, deficere iustam causam ex eo, quod dominus rei per al- lium possessa scientiam habuit præscriptionis eo tempore, quo iure ordinario potuisset rem il- lam vindicare, aut præscriptio- nem interrumpere, text. ad hoc insignis in l. ab hostibus. §. Sed quod simpliciter. & in l. teque. ff. ex quibus caus. maio. Etenim quidquid gloss. & doctores mi- bi scripserint de contentione Martini & aliorum, atque item

Iafon

Iafon in §. rursus. nume. 57. de actionibus illud obtinebit quod ad absentes reipublicæ causa, aliā- ve simili. nam quod ad ignoran- tes nihil omnino placet, non esse locum restitutioni ex ea cau- sa, si ignorantia cessauerit eo tē- pore, quo cōmodè dominus agere potuisset, ac præscriptionē interrumpere. atque ita opinor sensisse omnes, qui aduersus præ- scriptionem ex capite iustæ ignorantie restitutionem ad- mittant. vnde tempus quadriennij à tempore scientiæ computā- dum erit.

¶ Secundò aduertendum erit, in ecclesia, & in minoribus aliud fore obseruandum: nā his conce- ditur restitutio ex causa minoris ætatis, & ordinariæ: idcirco li- cēt his scientibus præscriptio per- fecta sit, & scientiam habuerint præscriptionis ante eius perfec- tionem, nihilominus restitutio eis iure æquissimo concedenda erit: etiam si potuissent agere, & præscriptionem interrumpere: quia hæc restitutio tantum læ- sionem ob facilitatem ætatis, & non ita diligentem rerum admi- nistrationem respicit: non aliam iustæ, & probabilis ignorantie causam: quod planè deducitur ex his, quæ statim adducentur.

4. ¶ Tertio est † obseruandum, ecclesiæ, & minoribus ætate da- ri auxilium istud restitutionis in integrum aduersus præscriptio- nem etiam quadragenariā glo. Bartol. & doct. in authen. quas

actiones. C. de sacrosan. ecclesi. verb. excluduntur. Cardi. Imol. & Abba. in cle. j. de in integ. res- sit. contra gloss. ibi. rursus idem Abb. in cap. j. de præscrip. & est cōmunis opinio secundum Ab- ba. in cap. auditis. de præscrip. & Dec. consil. 29. colum. 2. quæ probant in l. penul. titu. vltim. part. 6. & l. 7. titu. 29. part. 3. ta- metsi contrarium responderit gloss. in dict. capitul. auditis. Quadriennium autem ad peten- dum hanc restitutionem in inte- grum à tempore finitæ præscri- ptionis currit iuxta cōmunem horum auctorum sensum.

¶ Quarto adnotandum erit, omnes auctores, quorum men- tionem fecimus ad probandum, quod aduersus præscriptionem quadragenariam nulla concedi debeat in integrum restitutio maioribus ætate ob ignorantia probabilem, & iustam: eam item sequi opinionem, quæ dicit, aduersus triginta annorum præ- scriptionem restitutionem in in- tegrum dari maioribus ætate ex causa iustæ, ac probabilis igno- rantie: sicuti constat ex Bartol. in dict. l. j. §. si quis autem. ff. de itinere. actūque priuato. Deci. in dict. cons. 29. Andrea Tiraquel lo in dict. §. 35. gloss. 4. nume. 37. licet non desint, qui idem pro- bare conati fuerint de præscri- ptione triginta annorum ex eandem rationem, quæ ex lon- gissimo tempore deducitur, & quia officium iudicis tri-

ginta annorum tempore tollitur. gloss. singul. in l. licet. verb. persequutione. C. de præscript. triginta vel quadrag. anno. quã doct. inibi probant, & sequitur. Barto. in l. prætor ait. §. viti. vbi Imol. Roma. & Iason. ff. de noui oper. nuntiat. Oïdra. conf. 196 Affict. in decisio. Neapolitan. 2. 47. ad finem. Dec. conf. 267. co. 3. Huic verò rationi obuiã itur, si consideremus, hanc temporis exceptionem, quæ officio iudicis opponenda est, tunc den. ùn procedere, cum officium iudicis iam ortum fuerit: & sic à tempore finitæ præscriptionis: sicuti ratione manifesta apparet: si quidem præscriptio aduersus officium iudicis, quod datur ad petendam in integrum restitutionem, non potest prius incipere, quam ipsum officium iudicis poterit in iudicium deduci: & sic à tempore læsionis, & perfectæ, finitæque principalis præscriptionis, cuius causa restitui in integrum petenda est. Quamobrem etiam si verum sit, officium iudicis competens ad petendam in integrum restitutionem excludi triginta annorum tempore: tamen hi triginta anni computandi forent ab ipso die, quo læsio contigerit, & sic à die perfectæ, & finitæ præscriptionis: igitur non omninò conuincit hæc ratio pro ea opinione, quæ dicit aduersus præscriptio nem triginta annorum non esse admittendam in integrum resti

tutionem. Etiam si Socin. in d. l. cum filius. §. in hac. col. vltim. scripserit aliquibus eã placuit.

¶ Quintò, quicquid sit de sententia Baldi in dict. l. fallam. quæ cõmuni omnium consensu probatur. id verum est, quòd ea est intelligenda intra annos triginta. Nam annis triginta tollitur officium hoc, quòd cõpetit ad petendam in integrum restitutionem licet is, qui id habet, fuerit ignorans. Etenim sciens quadriennio excluditur: atque ita est intelligenda Baldi opinio: alioqui in praxi per os eòd. nusquam erit. Sic sanè Andreas Tiraquellus in dict. §. 35. glossa quarta. nume. 43. postquã Baldum & sequaces reuult, scribit, vix eam decisionem recipi in praxi: nè tandem maneat rerù incertitudo: nullaque sit securitas bonæ fidei possessoribus.

¶ Sextò constat, si vera sunt, quæ præmissimus, satis virgere argumentatione Aymonis pro ea sententia, quæ habet, aduersus quadragenariam præscriptionem etiam maioribus ætate dari restitutionem in integrum ex causa iustæ ignorantie. Nã si aduersus tricennalem præscriptionem locus est restitutioni, & Baldi opinio in dict. l. fallam, admittenda est: dubio procul manifestè deducitur, etiam aduersus quadragenariam præscriptionem dãdam esse restitutionem ex capite iustæ ignorantie: cum nondum post tricennalem præscriptionem

scriptio verè lapsum sit quadriennium propter probabilem, & iustam ignorantiam.

¶ Septimo mihi potius placet ea sententia, qua obreant est, aduersus quadragenariam præscriptionem non dari in integram restitutionem maioribus ætate causa iustæ ignorantie, atque in hoc sequor Alexand. & alios, quos paulò ante nuncupatum auctores huius opinionis citavi. Nec oberit ratio Aymonis, si consideremus ea, quæ statim exponam. Etenim & Tiraquell. in d. gl. iij. nu. 37. pluribus relictis hanc sententiam probare videtur, licet regia l. penult. tit. vlti. part. vj. contrarium probet: sed tamen ea consuetudo de minoribus tractat.

¶ Octauò idè respondendum esse arbitror de præscriptione triginta annorum. Nam aduersus eam non erit in integrum restitutionem concedenda maioribus ætate, etiam ex causa iustæ ignorantie: non enim video congruam rationem discriminis inter hanc, & quadragenariam præscriptionem, quicquid alij dixerint: probarurque optimè hæc opinio in l. vlti. C. de longi tempo. præscript. decem vel viginti annor. quãuis & illa constitutio non solum de tricennali præscriptione tractet, sed & de ordinaria decem, vel viginti annorum. Adhuc tamen ob doctissimam auctoritatem incõcussam dimittamus eorù opinionem

quod ad præscriptionem decem, vel viginti annorù: & quòd ad tricennalem adducatur text. in l. licet. C. de præscript. triginta vel quadraginta annor. qui satis virget pro hac opinione: ex qua alicuius rei defendimus negãdam esse maioribus ætate restitutionem ex causa iustæ ignorantie aduersus tricennalem præscriptionem.

¶ Nonò fortiori ratione restitutio ista neganda erit aduersus centennariam præscriptionem, quæ nullo pacto etiam ex causa iustæ ignorantie rescinditur beneficio restitutionis in integrum, maioribus ætate ex clausula generali, competenti.

¶ Decimò, & vltimò potissimum est animaduertendum, quòd etiam si aduersus præscriptionem maioribus sit concedenda restitutio ex causa iustæ ignorantie: tamen quadriennium in hac specie à die finitæ præscriptionis computandum est. hoc ex eo verum esse constat, quòd maxima sit auctoritas præscriptionis, quæ & aduersus ignorantes procedit, vt superius adnotatum est: idcõque satis erit, quadriennium hoc à die finitæ præscriptionis computari, vt tandem post finitam præscriptionem iuste ignorantie causa detur intra quatuor annos restitutio: alioqui profectò plurimum detrahitur auctoritati præscriptionis: nec in hoc casu admittenda erit sententia. Didac. Couar. l.

tentia Baldi in d.l. falsam. imò à die finitę præscriptionis etiã ignorantiam quadriennium currit, ex quo tollitur Aymonis argumentatio. Ignorantia verò in hoc tractatu plenissimè erit probanda: nec sufficere iuramentum ignorantis: cum sit aduersus eum maxima iuris præsumptio ex longi tēporis præscriptione: quæ admodum ipse Aymon adducit in d. tract. de antiq. tem. iij. parte, cap. Matetia ista. numero 62. ex his, quæ notantur in capit. proposuisti. de probationibus. & per Bartol. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis.

**H**ÆC de vscapionibus, & præscriptionibus ad intellectum huius regulæ artigimus, non ignari, quàm late pateat vscapionum campus: sed quò satisfacemus his, qui à nobis enixè posularunt, vt quæ Salmanticæ hac de re olim publicè magistra voce tradidimus, in publicum emitteremus. Lector candidus eo animo accipiat ista, quo à nobis fuere elaborata; ita quidem, vt censuram æquam, ac beneuolam in his euoluendis exhibeat.

F I N I S.

**AD MAGNIFICENTISSIMUM, AC IURIS VTRIVSQUE**  
 Consultissimum Dominum Gometium Telliū Gironium, Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis, in Granatensii Prætorio Consiliarium: Didaci Couarruias à Leyua Tolletani, in eadem Curia itidem Regij Consiliarij, in Clementinæ. Si Furiosus. Cœmentarios Præfatio.



**M**ULTA SVNT IN IVRE PONTIFICIO, Admodum Magnifice, et Ornatisime vir, quæ à veterum prudentissimorum Iurisperitorum responsis deducta, propter eorum arguta breuitatem, qua mirè, ac perspicue vsi fuere, atque ob iuris cuius obiectam quædoque, multisque recoditâ subtilitatē, difficilissimâ habere videtur interpretationē, longè que diligentissimè examen exigunt. & requirunt. Huiusmodi sunt quæ Gregorius Nonus de Iurisdictionibus, de caus. pos. & propriet. ac iuribus incorporalibus, de vscapionibus, ac de testamētis in sua illâ Decretali congruam, maximo republice Ecclesiasticæ immo vniu. est transiisse. In his sanè interpretandis Innocentius, Ioannes, Andreas, Anbarranus, & Panormitanus ipse egregiâ operâ hactenus præstiterè, ab ipsis iuris cuius constitutionibus, Senatus consultis, Decretis, eorumque veteribus, ac nonis Accursij, Bartoli, & aliorum glossatis multa mutuari, quibus præclarâ in eorum nostris attulere sanctionibus. Hos deinde & alij, velut lampadē à prioribus in decursu tradita, sequuntur, non minima, nec temerè in hoc negotio laudè acquisierunt. Quædoque & nos in eadē palæstra lusuri certâdi occasione nacti, quædam non tantis studijs mandata, sed ob animi sincerum votum non omnino continenda, ad eiusdē Pontificij iuris examen publicè adnotauimus. Sunt alia, fator, in eiusdē iuris constitutionibus, quæ à sanctissimis Pontificibus, veteribusque Ecclesie catholice Synodis ea pietate, & zelo fuere instituta, vt potius quid cultus diuino, sacerdotibus tantis sacr. ficij ministris, ac deniq; animarum spiritali salutis cõduxerit, quàm secularis philosophiæ plerumquè vana mysteria, mœie ipsa, & animo vere christiano cõceperint: in his explicandis nõ adeo sunt obuia ex ipso De doli labyrintho quæstiones, vt cõmentariorum cumulos, nouasque absq; ulla scribendis sine lucubratiões sine fastidio admittat. Eiusmodi videbitur forsasè quibusdã tractatu hic, quem olim dñi Salmanticæ titulum de Homicidio, ac deinde clementinam istam constitutionem palam interpretarer, examinare conatus sum, multa de Sacerdotum irregularitate tradere pollutum, quæ



CLEMENTINAE,  
SI FVRIOSVS. DE HOMI-  
cidio, Relectio: Authore Didaco Couarru-  
uias à Leyua, Toletano, in Grana-  
tensi Prętorio Regio,  
Auditore.

ipse apud plerosque aduersis quibusdam rationibus comperissem. Non enim  
difficior; rem istam nec difficilem, nec subtilem, nec admodum ambiguam  
habere cognitionem, si aliquot ex nostris interpretes neglecta superflua, &  
omissa cute, carnem & succum ipsum interius spectassent. Quis enim ferat  
veteribus quibusdam additus, & his, qui luminaria iuris, ratione quadam  
alphabeta non inutili edidit, tot præter Canonum, & Ecclesiasticarum  
traditionum edita; ab eisdem expositas irregularitates? cuius erroris ea est  
profecte causa, quod dum neruos iedere cupiunt, in ipso actu desuæres mul-  
ta committuntur, quæ nulla vinqquam Pontificum autoritate suere sta-  
tuta. Ipse siquidem Marianus Socinus, vir alioqui insignis, nec vulgaris eru-  
ditione, etiam si diligenter, & caute hac in re veterum sententias expende-  
rit, aliquot tamen admisit, quæ forent omnino improbanda. Quæ ratione  
quandoquæ opinatus sum; non inutilem futuram: breuem quandam huius-  
sæ materic resolutionem, quæ præcipuas istius tractatus exponeret decisio-  
nes ab ipsis canonibus verè ac proprie ita deductas, vt quæ fuerit ipsa deci-  
dendi ratio, lectoribus manifestum fiat, eo quidem cõpendio, quo p̄sum hac  
de re varijs in quæstionibus, & controuersijs iure respondere, sibiq; ipsis con-  
sulere, si quando adq̄eris sanctorum patrum sanctionem in aliquam hu-  
iuscemodi labem inciderint, quæ ipsis tanti sacerdotij dignitate indignos ef-  
ficiat. Hos igitur Commentarios prælo tradere cupiens, te primum, omnium  
officiorum obseruantissime Conect, mente obuium habui, cui labores hosce  
dicarem, & cui vel apud, vel confidenter literarj orj nostri possem reddere  
rationem. Scis etenim in tam frequenti forensium causarum examine quã-  
tum temporis nobis ad hæc superesse possit, præsertim te huius magistratus  
& muneris collega, qui pulcherrimam vitæ tuæ partem esse duxeris negotia  
p̄sum agere publica, cognoscere, iudicare, promere, & exercere iustitiam, vt  
tandem qui te præuenient sequi velimus: cogit equidem & nos respública  
institutum, minime in his, quæ litium definitionem nõ atinent, ferari pos-  
simus. Habes profectò quem imiteris, integerrimum sanè Fernandum Giro-  
num patrem tuum de Hispanarum Rege, & república ita bene meritum,  
vt quinquaginta annis Regij Consiliarij officio functus apud Reges incli-  
tos & Catholicos Fernandum & Elizabeth, eorundemque nepotem inuidissi-  
mum Carolum Quintum, maximum fuerit rei hene gestæ nomẽ adeptus:  
cuius causa non possum tibi & illi non vehementer gratulari. Hoc ergo mu-  
nusculum qua vti solitus es beneuolentia suscipias obsecro: quandoquidem  
tuæ humanitatis vt huc me non inuitum omnino adegerit, vt nihil non au-  
dendum putauerim, quo tuo propenso in me animo aliqua ex parte respon-  
derem: nec enim mihi alia ratione id testari licet, quod apud te impensissimè  
cupiam testatissimum facere. Quod si in nobis facultatem desideres, cerid-  
scio voluntatè ipsam pro tuo egregio animi candore probabis. Vale. Ex hac  
inclita Granata, Mense Februario: Anno Domini M. D. LIIII.

CLEMENTI-



Qvanta fue-  
rit apud ve-  
teres, qui  
miserè sunt  
falso deo-  
rum cultu  
obcœcati,  
religionis cura: longa oratione  
exponere necesse non est: cū id  
testatissimū faciant tot ad sa-  
cra officia instituti publici magi-  
stratus: tot munera eisdẽ indi-  
cta: tot ad ea obeũda maximo  
cum examime selecti viri, qui-  
bus & sacerdotij sacrosancti ti-  
tulus, ac pontificia veneranda  
dignitas nõ secus adscripta suẽ  
re, quàm si de vero Deo colen-  
do ageretur: vt vel hinc facili-  
mum sit, apud quoscuq; tan-  
ti fuisse religionẽ, & sacerdotiũ  
expendere, quod præcipui pu-

blici muneris fuerit, sacrarũ re-  
rum curã gerere. Nam & reli-  
gioni summũ imperiũ cessisse  
autor est Valerius Maximus,  
qui libr. j. cõmemorat, Posthu-  
mum Consulẽ, eundẽmq; Fla-  
minẽ Martialẽ à Metello Pon-  
tificæ Maximo prohibitũ, ne ce-  
remonijs Martis desertis in A-  
fricã ad bellum gerendũ profici-  
cisceretur. Quin & Reges ipsi  
sacris initiãti, diuinã, simul &  
humanã curam gerebãt: quasi  
principibus prima debeat esse  
religionis cura. Sic & lege lata  
Romulus sanxit, ex ipsa patri-  
torũ nobilitate creãdos fore,  
qui Romæ sacris operarentur,  
auctore Dionysio libr. ij. ma-  
gnam equidẽ sacrõrũ curã ges-  
sisse Romulus videtur: qui p̄p̄  
qui existimauerit præcipui suã

ciuitatē his contineri. Etenim Cicero libr. iij. de natura Deorum scribit, Romulum auspicijs, Numam sacris constitutis fundamenta iecisse Romanę ciuitatis. Plato libr. de Regno: apud Aegyptios, inquit, non licet Regē absq. sacerdotio imperare. Quin imō si ex alio genere quispiā vi regnū vsurpet, cogitur post regni adumptionem sacris iniciari, vt Rex denique sit, & sacerdos. Hoc in loco apud Platonem lector comperiet, in maximā apud Ethnicos sacerdotum fuisse dignitatē, quę magnanimitate, intelligentia, & claritate abundat propereorū, quę tractat, magnificentiam. Sacerdotū item meminit Aristoteles in vj. Polit. lib. c. vii. & itidē lib. vi. c. 9. hos esse in qualibet republica constituendos, ex veteri probās institutos: nec tamen quosuis homines, sed eos, qui ad honorē diis exhibendum idonei esse censeantur. Apud Athenicenses prima erat authoritate sacrorum nomine Βασιλεύς, id est Rex, qui cum ludorum curatoribus Cereri, & Baccho sacra fieri pro moris vsu curat: cui sanē munus hoc demandatū erat, vt præisset sacris Eleusinijs, Lenęis, & his, quę ad lampada fiebāt. Romani Athenienses imitati cōstitutū à Numa maximū Pontificē, exactis Regibus & Regē sacrificulum instituerūt pontifici maximo subditū, vt is pu-

blica obiret sacra, quę per ipsos Reges moris fuerat facitarii auctore Liuio li. ij. primę Decadis. Gentiles igitur sic suum sacerdotiū venerati sunt, vt Reges, & Imperatores sceptrā desererent, & sacerdotio iungerentur. In lege veteri sacerdotiū solis Aaron filijs cōcessum esse manifestū est. Et hi quidē sacerdotes oleo, sicuti Reges vnguebantur: c. vnic. in princip. & S. j. de sacra vnctio. Cyprianus in lib. de vnctioe christianis. Hoc oleo, inquit, antiquitūs sacrabantur sacerdotes, & Reges, & ipsi altariū lapides de libuti spiritalem intelligi volebant inysterijs esse pinguedinem. Hęc Cyprianus, nec tamē hoc in loco multa de veteris legis sacerdotio tractabimus: cū id iam translātū in aliud mōdō excellentiūs sit, quo in lege Euāgelica vrimur. Quōd si apud Gentiles idolorū cultores, & in illa vmbatica figura veteri, maxima in veneratione fūere sacrorū ministri & sacerdotes: longē maior ratio est, apud Christianę legis professores eā dignitatē multis nominibus pluris, quā vsq. uā fuerit, æstimandā fore. Siquid eā nō ad taurorū hostias, hircorū, & vitulorū sacrificia, sed ad pretiosissimis corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi hostiam, & sacrificiū pertineat, & instituta sit. Quā excellentiam sancti & catholici vni respici-

tes, nostri sacerdotij dignitatē multis præ illo veteri efferunt encomijs. Nam & D. Chrysostomus sex hac de re cōscriptis dialogis tam disertē, tamq. orationis vbertate dignitatē istam extollit, vt vel hac in parte auro sacundus ore videri possit. His præclara Gregorij Nazianzeni carmina sunt omnino ad ijcenda, dum is inquit.

*O sacrificia mittentes incrementa sacerdotēs.*

*O animalium custodes gloriosi.*

*O magni signum Des vestris in manibus ferentes.*

Meritō quidē sacri canones nō omnes passim ad dignitatem hanc, nec ad eius ministerium, nec ad alios ei subseruiētes ordines absque delectu admiserunt: imō ab eisde institutū est nō solum ab hoc ordine repellēdos esse, qui moribus iacturam aliquā fecerint, sed & eos, qui eorum culpa, etiā per penitentia remissa, vel sine culpa labē aliquā corporis, aut animi cōtraxerint, notarive aliquo defectu possint. qua ratione ab initio catholice ecclesie ad exemplū veteris legis actum est in ipsis Apostolicis sanctionibus de irregularitatis initio, quod est ad amissim obseruandū, quoties tractabitur de ordinibus ecclesiasticis cōferēdis, aut de semel iam collatis exequēdis. Quam equidē materiā scio plerosque ex veteribus, & iunioribus diligeret tractauisse: nos tamen, vt

operā nostram hac in parte publicę vtilitati præstaremus, eandem reperere decreuimus, sicuti & olim Salmantica fecimus ordinaria lectione constitutionem, Si furiosus de homicid. eiusq. intellectū examinantes. In tres verō partes tractatū istū diuidere libuit, quōd distinctior sit cuiusq. quęstiois locus. Prima enim parte de irregularitate generaliter agemus, aliquot eius species explicātes. Secunda irregularitatem ex homicidio voluntarij, vel casuali inductā ita exponemus, vt deinde Tertia huius operis parte idem prosequuti multa de homicidio necessario tradētes, constitutionē hanc Clemētis Quinti sub hoc titulo de homicidio, interpretemur. Illud profectō sedulō præstabimus, q. post tot veterū, & iuniorū cōmentarios quacūq. in quęstione minimē sit hinc noster labor ea ex causa reijciendus quia inuosis argumentationum cumulis, varijsq. ac sæpissimē inutilibus rationibus decisionē ipsam prosequatur.

## Ex Primæ Partis initio.

- 1 Irregularitatis definitio: & unde sic dicta fuerit.
- 2 Irregularitas iure tantū humano pontificio statuta est.
- 3 Intellectus eius qui de sent. excom. in vj. & c. ad audientiam. de homicid. d. 10.

- 4 Irregularitas mentalis, an possit contingere?
- 5 Corpore vitiatu, quando sit irregularis?
- 6 Eunuchi, an sint irregulares: & quid de his, qui sibi virilia absciderunt.
- 7 Quis possit dispensare cum corpore vitiatu.
- 9 Rebaptizatus irregularis est, & quid de confirmatiois sacramento.
- 8 Expositus, an sit promotus ad sacros ordines?
- 10 Penitentia solennis efficit quem irregularem.

Prima pars.



**R**REGVLA ritas, hac enim ditione sepius vsu sumus, variè à nostris definitur: frequentior tamen eius definitio hunc in modum exponitur. Irregularitas est canonicum impedimentum ex facto, seu defectu proueniens; quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoveri, & in eisdem ministrare. Hanc definitionem ex multis adnotari vsus: præ cæteris ex Specul. titul. de legato. §. iuxta. Archidiacon. Ioan. Andr. & doctro. in c. j. de re iudica. in sexto. Hostien. in c. ij. de cleric. excō. Gōsalo à Villadiego de irregularita. in prin. Syluestro, verbo, irregularitas. Nicolao Plonio in tract. de irregularit. in princ. Alberto Frotio de vero, & per se. clerico. lib. ij. c. 20. Multa

quidem sunt iure canonico inducuntur impedimenta, quæ ad irregularitatem non pertinent quia minimè impediunt ordinis ecclesiastici susceptionem, nec eius iam suscepti executionem. atque idè loco generis in hac definitione, canonicum impedimentum traditur. cætera verò ad differentiam spectant: quæ apertissimè constat ex his, quæ longius inferius sunt omninò pertractanda. Est tamen textus optimus in c. significasti. in j. de homi. Irregularitas si quidè impedit quem à susceptione ordinis ecclesiastici: & quandoquè à iam suscepti vsu: sicuti euidentius deinde apparebit. Quam ob res postea ita definiuntur Irregularitas vitii est, cuius causa iure humano pontificio prohibetur quis ordinem ecclesiasticum suscipere, & in suscepto ministrare. Nec tamen hinc sequitur, irregularitatem semper poenam esse propriam: etenim cum propria poena culpa præmittat, secundum Augustinum lib. ij. retract. c. ix. Gerfonè lectione j. de vita spiritali animæ. Thomam j. ij. q. 87. articul. j. l. sancimus. C. de poenis. c. ij. de constituto. c. quæsiuit. de his, quæ sunt à maiori parte. cap. constat planè, sepius irregularitatem poenam propriam non esse; nec dici posse quia frequentissimè contingit ab ipso irregularis culpa: quod ex hac in relectione explicandis erit notissimè. Dicitur autem irregularitas

irregularitas ex eo, quod regulare illud officatur, quod secundum regulam fit. Irregulariter, scilicet de re habere. Regula verò iuris pontificij pertinens ad ecclesiasticos ordines, omnes admittit, qui non fuerint speciali constitutione prohibiti. Igitur qui prohibentur, extra regulam sunt, & irregulares appellantur, ipsamque impedimentum irregularitas. cap. j. de re iud. cap. j. de senten. excomm. in sexto. Sicut regularis dicitur, qui secundum regulam in fortè ministrorum spiritalium fuerit adsumptus. Dicitur Augustinus lib. ij. de ciuit. Dei, cap. xv. Regula inquit, solis defectio non nisi luna sine contingit. Fuit etenim olim ab Apostolis, & sanctis patribus regula constituta de his, qui admittendi erant ad sacrorum ministeria, & ea in specie quosdam ab eo ordine prohibuit. j. ad Timoth. capitulo. iij. & qui ex prohibitis admittebatur, dicebatur sacris initiati contra regulam. can. quoniam. 48. dist. ex c. ij. concilij Niceni. idè Gratianus probat in ca. vnum orari. 25. dist. Sic & Dominicus Nanus in sua Polyanthea, irregularitatem Græcè dici existimat ἀκανονία. Nam καὶ ῥοῦν regulam latinè significat. l. ij. ff. de legib. glo. in rub. de reg. iur. in vj. Iudorus lib. vj. etimolog. cap. xvj. Canon inquit Græcè, Latine regula nuncupatur. ca. j. ij. dist. in. vnde canonici olim

primùm hinc nuncupati sunt, qui in communi vitam agentes intra domum publicam, aut ecclesiam collegium ecclesiasticum diuini cultus gratia constituebant, communem habentes mensam, regulamque diuini Augustini exactissimè seruantes. Hic etenim vsus adhuc in aliquot ecclesijs sedem habentibus episcopalem obtinet: in alijs verò ecclesijs communem vitam omittentes nomen simplex canonicorum retinent: atque idè iure pontificio, vt ab his priores distinguantur, dicuntur illi canonici regulares. c. quod Dei timorem. c. in singulis. §. hoc ipsum. de statu monacho. & canonicorum regularium. Quo rationis discrimine minimè perpenso Ludouicus viues in adnotationibus ad diuum Augustinum in d. c. xv. canonicos regulares nominis ambitiosi accusare videtur: quasi his hoc vocari gaudeant nomine, ne non semel putentur regulares: cum idem canonici, & regulares significent: & tamen hac nota omninò liberè exillimandi sunt: quia ius ipsum Pontificium nomina hæc distinctè induxerit. Canonicas foeminas apud diuum Christostomum legitimus in eo sermone quo scribit, & docet, non decere canonicas, id est regulares vt cum viris cohabitent. Ex hac ipsa definitione constat, irregularitatem iure tantum

humano pontificio statutam esse. Quod expressim adnotarunt Innoc. colum. iij. Antoni. nu. 19. & ibi doct. in c. nisi cum pridem. de renunt. idem Inno. in cap. ad audientiam. de homicid. vbi doct. quorum opinionem communem esse fatentur eam sequuti Syluester verb. irregularitas. in fin. Gonsalus à Villadiego de irregula. in prin. eandem sequuntur Imo. & docto. in hac clem. si furiosus. Florent. iij. part. tit. 28. cap. ii. §. vj. Paluda. in iij. senten. distin. 2. q. iij. ad fin. Cui opinioni non obertur plura, quæ in contrarium ex veteri testamento, & canonibus Apostolorum, & atque ex eorum epistolis adduci poterant: siquidem Apostolorum canones, & decreta, iuris humani sunt. Vetus verò lex per Christianam, & euangelicam legem fuit abrogata. Quare ratione hoc sit constitutissimum, irregularitatem non esse iure diuino, sed humano institutam. idem probare in specie cuiuslibet irregularitatis diligenter conabitur: & probat Specular. titu. de legat. §. iuxta. quicquid ex aduerso disputet Marian. Soci. in dict. cap. ad audientiam. q. iij. principali. Hinc & illud apertissimi iuris est, irregularitatem ÷ nullo in casu esse constituendam, nisi in iure pontificio id fuerit expressum. text. celebris in c. is qui. de senten. excom. in vj. quem doct.

ibi maximè commendarunt, præsertim Fræcus dicens eum singularem esse. idem Francus in cap. dilectis. col. iij. de appellat. Bertachinus in tract. de Episcopo. cap. vlt. num. viij. Nam cum hoc vitium sit iure tantum humano pontificio inductum: consequitur manifestè, nusquam id contingere, nisi expressim sit eodem iure definitum. Nihilominus aduersus illationem istam solet obijci responsio text. in dict. c. ad audientiam. de homicid. vbi constat, in dubio an quis sit irregularis, iudicandum esse, ac censendum, quòd si irregularis sit: quia hoc sit iudicium totius text. ad idem optimum in cap. significasti. in j. & apertior in c. significasti. in ij. vers. quòd si discerni. eod. titu. igitur non ita certum est, nò esse quem censendum irregularem, nisi casus is satis fuerit iure pòtificio decisus. Sed huic obiectioni Ioannes Andre. Cardinal. Abbas Anania, & Socin. numer. 46. in dicto capit. ad audientiam, responderè conantur distinguètes inter forù iuterius conscientie, & exterius iudiciale, vt in priori casu hoc in dubio teneatur quis à diuinis abstinere, & seipsum censere irregularem. cap. illud. de cleri. excom. in. in posteriori iudex non possit ipsum irregularem per sententiam pronuntiare peccat. Sic etenim text. in dict. cap. ad audientiam. & similes procedunt

procedunt in conscientie iudicio: non in foro iudiciali. Hæc verò differentia nequaquam est admitenda, cum & decisio text. in d. c. is qui. in animæ, & conscientie foro itidè obtineat. Et præterea quod responsum est in dict. cap. ad audientiam. & similibus, ad forum exterius & iudiciale pertinet: sicuti deducitur ex ipsis constitutionibus. Sed & Innoc. in dict. ca. ad audientiam. indistinctè asserat. in dubio nò esse quem censendum irregularem, quia iure humano est irregularitas inducta. quæ quidem ratio ita militat in foro conscientie, vt in iudiciali: imò fortius obtinet apud interiorè animæ iudicem. quam ob rem communem differentiam eleganter improbat Martinus Azpilcueta in cap. si quis autem. de pœnit. distin. vij. nume. 25. idcirco ipse aliter opinor posse intelligi text. in dict. cap. is qui. & in d. capit. ad audientiam. Nam vbi sit dubium an in aliqua specie sit inducta irregularitas iure pontificio, tunc respondendum erit, non esse irregularitatem constituendam in eo casu, nisi expressum id fuerit iure canonico. At vbi simus certi, iure irregularitatem induci certo in casu: & tamen ambiguum sit, an Sempronius irregularis sit ex illius cause ratione, & an id vitium propter eam causam contraxerit, vt plane non de iure, sed de facto du-

bitemus, tutior erit in vtroque foro eligenda via, eritque Sempronius irregularis censendus & iudicandus ad hunc effectum, quod absque dispensatione minime diuinum officium exequatur. hanc autem interpretationem deduci posse censeo à præcitatis responsis: nempe ex dict. cap. ad audientiam. cap. significasti. in j. & cap. significasti. in ij. de homicid. imò quoties ea contigerint, quæ in dictis decretalibus traduntur, erunt omninò seruandæ earum decisiones adhuc in iudiciali, & exteriori foro: siue forum sit exterius simplex iudicio cæpro per accusationem, aut denuntiationem, quod est verè contentiosum: siue mixtum exteriori absque accusatore, & denuntiatore: licet Felin. in dict. cap. ad audientiam. velit eam constitutionem, & similes in hoc vltimo tantum seruandas fore. idcirco præfata romanorum pontificum responsa erunt ad vnamquemque memoria commendanda: ne quis falsa eorum interpretatione deceptus ab optimis institutis remerè discedat.

¶ Rursus ab eadem definitione constat, qualiter accipiendum sit quòd plerunquè in Apostolicis indulgentiarum literis continetur: ÷ scilicet, posse priuilegiorum ratione sacerdos ad sacramentalem electus confessionem absoluerè pœnitentem ab irregularitate

mentali, & super ea dispensare. Ego planè fateor, me non satis percipere, quæ sit hæc mentis irregularitas, aut denique mentalis. Scio equidem, non posse irregularitatem mente tantum contrahi absque actu exteriori: quod non semel in hac relectione probabimus: præsertim ea ratione, quòd lex humana, adhuc pontificia, qualis est quæ irregularitatem induxit, minimè afficiat actum pure interiorem mètis: quem admodum ostendimus in regul. peccatum. de regul. iur. in vj. ij. relectionis parte: numer. vij. Igitur qui mente homicida sit, quique animo deliberato alicuius occisionem conceperit, nõ erit irregularis cõfendus: cum lex pontificia irregularitatem ex homicidio statuens non comprehendat actum homicidij, mentis equidè interiorem: sed exteriorè. Fit ergo non posse commodè, aut propriè dari mentis, aut mentalem irregularitatem. Et inde consequitur verba priuilegiorum, quæ de mentis irregularitate tractauerunt, accipienda esse de illa irregularitate, quæ licèt ab actu exteriori procedat, occulta tamè est. De hac etenim inferius agemus, an exigat necessariò dispensationem.

¶ Prima tandè irregularitas à corporis vitio, & labe deducenda est: † siquidem corpore vitiatu iure pontificio cense-

tur irregularis, ita vt nõ possit ad sacros promoueri ordines, nec promotus in eisdem ministrare. Nam & Leuit. cap. 21. dixit Dominus ad Mosem: Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo. Et paulò antè dixerat: loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias suas qui habuerit maculam, nõ offerret Deo suo, nec accedet ad ministerium eius: si cæcus fuerit, si claudus, si uel paruus, uel grandis, uel torto naso, si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugè scabiem, si impetiginem in corpore, uel herniosus. Hactenus apud Leuiticum. Apud Ethnicos idem obseruabatur: siquidem auctore Plinio libr. vij. naturalis historix, capitul. 28. Sergius in prætura à sacris arcebat eò, quòd debilis esset. Seneca libr. iij. declamationum, declamatione ij. itidem præmittit, apud Gentiles eam legem obtinuisse: Sacerdos integer sit. quasi decens ubique gentium esse visum fuerit, quòd sacerdotes, sacrorumque ministri corpore sint integri, nullam maculam habentes, quique nulla possint corporis fœditate notari. idque obtinuit olim apud romanos ab ætate Romuli, qui sacerdotibus elegit genere excellentes, simul & virtute præstantes, nec ius seriem

tamen inopes, aut corpore uilla ex parte trùco: vt testatur Dionysius lib. ij. Romana. antiquidem & apud Persas usum receptum fuisse tradit Alexan. ab Alex. lib. vj. dier. geniali. ca. 14. hæc uerò in re duas regulas cõstituendas esse censco. Prior regula. Corporis vitium impedit quem sacris ordinibus donari, cum id uel impedimentum præstat ordinis executioni, uel insignem inducat deformitatem. text. in dict. cap. 21. Leuitic. Cuius seriem egregiè morali quadam interpretatione prosequitur diuus Gregorius capit. xj. primæ partus Pastoralis. c. hinc etenim . 4. 9. distin. probatur & istæ regula in cap. . 1j. & toto titu. de corpore vitiatu. ca. ij. & ibi Panor. de cleric. & grot. notat præter alios Albert. Trotius de uero, & perfectò clerico. libro 2. c. 16. Host. in Summa, titul. de corpore uita. Richardus in 4. Senten. distin. 25. q. v. articu. v. & Paludan. ab. q. 3. ad finè. Gonsalus à Villadiego in tract. de irregularita. c. de corpore uita. idè constat ex Innoc. Card. & Joct. in cap. j. & ij. de corpore uita. Henr. in cap. Thomas. eod. tit. regal. 25. titu. 6. part. j. quæ uero sic deformitas insignis, arbitrio Episcopi relinquatur: cap. ij. & ibi Anto. Card. & alij de corpore uita. quod receptissimè est apud omnes, qui questionè istà tractauerunt. Est ad hanc regulà optimus text. in cap. li euangeli

ca. 55. dist. aliquot tamè ad eius apertiorè intellectum exponam  
 ¶ Primum etenim hæc regula uera est quòd ad ordines suscipiendos: quia quòd ad susceptos tantum inducitur irregularitas in illo actu ordinis, qui uel ob insignem deformitatem. uel defectum impeditur uitio corporis. quod colligitur ex text. & ibi Abb. in dict. ca. ij. de cleric. & grot. notant Maria. Soci. in dict. cap. ad audientiam. nu. 21. Gõsalus à Villadiego in dict. tract. de irregularit. capitu. de corpore uita. quæ ratione qui patitur uitium corporis celebrationem impediens: nempe in his digitis, qui ad consecrationem, & eleuationem hostiæ sunt maximè necessarii, solum abstinere à celebratione missarum, non autem à diaconatus, aut subdiaconatus ministerio. item & is, qui ob deformitatem insignem ab altari arcendus est, non impeditur ab solutionis sacramentum ministrare. quæ in re uideo ferè omnes conuenire in præcatis locis.  
 ¶ Secundò illud est adnotandum, quòd si contingat aliquè inutilem esse membro, quòd nõ constituat eum irregularè eius defectu, minimè tenetur illud membrum abscisum, nec eius partem secùs deferre: id enim necessarium non est, nec quidquid prodesset, si ex illius membri abscissione contigisset irregularitas. gloss. in cap. eunuchus. 55. d. Panor. in c. ij. Henr. in cap. vlt.

de corpore vitiat. Gonsalus à Villadiego in dict. cap. de corpore vitia. Alber. Tronius in d. ca. 16. num. 8. Posterior erit regula. Si quis membrum sibi culpa propria absciderit, irregularis est, etiam si ea abscisio nec impediatur ministerium ordinis, nec insignem deformitatem inducat. hæc conclusio ad eos præcipue pertinet, qui propria voluntate peccanda vltro sibi excuerunt. can. penitentes. 55. d. can. si quis absciderit. & can. qui partem. ea. di. ex canonibus Apostolorum. ca. 2. can. maritum. 33. dist. c. vlt. 87. d. Est autem deductum, quod in dict. c. maritum. Gratianus refert, ex Augustino in li. de dogmatibus eccles. cap. 72. ca. ex parte. & c. significavit. de corpore vitiat. regia l. 25. tit. 6. parti. 1. item & hi sub hac regula continentur, qui ab alijs paisi sunt abscissionem istam culpa tamen sua, ex eo nempe, quod ob adulterium, adulteræ maritus vlticiscens grauem iniuriam virilia eis amputauerit: secundum Ioan. Andre. & Hostiens. in dict. cap. ex parte. Gonsalus à Villadiego in dict. ca. de corpore vitiat. col. 2. Anno etenim multissimo quingentesimo trigesimo septimo, prope Pinciam filius viduæ cuiusdam, & duo mariti in tres sacerdotes sequebantur de inimicis membrum se vindicantes: quod & nos audiuimus, & acta super his confecta vidisse testis est integerrimus Ioâ. Bernar. Presul Ca-

laguriensis in pract. criminali, cap. 79. & regulam istam omnes hi doctores probant, & veram esse sententiam, qui ad priorem suæ re citati: nec dubium est, eam communi omnium consensu receptam esse. Attamen Hosti. Car. & Anton. in d. ca. vlt. quos sequitur Gonsalus in dict. ca. de corpore vitiat. sententiam esse intelligendam quoties culpa ipsius sacris ordinibus donandi notoria est: quasi aliud dicendum sit vbi culpa eius in abscissione alicuius membri non sit notoria, vt tunc possit ad ordines promoueri, & in susceptis ministrare: quam sententiam, & opinionem communem esse facit Gonsalus in dict. cap. de corpore vitiat. de ca. sanè dubius: nec ipse eam admitterem, n. si saltem Episcopi dispensatio accesserit, vbi conuergerit totius membri abscisio: nam si partem membri sibi amputauerit, tunc locus erit operi moni Hostiens. qui planè hac in specie loquitur: sicuti constat ex eod. & Anto. Cardinale, & Aegidio à Bellamera in d. cap. vlti. eod. tit. co. vlti. Quod si quis non sua sponte, sed vel à medicis, casu, aut per vim, & insidias hostium, vel puer in cunabulis sectus fuerit, & virilia, aliudve membrum amisit, promoueri poterit, & promotus, ita, cù sit casus accidentis, in ordinibus susceptis ministrare: c. ex parte. j. c. significavit. c. ex parte. ij. de corpore vitiat. c. cunuchus

ean. eunuchus. 55. d. cap. 21. ex canonibus Apostolorum. c. si quis pro ægritudine. ca. si quis in infirmitate. can. lator. 55. distinct. & licet Gratianus Martino Papæ tribuat textum in dict. ca. si quis pro ægritudine. iam nos non semel admonuimus eam inscriptionem, & similes falsas esse, cù referendæ sint ad Nartinum Bracharensem Episcopum ex Synodis orientaliibus. est & ad hoc ipsum textum cõsilio Niceno c. j. inc. si quis à medicis. 55. dist. Quod autem ad uetus pastorem istam regulam obiecit glo. in d. c. si quis absciderit. de Origine, qui authore Eusebio. v. Eccles. histor. ca. 6. cù docedi officio apud Alexandria præfesset, sibi virilia excernerit: existimans secundum Historiam & litteram esse intelligendum Dominicum verbum Matthei cap. 19. quia sunt eunuchi, qui seipios castrauerunt propter regnum Dei: parum oberrauit opinioni, quã modo probauimus, multos equidè rationibus. Potissimum, quod nulla ex causa, etiã castitatis, licuit vlticiscere violentas ad occasionem, aut membri mutilationem, quæ admodum nos probauimus lib. 1. vari. resolut. cap. 2. nu. 8. & lib. 1. ca. 1. nu. 11. can. si non licet. 23. q. v. omnium latissimè Andre. Tiraquel. in tract. de nobilitate. c. 31. num. 475. & nu. 520. est ad hæc rem puchra Aristotelis sententia lib. 3. Ethic. ca. 7. Mortem, inquit,

sibi consciscere ob fugiendam paupertatem, vel merorem aliudue huius generis, non fortis est hominis, sed potius timidi. hoc ipsum & Iurisc. consulti reprehendunt in l. qui rei. §. sic eorum dist. stinguendum. ff. de bonis eorum, qui sibi mort. consciscuerunt. l. si quis filio. §. eius qui. ff. de inoff. testa. quibus satis cõpertum est, illicitum esse sibi quenquam manus iniicere violentas: nec id fieri posse absque culpa, & plerumque mortali. licet fiat prætextu religionis: cum sit gravis, & supina ignoranua, eod. quis existimet, te per eos actus obsequium præstare deo, cuius leges, & præcepta manifestè transgreditur. Secundò in specie probatur, hanc abscissionem grauissimum esse crimen, ex eo quod & leges ciuiles homicidij pœna censent puniendum esse eum, qui alteri virilia amputauerit. l. iij. §. qui hominè. & l. iij. §. idem diuus. ff. de sicar. l. j. & l. j. C. de eunuchis. l. 13. tit. 8. part. 7. eademque pœna afficitur qui se castrandum præbuerit, aut cõsensum huic abscissioni præstauerit. d. l. 4. ad fin. igitur non potuit, nec potest actus is adeò reprobus licere, etiam castitatis aut religionis causa. Tertio vltèrius idem euidentius fit ex canonibus Apostolorum cap. 22. can. si quis absciderit. 55. dist. Quo in loco qui sibi virilia absciderit appellatur sumptus homicida. salt em vel ea ratione, quia ma-

timus mortis periculum imminet. quod & Iustinianus asseruit constitutione Nouella. 142. tit. de his, qui eunuchos faciunt. qua ratione sit, ut non possit actus iste religionis causa licitus esse.

¶ Quarto hoc ipsum apparet, quia unum est pertinet ad veram, & propriam castitatem, quod quis sibi absciderit virilia: imò id est, & si ea causa fiat, improbandum auctoritate concilij Arelatenfis secundi. cap. 7. & cap. li. qui se carnali. 55. distinctione quo in loco ut ignavi, & nefcietes carnis tentationi resistere, reprehenduntur hi, qui seipso absciderint. Quinto veritas euangelica eum sensum habet, ut planè potius hæc abscisio vitio, quam virtuti tribuatur. est etenim locus ille intelligendus in hunc sensum, quod hi dicantur seipso castrare propter regnum cælorum, qui pro proposito ab vxore ducenda se continue rinita quidè eunuchi, quos euangelium laudat, non sunt hi, qui natura spadones sunt, nec ab hominibus execti, nec illi qui amputato corporis membro seipso execuerint. Nam hi plerumque eo proposito sunt, ut coniuges, si possent, haberent: sed verè illi censentur, qui seipso castrant propter regnum cælorum dei isto affectu rei vxorix, quasi illi, qui à coniugio abstinerint, ut deuitent presentem necessitatè molestiarum conjugaliū, in regno cælorum non sint amplius quidquam cæteris habituri. si

cuti elegantèr euangelij locum explicauit Diuus Augustinus lib. v. inico de sancta virginitate. cap. 23. & 24. & Basilus magnus in lib. vi. de virginitate. qui cæteris longius huius euangelici verbi interpretationem exponit. eius aliquot hæc subiicit verba. Sunt enim, eunuchi, inquit, qui ex vtero matris sic nati sunt, qui naturæ prerogatiua, eoque quod ad coitum irritat, execti nuptias continent. Et sunt eunuchi qui eunuchi facti sunt ab hominibus, per doctrinam & obseruationem virginitatè exercere perussit: quemadmodum sanè & virgo, quæ à patre seruatur: de quo dictum est. Qui verò decreuit in corde suo ut seruet virginem suam, benè faciet. Et sunt eunuchi qui seipso castrauerunt propter regnum cælorum. qui etiam prestantiores alijs existunt, propterea quod nec ex natura viaticum, & occasionem ad temperantiam habent, nec ab hominibus seruati, ac detenti, ipsi seipso propter regnum cælorum ad virginitatè exercent, nuptias quidem, & vitam propter has contemnent: in totum verò de regno cum gladiatorio ludore pendentes. Nam qui ex vtero matris eunuchus est, natura castus existens, nullum proprium opus in virginitatis pulchritudine ostendit: potest, naturæ, velut dixi, prerogatiua, & non affectu erga virginitatè nuptias auersatus: quemadmodum sanè, & qui ab hominibus eunuchus

eunuchus factus est, obseruatione virginitatè exercere coactus: non proprium rectè factum ipsam virginitatis integritatem ostendit, sed eorum, qui ipsum custodiunt, ac seruant. qui verò seipsum castrauit, præcipuum opus per continentiam, & ad omnia exercitationem, virginitatis pulchritudinem faciens, propriis & non alienis virtutibus ob regnum se iactat. hæc Basilus qui paulò inferius euangelicam castrationem mysticam esse asserens scribit. Qui verò non intellexerunt hoc, ut sunt eunuchi, qui se ipso castrauerunt propter regnum cælorum, absurdè seipso mutilauerunt, ipso facto perulantiam suam eminè accusantes. qui enim carnalis amoris instrumentum, ut nè dum præsens est operetur, abiecerunt, manifestos se ipso faciunt, quod gliscunt quidè ad coitum: verum quod seipso exarmauerunt, non quod non velint, sed quod non possint, virginitatem agunt. At diuina lex non actionem, sed cogitationem iudicat. Hæc diui Basilij verba manifestè ostendunt, nec lege naturali, nec diuina nunquam heuissè, quinquam seipsum mutilare, etià castitatis causa. idcirco veteris deducitur, iustissime sacris canonibus institutum esse, ut is à sacris repellatur ordinibus. Hæc ipsa virilitas abscisio à seipso illata tuius apud Gentiles censebatur: siquidem author est Valerius Maximus

lib. vij. c. vij. Mamercurum Aemiliū consulè, Genutiū quendam hereditatis possessionem ex testamento petentem à tribunali abieciisse, eique bonorum possessionem secundum tabulas petitam negasse, quod ipse Genutius, ut esset Gallus Matris matris, amputatis suis ipsius spore genitalibus corporis partibus, neque virorum, nec mulierum numero haberi deberet. olim tamè aliquot Eunuchi strenuè pro republica operam impendentes, magnis, & insignibus dignitatibus ornati fuere. Narses enim Iustiniani dux spado fuit, & is Gothos Italia expulit. Euthericus item, teste Ammiano Marcellino li. xvj. cubiculo Constantij Cæsaris præpositus inter alios spadones, ut Rosa inter vepres, maximi exepi fuit. Est & aliorum mentio apud And. Alciat. in l. spadonum. ff. de verb. signifi. cui adde l. qui cum vno. in prin. ff. de re milit. l. Pomponius. & l. sequent. ff. de adulterio edict. l. ij. ff. de adoptioni. Constantinum Harmenopol. li. ij. epitomes, tit. vij. eundè Alciat. li. vij. Pareg. c. 23. Ludou. Cælium lib. ij. l. et. antiq. c. 37. Ant. Augusti. libr. iij. emendatio. c. v. penes quos multa de eunuchis lector cõperiet. ex quibus illud erit satis, quod iuxta canonicas functiones qui seipsum castrauerit irregularis est. nec poterit promoueri, nec promotus ad sacros ordines ministrare. Relict. Didac. Couar. ▸

Super hac verò irregularitate impetràda † est regulariter dispensatio ab ipso romano pontifice: non ab alio: secundum Innocentium in capit. significauit. de corp. vitiat. cuius opinio communis est, vt inibi asserit Card. & Gonfalus à Villadiego de irregularitate. c. vlti. licet contrariū sentiat glos. in d. c. significauit. eiusdem capituli autoritate: quæ minimè obstat. est etenim intelligenda ea decisio de dispensatione Episcopi autoritate apostolica præstita, ac sibi delegata: vt Panormita. & alij communiter inibi tradidèrunt. quo fit, vt ea sit iuris regula, inferiori prælatum non possit dispensare super hoc corporis vitio, nec super irregularitate contracta à corpore vitiat. Imò scribit Io. Staphil. de literis grat. & iustit. ij. part. fo. 193. non consueuisse romanum pontificem dispensare circa vitium corporis, & eius irregularitatem, quoties deformitas tanta est, quæ scandalum maximum generet apud Christianam plebem: quod est semper considerandum in huiusmodi dispensationibus.

¶ Secunda constituitur irregularitas ex eo, † quòd quis bis, vel ter sacrum baptismum suscepit. Catholica siquidem ecclesia non semel definiuit, sacramentum baptismi non esse repetendum, nec iterandum: quemadmodum diuus Augu-

stinus docet in libro de vnico baptismo: & aduersus Donatistas. Concilium item Carthaginense primum, c. j. vbi Gratus Episcopus Carthaginensis asserit, rebaptizationes illicitas esse: omnesque Episcopi in eodem concilio itidem decreuerunt factis esse alienum à syncreta fide, & catholica disciplina rebaptizari. tradit & Alfonso à Castro lib. ij. de hæresibus, c. de baptismo. v. hæresi. S. Thomas eleganter in tertia parte. q. 66. art. ix. idem & alij doct. Theologi in iij. sen. dist. vj. Ioannes Faber, & Catholici viri, qui nostra ætate aduersus Anabaptistas Germanos scripsère, hæc sunt eorum magnis autoritatibus improbat. Paulus sanè ad Ephesios c. iij. inquit, vna fides, vnum baptismum. Rufus ad Hebr. c. vj. contra quosdam rebaptizari volentes ait, rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei. Sic maximis pœnis iure pontificio, & cæsareo puniuntur qui rebaptizant, & rebaptizantur. c. ij. de apostat. c. ostenditur. de consecrat. dist. iij. cap. Miramur. §. his autoritatibus xxiiij. q. j. l. j. ij. & iij. C. ne sanctum baptismum reiter. in specie autem constitutum est, quòd re-baptizati minimè admittantur ad sacros ordines: c. qui bis. & c. l. q. de consecra. dist. iij. c. confirmandum est. fo. dist. ex concilio Carthaginensi quinto, c. xj. quibus autoritatibus hoc

fatis re-

fatis receptum est, saltem in eo, qui scièter fuerit rebaptizatus: quasi ob scientiam istam puniri iustè debeat hac irregularitatis pœna, & idè erit in eo, qui ministrauerit hoc baptismi sacramentum, sciens iterum illud repetens. d. c. ij. de apostat. d. l. j. & ij. C. ne sanct. baptis. reitere. At dubium est de eo qui ignorans fuerit rebaptizatus, an is sit irregularis? Et profectò constat euidenter in d. c. qui bis. eum irregularè esse, qui etiam in sciis & ignorans fuerit rebaptizatus. Sic sanè ex pœnitentiæ li Theodori Iuo Carnotensis li. j. decret. retulit, & ab eo Gratianus deduxit text. in d. c. qui bis. quo in loco Card. à Turre Crema. nu. vij. probat, rebaptizantem, aut rebaptizatum ex ignorantia iusta, quæ inuincibilis sit, non esse irregularem. idem tenet Scotus in iij. sent. dist. iij. sexta, ne pœnam istam constituamus absq; aliqua ipsius rebaptizantis, aut rebaptizati culpa. Et verè hæc opinio probabilior est, autoritate tex. in d. c. ij. de apostat. quæuis irregularitas sæpissimè contrahatur absque culpa: sicuti iure manifestum est. Conueniunt omnes in hoc, quòd baptizans iam baptizatum ex ignorantia iusta, non sit irregularis. de eo verò, qui rebaptizatur etià iusta ignorantia, eum esse irregularem tenent Palud. in iij. sent. dist. vj. q. iij. conclusione secunda: &

Floren. ij. part. tit. 14. c. 13. §. 12. qui fatentur, posse Episcopum magna ex causa in hac specie dispensare propter iustam ignorantiam. nihilominus probarem ipse Scoti sententiam, cui non obstat tex. in d. cap. qui bis. Ea enim responsio nec est romanæ pontificis, nec concilij generalis, nec adhuc prouincialis, nec alii cuius, qui habuerit autoritate legis condendæ. Nà etsi Theodorus referat, veteribus canonibus ita statutum fuisse, erit eius testimoniū referendū ad canones, qui prohibent rebaptizatū ad sacros ordines promoueri: qui tamen intelligèdi sunt de rebaptizatis scièter: nõ de his, qui iusta ignorantia rebaptizantur. aut ita accipiendū est Theodori responsum, vt procedat in eo, qui ex ignorantia culpabili, supina, & crassa fuerit rebaptizatus. is enim nõ est admittendus ad ordines sacros: tamen nõ puniatur ea pœna, nec fit afficiendus ea pœnitentiæ, qua afficeretur qui ex certa scientia rebaptizaretur. Poterit qui dè & illud responsum intelligi vbi rebaptizatus ignoranter, post scientiam ratam habet huius sacramenti repetitione: quod sensit Flo. ij. part. ti. 28. c. vj. §. iij. Tã dè Alber. Troiti. de vero, & per se. cleri. li. ij. c. ix. post Arch. in d. c. q. bis. existimat, tutius esse, q̄ rebaptizatus iusta ignorantia obtineat, & impetret ab Episcopo dispensationem. Hæri. ve-



ma confess. lib. iij. titu. 14. à qui-  
bus plures huius irregularita-  
tis rationes traduntur: quarū  
etiam post alios meminit Al-  
bert. T. rotius de vero, & perfe-  
cto cleri. libr. ij. cap. 14. Harum  
ea est fortissima, quam Hormis-  
da Papa in epistola ad Episco-  
pos Hispaniæ exponit, & Gra-  
tianus reulit in can. non nega-  
mus. 61. distinct. inquit enim:  
sed nec de penitentibus quidē  
quisquam ad huiusmodi gra-  
dum profanus temerator aspi-  
ret: satis illi sit postulanti veniā  
concedi. qua conscientia absol-  
uat reū qui se peccata sua scit  
populo teste confessum? quis  
enim quem paulo antē iacem-  
tem viderat, veneretur Antisti-  
tem? perferens memorandi eri-  
minis labem non habet lucidā  
sacerdotij dignitatem. Hacten-  
us Hormisda summus eccle-  
siæ Catholice præsul. Nec po-  
terat solennis penitentiā inui-  
gi, nisi causa grauisissimi, & ad-  
modum publici criminis. Nec  
clericis olim, cū ea in vsu erat,  
iure potuit etiam ab Episcopo  
infigi cuiuscunque reatus cau-  
sa: quemadmodum in præcita-  
tis canonibus constat, maximē  
in dict. c. in capite. & c. confir-  
mādum. c. illud. c. alienum. 5c.  
dist. sub qua ad hanc rem opor-  
tet expendere tex. in c. placuit.

Ex §. sequenti.

3 *Suspensio ab officio, per quem actio  
irregularis efficitur, si in eo mi-  
nistraverit.*

2 *Suspensio facit ministrantem irre-  
gularem, quando à iure vel ab  
homine fit propter delictum quo  
ad se, & quoad alios in foro ex-  
teriori.*

3 *Suspensio ob corporis vitium, etiam  
si celebret, non est irregularis.*

4 *Suspensio ex eo, quod antē legiti-  
mam aetatem promotus fuerit,  
non est irregularis, et si in offi-  
cio ministrat.*

5 *Publicus peccator, an sit irregula-  
ris, si celebret. & quid de noto-  
rio concubinario?*

6 *Sodomita an sit irregularis si ante  
dispensationem celebraverit.*

7 *Simoniac crimen, an efficiat quem  
ipso iure suspensum, ita vt cele-  
brans sit irregularis.*

§. PRIMVS.



VINTO loco  
ea est tractanda  
irregularitas, que  
à suspēsiōe de-  
ducitur. Iuris sa-  
ne pōtifiçij regula illud palam  
probat, quod suspensus ab of-  
ficio, si eius ministeriū exequa-  
tur, aut in eo ministrat, est irre-  
gularis. c. j. de re iudic. c. j. de sen-  
ten. excom. in sexto. quibus in  
locis adeo manifestē probatur  
hæc cōclusio, vt nulla indigeat  
vlterius probatiōe: imò potius  
oporteat ipsam explicare ali-  
quot propositis, que necessaria  
sunt ad eius intellectum: multa  
enim requiruntur, vt suspensus  
ab officio, in eodē ministrans  
irregularis efficiatur.

¶ Primum eiqdem exigitur,  
quod sit

quod sit suspensus ab aliquo  
actū ordinis ecclesiastici, quem  
habet: sicuti constat in c. is qui.  
de sent. excom. in vj. ibi, celebrat.  
& in c. is cui. eo. tit. ibi, in suo of-  
ficio. atq; ita in specie notant  
Innoc. in d. c. j. de sent. excom.  
lib. vj. & alij plures, quorū nos  
mōtionem fecimus in c. Alma  
mater. de sent. excom. ij. part. §.  
ij. nu. 3. Is igitur, qui aliquem  
actū ordinis ecclesiastici, à quo  
fuerit suspensus, egerit, irregu-  
laris est, nec ab alio quāam ro-  
mano pontifice poterit dispen-  
sationem obrinere. vnde multa  
in specie possunt adnotari.  
Primum hinc constat, nec lai-  
cum, nec forminā esse irregula-  
rem ex alicuius ecclesiastici of-  
fij actione, tamen si suspensio  
ab officio præmittatur. Fœmi-  
na enim capax non est ordinis  
ecclesiastici: laicus verò eodem  
omnino caret: & ideo verè non  
potest in hoc casu constitui ir-  
regularitas: quemadmodū ex  
p̄notata cōclusiōe deducitur.  
¶ Secundū colligitur ab ea-  
dem regula, quod Episcopus à  
pontificalibus suspensus, licet  
cum eis celebret, nō erit irregu-  
laris. Quia pontificalia nō per-  
tinēt ad substantiā alicuius or-  
dinis ecclesiastici: sic sanè ferè  
omnes fatetur, qui præmissam  
regulam admiserunt.

¶ Tertiū inde apparet, suspen-  
sum à collatione sacramento-  
rum, nō esse irregulārē, si ea cō-  
tulerit ea forma, & solennita-

te, quibus laicus potuisset con-  
ferre: nempè si baptizaret ali-  
quem secundum ritū, quo laici  
quādoq; solent, & possunt ba-  
ptizare: secundū Inno. in d. c. j.  
de sent. excom. in vj. quasi secus  
sit eo casu, quo clericus suspen-  
sus à collatione sacramentorū,  
solēnter eo modo quo presby-  
teri solent baptizare sacra-  
mentum baptismi contulerit: quod  
Henri. in c. vlti. de cleri. excom.  
ministrat. ad finē. Nicolaus Plo-  
uius de irregularita. regul. 48.  
adnotarunt.

¶ Quartū ex præscripta regu-  
la inferitur, suspensum à perce-  
ptione sacramentorū, non esse  
irregulārē, etiam si sacramenta  
percipiat. Perceptio enim sacra-  
mentorū non pertinet speciali  
iure ad aliquem actum ordinis  
ecclesiastici: siquidem & laicis  
competit: idcirco irregularitas  
minimè cōtrahitur. Quod cō-  
muni omnium sententiā defi-  
nitum extat.

¶ Quintū deducitur vera ra-  
tio decisionis expressē in c. si ce-  
lebrat. de cleri. excom. min. cuius  
parte prima responsum est ex-  
cōmunicatū minori excōmu-  
nicatione, irregulārē non esse,  
quāuis celebret missarū solen-  
nia, & sit suspensus à perceptio-  
ne sacramentorū. Nam hæc pas-  
siva perceptio sacramentorum  
nō pertinet ad aliquē ordinem  
ecclesiasticū: secundum Abba-  
col. j. & Henri. v. in d. c. si ce-  
lebrat. Non em̄ diffiteor, presby-

terū minori ex cōmunicacione affectum dum is suspensus est à perceptione sacramentorū, suspensum vidē esse à celebracione missarū: cum is actus nō possit fieri absque perceptione sacramentorum: atque idē grauius peccat ex cōmunicatus minori ex cōmunicacione, si celebret: irregularis tamen non est: quia isthęc suspensio generalis est à perceptione sacramentorum, quatenus ea communis est clericis, & laicis. Nō erit idē in eo, cui est interdictus ecclesię ingressus: si quidem huic est interdictus actus pertinens ad ordinem ecclesiasticū, in t̄a ecclesiam tamen exercēdus: quā ratione irregularis hic cōsuetur si intra ecclesiam celebrauerit, aliāue officia diuina peregerit. c. is cui. de sent. ex. in vj. tamen si Inno. in d. c. t. eo. tit. asseuerauerit, in hoc casu nullū cōstituit irregularitātē: quod falsum est.

¶ Secundo est & illud obseruandum, † quod vt suspensus efficiatur irregularis per actionem, à qua suspenditur, nō est satis sufficiens suspensio, quę à solo Deo fit propter peccatum mortale. c. vlti. de vitā & hone. cleri. quia hęc suspensio fit quo ad ipsum suspensum: nec item sufficit suspensio, quę fit à sacerdote confessario in animę iudicio: quod Innocen. tenet in d. c. si celebrat. & Gonfalus à Villadiego de irregularit. colum. vij. sed est necessarium,

quod suspensio fuerit à iure, vel ab homine iudice in exteriori foro propter delictū quod ad se, & quod ad alios inflicta: si cuti idem Innocen. Ioan. And. & omnes expressim tenent in d. c. si celebrat. vbi Panor. præ ceteris, & Dec. consil. 141. ad finem. Hęc autē conclusio apparebit euidentius ex his, quę statim ab ea deducemus.

¶ Primum probatur ex hoc, suspensum † ab officio, & actu ordinis ecclesiastici, etiā à iure propter corporis vitium, non ob crimen, minimē effici irregularem si celebret missarum solēnia, nec contrahere nouam irregularitātē ob actionem illā: sed tantum eā, quā ob vitium corporis fuerat affectus: quod plurimum refert. notat in specie Panormi. in dicto capitulo si celebrat. & Gonfalus à Villadiego de irregularit. capitulo de suspensione. colum. ij. quo in loco idem scribit de eo, qui suspensus est ex eo, quod cum esset illegitimē natus ordines suscepit. Et hoc ipsum ipse deducit ab ea opinione, quam cōmuniter post Innocentium probant doctor. in dicto capitulo si celebrat. igitur licet corpore vitiatum, nec illegitimē nequam possint sacris ordinibus insigniri: tamen si nihilo minus ad eos promoti ministrauerint in eisdem, nouam non contrahunt irregularitatem. idem notat Dominic. in cap. Apo-

cap. Apostolica: 16. distin. & est communis opinio secundum Rauennam in Alphabeto Aureo, fol. 86. col. ij.

¶ Secundo hinc definiri poterit questio illa, quę solet disputari, † an sacris ordinibus ante legitimam ætatem insignitus, irregularis efficiatur in eisdem ordinibus ministrans, eorumque vsum exercens? cui quidē questio præmittendum est, quod nemo potest sacros suscipere ordines ante legitimam ætatem iure pontificio definitam: præsertim in clem. generalē. de ætat. & qualit. vbi gloss. verb. obseruatiam. asserit, promotum ad sacros ordines ante legitimam ætatem, non posse ordines eosdē exercere donec ætas legitima accesserit: quā quidem accedente cessat impedimentum: & idē poterit hic in ordinibus suscipris ministrare. Quod probatur in capi. vel non est compos. de tempor. ordinat. notat Ioann. de Imol. in dict. clem. generalē. num. 8. Henric. in cap. consultationi, col. iij. de tempor. ordinat. Archid. & Præpo. in c. placuit. 77. distin. & est communis opinio in dict. c. vel non est compos. Nec tamen ordinatus ante legitimam ætatem est ipso iure suspensus, sed suspendendus: text. optimus in d. c. vel nō est compos. quem ita intellexerunt Arch. Card. à Turre Crema. & Præpo. in dict. c. placuit.

Henri. in dict. c. consultationi. col. iij. Albert. Trotius de verō & perfect. cleri. lib. ij. c. 17. Florent. iij. part. tit. 14. cap. 16. §. 15. quorum opinio communis est, vt asserunt Cardi. in dict. capi. vel non est compos. ad finem. Præpo. in d. c. placuit. & Gonfalus à Villadiego de irregul. c. de suspensione. col. ij. tamen si nō desint qui expressim tenuerint, hunc ita ad ordines promotum ipso iure suspensum esse ante legitimam ætatem. Vt quē tamen sit, si communem sequamur in hoc intellectum, constabit apertius, celebrantem ante legitimam ætatem, aut in ordinibus sacris ministrantem non esse irregularem: cum hoc in casu minimē contingat suspensio iuris, nec hominis. Quod si quis defendere maluerit, ante legitimam ætatem suspensum esse quem ipso iure: tunc adhuc iure probabilis est, celebrantem non esse irregularem. Quia hęc suspensio non ob crimen, sed ob defectum statuta est à iure. Sic sanē tenuerunt Paul. & Cardi. q. v. & vi. in dict. clem. generalē. Albert. Trotius in dict. ca. 17. Cardi. in dict. c. si celebrat. Domini. cap. eos. de tempor. ordinat. in vj. Gonfalus à Villadiego in dict. tract. de irregul. c. de suspensione. col. ij. & est communis opinio, vt asserit Florent. iij. part. tit. 28. c. j. §. j. col. ij. quam & ipse sequitur eadem

ij. part. tit. 14. c. 16. §. 15. Hodie tamē extat cōstitutio extrauagans Pij II. nōdum typis excussa, qua cautum est, promotum ad sacros ordines ante legitimam aetatem, aut ab alienis Episcopis absque literis dimissorijs, vel extra tempora ipso iure suspensum esse: & si in eisdē ordinibus ministrauerit, irregularem: cum quo solus Papa dispērare valeat. Huius constitutionis meminēre Gonsaluz in d. cap. de suspensione. col. iij. Syluest. verb. irregularitas. §. 10. regula cancellarij Clementis VII. 22. Ioan. Bernard. in pract. criminali c. 22. & eam transcribit Petrus Rebuffus in tract. de beneficijs ij. part. tit. de clericis ad sacros ordines malē promotis. gloss. iij. quam ob rem cauere debent qui ante legitimam aetatem, aut extra tempora iure statuta fuerint sacris ordinibus donati, ne in eisdem absque dispensatione ministrēt. is verō qui bona fide celebraret putans id sibi licere, fortassis nō foret censendus irregularis: sicuti optimē tradit egregius vir Martinus Azpilcueta in rep. cap. accepta. de restit. spol. opposi. viij. num. 34. hoc ipsum intelligens quō ad forum interius & exterius, modō id factū fuerit probabili ignorantia: atque ita ipse praeicitatem extrauagantem constitutionem interpretatur ex his, quae in simili voluerunt

glo. in cap. solet. de sentent. excommu. in vj. in gloss. penul. & Cardina in clemen. j. de priuileg. quāst. 38.

¶ Tertio ab eadem ratione deducitur, non esse irregularem, publicū, aut manifestum peccatorem, etiam si ante poenitentiam publicē in sacris ordinibus ministrauerit. is enim est suspensus quō ad se, nō quō ad alios: quod notant praeter alios Henri. col. vj. & Cardina. col. ij. in dict. cap. si celebrat. de cleri. excomm. minist. Socin. in c. ad audientiam. de homicid. numer. 23. qui & ibi probat primam huius quaestionis illationem. sic etenim est intelligendum text. in cap. vlti. de tempo. ordina. sunt tamen qui ab hac tertia illatione excipiunt notorium concubinarium, ita eo vitio oppressum vt nulla valeat excusatione ipsum crimen celare: quasi hic sit ipso iure ante poenitentiam suspensus quō ad se, & quō ad alios. tex. in can. si qui sunt. 31. dist. & c. praeter. 32. dist. eaque ratione si ante poenitentiam hic celebrauerit missarum solennia, nouā contrahi irregularitatē à solo Papa delebilem. huius sententiae auctor sunt Panor. in cap. vestra. col. iij. de cohab. cleri. & mulier. Cosmas in pragm. sanct. titu. de concubi. verb. inhabiles. Aluarus Pelargus de planctu eccle. fol. 27. co. iij. Sylue. verb. concubinarium. §. iij. Gonsaluz à Villadie-

à Villadiego de irregulari. ca. de suspensione. col. iij. a bulensis in tracta. de concubinarijs clericis, conclusi. vij. Guido Papae quaestione 558. Florent. ij. part. tit. 27. cap. iij. Ioann. Bernard. in pract. crimin. canonica cap. 73. Paluda. in iij. sentent. distin. 27. q. iij. col. ij. Hosti. in dict. ca. si celebrat. quibus suffragatur text. in c. vlti. de cohab. cleri. & mulier. quo manifestē constat, hunc notorium fornicatorem suspensum esse ipso iure quō ad se, & quō ad alios. sit igitur, eum irregulārē esse, si ea suspensione irrogante diuinis officijs operam dederit. idem notant Henri. in d. cap. si celebrat. col. iij. pen. Ioan. in suma confes. lib. iij. tit. 19. q. v. contrariā equidem opinionem iureuereorem esse censent Innoc. & Ioan. Andre. in dict. c. si celebrat. Cardin. in cap. vestra. & cap. questum. de cohab. cleric. & mulie. Specul. tit. de dispensatione. §. iuxta propositionis. nu. 20. Ioann. de Imol. in cap. j. col. iij. de iudic. Nico. Plouius de irregularar. reg. 41. Archid. in ca. praeter. §. ad haec verō. 32. dist. Martinus Azpilcueta in cap. si quando. de referip. col. 53. qui tamen fatetur praecedentem, ac priorem sententiam communem esse. Sed & opinio Innocentij ex eo quibusdam placet, quōd irregularitas minimē contrahatur, nisi in casibus iure expressis, quod non semel probauit

mus: nullibi autem in iure decisum est, publicum fornicatorem irregularem esse, si diuina officia celebrauerit. Dices statim, rationem istam tolli, quia fornicator notorius suspensus est ipso iure quō ad se, & quō ad alios, suspensum autem irregulārē esse, si suspensionis tempore celebrauerit. ca. j. de re iudicat. in vj. & capi. j. de sentent. excommuni. eodem libr. tunc sanē respondetur, hoc verum esse de suspensione, quae directē à iure indicta est propter delictum in eius poenam, non de ea, quae ratione cuiusdam honestatis ab ipso canone sit potius ob decorem, quam in poenam directā criminis, & ipsius delinquentis: sicuti paulō ante diximus de corpore vitiat, & de illegitimis. Ego quidem & si videam priorem opinionem pluribus placuisse. nam & eam tenent Anania col. j. & Felin. ij. in capit. cum dilectus. de accusato. & Anton. num. 32. in capit. j. de iudic. atque eam forte intelligendam vbi publicus concubinarium diuinis se immiscuerit eo tempore, quo publicē in eodem versatur vitio: non aliās: quemadmodum intellexit Calderin. in dict. cap. si celebrat. & Praeposin. in dict. c. praeter. §. ad hoc. num. 15. 32. dist. idem quae à plerisque eiusdem assertiois auctoribus deducitur: quidquid alij senserint adhuc censeo durā esse nimis

hanc communem conclusionem: nec auderem secundum eam iudicare, quenquam irregularem esse: tamen si consulerem, ut absolutio, aut dispensatio impetraretur a romano pontifice. Illud tamen fateor, suspensum ab homine, vel a iure in poenam directam, & propriam, etiam ad tempus certum, vel donec poeniteat irregulare esse, si tempore suspensionis diuini rebus opera dederit: quod visum est Innocentio, Ioan. Andree. Hostii. Henric. col. iiii. & alijs in dist. cap. si celebrat. pecculato. in dict. §. iuxta propositionis. num. 21. versic. crassa autem. ac Socino in dict. cap. ad audientiam. de homicid. num. 24. quorum opinio, ni fallor, magis communis est, licet quidam contrariam probare conentur. Sunt vero & aliquot crimina, quorum auctores iure pontificio, etiam peracta poenitentia, etiam occulte, suspensi sunt ab executione officij, & ordinis ecclesiastici. in quibus plane seruanda est regula text. in c. j. de re iudicat. & cap. j. de sentent. excom. in vj. de his etenim traditur in cap. vlti. de temp. ordin. & in c. nisi cum pridem. de renunt.

¶ Solet denique controuerti de sodomitica nefandi criminis reo, an is sit ipso iure suspensus ab ordinis ecclesiastici executione, adeo ut interim in eodem ordine ministrans sit irregularis: iuxta c. j. de re iudic. in

vj. & profecto receptum est, solummodo adhuc occultum, etiam peracta poenitentia suspensum esse ab executione ordinis, & ideo interim celebrantem irregularem esse, ea quidem irregularitate, quae a solo Papa delectibilis sit: quemadmodum Anto. & alij notant in c. nisi cum pridem. §. j. de renunti. & in c. vlt. de temp. ordinat. in specie Bellazini in apofillis ad Panor. in cap. clerici. de excessi. prelat. pecu. in d. §. iuxta propositionis. num. 17. Hostien. & Ioan. Andre. in d. c. nisi cum pridem. §. j. Archi. Domini. & Præpos. in c. de his. in ij. so. dist. Mari. Soci. in d. cap. ad audientiam. nu. 27. quam opinionem asseuerans communem esse defendit Cæsar Lambert. in tractat. de iur. patron. j. part. ij. lib. 4. ix. arti. 18. nu. 4. & licet Aret. in c. cum non ab homine. de iudic. nu. 90. contrarium probare conetur, nec possit omnino ex iuris rigore defendi communis sententia: cum nullus sit iuris pontificij locus, qui hanc irregularitatem induxerit: attamen propter tanti criminis grauitatem tuenda est ea opinio, quae tot doctissimorum virorum auctoritatem habet. Nam & eam sequitur Bertachinus in tract. de Episcopo j. part. ij. lib. 3. q. idcirco Rebuffus in tract. de pacifi. pos. nu. 208. censet, solummodo poenitentiam non posse eligi ad ecclesiasticum beneficium, nec validam

validam esse collationem beneficij eidem factam: quod & Lambertus in dict. art. 18. latius probare conatus est. quibus multa patrocinantur, quae de huius nefandissimi criminis grauitate traduntur, praesertim à S. Thom. 2. 2. q. 154. artic. 11. cap. vltus. cano. adulter. ij. xxxij. q. 7. l. cum vir nubit in scemnam, viros paritura: quid cupiat? C. de adult. can. infames. iij. quæst. vij. l. j. §. remouet. ff. de potest. l. vlt. in archiepiscopatu. de raptorib. cap. vt clericorum. de vita, & honestat. clericorum. de vita, & honestat. clericorum. l. 2. titu. 21. part. 7. l. 2. tit. 9. lib. 4. fori pragmatica Regum Catholicorum Fernandi, & Ely sabeth. l. 85. Lambertinus multa tradit in d. art. 18. & Matthæus Afflictus in constitutionibus neapolitanis lib. 3. rub. 42. nume. 10. nos item aliquot adduximus in epitome ad 4. decret. 2. part. capitul. 7. §. v. nume. 6. Paulus Parisius conf. 163. lib. 4. Lucas de Pena in l. iij. colu. iij. C. de exactor. & exceptor. lib. 12. tex. optimus in dict. capitul. clerici. de excessi. prelat. ad hæc & Valerius Maximus lib. 6. capit. 1. de pudicitia: quaedam veterum exempla commemorat de huius sceleris punitione. Maxime laudat C. Marti Imperatoris disciplinam: cuius & Quintilianus meminit in declamatione, cui titulum fecit, miles Marianus. alia tandem refert Aymarus Riualius lib. 3. hi-

storiarum iuris ciuilibus. cap. de lege Scantina. quae lata fuit in huius sceleris reos: cuius meminit & Tertullianus in libro de monogamia. Huius criminis auctor non posse facere testamentum, etiam ante accusationem & condemnationem, probare conatur Anastasius Platus inter consilia Barba. conf. vltim. lib. 1. Guiliel. Benedictus in cap. Ramutius. de testamen. verb. mortuo itaque testatore. in c. j. num. 134. Decian. l. j. C. de secundis nuptiis. 8. At Specular. titu. de instrument. edition. §. compendiosè. vers. si decimo tertio: asseuerat, solummodo huius criminis damnatum testari non posse: quasi velit, hunc ante damnationem testari iure posse. sed prior opinio ex eo probatur, quod solummodo mita sit ipso iure infamis. dict. l. cum vir. vbi gloss. l. j. §. remouet. & ibi gloss. ff. de postul. can. infames. ij. q. vij. infamis autem ipso iure testari prohibetur. l. is cuius. vlt. ff. de testamentis. & praeterea huius criminis auctor ipso iure domino bonorum priuatus: quod gloss. notat in capit. secundum leges. de heret. in 6. verbo, naturae contrarias. quae confirmatur auctoritate regie pragmatice sanctionis in dict. l. 85. qui vero omnium bonorum priuatus, & futurorum dominus ipso iure priuatus est, testari minime potest: vt explicat Bald. in authent. incestas. C. de incest. nupt. quibus tandem rationibus

persuaderi poterit ea sententia quæ dicitur, iodomitam, etiam ante condemnationem testari non posse. De illo autem, qui simoniæ crimen commiserit iudè dabitur, an sit ipso iure ab officio suspensus ea suspensione, quæ ipsum efficiat irregularem, si diuinus te immiscuerit? & ubi simonia fuerit in ordine, cõnif. fa quò ad ipsum, & quò ad alios ipse simoniacus est suspensus ab ordine per simoniam suscepto, & ab alijs ordinibus. text. in ca. no. præter. §. verum. 32. dist. can. reperiuntur. j. q. j. ca. eos 81. dist. Innocen. & doct. in capit. tanta. Abb. in ca. per tuas. in ij. nume. v & in cap. de simoniacè. text. in c. si quis. & ibi Panor. de simo. Syl. uel. verb. suspensio. q. 7. Hosti. in summa. titu. de simonia. §. qua pœna. quorum opinio cõmunis est: nec poterit iure negari: quia in præcitat. locis probatur: atq; idèo irregulæ erit simoniacus qui eo tempore nondum subla. ta suspensione, in ordinibus ministrauerit, etiam post penitentiam. quòd si cõmissa fuerit simonia in beneficio ecclesiastico adquirendo, id que crimè fuerit notorium & publicum, est simoniacus quò ad ipsum, & quò ad alios ipso iure suspensus: secundum Innocen. in dict. capitul. tanta. & Panor. in ca. accusatum. de simonia. idcirco irregularitas ab eo contrahitur per solum romanum pontificem delenda, si celebrauerit ante huius

crimini peractam penitentiam, quòd ita visum est Gonfalo & Villadiego de irregulæ. capitul. de simoniaco. & plerique alij: quorum opinio licet dubia olim potuerit esse, hodie tamen constat per extrauag. constitutionem Pauli Vene. de simoniæ: qua inflata est ipso iure excommunicatio aduersus simoniacum in beneficio acquirendo. cuius constitutionis ipse memini in reg. peccatum. 2. part. §. 8. nu. 7. de regu. iur. in 6. sit igitur, vt simoniacus in acquirendo beneficio, cù excommunicatus sit ipso iure, irregulæ omninò sit, si in ordinibus ante absolutionem ministrauerit: eaque irregulæritas à solo Papa delebilis est. ca. j. de re iudi. & capit. j. de senten. excom. in 6. sic etenim sunt intelligenda quæ hoc in dubio solènt per doctores adduci ad huius quæstionis decisionem. Nec mirum hoc cuiquam videri debet cù istud crimèn grauisimum sit, & in Christiana republica perniciosum valdè.

### Ex. §. sequenti.

- 1 Bigamia quid sit, & unde originem hæc irregularitas duxerit?
- 2 Bigamus quis dicatur: & quot modis ritium hoc contrahatur?
- 3 Bigamus non est qui à seipso ritiatam vxorem duxerit.
- 4 Romanus pontifex potest cum bigamo dispensare, non Episcopus.
- 5 Baptismus, an tollat irregularitatem ex bigamia vel homicidio autè contractam.

- 6 Religiois professio bigamiam nõ tollit.
- 7 Neophytus, an sint ad ordines sacramentum admittendi, & ad beneficia ecclesiastica eligendi?
- 8 Neophytus, an sit recipiendus ad officia secularia: & quid de his, qui genus, ac nomen à Iudaorum gente deducunt.

### §. Secundus.



**M**S T & inter alias irregularitates nõ postremus bigamæ locus: cùm & ea vetutissimus decretis & institutis iure pontificio fuerit statuta. Ea verò sic definitur: † Bigamia est irregularitas ex defectu sacramenti procedens: quem admodum Hosti. in Summa definit, quem alij sequuti sunt præsertim Ioan. Montaigna in tract. de irregulærit. Bigamæ in princip. & probatur multis, quæ statim tradentur. Sacramenti autem, cuius hæc defectus consideratur, notissima est significatio: siquidem id matrimonium est. de quo nos olim Salmantica epitomen in quartum Decretalium concinauimus: eiusque secunda part. cap. 2. ad finem explicuimus, quid matrimonij sacramentum significet perfecta eius significatione. Hæc sanè irregularitas originè ducit à veteris testamenti legibus. Leuitici enim cap. 21. scriptum est de sacerdote: sortum, & vile prostibulum non ducet vxorem, nec eam, quæ repudiata

est à marito. apud Ethnicos autem Aulo Gellio lib. noct. at. 1. to. cap. 15. flamen, si vxorem amisit, flaminio decedebat, eò quòd non poterat secundam vxorem accipere. Septimius item Tertullianus in lib. de exhortatione ad castitatem inquit: monogamia apud Ethnicos in summo honore est, vt & virginibus legitime nubentibus vniura pronuba adhibeatur, & si auspici mitium est. item in quibusdam solennibus, & auspicijs, vt prior sit vniuræ locus. certè flaminia non nisi vniura est quæ flaminia lex est. Nã duo ipsi p̄fici maximo iterare matrimonia non licet, quod monogamæ gloria est. hæc Tertullianus, qui idem repetit in lib. 1. ad vxorem. & in lib. de monogamia, ad finem. & in lib. de præc. iptionibus aduersus hæreticos. idè & Diuus Hieronymus in epistola ad Gerontiam de monogamia ita scribit: Flamè vnus vxoris ad sacerdotiũ admittitur: flaminia quoque vnus mariti eligitur vxor. ad tauri Aegyptij sacra semel maritus adsumentur. hæc Hieronymus. cuius ex nouioribus meminit Ludouic. Cœlius lib. lectio. antiq. 15. c. 22. primus autè bigamus Lamech videtur fuisse: Genesios c. 4. quo in loco id adnotauit Nicolaus à Lyra. hoc ipsum testatur Tertullianus in libro de exhortatione ad Castitatem. Pausanias itidem commemorat, Gorgophanem Per-

fei filiam omnium primam mor tuo priore coniug= Oebalo nu pisse, atque initium dedisse te. cundis nuptijs. sed & post legem euangelicam statim bigamia ab apostolis instituta fuit, quod sacris ordinibus, & officijs esset impedimento. Nam ad Timotheum Paulus cap. 3. inquit: Oportet enim Episcopum irreprehensibilem esse: vnus vxoris virum. idem & in canobus Apostolorum probatur, ca. 18. multis autem modis bigamia contrahitur, quorum mentionem hic subiiciemus, exponentes quid in eorum quolibet considerandum sit. de quibus & regia lex tractat. l. 13. tit. 8. part. 7.

2. ¶ Primò † is est verè bigamus qui secundas contraxit nuptias, ceteri autem improprie, & ad si militudinem quandam bigami censentur. glo. cõmuniter recepta in cap. ij. de bigam. probatur in cap. j. & ca. debitum. de biga. ca. vnus. c. A cutius. capitul. de inde. 26. distinctio. atque idem erit siue quis duas vxores legitimas diuersis temporibus habuerit: siue illegitimas earum alteram eodem tempore capuit. nuper. de bigamis. quo in loco cõmunis omnium sententia hoc ipsum asserit. est tamen necessarium ad contrahendum hoc bigamie vitium inuenerunt, quod carnalis commixtio intercedat. text. optimus in dict. ca. nuper. glossi. & cõmuni in capi. vnico de cleric. cõiu. in 6. & doct. in 4.

sentent. dist. 27.

¶ Secundò bigamus item censetur qui viduam in vxorem ad huc cupiimã acceperit, & cogouerit carnali cõmissione. text. in cap. si quis viduam. 50. dist. ex synodus orientahbus, quas Martinus Bracharenis Episcopus cõplauit tempore Honorij Papę 1. eaque Lucensi Episcopo nuncupauit: earum enim capit. 26. continetur quod à Gratiano in dict. ca. si quis viduam. exponitur. Idem tradit, & respondet Innocentius Papa 1. in epistola 2 ad Vicitrium Rothomagensem Episcopum capitul. v. ca. si quis viduã. in j. 34. distin. cuius pars prior deducitur ex dict. ca. v. posterior autem ex ca. 6. eiusdem epistolę. est & ad hoc canon de cuncto octauus apostolorum, à quo Gratianus adsumpsit ca. si quis viduã. in ij. 34. dist. vbi idem traditur de eo, qui fœminam ab alio repudiatam vxorem duxerit. quod & Hieronymus probat ad Fabiolam de veite sacerdotia h. ca. vidua. 34. dist. Nec refert quò ad irregularitatem ex bigamia contrahendam, quòd matrimonium sit iure validũ nullum. satis equidem est ipse conugalit affectus: quem admodum probatur in ca. vlt. & in cap. nuper. de bigamis. ex quibus doct. ibi, & in distin. 27. quarti Sententiarum ita planè frequentissimo omnium consentit adnotant. Illud tamen exigitur, quòd hæc vidua, aut repudiata, cognita fuerit

fuerit à priori viro, secundum communem sententiam eorũ, quos modò citauimus, & statim in tractatu quò ad bigamie vitium citabo. vnde infertur verus intellectus ad text. in can. quotquot. xxvij. q. j. ex synodo Antycritana, c. 8. ex quo notatũ Specular. tit. de dispensatione. §. iuxta. vers. contrahitur. bigamum esse clericum, vel monachum, qui cum virgine matrimonium impediẽte sacro ordine, aut professione nullũ contraxerit. etenim licet hic vt bigamus puniatur, minimè tamẽ bigamus est, nec verus, nec fœctus, aut interpretatiuus. text. optimus in c. san. in ij. de clerici. coniug. qua ratione quãuis solus Papa dispenset circa bigamie irregularitatem: tamen in hac specie Episcopus dispensabit etiam quò ad maiores ordines suscipiendos. notar Syluest. verb. bigamus. §. vij. & sensit Montaigna in tractat. de bigamis, q. iij. idẽ docet Panor. in c. j. & ij. ne clerici. vel vouent. & tamen cùm dispensatio necessaria sit: vt probatur in d. c. j. visum fuit quibusdam, hunc bigamum esse saltem quadã similitudine: quod explicat Palud. in iij. sent. distinct. xxvij. q. iij. colum. iij.

¶ Tertio is bigamus est, qui etiam vnicam vxorẽ habuerit, corruptam tamen: non virginem: c. debitum. vbi Cardin. & docto. de biga. c. j. de clerici. con-

iug. in vj. c. curandum. c. si quis de laicis. 34. distinct. quod ad eò verum est, vt idem vitium locum habeat si quis inscius, & ignorans corruptam vxorem duxerit: facti probatur in d. can. curandum. & est cõmunis opinio, quam sequuntur Gardi. in cle. cum ex eo. col. j. de senten. excommu. & Henst. in c. j. col. ij. de biga. text. in c. qui in aliquo. 51. dist. idẽ erit si quis matrimonium, quòd nullum est, cum fœmina corrupta contraxerit: adhuc enim bigamus censetur. text. in d. c. vlt. de bigamis. vbi cõmuni omnium sententia hoc ipsum probat. Quid † autẽ de eo, qui fœminam corruptam, ab eodem tamen stupro vitiatã in vxorem duxerit: sunt enim qui censent, & hunc bigamum esse. huius sententię authores sunt Hosti. Ioan. Andr. Anchara. Antoni. & Imola in c. san. de clerici. coniuga. quorum opinio profectò falsa est. Nec enim hæc fœmina diuinit carnem suam in plures: cùm ab vno tantum fuerit cognita. capitul. debitum. idcirco virginem dicitur in vxorem accepisse, qui à seipso corruptam, & stupro vitiatam vxorem duxit: siquidem per matrimonium subsequens præcedens vitium omnino purgatur. c. tanta. qui filij sint legitimi. atque ita in hac quæstione opinio nem istam tenent glossi. in can. qualis. xxx. q. v. & in c. san. Relect. Didac. Couar. L

in j. de cleri. conjug. & in c. vni  
 co. de cleri. conjug. in vj. gloss.  
 & communis in d. c. debitum.  
 Abb. in d. c. sanè. Anto. & An-  
 chara. sibi contrarij in d. c. ran-  
 ta. Ioan. And. Domi. & Franc.  
 d. cap. vnico. S. Thomas in iij.  
 sent. dist. 27. q. iij. Floren. iij. par  
 te. tit. 28. c. iij. Syluest. verb. biga-  
 mus. in prin. Angel. q. v. Capel-  
 la Tolosana. 2. 19. & 254. & vtro  
 bique Aufserius. Archi. in can.  
 nemo. 32. dist. vbi Domi. fate-  
 tur, hanc opinionem esse com-  
 munem idem asseruat Cardi.  
 in d. c. sanè. Henri. in c. j. de big-  
 ga. col. iij. Imola in d. cap. sanè.  
 Gonfalus à Villadiego in tract.  
 de irregularitat. q. de bigamia.  
 Ioan. Montaigna in tractat. de  
 bigamia. q. vj. & Albertus Tro-  
 tius lib. iij. de vero & pei. sect. de  
 rico. c. xj. nume. iij. Ioan. in sum-  
 ma confessorum lib. iij. titu. iij.  
 q. v. probaturque veritas huius  
 sententiæ ex his, quæ statim ex-  
 plicabimus ad rationem huius  
 irregularitatis.

¶ Quarto, bigamiæ vitium  
 contrahitur ab eo, qui est vni-  
 cam, & virginem vxorem ha-  
 buerit, eam tamen post adulte-  
 rium ab ea comissum carnali  
 coniunctione cognouerit, etiã  
 adulterium ignorans. c. si cuius  
 vxorem. 34. dist. & c. seq. notat  
 Abb. Anania & docto. in c. iij.  
 de adulte. quorum opinio com-  
 munis est, & obtinet etiam si  
 ex præcepto ecclesiæ adultera  
 vxorem inuitus cognouerit:

Hostiè. in summa. de bigamia  
 q. ix. S. Tho. Palud. & alij in iij.  
 sent. dist. 27. q. iij. Floren. in d.  
 c. iij. gl. in d. c. si cuius vxorem.  
 & ibi doct. Capella Tolosana.  
 255. Aufseri. in clem. j. de of.  
 ordi. regula. j. fallentia. iij. ho-  
 nor opinio tutior est secundum  
 Henri. in d. c. j. de bigamis col.  
 iij. & magis communis vt asse-  
 runt Albert. Trotius in d. c. xj.  
 nume. ij. & Syluest. verb. biga-  
 mia. q. j. licet contrariam tene-  
 rit Innocent. in c. inquisitioni.  
 de senten. excom. & quidã alij,  
 quorum sententiam vltimo lo-  
 co retulit Ioan. in summa con-  
 fessorum, lib. iij. tit. iij. c. ix. imò  
 & irregularis est qui adulteram  
 post pœnitentiam sibi reconci-  
 liatam cognouerit. Anania in  
 c. iij. de adulte. Felin. in can. ius  
 generale. col. vj. dist. j. idem sen-  
 sit Anchara. consil. 124. & sen-  
 tiunt omnes, qui proximam  
 opinionem probârunt.

¶ Huius verò irregularitatis  
 plures traduntur rationes, præ-  
 fertim à gloss. in sum. 26. distin-  
 ctenim licet matrimoniũ con-  
 tractum cum corrupta verum  
 sit sacramentum repræsentans  
 per mutuum consensum con-  
 iunctionem Christi & animæ  
 iustæ: non est tamen, quò ad  
 significationem omnino per-  
 fectum sacramentum: liqui-  
 dem minimè significat coniu-  
 ctionem Christi cum vnica, &  
 immaculata sponfa ecclesiæ.  
 can. acutius. 26. distinct. c. debi-  
 tum. de

tum. de bigamis. vnde biga-  
 mus cum patiatur defectũ quò  
 ad significationem in sacramē-  
 to matrimoni, prohibetur itē  
 à sacramento ordinis. deinde  
 pati non debet des. Etum in sa-  
 cramento, qui sacramenta mi-  
 nistraturus est. quibus, & alijs  
 rationibus iure pontificio hæc  
 fuit irregularitas instituta: quas  
 equidē rationes tradidit Tho-  
 mas & reliqui theologi in iij.  
 senten. distinct. 27. Ioan. in sum-  
 ma confessio. d. titu. iij. q. ij. Ho-  
 stien. & alij Canonistæ paulò  
 ante nominatim citati. Hinc  
 deducitur & illud dubiũ, quo  
 queri solet, quæ sit ratio, cur  
 vxor corrupta efficiat maritũ  
 bigamum: non sic detur biga-  
 mia ex ipsius mariti corruptio-  
 ne, ita quidem vt licet ipse vir  
 non sit virginitalis laurea tem-  
 pore matrimoni præditus: nõ  
 hoc efficiatur irregularis si  
 virginem vxorem acceperit. &  
 gloss. in d. c. debitum. de biga-  
 mis. tres vel quatuor rationes  
 exponit, quas improbat elegã-  
 ter Sanct. Thomas in iij. sent.  
 distinct. 27. q. iij. scribens eam  
 esse veram rationē: quia actus  
 contrahendi, & contrahentis  
 matrimonium non cadit su-  
 per seipsum, sed super alterum  
 coniugem: atque ideo vitium  
 corruptionis nullum efficit de  
 factum quò ad corruptum: sed  
 quò ad alterum. eandem ratio-  
 nem sequuntur Antonius in  
 d. c. debitum. nume. ix. Henri-

in c. j. de bigamis col. iij. & Syl-  
 uest. verb. bigamus. q. v. quæ qui-  
 dem ratio communi omnium  
 censens probata videtur. Pa-  
 ter. deinde ex prænotatis, ma-  
 nifestam esse quorundam hæ-  
 reticorum calumniã, qui Pauli  
 apostoli verba ita acceperunt,  
 vt dicerent ex Pauli testimo-  
 nio eum esse bigamum, & rep-  
 pelli, qui eodem tempore duas  
 vxores haberet: non autem eũ,  
 qui successiuo tempore secun-  
 dam vxorem legitime accepit:  
 quasi hic non sit irregularis ex  
 bigamiæ causa. horum impu-  
 dens error iuris pontificij ma-  
 nifesta interpretatione, & ip-  
 sius Pauli vero sensu refellitur:  
 quod & præter canones à me  
 superiũ citatos ostēdit Alber-  
 Pighius in controuersia. xv. ver-  
 sicu. impudens vero calumnia.  
 Ex his etiã consequitur, ¶ Ro-  
 manum pontificē posse dispen-  
 sare, vt bigamus in susceptis  
 ministret, & ad superiores or-  
 dines accedat: cum hoc vitium,  
 aut impedimentũ à iure huma-  
 no pontificio inductum fuerit:  
 tamen si originem habeat hæc  
 institutio à lege diuina veteri,  
 & à gentiliũ ritu, quã sententiã  
 planè omniũ consensus admi-  
 sit. præsertim Sã. Thom. in iij.  
 senten. dist. 27. q. iij. & imbi alij  
 doctores. Floren. iij. part. titu.  
 28. c. iij. gloss. & canonistæ in c.  
 super eo. de bigamis: imò esse  
 hanc opinionem communem  
 fatetur Ioannes Montaigna

in tract. de bigamia, q. vij. quæ  
 itidem obtinet adhuc de pote  
 stare ordinaria quia per legem  
 ipsam naturalem, diuinam, &  
 humanam principi legislatori  
 summo licet per dispensationē  
 humanis constitutionibus de  
 rogare. idcirco hæc potestas or  
 dinaria est, cū lege sit data, &  
 constituta, non autem absolu  
 ta: siquidem in humano princi  
 pe potestas absoluta tyrannidi  
 potiùs, quā legitimæ potestati  
 tribuēda est: quod nos alioqui  
 adnotauimus lib. iij. variar. reso  
 lutio. c. vj. nu. 8. Qua ratione mi  
 hi non placet hac in cōtrouer  
 sia quod quidam adnotarunt,  
 maximè Henri. in c. j. de biga  
 mis col. v. & Ioan. Staphileus  
 de literis grat. & iusti. col. vlti.  
 asserentes, posse summum pon  
 tificem cum bigamo dispensa  
 re ex potestate absoluta: nō au  
 tem ex potestate ordinaria. Nā  
 vt modò explicuimus, poterit  
 Papa hac vti dispensatione po  
 testate ordinaria. Nō enim est  
 de necessitate præcisa iuris diu  
 ni qua ad sacramentum ordi  
 nis, vt sacramentū sit, caracte  
 ré quæ imprimat, quòd ordi  
 nes suscepturus bigamus non  
 sit. Is etenim bigamus etsi non  
 sit ad ordines promouendus, si  
 promotus fuerit, characterem  
 recipit, & ordinis sacramentū.  
 can. quicumque. in ij. 50. dist. &  
 can. pœnitens. norant omnes  
 præsertim Hosti. in summa. tit.  
 de bigamis. §. vlti. Anto. in d. c.

debitum. de biga. Albert. Tro  
 tius in d. c. u. nu. vi. quorū opi  
 nio cōmunis est theologorum  
 & canonistarum: quam & Io.  
 Arboreus probat lib. ij. Theo  
 sophiæ. c. 16. solus autem roma  
 nus pontifex dispensat super  
 hac irregularitate secundū In  
 nocent. & communē in d. c. su  
 per eo. quibus ea ratio suffraga  
 tur, quòd bigamiæ irregulari  
 tas ab apostolis, & à veteribus  
 vniuersalis ecclesiæ concilijs in  
 ducta fuit: & in his non est di  
 spensatio expressim permittat  
 atque idèd Episcopus minimè  
 poterit dispensare iuxta cōmu  
 nem resolutionem traditam in  
 c. at si clerici. §. vlti. de iudic. &  
 maximis rationibus compro  
 batam ab eruditissimo, prudē  
 tia & moribus admodum illu  
 stri D. Didaco ab Alaua, Epi  
 scopo A bulensi, curiæ Grana  
 tensis præside integerrimo in  
 libr. j. de concilijs c. ij. nu. ij. Sic  
 sanè non posse Episcopū dispē  
 sare in hac specie & irregulari  
 tate asserunt omnes paulò an  
 tè citati, quorum opinionem  
 communē esse fatetur Præpo  
 situs in d. c. lector. 50. dist. eandem te  
 nent Ang. verb. bigamus. Gon  
 salus à Villadiego de irregula  
 rit. q. vlti. Ioā. Montaignan d.  
 tract. de biga. q. vij. & qui hæc  
 esse communem attulerat. sed  
 Card. à Turre Cremat. in d. c.  
 lector. post Thomā in d. q. iij.  
 & Syluest. verb. bigamus. q. vij.  
 probare conantur, posse Epi  
 scopum

scopum dispensare cum biga  
 mo in minoribus ordinibus.  
 Quæ quidem opinio poterit  
 admitti, quoties maxima sub  
 sit dispensandi causa: quemad  
 modum Ludouic. Gomeci. opi  
 natur in tracta. breuium. num.  
 25. aut sanè vbi qui bigamiam  
 contraxit, eo tempore merus  
 erat laicus: hæc etenim irregula  
 ritas quoad minores ordines  
 tolli poterit Episcopi dispensa  
 tione, secundum Henri. in c. j.  
 de biga. in fi. Quasi eo auctore  
 sit scèus dicendum in eo, qui  
 post clericatum bigamiæ vitium  
 contraxerit, vt cū hoc nec in  
 minoribus possit Episcopus di  
 spensare: hic enim ex hoc ami  
 sit omnino clerici & ecclesiasti  
 ci ordinis priuilegium ipso iu  
 re, c. vnic. de biga. in vj. & idèd  
 non potest idem ex Episcopi  
 dispensatione recipere. Non in  
 ferior. hanc opinionem Henri  
 ci probabilem esse: eam tamen  
 dubiam nimis esse cèseo: illud  
 certò scèis, etiam summi pon  
 tificem maxima cū difficultate  
 in hoc bigamiæ vitio dispensa  
 re. Quod & post alios Ioannes  
 Staphilæ. fatetur in d. tract. de  
 literis gratiæ & iustitiæ, ad fin.  
 Verum in hoc de bigamia tra  
 ctu est considerandum, † ho  
 micidium commissum ante ba  
 ptismum minimè efficere què  
 irregulare. c. si quis viduam.  
 50. dist. idque omnes fatentur.  
 At bigamia contracta ante ba  
 ptismum dubiam efficit dispu

tationem, an ex ea detur irre  
 gularitas: aut semel data per  
 baptismum tollatur. Nam di  
 uus Hieronymus in epistola  
 ad Oceanum in ea est senten  
 tia, vt existimet bigamiam an  
 te baptismum contingentem  
 minimè irregulārè quem con  
 stituere. Huius opinionē Gra  
 tianus retulit in c. j. 26. dist. in  
 eandem ruetur rursus idèd Hier  
 onymus super epistolam ad  
 Titum. cap. j. Gloss. ordinari. &  
 Nicolaus Lyranus. j. ad Timo  
 theum c. iij. hoc ipsum probat  
 text. in c. j. 33. dist. ex cano  
 nibus apostolorum c. 17. & de  
 fendunt Io. Maior in iij. Sent.  
 dist. 27. q. vj. vers. dubitatur.  
 & Iaco. Almain. in dist. 25.  
 quæstio. j. & Henri. à Gandauo  
 ab eodem, & alijs citatus. Hu  
 ius opinionis ea est ratio, quòd  
 bigamiæ irregularitas iure hu  
 mano pontificio statuta sit: &  
 hoc nō ligauerit infidèles? Igi  
 tur irregularis non est qui an  
 te baptismum bigamiam con  
 traxerit. deinde Paulus aposto  
 lus cū scripsit, Episcopū de  
 bere esse vnus uxoris virū, du  
 biò procul de fidelibus iam ba  
 ptizatis intellexit: idcirco de ir  
 regularitate à baptizato con  
 tracta apostolus tractat: nō de  
 ea, quæ infideli ante baptismū  
 aptari nequit: & præterea con  
 stat, per baptismū omnia pec  
 cata, etiam mortalia, & actua  
 lia tolli, ac dimitti. cap. gaude  
 mus. de diuort. c. deinde. 26. di  
 L 19

finēt. not. S. Thomas iij. part. q. 68. art. iij. iij. & art. vj. ergo & irregularitas, & si cōtracta fuerit, cūm sēpissimē absque labe & crimine contingat, per baptismum tollitur. In contrariā sententiam itum est à diuo Augustino qui in lib. de bono conjugali c. 18. opinatur, irregularē esse eum, qui ante baptismum vnā uxorem habuerit, & ea mortua, aliam post baptismū acceperit. Idem Gratianus refert in c. Acutius. 26. dist. quo in loco ad eandem opinionē citat Innocētium primum in epistola 23. ad Ruffum & Eusebium Macēdoniā Episcopus. c. deinde. & in c. pen. diuū Ambrosium. qui lib. i. de officijs. c. vlti. eandem sententiam probat, quam S. Thomas & alij sequuntur in iij. sent. dist. 27. q. iij. Canonista in dict. c. gaudemus. Ioannes Arbore. libr. ij. Theosophiā c. 18. Iacobus Almain in iij. sent. dist. 33. q. ij. rursus est & ad hoc text. in can. acutius. 29. q. iij. ex diuo Augustino in d. c. 8. lib. de bono conjugali. cuius sententia recepta est omnium serē consensu aduersus Hieronymum cuius rationibus sic respondendum est. duabus equidem prioribus in hunc modum, quod licet lex pontificia non afficiat eius vinculo infideles, dum infideles sunt: tamen si ipsi ad catholicā fidē transferant, & velint sacris ordinibus insigniri, non sunt

ad eos admittēdi, si habuerint ea vitia, & defectus, qui iure canonico impedimentum præstant. Cuius rei exemplū sit in corpore vitiatas. maximē quia in specie, quam Hieronymus tractat, bigamia contracta fuit post baptismum: cū iam baptizatus secundas contraxerit nuptias. sic sanē diuus Paulus de baptizatis agit: hi enim, qui nondum Christi fidem susceperunt, non promouentur ad ordines sacros: & tamen baptizatus potest bigamus esse ob matrimonia cōtracta ante baptismum. postremā autem rationi ex eo satisfaciendum est, quod per baptismum tolluntur peccata omnia ex vi sacramēti, & interiori confessione sicut Deo facta cum peccatorum penitentia, quod ad culpā, & satisfactionem offensæ diuinæ: secundum Thom. in d. q. 68. artic. iij. & iij. non tamen quod ad forū externū, nec quod ad iudiciale punitionē: quemadmodum ipse tradidi in lib. ij. variar. resolu. c. 10. nu. 4. Nec itē tolluntur per baptismū defectus sacramenti, quos ipse infidelis patiebatur: nempe in cōtractu coniugali, cuius causa carnē suam in plures diuiserit. Nam & apud infideles matrimoniu est legitimū consensu quidē: imō & id dici poterit sacramentū haberi: licet non actu: cūm absq. iudicē sacramentū ratum cōtingere nō possit. c. quanto. & d. c. gaudemus. de

mus. de diuort. quorū intellectum & nos explicuimus in epistome ad iij. decret. ij. parte c. j. §. vnic. nu. 4. Nec opinioni Augustini obstat text. in d. c. si quis viduā. & c. j. 2. dist. siquidē in bi probatur bigamiā post baptismum contingente efficere quē irregularē: nō tamen negatur, si idē non sit, si ante baptismū ea contigerit. Quibus tandem sit, opinione Aug. magis receptā esse, & Innoc. Papæ autoritate probatam fuisse. Superest tamen adhuc scrupulus quidam, qui malē iuris vtriusq. doctores torquet. Horum etenim quidā censent irregularitē ex homicidio ante baptismū procedente, tūc per baptismū tolli: cū homicidium acciderit cū peccato: quasi in hac specie irregularitas tollatur: consequēs peccato, quod tollitur per baptismū: secus autem dicendū sit, vbi homicidiū contigerit absq. peccato, & in iudicē: eo siquidē casu irregularitas nō tollitur per baptismū quē admodū probat gl. in d. c. si quis viduā. 50. dist. vbi Arch. Decm. & Prepo. glo. Archi. & Prepo. post alios in d. c. deinde. 26. dist. Hosti. Jo. And. Antho. & Ancha. in dict. c. gaudemus. Gonzalus à Villadiego de irregularitate. c. vlti. regia l. 17. tit. vj. par. i. cōtrariā sententiā defendere conatur Calder. Abb. Card. & Prepo. in d. c. gaudemus. Innocē. in c. presbyterū. de homi-

Henri. in d. c. gaudemus. Palu. in iij. sent. dist. iij. q. 1. 103. Minor dist. 27. q. vi. & lat. Almain dist. 25. q. j. & dist. 33. q. ii. Hosti. in summa tit. de homicidio. §. qua pœna. verū & hoc. Syluest. verb. irregularitas. q. 28. quorū opinio verior est, & eā rationē habet q. irregularitas procedēs ab homicidio solum oritur ex horrore illo, quo afficitur is qui iustē, aut iniquē aliū occiderit. hic verō horror per baptismum aboletur: & ideo Irregularitas ratione homicidij cōtinens suē homicidiū sit peccatum, suē non, per baptismum aboletur. Nō sic in bigamia respondendū erit: nā is defectus minime per baptismi sacramentū suppletur. Quā ob rem posterior sententiā magis applaudet: quā fatetur cōmūnem esse regulam religionis: cā irregularitatem tollit, quē nō procedit à culpa, vel actu ipsius monachi: nēpe nataliū defectū: nō tamen eam, quē ab actu proprio deducitur: secundū gl. in c. ij. de apostat. quę probari videtur iūbilitate text. in auth. de sancti episc. §. nullā. & c. vlti. 19. q. iij. quibus constat ingratitudinis causam quoad exheredationē filiorū tolli per ingressum religionis. Quæ de re nos aliquot nouiter adnotabimus in c. Ratnutius. de testa. in prin. hū. 20. Quidquid tamē sit de ingratorum filiorū iure & causis, quod

ad presentē quæstionē illud potius obrinet, quæ quæcūq; irregularitas minimè tollatur per religionis professionē, nisi in casibus iure expressim statutis: tamen si religionis fauore facilius sit dispensatio: quod notant Abb. & Anania in d.c. ij. Gonfalus in d. q. vlti. & Syluest. in d. q. 28. tradit Socin. in c. ad audiētiā. col. vlti. de homicid.

¶ De Neophytis potissimè controuertitur, si an hi sint ad sacros ordines, & altaris ministerium admittendū? Neophytum autem appello nouiter in Christiana religione plantatū: qui equidē multis authoritatibus excluditur ab huius sacramenti ordinis susceptione. Nā & Paulus apostolus prima ad Timoth. c. ij. inquit, non Neophytū, ne forte elatus in superbiā in iudiciū incidat, & in laqueum diaboli. hoc est in arrogantia, quæ est diaboli ruina: secundū Gratianū in summa 48. dist. Hūc perinet quod scripsit Innocētius Papa I. epistol. 12. ad Aureliū. Miserum est, inquit, eū fieri magistrū, qui nec dū didicit esse discipulus. Nicæna itē synodus canone. ij. in specie vetuit, Neophytū ad Episcopatum, vel presbyteriū admitti. ca. quoniā. 48. dist. idē diuus Gregorius lib. vij. epistol. lxxi. ad Siagriū Episcopū, c. vlt. eadem dist. inquit: Sicut Neophytus dicebatur qui in initio sanctæ fidei erat eruditione plantatus:

sic modò Neophytus habēdus est, qui repēte in religionis habitū plantatus ad ambiendos sacros ordines irreperit. idē Gregorius li. vij. epistol. 23. ad Fortunatū Neapolitanū Episcopum scribit, neminē ad religio nem conuersum ante biennium debere tonsurari. can. monasterijs. xix. q. ij. sed & de Neophytis conciliū Arlatense secundū sub Syluestro Papa I. celebratū statuit, eos nō esse ad diaconatus, vel sacerdotij officii ordinandos: quod in eiusdē synodi canone. i. cōtinetur. idē prohibuit cōsilii Laodicēse celebratū sub Liberio Papa. c. iij. apud Laodicēā Phrygiæ urbem, pro uinciale quidē, sed cōprobatū in sexta synodo generali. Siricius Papa huius nominis l. hoc ipsum prohibet in epistola iij. ad vniuersos orthodoxos, docens, vt Neophyti sacerdotes non fiāt. sic & in Neocæsariēsi concilio ca. 12. statutū est, quod in ægritudine baptizatus ad sacerdotiū nō admittatur: nulla quidem alia ex causa quā quod nondū sit satis in fide cōfirmatus. ca. j. 57. dist. cuius inter eius singularia meminit Ludo. R. o. sing. 416. est & optimus text. in c. si officia. 59. di. ex Urbano Papa, qui respōdit, officia ecclesiastica gradatim dāda esse instruetis iā admodū in christianæ religionis documētis: quæ admodū & secularia. Officia verò ac munerera publica reipublice secularis non

ris non esse danda Neophytis probat text. iuxta intellectum glo. inibi in c. constituit. xvij. q. iij. ex concil. Tolet. iij. c. 67. de Iudæis etenim id scripsit Gregorius IX. in capit. penult. de Iudæis idem statutum fuerat in cap. cum sit. eod. tit. can. nulla. 54. dist. ex concilio Toletano tertio. cap. 14. quod & in dict. cap. constituit. expressim traditur: quo in loco etiam adicitur de his, qui ex Iudæis sunt, vt hi apud Christianos officia publica minimè obtineāt. Hos glo. intellexit esse Neophytos. quæ sensum sequuti sunt Rom. in singu. 672. Iason in rub. ff. de iustit. & iure. col. j. qua de re late disputat Montalius in l. i. tit. iij. lib. iij. fori. contendens non esse Toletanū concilium intelligendum de his, qui ex gente Iudæorum Christi fidem susceperint, quos admitti ad officia secularia non est veritum: sed de ipsismet Iudæis, & his, qui sunt sub eorum familia: hi etenim nō sunt apud Christianos ad munera publica eligendine, Christianis præsent. regia. l. ij. ritu. 24. part. vij. l. iij. tit. iij. lib. vij. ordinat. text. elegans in l. vlt. C. de Iudæ. quæ procedit non tantum iure ordinario, sed & delegationis ratione, vt nec ex commissione tanquam delegatus alterius possit Iudæus apud Christianos officia publica exercere: sicut docet Iacob. de Nigris in rub. de offi.

eius cui mand. est iurisdic. col. vj. contra Martin. Laudensem ibi. Priuatam verò dignitatem poterit Iudæus obtinere: nempe primogeniū familie: vt probat And. Tirac. de primoge. q. 66. num. 40. & seq. Nec oberit text. in l. ij. §. vlt. ff. de decur. ex quo constat, Iudæos posse esse decuriones. Nam vel lex illa est correctā, vel tractat de Christianis, quod paulo post examinabitur: aut tandem obtinuit in municipio, quod Iudæos incolas, vel gentiles habet: non de eo, quod Christianorū legem obseruar, & eorū iurisdictioni, ac regimini subditur, & Christi fidem suscepit. Sed quæritur an Iudæus possit esse Christiani tutor? & Fulgos. ac Martin. Laudensis in rub. ff. de iustit. & iur. tenent, id fieri posse. text. optimus in l. spadonem. §. iam autem. ff. de excus. tut. iam autem Iudæi quoque non Iudæorum tutores erūt, quemadmodum cetera munera subeunt. Namque eos constitutiones solutos esse voluit solis illis rebus, per quas superstitio eorum pollui videatur. Hactenus Modestini ex latina Antonij Augustini translatione. Et tamē verius est quod Iudæus tutor Christiani esse nō possit, ne prauis moribus pupillā, & iudaicis superstitionibus erudiat. atque ita licet varijs rationibus tenet Bart. & Iacin rub. ff. de iustit. & iure. Roma. in l. pactum. C. de colla.

num.xj. Anania. in rubr. de Iudæ. nu.vij. Ange. Aret. in §. prætere. col. 27. de excepti. Feli. in c. cum sit. col. j. de Iudæ. Socin. conf. 70. lib. j. col. vlt. & Bertac. de gabellis. iij. part. q. viij. qui. & Ias. in dict. rub. ff. de iust. & iur. intellexere d. l. iij. §. vlti. secundum primum & vltimum intellectus, quos paulò ante ipse tradidi. Non me latet, hæc in controuersia plura posse tradi, quæ de Neophytis discernendis à veteribus, seu veteranis Christi militibus passim obuiâ sunt: nos tamen aliquot propositiones conclusiones ad quorundam canonum intellectum.

¶ Prima conclusio. Neophytus is propriè dicitur qui ex Iudaica lege, aut Mahumerica, vel Ethnica nuper legem Christi professus fuerit: non is, qui ex ipsa natiuitate iam Christi nomè acceperit: genus tamen à Iudæorum genere deducens. hoc probatur ex ipsius dictionis propria significatiõe: & est communis omnium, quos in hoc tractatu ipse legerim, obseruatio: ita etenim omnes iuris vtriusque docto. dictione istam acceperunt vel ipsius Pauli testimonio, qui nõ appellat Neophytum eum, qui è gente Iudæorum, iam olim, iam diu legem Christi fuerit professus: alioqui & ibi Paulus Neophytus diceretur: eodèque nomine reliqui apostoli ceteri rectè posset.

¶ Secunda conclusio. Neophy-

tus non est ad ordines sacros nec adhuc ad minores prouehendus. Probatur hæc conclusio in præcitis authoribus diui Pauli, Conciliorum, & sanctorum doctorum: quibus satis constat hanc cõclusionem veram esse. nam præter alios eam tradidit Ioan. in summa cõselli. iij. tit. 14. & Canonist. in dictis locis paulò ante per me nominatim adductis. fuit verò olim & nunc est maximè vtilis hæc prohibitio multis sanè causis, quæ eam iustissimam efficiunt.

¶ Tertia conclusio. Neophytus quacũque ex lege Christianam religionè professus, tunc demum poterit ad sacros ordines, & ecclesiastica beneficia promoueri: cũ Episcopo vltim fuerit, eũ iam moribus, & Christiana disciplina satis instructũ esse, ita quidem, vt iam veteranus Christi miles censi iustè possit. tex. optimus in c. j. 7. distin: ex quo Roma. id notauit in singu. 416. Feli. in c. cum sit. de Iudæ. Deci. col. iij. in c. eam te. de rescri. vbi est tex. secundũ hanc conclusionem intelligendus. Nam ibidem Feli. & Ripa num. 31. fatentur, posse ad ordines & ecclesiastica beneficia admitti eũ, qui non nuper sed iam diu relicta gentiliũ, aut Iudæorum lege, Christianam & euangelicã fuerit professus. Sic denique multi fuere olim ad ordines sacros, & ecclesiasticas dignitates admissi, qui è Iudæis, vel

ca, vel gentiliũ lege fidem Christi susceperunt: & tamen ob vitæ, & morum probitatẽ, atque idè quia iam diu catholicæ religionis institutis fuerant edoctrinati, nomen Neophytorũ amiserant. Is siquidẽ Neophytus nõ est, qui iam diu Christianã religionè profectur. vnde non est, nisi fallor, hæc irregularitas, quæ ad Neophytos pertinet, alijs omninò similis: cum nõ sit expectanda romani pontificis dispensatio: sed tantum sit arbitrio Episcopi considerandum, an sit nouiter cõuersus ad fidem iam dicendus veteranus miles Christianæ religionis, vel ex morum probitate, & integra legis euangelicæ instructione, vel ex antiqua, & veteri Christiana legis professione: quod cautè discernendum erit.

¶ Quarta cõclusio. Neophytus paulò ante Christianam religionè sacro baptisinate professus non est nec ad secularia officia eligendus. hanc assertionem probat concilium Toletanum in d. c. cõstituit. xvij. q. iij. & ibi glo. & Arch. post eos Anania & Feli. in c. cũ sit. co. j. de Iudæ. Ias. in ru. ff. de iust. & iu. col. j. Roma. in sing. 672. quibus & ea ratio admodũ accedit, quòd indecorum sit, veteranis Christi militibus munere publico præfici eũ, qui paulò ante Christianam religionem vel idololorum cultu, aut iudæicis ceremonijs, & superstitionibus infecta

batur. Potissimè hæc ipsa conclusio est admittenda: ne in superbio Neophytus elatus in præcipitum ruat, & diabolica suggestione peior fiat, atque à noua, & vera religione, quæ humilitatem docet, profusus abstinere: quin imò & ipse Feli. in d. c. cũ sit. & in c. Iudæi. de Iudæ. asseuerat, hũc Neophytũ non esse testem idoneum, nec ad testimonium admittendũ contra Christianum. citat ad hoc text. in c. non potest. ij. q. vij. ex cõcilio Toletano iij. c. 62. vbi id minime probatur. Concilium etenim de eo tractat, qui cum Iudeus esset Christianus effectus fuit, & tandẽ post in legẽ Christi est præuicatus: non autem de eo Neophyto, qui nouã religionè catholicè obseruat. vnde mihi nõ omninò placet hæc Feli. sententiã: licet eam sequatur Franc. à Rip. in d. c. eam tenu. 3. libentèrque admonitõs esse velum iudices, vt in hac opinione ad proximum recipienda cautissimè proprio, ac discreti viri arbitrio vtantur.

¶ Quinta conclusio. Qui iam diu catholicam fidẽ relicta falsa religioẽ suscepit, & miles est veteranus militiæ christianæ, nulla lege prohibetur ad secularia officia eligi, & admitti: imò regia constitutione expressim admittitur. text. in l. vj. tit. 24. part. vi. cuius meminit latè hanc cõclusionè probans Mõral. in d. l. ij. tit. iij. lib. iij. fori

hoc idem notant Felin. & Ripa in dict. cap. eam te. num. 31. Felin. & Ripa in dict. cap. cum sit. de Iudæis. & licet regia lex indistinctè admittendos esse cèseat ad publica munera eos, qui relicta Iudæorum aut Maurorum lege Christo nomè dederunt: ipse tamen censco eam legem esse intelligendam secundum hanc quintam còclusionem in hoc, qui iamdiu legem Christi veteranus proficitur: alioqui indecorum est, quòd apud Christianos præficiatur is in muneribus publicis, qui nuper falsam religionem mordicus, & animo contumaci obseruauerat.

¶ Sexta conclusio. Satis iure communi constat nec à beneficijs ecclesiasticis, nec à dignitatibus, nec à sacris ordinibus, nec ab officijs publicis, & secularibus prohiberi eum, qui à tè pore natiuitatis, ab ipsa quidè infantie ætate Christianus est, tametsi patrè, auum, aut proauum Iudæum, vel Saracenum habuerit. Hic etenim dubiò procul Neophytus non est dicendus secundum propriam huius dictionis significationem: licet vulgò apud Hispanos appelleretur conuersus: aut Marranus. Hinc sanè apparet qualiter sit intelligendum quod scripsit Ioan. Staphila. de lite. gra. & iusti. col. vlt. ita enim inquit: Cum Neophytis, qui vulgò dicuntur Marrani, dispensa-

tur ad omnes ordines, & beneficia: dum modò ipsi semper vixerint vt Catholici. Nam dispensatio ista necessaria non est in his, de quibus tractat hæc sexta conclusio, vt ipse opinor. Ipsi verò Iudæi, quod paulò ante notauimus, apud Christianos magistratus, & publica munera nequeunt obtinere, præsertim ea, quæ infamibus committi non possunt. Nam Bart. per text. ibi in l. vlt. C. de postulan. Anan. in rub. de Iudæ. col. ij. lafon in rub. ff. de iust. & iur. col. j. & Andre. Tiraq. in tract. de nobili. ca. 29. nu. 12. existimant, Iudæum nõ posse aduocatum esse: cum infames hoc officium minimè valeant exercere. l. j. §. ait prætor. in ij. ff. de postul. ca. infames. ij. q. vij. sic & Diuus Augu. lib. vno ad notationem in Iob, cap. 30. appellat Iudæorum gentem ignobilè propter Christi occisionem. Quintilianus item hoc ipsum testatur libro ij. c. 19. Est inquit, & conditoribus vrbiũ infame, con-traxisse aliquam perniciosam ceteris gentem: qualis est primus Iudæica superstitionis auctor. His equidem verbis Quintilianus, etsi impiè inculpauerit Mo-sen, & eius leges, quæ ad Christi vsque passionè sanctissimæ fuerunt, gentem tamen Iudæorum infamem apud Romanos fuisse insinuat. Obiter etenim illud est animaduertendum, iudæicam superstitionem apud Quintilianum

intelligendam esse Iudæorum legem, quæ superstitio iudæica appellatur in l. quoniam multi. C. de hæreti. can. Iudæi. xxvij. quæstio. j. can. Augerius. xxvj. quæst. v. l. ij. §. vlt. ff. de de. curionib. & licet Alciat. libr. 3. disputationo. capitul. 8. & lib. 10. C. locum Quintilianum ita intellexerit, vt Christianam religionem à Quintiliano appellari iudæicam superstitionem contendat: minimè congruit ea interpretatio ipsi Quintiliano, qui de Christo Iesu nequaquam egerit: cum is nullam terrenam vrbe[m] condiderit. Quod aduersus Alciatum ad notârunt Antoni. Augu. sti. de excusat. tutor. pagina. 367 & AEmilius Ferretus in præfatione ad Cornelium Tacitum. Nec inficior quandoquæ ab Ethnicis Christianam religionem dictam fuisse superstitionem iudæicam: non tamen ita dicta est à Quintiliano, nec ab Vlpiano in dict. l. ij. §. vlt. vt constat ex l. spadonum. §. iam autem & Iudæi. ff. de excusat. tutor. quo in loco relatio fit ad Vlpianum respondentem in dict. §. vlt. licet Accursius id non satis perceperit. vnde communiis est Bart. & omnium consensus, dict. l. ij. §. vlt. abrogatam esse per l. vltim. C. de Iudæ. Hæc verò sint satis prima huius operis parte, quæ hæctenus de irregularitate in genera, & de quibusdam eius speciebus tractauerit: atque ideo secunda subsequitur pars.

## Secunda Relectionis Pars.

### Ex secundæ partis Initio.

- 1 *Homicidium quid sit? & de homicidio voluntario.*
- 2 *Voluntate distingui delicta, qualiter sit intelligendum?*
- 3 *Maleficia, quo in sensu. sine, & proposito distinguantur?*
- 4 *Delictum, ex quo fuerit sequuta publicavtilitas, an sit puniendū.*
- 5 *Irregularitas ex voluntate occidendi, etiam perfectissima, non contrahitur. Ibi que de interioribus actibus quò ad humanam legem agitur.*
- 6 *Conatus, qualiter sit in atrocioribus puniendus?*
- 7 *Intellectus ad l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiestatis.*
- 8 *Intellectus ad l. vnicam. C. de raptu virgi. & inibi de raptu monachorum.*
- 9 *Intellectus ad capitulum primum, de homicidio, in 6. vbi de Assassinis tractatur.*
- 10 *Interpretatio text. in l. is qui cum zelo. C. de sicar.*
- 11 *Venens preparatio, aut ipsius pro-prio animo occidendi contingens, an sit punienda, morte non sequuta?*
- 12 *Parricidij crimen expenditur: & lex Pompæ de Parricidis explicatur.*

### Secundæ huius Operis partis Initium.



**L**AN Dem hic locus exigit, ut la-  
tius ea explicemus  
regularitate, que ab  
homicidio procedit: ut qua in  
praxi sepius contingat. Duas  
verò partes habet: prior de ho-  
micidio voluntario: posterior de  
casuali tractabit. Nã de necessa-  
rio agemus in specie statim in  
tertia huius tractatus parte. V-  
triusque sanè examen requiret,  
quòd genericè aliqua de homici-  
dio præmittamus. † Est igitur  
homicidium, corporis præceptio, au-  
thore Augustino lib. 19. contra  
Faustum, cap. 23. canon. Homici-  
dium, de prænot. dist. j. Corpus  
autem hinc humanum intelligo,  
& animatum, cū aliquo pereni-  
ptio non conveniat corpori ina-  
nimato: & de hominis occisione  
tractetur. Idè Augustinus lib. 1. de  
libero arbitrio, ca. si homicidium.  
xxij. q. v. scribit, homicidium esse  
hominis occisionè. Homo autè  
cõstat ex anima rationali, & car-  
ne, aut corpore: idcirco percus-  
sione hominè mortuum, aut cor-  
pori manimato caput abscidens  
non potest accusari homicidij.  
notat Bald. per text. ibi in l. j. nu.  
19. C. qui accus. non possunt. idè  
in l. fororè. C. de his quibus vt in  
dignis. & in l. ex hoc iure. nu. 10.  
ff. de iustit. & iur. atque eadè ra-  
tione constat, non esse irregula-  
rem qui corpori mortui, & vita

functi mēbrū absciderit, animo  
illū hominè occidēdi, si eū vivū  
cõperisset: quod notat Archid. in  
ca. periculosè. de pœnit. dist. 1.  
idè in ca. vlt. xv. q. j. doct. in ca. si  
aliquis. eo. tit. c. 4. Anania in c. si-  
cut ex literarū. de homicid. col.  
vlt. Hipp. in l. vl. nu. 37. ff. de que-  
stio. Alber. Trolius de vero &  
peric. cto clerici. li. 2. ca. 20. nu. 7. La-  
dou. Carrerian. præc. criminah.  
tit. de homicidio. §. 1. nu. 21. & 22.  
qui tradit, hunc puniendum ef-  
se de iniuria mortuo illata iux-  
ta illius iustā æstimationē, & æ-  
quissimā pœnā. arg. deducto ex  
l. qui sepulch. C. de sepulch. vio-  
lat. l. j. §. aduersus. ff. eo. ti. notat  
Matih. Affl. & in cõstit. Neap.  
lib. 3. rub. 56. præter ea, que de se-  
pulchro violato traditur iure  
regio in l. 13. tit. 9. part. 7. l. 3. ut  
13. par. 1. l. j. & l. 3. tit. 18. lib. 4. fori.  
Voluntariū homicidium est, quod  
dolo malo animo occidēdi cõ-  
mittitur. l. j. in prin. & l. diuus. ff.  
de sicca. lege in l. Corneli. ff. eo.  
tit. c. j. §. si quis hominè. de pace  
tenēd. c. sicut dignū. de homi. do-  
cet Angelus in tract. de malef. §. sciētē,  
& dolosè. ex hoc autè  
voluntario homicidio dubiò pro-  
cul cõtrahitur irregularitas: mo-  
dò animū ipsum occidēdi sequa-  
tur actus occisionis. Nã & irre-  
gularitas actū exteriorè requi-  
rit. tex. elegās in ca. vlt. xv. q. j. &  
probatur ea ratione, quā supe-  
rius exposuimus, in huius operis  
parte prima nu. 4. Hoc verò in  
loco

loco voluntariū homicidium. in-  
telligo non solum cū occidens  
explicitè scēdit ad occisionē, & oc-  
cidere voluit: sed & quoties eius  
volūtas scēdit, in eū actū ex quo  
de per se, ac immediatè mors se-  
quitur: nō per accidens: si quidē  
voluntas peccantis, & agētis ma-  
lum fertur in id quod sit, & in  
omne illud, quod per se, non per  
accidens sequitur ex illo. Cuius  
assertionis sit exemplū in eo,  
qui Senpronii percussit præ-  
uio animo volens ei iniuriam ir-  
rogare, eiusque faciem cicatrice  
signare, non occidere: nec tamē  
potuit inanūta tēperare, quin  
grauiter percussit: ex eaque  
percussione mors fuit sequuta.  
profecto hic erit homicida vo-  
luntarius: voluntas enim percus-  
sionis fertur in percussione, &  
in omne id, quod immediatè, &  
per se nō per accidens ex ea fue-  
rit sequutum, & sic in homici-  
diū ex percussione per se, & im-  
mediatè sequutum. Id manifestè  
sensit S. Thomas. 1. 2. q. 20. art. 5.  
qui docet, peccata aggravari ex  
euentibus, qui postea succedunt,  
non solum quando illi sunt præco-  
gitati: sed etiam quando præter  
intentionē successerūt, si illi eue-  
tus per se, & necessariò sequun-  
tur ex priori opere, aut saltè vt  
in pluribus ita illa eueniunt. pro-  
bat hoc ipsum tex. in ca. vlt. de  
homi. in 6. & l. quoniam multa. C.  
ad l. luhā devi. l. j. §. ex incendio.  
ff. de incendio, r. una, & naufragio.  
notat Caeta. in 2. 2. q. 64.

art. 8. sed quia multa lecto-  
rum cõperiet, quæ huic nostræ  
oppositiōni videantur aduer-  
sari: præsertim quòd voluntate,  
& proposito delicta distinguitur:  
ca. cū volūtate. de senēt. ex  
cõ. oportet: et ista longius repe-  
tere aliquot prænotādo, quæ du-  
bitationē istā ratiō explicēt.

¶ Primum enim illud constituit  
tissimū sit, delictum, aut peccatū  
cõmitti nō posse absque volun-  
tate. malitia enim cuiusq; actus  
præuio à voluntate procedit. quæ  
præcepta est in omni peccato:  
cū prima causa peccati sit in vo-  
luntate. quæ imperat omnes ac-  
tus humanos: peccatum autem  
nihil aliud est, quā actus huma-  
nus malus: quemadmodū proba-  
tur in c. j. xv. q. j. ex Augustin. li.  
j. retr. act. ca. 15. qui asseuerat,  
peccatum non posse esse nisi vo-  
luntarium. idem docet Arist. 3.  
Ethico. cap. 1. S. Thomas in 1. 2.  
q. 71. artic. vltim. & q. 72. art. 1. &  
quæst. 76. omnibus eius quæstio-  
nis articulis. quo fit vt qua ex  
parte in actu humano contige-  
rit in voluntarium, ex ea quidem  
malitia absit, & omninò pecca-  
tum. quod & nos de ignorantia  
disputantes explicuimus in ca.  
Alma mater. 2. par. §. 10. num. 7.

¶ Secundò ex proximè dictis  
constat, † maleficia, crimina &  
delicta voluntate distingui, in  
hanc equidem sensum: vt volun-  
tarium constituat delictum, in-  
voluntarium autè ab eo excuset  
& liberet, cūm propter involun-

tarium malitia cesset: ea verò ex voluntate procedat. igitur voluntas distinguit delictum à non delicto, & peccatum à nò peccato discernit. cap. cū voluntate. de sen. ex com. l. qui iniurij. ff. de furt. l. verū. in princ. ff. eo. tit. l. quod reipublicæ. ff. de iniur. sunt & ad hæc plures auctoritates, quibus passim hoc ipsūm cōfirmatur. delictum siquidem, aut peccatum nequaquam potest accidere, nec consistit absque malitia illud committentis: quæ quidem malitia minimè datur ex inuoluntario.

¶ Tertio cōsiderandum est, voluntatem ferri quandoquē in actum homicidij directe, & per se: quandoquē indirecte, & per accidens. Directe quidem fertur voluntas in homicidium quādo quis animum habet occidendi: & hæc est perfecta, propriæque homicidij malitia. l. j. C. de sicca. l. j. §. diuus. ff. eo. tit. Indirecte autem, & per accidens fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediate, & per se, non per accidens homicidium sequitur. Nā in id, quod per accidens sequitur, nullo modo fertur voluntas nec directe, nec indirecte. erit sanè huius affectionis exemplum, quod. S. Thom. exponit. in l. 2. q. 76. art. 4. dicens, quòd causa peccati nò est directe volūtaria, sed indirecte, & per accidens, quandoquē quis vult bibere vinum immoderate, fertur quidem tunc vo-

luntas directe in potū immoderatum: indirecte autem, & per accidens in ebrietatem, quæ fuit sequuta directe, & immediate ex potione immoderata. Hæc denique Thomas, cui adiciam libenter Paluda. in 4. sent. dist. 32. q. 1. ar. 3. col. 5. & Panor. in cap. qui diuersitatem. de conceu. præb. num. 3. iuncta glo. ibi, verbo, suspensus. & nu. 11. ex quibus ipse colligo, voluntatem huius bibentis vinum immoderate minime ferri nec directe nec per accidens in id, quod ex ebrietate fuerit per accidens sequutum præter spem. Dicitur autem magis, vel minus indirecte voluntas in homicidium: quoties actus per se volitus, aut voluntate cōprehensus, magis vel minus tendit ad ipsius homicidij periculum. sicut deducitur ex diuo Thoma. 2. 2. q. 64. art. 8. ad 2. & ibi Caietan. præsertim in responso ne ad 3. & in veris. & confirmatur autoritate Augustini. idè apparet ex eodem Thom. 1. 2. q. 20. art. v. cuius paulò antè mentionem fecimus. Huic verò propositioni & alia cōueniunt, quæ tradentur in 3 huius operis parte, quæstione de ebrio: & in illa tionibus statim examinandis.

¶ Quartò proximè adnotandū erit, tunc verè dolū homicidij voluntario perfectum adesse, quoties voluntas occidens directe, & per se in actum homicidij fertur: & sic habet homicidium occidendi animum. dict. l. j. §. diuus.

diuus. l. in lege Cornelia. ff. de sicarijs.

¶ Quintò illud est omnino animaduertendum, quòd ad punitionem ordinariā homicidij præcipuè attenditur verus animus occidendi, perfectus inquam dolus, & tandem voluntas directa in ipsūm homicidij actum, in ipsamque hominis occisionem: ira quidem, vt quoties homicidium voluntarium sit, voluntate tamè indirecta, & per accidens contingit, tunc pœna ordinaria remittitur, in aliāmque committitur: quasi minuatur peccatū pro ratione indirecte voluntatis, & ob imperfectionem voluntarij. Nam auctore sancto Thoma j. ij. q. 76. artic. iij. voluntas per accidens tendens in peccatum minuit culpam peccati. idem probat text. celebris in d. l. in lege Cornelia. cuius mentionem agemus inferiùs ad apertioem huius quæstionis resolutionem: & deinde ad intellectum cap. vltimi, de homicid. in sexto.

¶ Sextum hoc in loco nò incongruè proponitur, ¶ peccata, & maleficia quòd ad exteriorē actū, saltem materialiter, vt ita loquar, minimè distingui ex proposito sine. quæ ad modū docet S. Tho. j. ij. q. 18. art. vj. cuius hæc sunt verba: Aliqui actus dicuntur humani in quantum sunt voluntarij, sicut supra dictum est. In actu autē volunta-

rio inuenitur duplex actus: scilicet actus interior voluntatis, & actus exterior: & vterque horum actūū habet suū obiectū. finis autem propriè est obiectū interioris actus voluntarij. id autè, circa quod est actio exterior, est obiectū eius. Sicut igitur actus exterior accipit speciem ab obiecto, circa quod est: ita actus interior voluntatis accipit speciem à fine, sicut à proprio obiecto. id autè, quod est ex parte voluntatis se habet vt formale ad id, quod est ex parte exterioris actus. quia voluntas vtitur mēbris ad agendum exterioris instrumentis. Neq; actus superiores habent rationē moralitatis, nisi in quantum sunt voluntarij, & idè actus humani species formaliter consideratur secundum finem, materialiter autem secundum obiectum exterioris actus. vnde philosophus dicit in quinto Ethicorum: quòd ille, qui furatur vt committat adulterium, est per se loquendo magis adulter, quàm fur. Hactenus diu<sup>o</sup> Thomas: qui & in ea j. ij. q. 72. art. j. scribit, peccata distingui, & differre secundū obiecta: & idem esse distingui secundum obiecta, & secundum finem. quia omnis actus, quatenus à voluntate procedit formalem habet speciem à fine, & sic ab eius obiecto. hic autem finis semper est ad rationem boni existentis, vel apparentis: siquidè malum Relect. Didac. Couar. M

est præter voluntatem, & voluntas quo ad finem semper habet rationem boni: quemadmodum idem Thomas explicat j. ij. q. viij. artic. j. ex Dionysio ca. iij. de diuinis nominibus. & Aristotele ij. Physicorum. Actus autem voluntarius semper consideratur ad distinctionem peccatorum, & fit hæc distinctio propriè per se secundum eundem Thomam j. ij. q. 72. artic. j. Interior verò actus semper distinguitur secundum finem: exterior autem materialiter secundum obiectum, in quo exercetur: idcirco maleficia ex proposito fine non sunt distinguenda, nec commodè distinguuntur. idem vlteriori cõstat, si actuum humanorum distinctionem exposuerimus, ex Aristotele ij. Ethicorum c. vj. Sæct. Tho. ij. q. 18. maxime arti. viij. c. venerabilibus. §. pen. de sent. excommunic. in vj. sunt enim actus quidam ex propria natura adeò mali, quod nõ possunt aliqua ex causa licere, nec ex aliqua circumstantia esse boni: vt adulterium, incestus, stuprũ. & in his actibus planè constat, verum esse, quod ex fine nõ possint licitè censeri, nec iustifi cari. sicuti obiter ipse notauit in Epitome ad iij. decret. ij. part. c. iij. §. iij. numer. v. & in regul. peccatum. ij. part. §. j. numer. v. Sunt & quidam actus suapte natura mali, qui tamen aliqua ex causa licere possunt, & per-

mittuntur vt homicidiũ: quod licet ex se malum sit, permittitur tandem ad defensionem. in hac actuum specie dicitur iuris diuini & humani ratio, quod in dubio delictum, & prauum agentis animum præsumamus, donec veritas cõstet. c. j. de præsumptioni. Alij actus sunt ex propria eorum natura boni, qui etsi possint contingere mali ob aliquem malum finem, ob prauam circumstantiam: attamen in dubio præsumendus est bonus agentis animus. Sunt denique & alij actus indifferentes, qui possunt esse mali, vel boni ex fine, & propter circumstantiam aliquam: vt risus: deambulatio: & his similes. in his equidem obseruandum est, quod erit in dubio adsumenda in meliorem partem, & sic in bonum interpretatio. meritò. ff. pro soc. c. estote misericordes. de regul. iur. l. vlti. tit. x. part. v. de quo latè tractauerunt è iunioribus Hippo. in rubr. ff. de fideiuf. nu. 46. Francisc. Nico nitius in repe. rubric. ff. de noui oper. nuntiat. Andr. Alciat. in tract. de præsumptio. regul. iij. præf. j. A bb. Anania, & Feli. in c. cum dilecti. de accusatio. per tex. ibi. qua ratione Barto. eleganter scribit in l. quoties. §. j. ff. de hæred. instit. quod si probetur, aliter dictum à contrahentibus, vel testibus, quam scriptum fuerit à tabellione, præsumendum erit, id errore positum quàm dolo

quàm dolo scriptum fuisse. Quã sententia probarunt Andr. Alciat. de præsump. regul. iij. præsumpt. 13. nu. x. & Hippol. in d. rub. de fideiuf. nu. 56. Ego verò perpensa hominum malitia, & præsertim his consideratis, quæ frequenter solent à tabellionibus dolo, & fraude committi, non facile admittere hanc opinionem, nisi apud me probatissima foret ipsius tabellionis reclusio. Igitur actus exteriores boni per se, aut indifferentes omnes sunt præsumendi boni, nisi ex inordinata voluntate, aut malo fine mali iudicentur: imò simpliciter hi actus boni dicuntur. Moraliter autè boni, vel mali ex recta, vel inordinata voluntate, ex bono vel malo fine prauo, aut boni censendi sunt: actus verò ex sua natura mali, & sic peccata, nõ possint esse boni, nec distingui ex fine, aut bona intentione: secundum magistrum sententia. in ij. dist. 40. post Augustinũ super Psal mum 31. & in homilia vij. libr. quinquaginta homiliarum. c. forte. xiiij. q. v. quo fit, vt delicta voluntate distinguantur: id est ex ratione voluntarij, & inuoluntarij: vt paulò ante ostendimus. Proposito autem, & fine minimè distinguatur, nisi qua ex parte finis refertur per rationem propriã ad actum voluntatis: & idè quia finis refertur ad actum voluntatis interiorè, cuius obiectum est: actus autem

exterior habet pro obiecto id, in quo ipse omninò exercetur, & voluntas fertur in obiectum peccati secundum quod ipsum peccatum distinguitur: idè idè est id quod peccata distinguatur secundum obiecta, & secundum fines: authore Tho. in d. q. 72. art. j. ad primũ. Ergo proposito maleficia distinguuntur quatenus propositũ ad voluntatis actum spectat, & sic idem est voluntate, & proposito distinguuntur delicta. d. c. cum voluntate. l. qui iniuriar. ff. de furt. c. u. similib. paulò ante citatis. de quo latè Hippol. in l. j. §. diuus. ad fin. ff. de sicarijs, & in singu. 176. post alios, quos ipse refert. Hinc sanè poterit expendi quæstio elegans, qua solet controuerti, an delinquens puniendus sit, si sequatur ex delicto publica utilitas? etenim ex crimine per se nihil bonum sequi potest, per accidens autem poterit bonum aliquod ex malo procedere, & deduci. sic sanè fur surripies alteri proprias res, & eas sibi rapiès inter aliena supellestilia literas proditiõnis reipublicæ inuenit, quo factum est, vt detecta proditiõne salua fuerit res publica: verum hic fit furri puniendus, in declamationibus Seneca disputauit libr. x. declamat. q. vlti. nec Anchara. ausus est definire in cap. Canonum statuta. de constitutio. fol. 19. col. iij. est tamen hæc dubitatio ita definienda

da, vt si quis alienas res furripuerit animo furandi, & voluntate in furtum directa, & sic in rem illicita, peccat peccato fur in cuius obiectum voluntas huius furantis fertur, & omnino puniendus sit: licet ex accidenti proditiōis literas inter furtiuas res inueniēs maximū reipublicæ periculum detecta proditiōe impediērit, & vita uerit. probat tex. in can. religētes. xxij. q. v. cuius meminit ad hanc ferē quēstionē Panor. in c. nouit. de iudic. nu. 29. quod si quis res alienas furripuerit, nō vt eas furto sibi habeat, & adquirat, sed vt proditiōis literas intercipiāt in maximū reipublicæ obsequium, suspiciōe ductus, quod proditiō à domino rerū tractabatur, vel quod apud eum erant proditiōis literæ, hic maximē laudandus est, non puniendus, nec furti peccatum habet: quippē qui non animo furandi, nec contrahendi res alienas domino inuito hoc admiserit facinus, sed vt interciperet proditiōis literas, quod licitū eidem erat. Deducitur hoc ex can. dixit Sara. ad fi. xxxij. quæst. iij. ex l. ij. §. postea cū Appius. ff. de orig. iur. quē tex. mirabilem esse asserit Barbat. in c. intelleximus. de iudic. col. ij. commendat Roman. conf. 3 to. notant in specie hanc distinctionem Felin. in c. j. col. vlti. de præsumpt. & Hierony. Cagnolus in d. l. ij. §. his

legibus latis. col. iij. ff. de orig. iur. Nec tamen est simile quod Turiscoltulus scribit in l. iij. §. in bello. ff. de re milit. tex. in c. vlt. ad fin. xxij. q. ij. ex cap. 24. primo Regum. quibus probatur, puniendum fore eum, qui aduersus præceptum ducis belli quiddam egerit, etiam si id in victoriam foelicem cesserit reipublicæ. commendat Crementis in singul. 150. hoc ipsum intelligēs, nisi aliquid nouē post ducis præceptū acciderit, quod aliud suadeat feri, nec possit cōmodē ipse belli dux consuli: idem Rochus Curtius in c. vlt. de consuetud. folio paruo 27. col. j. Est etenim hæc militaris disciplina lex iustissima, vel ea ratione, quod in bello obedientia sit admodum utilis reipublicæ, & transgressio imperij valde perniciosa: quippē quē cum maximo reipublicæ periculo plerunquē exerceatur: sicuti tradit Felin. in c. causam. col. pen. de iudic. idem Felin. in cap. illud. de maiorita. & obediēt. Accedunt iuri memorabilia maiorū exempla. Posthumius Tiburtius filium fortissimum adolēscētē Aulum Posthumium, quod sua sponte iniussu patris egressus hostes inuiderit, capite plecti, & securi percuti iussit: auctore Valerio Maximo libro ij. cap. ij. de disciplina militari. quod facinus graui vsus argumēto Titus Lilius libr. iij. primæ Decadis, non Posthumio

Posthumio sed L. Manlio Torquato tribuendum esse censet. is enim L. Manlius, aut T. Manlius Torquatus filium T. Manlium securi coram omni exercitu percuti fecit, quod inscio, & ignorante patre cum hoste gemino Netio duce Tusculanorum prouocatus pugnauerat, & prouocatore m hasta confodisset. quod & Valerius Maximus refert libr. ix. cap. de ira. ex iunioribus hæc & alia tradidit Erasimus in prouerbio, Manliana imperia. & Claudius Cotaræus de iure militari, libr. iij. cap. vij. His profecto vtcunquē melius potuimus prænotatis circa voluntarium homicidiū: quod ad irregularitatem, & quod ad huius criminis punitionem multa in specie deducemus, ex quibus possit commodē percipi quid in hoc tractatu respondendum sit, præsertim ad intellectum, veramque iuris Pontificij, & Cæsarej decisionum interpretationem, quæ hac in re passim commemorantur.

¶ Primo constat ex his, neminem irregularem constitui, nec decerni ex deliberata valde occidendi hominem voluntate, etiam si ea ex causa cū telo armatus insidias alteri intenderit: modo ipsum nec occiderit, nec ei membrum amputauerit, quod probatur in can. vltim. xv. quæstio. j. c. sicut. xxxij. quæstio. ij. text. optimus in cap. cogitationis. de pœnitent. dist.

j. l. cogitationis. ff. de pœnit. tenet in specie gloss. in cap. si aliquis. de homicidio. vbi eam sequuntur doctor. communiter, sicuti asserit Albertus Trotius de vero, & perfect. cleri. libr. ij. cap. 20. num. 5. idem tenent Felinus in cap. sicut dignum. col. iij. versicu. tertio fallit. de homici. Hippo. in l. is qui cum telo. colum. vlt. C. de sicar. idem Felinus in tracta. quando conatus. versic. sexto fallit. est ad hoc gloss. singula. in can. periculose. de pœnit. distinct. j. etenim licet Anani. in dict. cap. si aliquis. Trotius, Felin. & Hippoly. ex dict. gloss. contrarium aduocauerint, verē iuxta eius integram literam, quæ in aliquot codicibus desideratur, cōmunem opinionem probat. ita equidem legitur: Sed nunquid dices irregularem clericū, qui homicidium voluit facere, nec fecit, quia non potuit: non credo, quod sit irregularis tanquā de homicidio, licet sit voluntarius homicida: quia lex promotionis potius opus considerat, quā voluntatem. xv. quæstio. j. can. si quis non iratus. xxxij. quæst. ij. cap. sicut licet sit homicida quod ad Deū. infra eod. cap. si cui. vbi tamen factum sequitur, grauius est peccatum. hæctenus glo. quæ manifestam facit pro communi opinione auctoritatem. Obijcitur tamē huic opinioni text. in can. si cui. de pœnit. distinct. j. can. si

propterea. ea. distinct. & deinde præceptum illud: Non concupisces, quo inordinatus metus, etiam solius appetitus, etque præstitus consensus palam prohibetur. text. ad idem celebris in l. si quis cum relo. C. de fidei. ubi puniatur solus occidendi animus cum exterioris actus conatu. probatur idem in l. si quis non dicam rapere. C. de episcopo. & clericis. & alijs plerisque auctoritatibus, quibus constat, conatum puniri utroque iure. His accedit quod secundum sanctum Thomam in j. ij. quæst. 20. articulo. iij. & Cardin. Caietani ibi, Cardin. item à Turri Cremata in can. si quis non dicam rapere. de penitentia. distinct. j. actus exterior non addit in bonitate, & malitia ex fine actus interiori: tamen si finis consequutus addat in bonitate, & malitia voluntati bonæ, vel malæ ex hinc: non enim actus exterior addit aliam malitiam, aut bonitatem actui interiori ex parte finis de per se: eandem tamen malitiam, vel bonitatem intendit varijs quandoque modis: imò secundum materiam & circumstantias actus exterior, ut terminus actus interioris, addit aliquid bonitati, vel malitiæ ipsius actus interioris. text. ad idem in can. Sed pensandū. distinct. vj. glo. opus. in cap. i. de eo, qui mittitur in possessionem rei servan. Ergo actus interior metus, præsertim cum exteriori con-

natu puniendus est, & puniri poterit. Sed & his rationibus respondendum erit, lege diuina interiorem actum, utpote eius legislatori cognitum puniri, vel præmio affici: non ita lege humana, quæ in actum in teriore potestatem non habet. quod alibi latius aduorauimus. Quod si actus interior in exteriorem conatum erumpat, is optimè legi humane subijcitur. Deinde illud est adnotandum, voluntatem non esse vel in malis, vel in bonis perfectam, nisi sit talis, quæ opportunitate data operetur. Etenim si desit facultas voluntate existente perfecta, ut operaretur quis, si posset: defectus perfectionis, quæ est ex actu exteriori, est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem sicut non meretur penam, vel præmium in operando bonum, aut malum: ita non tollit aliquid de præmio, vel de pœna, si homo inuoluntariè simpliciter deficiat ad faciendum bonum, vel malum: auctore Thomam in dict. articulo. iij. quod Caietanus ibi intellexit accipiendo bonum, vel malum moraliter: non tamen secundum hanc, vel illam humanam legem, quæ actus interioris executionem exigit per exteriorem operationem. Hinc deducitur, quod ad pœnam irregularitatis non esse animum, voluntatem, nec actum interiorè considerandum: imò

nec cona-

nec conatum ipsum. quod modo explicuimus. Cum ipsa lex pontificia quantum ad hoc verum actum homicidij, aut mutilationis exigat: quod & Henricus post alios docet in cap. j. de eo, qui mittitur in possessionem. & ibi Cardin. Secundo inde apparet, idem esse quod ad excommunicationis, & censuræ ecclesiasticæ pœnas. Quibus minimè afficietur, qui delibatissimum animum habuerit, omninoque conatu cauerit agere id, cuius causa excommunicatio est in dict. glo. elegans in cap. in audientia. de sententia excommunicationis. communiter inibi recepta. Cardinialis in clement. j. quæstione iij. de vsur. Felinus in dict. tractat. quando conatus. versiculo sexto fallit. de quo & ipse aliqua scripsi in repetitio. cap. Alma mater. de sententia excommunicationis. in vj. prima parte. §. 10. numer. 15.

¶ Tertio inferitur, in dict. l. si quis non dicam rapere. † non puniri lege humana interiorè tantum actum mentis, sed exteriorem: nempe ipsum conatum, qui per exteriorem operationem processit. Nam in atrocioribus criminibus conatus ipse puniendus est: secundum Baldum, per text. ibi in dict. l. si quis non dicam. gloss. verb. putamus. ibi communiter probata in l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. vbi Roma

regia l. ij. tit. 31. parti. vij. & est omnium communis sententia post Cinum in dicta l. si quis. probat idem textus elegans in cap. j. de homicidio. in vj. l. quisquis. C. ad legem Iulianam maiestatis, glossa in l. præfenti. C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. quam dixit esse peregrinam Felinus in tractatu, quando conatus. versiculo. Fallit quinto. Nam si homo magnum aliquid scelus, aut eiusmodi tentat patrare criminis, in quibus magna calamitas, & aut graue admodum exitium futurum est, procul dubio leges humanæ inceptum facinus, ac si consummatum esset, puniri voluerunt. Non enim secus censuerunt eum, qui tam atrox dirum, uel facinus moliri ausus fuit, qui que ad tam exitiale scelus animum induxit, pœnis affici oportere, ac si illud opere consummasset: quod in leuiores noxæ criminibus, & ubi non est tanta sceleris magnitudo locum non obtinet. Hinc pertinet quod Cicero in eleganti pro Milone oratione ad exaggerandam inuidiam, ad improbandum grauissimum scelus, tentatum eundem causa occidendi Pompeium illum Magnam, in quo totius reipublicæ salus, & maiestas periclitabatur, incusans Clodij feruum in æde Castoris cum sicca, ut Pompeium trucidaret, deprehensum fuisse in hunc

M iij

modum loquitur: Nisi quia res perfecta non est, ideo puniēda non fuit, quasi exitus rerū, non hominum consilia legibus vin dicentur. Minus dolēdum fuit re non perfecta: sed tamen puniendum certē nihilo minūs. Hęc Cicero, cuius ad hanc distinctionem meminit Alex. ab Alex. dierum genialium lib. ij. c. xvj. ad idem facit quod notant Bart. in l. j. C. ad leg. Pompeiam. de parricidijs, & Salyce. in l. j. C. de malefici. quōd si & in his atrocioribus affectus fuerit intra animum retentus, nec ad opus aliquod exterius eruperit, nulla pœna humanæ legis huic affectui nocet, nec pro eo constituenda est: quemadmodum regia lex præcitata, & aliæ, quas ex iuris civilis respōsis adduximus, probant. siquidem, ut inquit Cato, voluntates, nec legibus, nec pœnis fiūt obnoxie. Verū circa illationem istam non levis est cōtroversia: an conatus in atrocioribus criminibus sit ordinaria pœna delicti perfecti & consummati puniēdus: sint etenim qui consent, conatum in his criminibus, etiam deductum ad proximum ipsius consummati sceleris actum, etiam si nō steterit conatē, qui illud peregerit, sed aliquo exteriori impedi mento fuerit impeditus, eadē lege, non tamen eadē pœna puniendum. Hanc opinionē probant ex text. in c. sicut dignū.

§. illi autem. de homicid. cui res spondere possumus, in eo casu conatum non fuisse deductum ad proximum ipsius perfecti criminis actum: nec conantem fecisse quicquid agere ad actus perfectionē potuisset. & nihilo minūs eandem sententiam tenent Cinus in d. l. si quis nō dicam rapere. col. ij. & ibi Salice. Angel. de malefic. in glo. Sempronium mandatore. col. ij. Thomas Gramma. voto. 20. & decisio. 74. nume. 12. Cepola in consil. vlt. col. penul. Andr. Isernia in c. j. §. si vero. de capita. qui curiam vend. Felix. in tract. quādo conatus. col. vlti. quāuis ipse non ita in specie hoc asseuerauerit: sed & Cini opinionē probant Thomas Grammat. decisio. ij. nu. 22. Ioan. Bernard. in pract. c. 9. & est communis opinio secundū Hippo. in col. 105. col. j. tradit in d. l. si qui cū telo. C. de siccar. eadē opinionem faetur cōmunem Tho. Grammat. in voto. viij. col. vlt. & Ludouic. Carreri. in pract. criminali. rub. de homicid. §. ij. numer. 19. qui, & Hippoly. plures authores ad id citarunt. Contrariam tamen sententiā, quōd in atrocioribus criminibus puniatur pœna ordinaria conatus ipse ad aliquem proximum actum deductus: ita ut per ipsum conantem non steterit, quin fuerit scelus omnino cōsummatum: probat text. elegās in c. j. de homicid. in vj. cui acce-

cui accedit text. in dict. l. si quis non dicam rapere. & in dict. l. si quis qui cum telo. Nec tamen hic agendū erit de eo puniēdo, qui spōte poenituerit, & criminis cōmittendi conatu cessauerit: cui parcēdum est. l. qui falsam. ff. de fals. sed tantum traclabimus de puniēdo eo, qui mentis interiorē cogitationem ad exteriorē actum dederit, ita, ut per eum non steterit, quin crimen ipsum perageret. qua in re video multa à iuris vtriusque doctoribus frequenter tradi adeo perplexē, ut maximo labore opus sit ad discernendū ea, quæ sint ad praxim congrua, & recipienda: quam ob rem ipse conabor iudices admonere, quid mihi visum fuerit iam sæpissimē hac in cōtroversia dubitanti.

¶ Primum admonēdum est, quoties de puniēdo conatu in atrocioribus criminibus actum fuerit, non omnia crimina, quæ grauisima existimantur pari iudicio censenda fore. ex his etenim vnum erit grauius, & atrocius altero: c. consideret. de poenit. dist. v. l. aut facta. ff. de poenis. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no tant. infam. c. aut facta. de poenit. dist. j. Nam licet Cicero in Paradoxo cap. iij. & Iouinia nus hereticus probare conati fuerint, omnia peccata esse æqualia: id tamen falsum est, erroneum, & hæreticum: quem-

admodum docent s. Thomās. j. ij. q. 73. Castro de hæresibus, verb. peccatum. Ioan. Arbore. lib. 14. Theosophia, cap. ix. igitur quōd ad punitionem conatus in criminibus atrocioribus, quōd ad pœnā ordinariam, vel extraordinariā, iudex perpendere debet ipse criminis qualitatē, ne vna, & eadē mensura omnia metiri conetur.

¶ Secundō præter ipsius criminis grauitatem considerandi sunt actus ipsi, ad quos fuerit conatus ipse deductus, ut ex his & simul delicti qualitate iudex perpendat, qua pœna conatus puniendus sit. Sunt etenim actus quidam, qui proximi censeantur ipsius criminis executio: non tamen sufficiunt hi, ut ex parte conantis delictū perfectum sit: cū & aliud ad perfectionem eius superfit ab ipso criminis authore agēdum. Cuius rei sit exemplum in eo, qui cogitauit ac decreuit patrem occidere, & hoc animo patrem aggressus est, pater autem seipsum defendit: aut aliud impedita fuit parentis occisio. Sunt alij actus ita proprie ad criminis perfectionem pertinentes, ut nihil his peractis superfit agendum ex parte delinquentis ad criminis perfectionem: licet mors sequuta non fuerit ex eo, quōd adhibitum sit aliquod medicamentum, quo fuerit impedita. Erit sanē exemplum in propinante alte

ri venenum causa homicidij: quod quidem venenum minime nocuerit ad mortem: quia medicamentis sit eius vis extrinseca. Horum equidem actuum distinctionem prae oculis habere debent iudices, ut in atrocibus criminibus poenam ordinariam, vel extraordinariam conantibus inferant. Nam in aliquot criminibus adeo erit consideranda eorum grauitas, ut sufficiat conatu deductum fuisse ad priores actus: in alijs vero hoc non erit satis, sed erunt necessarii posteriores: quandoque nec hi sufficient ad ordinariam poenam.

¶ Tertio est omnino considerandum in delictis, quae atrociora non sunt, conatum puniendum fore poena extraordinaria iuxta ipsius conatus qualitatem: non tamen ordinaria: & hoc quidem eo casu, quo conatus est ad exteriorem actum deductus. nec stetit per conatum, quin delictum consummaretur: etenim arbitror, non debere hunc conatum manere, nec dimitti impunitum: imo puniendum fore iudicis arbitrio, non poena ordinaria. Hanc conclusionem ipse deduxi ex mente omnium, qui de conatu hactenus scripserunt: praesertim Salice. in dict. l. is qui cum telo. colum. ij. sensit eandem opinionem regia l. ij. statim citanda, & l. facularis. ff. de varijs criminibus. cuius meminit Baldus

in dict. l. si quis non dicam rapere. colum. ij. & Chassan. in consuetud. Burgund. rub. ij. §. v. verus. Archidiaconus. num. 123. eademque ratione ipsa probauerim. Nam hic conatus ad exteriorem operationem deductus, licet criminis speciem, in quam voluntas ferebatur, non perferret, dubio procul delictum est, & ad scelus audaciam pertinet, quae reipublicae est pernicioiosa: & ideo expedit, actum istum non dimitti impunitum, eadem sententia probatur auctoritate, praesertim ex l. Imperator Seuerus. ff. de iure fisci. l. generaliter. vbi glossa & Bartol. ff. de calumniar. l. ij. in principi. & ad finem. ff. de extraordi. criminibus. vnde fit, ut consuetudo totius Christiani orbis, qua obtentum est, leges punientes conatum abrogatas esse, sit plane intelligenda quod ad poenam ordinariam: etenim extraordinarium arbitrio iudicis puniendum est conatus ipse ad exteriorem actum deductus: tametsi huius consuetudinis plures meminerint: maxime Specu. titulus de accusat. §. j. Iason post Ang. in l. j. §. vltim. ff. quod quisque iuris. Bald. in l. ij. C. de feru. fugitiuis. Hippolyt. in l. eiusdem. ff. de siccar. & in dict. l. is qui cum telo. numer. xij. C. eodem titulo. Alexand. & ibi Carolus in consil. 15. libr. j. & plerique alij quorum iuniores meminere. & Hippolyt. in dict. consi-

105. Nulla

105. Nulla autem poena conatus puniendus erit in his com munibus criminibus, quoties sua sponte qui conatur poeniterit, & ab opere cessauerit. l. qui ea mente. & ibi glossa ff. de furt. l. qui fallam. ff. de fals. regia l. ij. titu. 31. part. vij. fatentur omnes, & docet Felin. in tract. quando conatus. colum. j. qui eiusdem operis colum. vltim. scribit, posse iudicem, licet non teneatur, mitigare poenam a lege statutam, quoties lex conatum punierit. text. optimus in laur. facta. §. euentus. ff. de prenis. notat Salycet. Baldum referens in d. l. is qui cum telo. numer. vj. quod est intelligendum ita, ut discretus iudex poenam moderetur secundum actuum, & criminum distinctionem, quam paulo ante tradidimus, & quae potest colligi ex Salice. in d. l. is qui cum telo. colum. ij. quae omnia ad varias species deduci possunt: quarum aliquot speciatim subiiciam, ut inde possit aliquid certum hac in questione proponi.

7 ¶ Primo infertur intellectus ad text. in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. vbi probatur in eo, criminis, quod atrocissimum est, conatum puniri poena quidem ordinaria. Oporteret enim hic perpendere criminis grauitatem, eiusque conditionem, cuius proprium est, ut conatus ad actum exteriorem deductus, nempc ad tractatum, & consi-

lium initum cum alijs circa proditorem, vel his equidem similitum, ad speciem criminis laese maiestatis perfecti pertineat: cum his proditor sit, & huius criminis author, qui aduersus rem publicam, aut principem fuerit aliquid machinatus per actus exteriores: quorum mentio fit in l. j. & ij. ff. ad leg. Iul. maiest. l. j. titu. ij. part. vij. est in specie regia l. ij. titu. 31. part. vij. ut plane in hac specie conatus ad actum exteriorem, qui proximus sit, deductus, efficiat eius authorem criminis huius reum. quod communi omnium sententia receptum videtur: ut tradidit Ludou. Carreri. in pract. rubri. de homicid. §. homicidij. numer. 15. Angel. in l. j. §. haec verba. ff. quod quisque iuris. Hippo. in l. ij. ff. de siccar. colum. iij. imo magistratus omnes animaduertere debent in hoc crimine puniendo, quantum periculi toti reipublicae ex eo imminet. Multa enim sunt huic atroci delicto specialia, quae commemorat Ioan. Ign. in q. An rex Franc. recog. super. nu. 108. Nam & vbi conatus ipse ad exteriorem actum deductus, etiam absque criminis consummatione delicti specialis nomen habet: tunc illius criminis poena ordinaria puniendus est: quod probatur in l. j. ff. de effracto. l. vulgaris. §. qui furti. ff. de furt. notant in specie Salice. in dict.

lis qui cum telo.col.ij. & Henric.in cap.j.de eo, qui mittit.in posse.col.v. exemplum est satis obuium in eo qui alterius portas frerit causa furti, quod minime potuit peragere: profecto hic punietur poena ordinaria, non furti, sed effractoris. de quo crimine legito Chassan.in consuet. Burgundiae rub. j. §.vi. dendum. num. 51. & l. hi qui. ff. ad leg. Iul. de vi publ. & l. 18. titu. 14. parti. vij. l. vj. tit. v. lib. iij. fori. & l. 74. styli.

¶ Secundo infertur interpretatio ad l. vnic. C. de rapt. virgi. & ei similem regiam l. iij. titu. 20. part. vij. est enim illud crimen grauisimum: idcirco oportet explicare, si sitne illius constitutionis poena admittenda contra eum, qui raptum minime consummauerit, tamen si conatus fuerit id agere per actus exteriores, & perfectioni huius criminis proximos? Et Angel. ibi censet, rapientem virginem, si eam stupro non affecerit, nec cognouerit, non esse puniendum illius constitutionis poena: sed alia mitiori: quasi illa constitutio exigat raptum cum stupro. idem tenent Anan. in cap. pen. de raptor. col. pen. Deci. in consi. 234. col. vltim. Hippol. in consi. 105. col. ij. Cespola con. 57. Ludouic. Carrer. in pract. crim. titu. de homicid. §. circa. num. 285. idem habet communis opinio secundum Boerium decisio. 316. col. ij. quibus ad stipula

tur l. j. tit. 10. lib. iij. fori. Contra rium tamen deducitur ex l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleric. & idem tenent Andre. Isernia, & Matth. Affli. in constituti. Neapolit. lib. j. rubri. 19. q. ij. lex enim, quae puni raptum virginis libidinis causa factum, considerat pro huius punitionis ratione stuprum, & virginitatis vitium, quod frequentissimè ex raptu sequi solet. hae verò lex rationem habet continuam, finem communem, & vniuersalem, non particularem: & ideo licet eius ratio cesset in aliquo casu, modò non deficiat in communi, lex non cessat, nec cessare debet: sicuti adnotauimus & nos in iij. decret. ij. part. cap. vj. §. ix. num. viij. quò ob rem dubia est hae Angeli & Ananiae opinio. Ipse verò in raptu cuiusque virginis simpliciter admittere sententiam Angeli & Ananiae: ubi rapiens, qui poterat à nemine impeditus virginem raptam stuprare, sponte sua noluit id agere, imò eam illibatam, & integram ad honestum locum duxit. Etenim per eum stetit, quin crimen omnino consummaret. Quo casu video Ananiam & alios loquutos fuisse saltè in exemplis: censeo tamen esse adhuc raptorè istum grauisissima poena puniendum. Si quidem quò ad speciem raptus crimen istud perfectum mihi videtur, etiam absque copula, si

pula, si iuris vtriusque mentem consideremus, cum propter iniuriam parentibus illatam, tum eo ipsius virginis infamia, nec enim potest eiusdem virginis opinio vnquam integrè restitui: tamen mille testibus probatum fuerit, eam nondum corruptam fuisse à raptore. Quis enim credit hoc iuxta illud Oenones ad Paridem apud Ouidium de raptu Helena à Theseo. A iuvene, & cupido credatur reddita virgo: Quod si raptor minime raptam vitauerit, non propria poenitentia ductus: sed quia id agere non potuit, nec per eum stetit, quin eam stuprauerit: tunc sanè poena ordinaria eum puniendum esse opinor. iuxta d. l. vnic. vbi Hippo. nu. 254. & Ludouic. Carrer. in d. nu. 285. ita expressim tenuerunt. Quibus astipulatur regia l. 2. tit. 31. part. 7. & auctoritas Iserniae, ac Matthaei de Afflicto, & denique ipsius Ananiae mens, & exemplum. Sed in raptu alicuius monialis arbitror non esse admittendam distinctionem istam: imò raptor poena mortis puniendus est, & denique ordinari a, si verè rapuerit libidinis causa, & ex monasterio abduxerit: tamen eam non stuprauerit, cum id potuisset agere. Hoc enim crimen grauisimum est, & maius quàm simplicis virginis raptus: cum in eo non tantum ipse raptus monialis, sed & conatus sit omnino punien-

re. vbi Bal. Paul. & alij hoc tenent & Andre. Iser. ac Math. in dict. constitutione. Neapolit. opti. text. in l. 4. titu. 10. lib. 4. fori. licet extimem, conatum ad rapiendam monialem, si raptus non fuerit, nec abducta à monasterio, grauisissime puniendam fore: non tamen poena ordinaria. Ad hanc optime conducit, quòd coitus cum moniali sapit incestum, & eius quaedam species esse quibusdam, tamen in propria, videtur. gloss. in cap. virginitibus. xvij. q. j. l. v. titu. 15. lib. 8. ordi. l. 2. titu. 17. part. 4. l. 13. tit. 2. eadem part. mortisque poena punitur. Authent. de sanct. episc. §. penul. cap. si quis rapuerit. xxvij. q. j. notant Panor. in cap. monasteria. de vit. & honest. cler. Paulus Grillandus in tract. de poenis omnifariam coitus. l. 3. q. 1. nu. 18. clericus verò nam de laicis hae sunt intelligenda, cum moniali carnale comercium habens, officio, & beneficio priuatus in arcum monasterium ad perpetuam poenitentiam deo deditur. cam. si quis Episcopus. & ca. si qua. xxvij. q. j. etiam si hae fornicatio non fuerit publica, nec caudalù dederit: quod notant Anania c. 1. & Ioan. Bernard. in pract. crim. ca. 75. Hinc poterit lector perpenderè l. 2. titu. 19. parti. 7. quae simplicem coitum cum moniali, non poena mortis: sed poena simplicis stupri puniendum esse respondit. ¶ Tertio deducitur ex his si intellectus ad text. in l. 3. cap. j. de

homicid. in 6. ex quo probauimus superius, conatum poena ordinaria delicti puniendum fore, etiam si non sequatur effectus, modo per conantem non steterit, quin delictum consummaretur, modo crimen sit grauissimum, vt pote Assassinium, de quo ea constitutio tractat. Etenim hanc opinionem probant in Assassinio communi: id est, vbi quis pacationem cum altero fecerit pecunia promissa, vel data, vt occideret Titium: Ang. conf. 14. & Chassan. in consuetud. Burgundiae, rub. 1. §. vendendum. nume. 7. asseuerans, se ita vidisse Mediolani factum. Et tamen cotarium quod ad poenam ordinariam licet punitionem extraordinariam admittant, conantur tenere, Hippo. in dict. consi. 105. & in dict. l. is qui cum telo. C. de sicar. ad finem: alij paulo antecitati in hoc cap. vers. verum circa illationem istam, quasi punitione constituta in dict. cap. j. extraordinaria sit, non ordinaria: quod mihi non satis applaudit. Nam poena in dict. cap. j. statuta graues profectio sunt, & iure potestio ordinaria: nec id negari verè potest. qua ratione in hac difficili quaestione constituerem ipse aliquot casus iuxta ea, quae praemisimus ad propriam huius materiae de conatu cognitione.

¶ Primus casus exponitur in proprio crimine Assassini: scilicet, cum tractatur pecunia data, aut promissa de occidendo ho-

mine Christiano per ministerium alicuius infidelis ex gente Assassinorum: quemadmodum ipse adnotauit libro. 2. varia. resolut. capit. 20. nume. 10. Nam in hac specie ob tanti criminis immantem opinionem opinor, omnino certam praedictam constitutionem vt illius poenis, & alijs ordinarijs puniatur ipsum mandatum, etiam non sequito homicidio, si per ipsum mandantem non steterit, quin homicidium fuerit sequutum. quod mihi manifestum sit ex dict. capit. j. vbi Philippus Franc. post Ioan. Andre. in reg. in poenis. de reg. iur. in 6. scribit, in ea constitutione mandatum tantum puniri vt delictum quidem speciale: atque id ad poenas inibi statutas, mandatum ipsum sufficere: nec tunc probatur, conatum in hoc casu poena ordinaria puniri: siquidem non conatus, sed crimen consummatum puniatur.

¶ Secundus subiicitur casus secundum communem assassini significationem in eo, qui cum quolibet Christiano, aut infideli pecunia data, vel promissa pacationem inierit de homine Christiano occidendo, & sanè in ipso mandatario, si ad actum proximum processerit, & conatum ipsum deduxerit, vt per eum minime steterit, quin scelus peregerit: notant puniendum fore poena ordinaria, Angel. in dict. consi. 14. & Chassan. in dict. numer. septimo. Matthæ. Afflicti. in constitut.

Neapolit.

Neapolit. li. j. rub. 12. nu. 16. Ioã. And. in regul. in poenis. de reg. iur. in 6. Thomas Grammat. in voto. 9. asseuerans, ita pronuntiatum fuisse in synatu Neapolitano. eandem opinionem sequitur Ludouic. Carreri. in practica criminali: rub. de homicidio. §. ij. nume. 12. & in §. v. nume. 8. & numer. 100. Bald. & Angel. in l. j. §. hæc verba. ff. quod quis. que iuris. & licet Angel. in dict. consilio decimoquarto & in l. item apud Labeonem. §. si cura uerit. ff. de iniur. existimet, piuum esse, quod iudex poenam mortis in hoc casu ordinariam, in mitiorem, & extraordinariam commutet: ego arbitror locum fore ordinariæ poenæ, nec eam minuendam esse, si conatus fuerit deductus ad actum admodum proximum ipsius criminis consummationi: secundum ea, quae ad hanc controuersiam praemisimus facit ad hæc. quod consuetudo in dict. capit. primo à summo pontifice statuta, non tantum in mandante locum habet, sed & in ipso mandatario: sicut nos explicuimus in dict. lib. 2. variari. resolutio. capit. 20. num. 10. vers. quarto.

¶ Tertio proponitur, quid dicendum sit de ipso mandatore in hac specie. Nam iuri conueniens satis est, quod hic puniatur eadem poena, qua & mandatarius. quo fit, vt si mandatarius ad actum processerit ita proximum perfectioni cri-

minis, quod poena mortis sit dignus: eadem enim ipse mandator plectendus. quam opinionem ipse colligo ex text. in dict. capit. j. secundum eius communem intellectum. etenim illa constitutio in ipso mandante loquitur: vt re: & ad mandatarium per doctores extenditur. Huius etiam sententiæ autores sunt omnes hi, qui in crimine Assassini censent, conatum deductum ad actum proximum ipsi sceleri esse ordinariam poenam puniendum. sic sanè Ludouic. Carreri. in dict. §. v. nu. 8. hunc casum ex alijs per eum citatus definiuit. nec potest congruè iure probari differentia, quam inter hunc casum, & praecedentem constituit Thomas Grammat. vot. 8. & 9. ad fin. siquidem actus hic proximus ipsius sceleris consummationi erit sufficiens ad puniendum ordinaria poena mandantem: cum & sit satis ad puniendum ipsum mandatarium, qui crimen iussit, ac maius alterius, commisit. Maximè huic opinioni locus erit ex eo, quod frequentissimo omnium consensu receptum est, in dict. c. j. conatum puniri, etiam si non tequatur effectus: & tamen ea constitutio mandantem potius quam mandatarium poenis inibi expressis persequitur: quæ quidem per se quoad hunc casum potissimè pertinet: cum de mandato puniendo tractauerit: quæ admodum Fiacus & docto. inibi adnotarunt.

¶ Quarto: si quis pecunia data,

vel promissa mandauerit aite-  
rum occidi, & mandatarius ad  
exteriorem conatus actum non  
processerit, ipse mandans nō est  
ordinaria, sed extraordinaria tā-  
tūm pœna puniendus: cū alio-  
qui in alijs criminibus non ita  
atrocibus nulla foret pœna in  
hoc casu mandanti infligenda.  
quod notat Bart. in l. non solū.  
§. si mandato. ff. de iniur. num. 3.  
Angel. de Malefic. in glo. Sem-  
pronium mandatorem. col. 2. at  
que in hac specie loquitur. Hip-  
po. in dict. conf. 105. & in dict. l.  
is qui cum telo. Thom. Grāma.  
in dict. voto 8. & in decis. 2. num.  
25. & rursus voto 20. Ludouic.  
Carreri. in dict. §. v. num. 8. Di-  
nus, & Angel. in dict. l. itē apud  
Labronem. §. si curauerit. cui  
opinionī facilimē subscribēt om-  
nes, qui probare conat sunt, ad  
huc in atrocioribus criminibus  
conatum non esse puniendum  
pœna ordinaria. quarum opinio  
tunc obtinebit, cū ipse conatus  
non processerit ad actum exte-  
riorem, saltē eum qui sit admo-  
dum proximus, & directus in de-  
licti cōsummationem.

¶ Quinto ex his faciliō erit de  
cīso eius quæstionis, quam tra-  
dit glo. in dict. cap. j. de homi. in  
6. verb. mandauerit. vbi asserit  
in hoc crimine Assassini non ef-  
se satis ad effugiendam pœnam  
illius constitutionis, quod man-  
dator reuocauerit mādatum at-  
te eius executionem: quā glo.  
sequuntur ibi Domi. & Francus.

& profecto vera est, quoties re-  
uocatio mandati minime nota  
fit mandatario, atque ideo ipse  
vel mandatū exequitur, vel  
ad actum proximum ipsi crimi-  
ni processerit. etenim in hoc ca-  
su non excusat mandatorem re-  
uocatio mandati: quæ, vt eum  
excuset, debet nota fieri ipsi mā-  
datario re integra. glo. in capit.  
cū quis. vbi doct. de sent. excō.  
in 6. quæ est ordinaria secundū  
Felin. in ca. ex parte decani. nu.  
8. de rescript. & nota. secundū  
Alexan. in l. si pecuniam. §. j. ff.  
de condict. caus. dat. vbi Bartol.  
idem probat: & Felin. in capit.  
sicut dignum. de homi. nu. 14.  
opt. glo. & ibi doct. in cap. mulie-  
res. §. vlt. de tent. ex com. quam  
sequitur, & explicat Syluest. ver-  
bo, ex cōmunicatio. sexto, nota.  
3. & Aufreri. in clem. j. de offic.  
ordi. regu. 3. nu. 6. quod si mā-  
datum fuerit reuocātū, nec ali-  
quis effectus sit sequutus, quia  
mandatarius fuit certus de reuo-  
catione: tunc nō erit locus, etiā  
in atrocioribus, pœnæ ordinariæ,  
licet extra ordinem vterque sit  
arbitrio iudicis puniendus: quod  
notat Hippo. in dict. conf. 105. &  
in dict. l. is qui cum telo. colum.  
penult. Ludou. Carreri. in dict.  
§. circa. nume. 78. & idem ipse di-  
xerat nu. 8. constatque ex pro-  
ximē adnotatis. Sed si mandata-  
rius non obstante reuocatione  
ad mandatū executionem proces-  
serit, videtur sanē, non esse  
mandatorem pœna ordinaria  
puniendum

puniendum adhuc in his atro-  
cioribus criminibus, sicuti ap-  
paret ex gloss. in d. c. cum quis.  
& his, qui eā sequuti sunt. Ipse  
tamen in hac specie grauiori  
pœna, quā in præcedenti, pu-  
nietur ipsū mandatorem.

¶ Sexto hinc perpendi pote-  
runt Baldi verba in l. non ideo  
minis. C. de accusatio. nu. 16.  
ita enim scribit. Et si dicas,  
quod in istis atrocissimis puni-  
tur consilium solum: ergo puni-  
tur tractatus, & ordinatio: &  
non est aliquod mandatū,  
quin sit tractatus, & ordinatio.  
l. & si amicis. ff. de adulter. Re-  
spon. quod solum tractatus, &  
sola ordinatio non punitur de  
iure, nisi sit processum ad aliū  
actum ordinatum de per se ad  
ipsum factum. l. si quis non di-  
cam rapere. C. de episc. & cleri.  
& ff. de pœnis. l. cogitationis.  
Hactenus Bald. sentiens, adhuc  
in grauissimis criminibus mā-  
datum non puniri, nisi proces-  
sum sit ad actum ordinatū in  
ipsam mandati executionē.  
Hæc enim Baldi sententia est  
intelligenda quod ad pœnā or-  
dinariam, vt mandatum ea pu-  
niendum non sit, etiam in his  
grauissimis delictis: nec tamen  
hinc sequitur, non esse extra or-  
dinem mandatū puniendū:  
præsertim in Assassinio, cuius  
criminis pars est præcipua ip-  
sum mandatū, & ipsa conuen-  
tio in id facta, vt pecunia con-  
ductus homo alium incautum

occidat, quod sensere doct. in  
d. c. de homicid. in sexto. ma-  
ximè Francus ibi post Ioannē  
Andr. in reg. in pœnis. de regu.  
in sexto. idem erit in his crimi-  
nibus, in quibus tractatus ipse  
maximè ad speciem criminis  
accedit: nec in crimine læsæ ma-  
lestatis: in quo pœna forsan or-  
dinaria erit mandanti iniun-  
genda. Potuit sanē Bald. eum  
sentum habuisse, vt adhuc in  
grauissimis sceleribus manda-  
tum solum nec pœna extraor-  
dinaria puniendum sit: vt in ca-  
su l. si quis non dicam rapere.  
præterquam vbi mādatum ip-  
sum potissimè sceleris speciem  
constitueret: sicuti de Assassino  
rum crimine probauimus. sed  
Bartol. in d. §. si mandato. &  
Angel. in d. gloss. Sempronium  
mandatorem. col. ij. & pleriq;  
alii eum sequuti existimauerunt,  
in delictis atrocioribus solum  
mandatum puniendum fore  
pœna extraordinaria. quorum  
opinio mihi magis applaudit:  
quāuis Felin. in tract. quando  
conatus. col. ij. sequatur Baldi  
sententiam: in id in quocun-  
que delicto æquum est, quod  
mandatum ipsum saltem non-  
dum re integra reuocātū pro-  
modo & qualitate criminis,  
quod mandatū est, puniatur  
arbitrio discreti iudicis: quic-  
quid Bartol. dixerit.

¶ Quarto inferitur ex præmissis  
vera interpretatio text. in  
d. l. is qui cum telo. C. de sicar.  
Relect. Didac. Couar. N

qua quidem constitutione cautum est, poena homicidij ordinaria puniendum esse eum, qui cū telo hominis occidendi causa inceserit, tamen non occidat, etenim receptum est, consuetudine eam poenam sublatam esse: quod paulò antè adnotauimus. Nihilò minùs ubi conatus quis fuerit proditorie hominè occidere, & ad actum exteriorè processerit illato vulnere, forsitan erit locus poenæ ordinariæ: quemadmodum ex lege regia deducitur, l. j. tit. 13. lib. viij. ordina. Ea nempe ratio ne, quod homicidium proditorium grauisimum crimen sit. c. j. de homicid. cuius intellectum nos tradidimus lib. ij. variarum resolutionum. c. vlti. numer. vij. Quam ob rem in hoc grauisimo crimine satis erit iuxta quorundam opinionem, quod ipse conatus ad actum omninò proximum consummationi delicti processerit, & quidè ad vltimum actum, qui à delinquente agendus est ad criminis perfectionem: licèt non fuerit mors sequuta. Sunt etenim hi actus serè vltimi maximè cōsiderandi, vt iudex pendere hinc valeat, an poena sceleris consummati, sit delinquens omninò puniendus, vel minor.

¶ Quintò non incongruè deducam ipse quæ modò distinximus ad definitionem illius quæstionis passim cōrouersè: ut Janis, qui tentat alium occi-

dere veneno, sit puniendus poena mortis, quauis mors sequuta non fuerit? Nam Iuriconsultus in l. iij. in princip. ff. de fidei. expressim asserit, hunc puniendum mortis poenam: nempe ipsius legis Corneliæ supplicio, regia l. vij. tit. viij. part. vij. Sed quia cōmuni totius orbis consuetudine derogatum est legibus conatum absque vero effectu punientibus: contrariā sententiam, imò quod poena extraordinaria puniendus sit, qui venenum causa mortis alteri propinauerit, si vel medicamentis, vel alia via mors sequuta non fuerit: tenet Bald. consilio 443. libro iij. Cæpola consil. lti. Angel. in l. j. §. sit iniuria. ff. de extraordi. crimi. Floria. in l. item si obstetrix. ff. ad legem Aquiliam. Hippoly. in d. l. iij. Alexand. ad Bartol. in l. j. ff. ad legem Pompeiam. de parricid. Parisius in consil. 167. numer. 13. libr. iij. Matth. Assi. in consilio. Neapolita. libr. iij. rubric. 47. Augusti. Ariminensis in additionibus ad Angel. de malefic. verb. & ex interuallo. ad finè. Cremen. singular. 49. Thomas Grammaticus, eleganter in decil. ij. Neapolita. qui testatur, ita non semel in supremo Neapolitano prætorio decisum fuisse: & esse hanc opinionem communem asserit eam sequutus Ludouic. Carreri. in pract. tit. de homicid. §. homicidij. nu. 19.

fenfit Fel-

fenfit Felin. in tract. quando conatus. col. iij. notat iterum idem Thomas Grammaticus. decil. 74. nume. 16. & 17. Verum hac in quæstione obseruandum est, istud crimè esse grauisimum: quippè quod ad proditoriam occisionè pertineat: secundum Bald. in l. nemo. colum. iij. C. de summa Trinit. Anani. & Felin. in c. j. de homicid. tex. optimus in l. j. C. de malefic. & Marthe. Bald. & Sali. in l. cùm fratrem. C. de his quibus vt indig. Alex. in consil. 145. numer. vj. lib. vij. Ludouic. Carreri. in pract. criminali. §. homicidij. numer. 98. item illud est omninò respiciendum in præmissa specie, ubi quis venenum causa mortis, & animo occidendi alteri dederit, & propinauit, actum istum esse adeo proximum consummationi criminis, vt denique is sit vltimus ab occidente agendus, nec enim ad mortè quicquam aliud superest ab eo agendum: vt planè cōstat. idcirco censeo vtiorem esse contrariam opinionem, & arbitror, hunc poenæ ordinariæ puniendum: cui sententiæ suffragantur omnes, qui voluerunt in his atrocioribus conatum ad proximum actum deductum ordinariæ poenæ dignum fore. His accedit regia lex in proxima illatione citata. deinde & l. 50. tit. lti. lib. viij. ordi. qua constitutum est, iuritentem sagittam in mortem aliterius, morte plectendum, etiam

si non percussit. maximè tandem si percussit cum ea. l. v. tit. 13. li. viij. quæ quidem leges rationè habere poterunt à glo. in c. j. verb. ad mortè. & ibi Bal. de præsumptio. hanc itidè sententiam tenent Bart. per text. imbi in l. j. ff. ad leg. Pompeianam de parrici. loā. Faber in §. alia. insti. de pub. iudic. Sali. in d. l. j. C. de male. & mathe. Angel. de malefic. verbo, & ex interuallo. col. vlti. Ioan. Igneus eleganter in crimine falsæ monetæ, in l. §. cùm dominus. numer. 23. ff. ad Syllanianum. nempe in eo, qui falsam monetam in pecuniæ formam ita excuderit, vt statim expendi possit: licèt ea vsus non fuerit. l. si falsos. C. ad legem Corneliā de falsis. Postremò facit opinionè istam iustiorè, quod auctore Thoma Grammatico in dicta secunda decisione, per magnè curiè iudices apud Neapolim fuerit non semel per sententiam approbata: licèt in magno consilio, cuius iudices benigniores solent esse, aliud in cōtrarium sit definitum. Nec tamen probauerim, poena mortis puniendum fore eum, qui animo alterum occidendi venenum emert, & parauerit: nò tamen propinauerit, nec dederit. nam in hac specie totius orbis consuetudo est intelligenda: quæ leges hunc conatum punientes abrogauit. Etenim Baldus Florianus. & Cremen. pau-

lò antè citati contendunt, non posse hunc conatum iuste puniri pœna ordinaria: sed extrordinè puniendum fore: quidquid Bart. Ioan. Faber, & Angelus de maleficijs, in contrarium responderint. nos equidè aduersus Cepolam, Angelum, & alios asseuerauimus, tunc locum esse pœnæ ordinariæ: cum quis venenum animo occidendi parauerit, & propinauerit alteri, & profectò idem in hoc casu voluerunt Bald. in d. concil. 4. 43. & Florian. in dict. litem si obfretrix. tamen si Thomas Gram. pro eius sententia hos auctores adduxerit. sensit & hanc distinctionem a Salyc. in dict. l. j. sic sanè si quis falsam monetam cudere cœperit, non dum tamè forma ad eius usum necessaria signauerit, puniendus nò est pœna ordinaria: sed extraordinaria: secundum Io. Igneum in dict. nume. 23. ex a. l. ijs, quæ ipse adducit: atque idè iure optimo in hoc casu idem probat Thom. Gramma. in d. decisio. 74. dicès à summo regio prætorio reuocatum mortis iudicium pronuntiatum à iudicibus magnæ vicariæ.

12 ¶ Potissimum t̄ est admittenda, ac probanda mortis condemnatio in eum, qui venenum parauerit animo occidendi patrem, vel matrem, & propinauerit eisdem. Nam & si in dict. l. j. ff. ad legem Pompeiam. de parricid. & in l. 12. ut. viij. part.

vij. cautum sit, sufficere ad pœnam ordinariam, paratū fuisse venenum ad patris occisionē, & id forsā esset æquū imūn, licèt consuetudine sublatum: tamen vbi venenum propinatum sit, dubiò procul conatus hęc erit puniendus ordinaria pœna ob tantū criminis atrocitatem. de hoc etenim crimine legem non tulit Solon, quia non sperauit futurum parricidam: teste Cicerone in oratione pro Roscio Amerino. idem de Romulo in eius vita Plutarchus retulit: scribens, Romulum homicidium omne vocasse parricidium: nec de eo, qui patrem occidisset, aliam tulisse legem, quod illud impium, & nefarium: hoc impossibile iudicauerit. sic sanè apud Romanos veteres omne homicidium parricidium vocatum est. si qui dem auctore Festo lib. 14. Numma Pompilius hanc legem tulit: si quis hominem liberum sciens morti dederit, parricida esto. Dicitur autem Parricidii id est paris, nempe hominis occisio. aut denique quasi parenticidium per syncope. Nam & Quintilianus lib. viij. cap. vj. exilimat, per abusionē parricidam dici matris, aut fratris interfectorem. vnde olim fuere in romana republica quæstores pacric dij. id est iudices, qui de homicidiorum quorūcunque causis cognoscebant: quorum meminit l. ij. §. deinde. ff. de

de. ff. de origi. iur. sed tandem anno sexcentesimo ab vrbe cōdita L. Ostius primus omnium patre occiso parricidium commisit: auctore Plutarcho in eiusdem Romuli vita: & deinde eo tempore, quo Marius Cymbres vicit, P. Malcolus matre intempta insutus culeo in mare præcipitatus est. In huius vero criminis auctores statuta est olim pœna, quæ nondum satis sufficiens est ad tanti facinoris ultionem: cuius Marcus Cicero meminit in eadem oratione pro Roscio Amerino: qui cū Solonis meminisset inquit: quanto maiores nostri sapientissimique cū intelligerent, nihil esse tam sanctum, quod nō aliquando violaretur audacia, supplicium in parricidas singulare excogitauerint: ut quos natura ipso in officio retinere nō potuisset, magnitudine pœnæ maleficio submouerentur, insui voluerunt in culcum viuos: atque ita in flumen deiçi. O singulare sapientiā iudices. Nōne videntur ex rerum natura hunc hominem sustulisse, & eripuisse, cui repente cœlum, solem, aquam, terramque admerunt: ut qui eum necasset, vnde ipse natus esset, careret his rebus omnibus, ex quibus omnia nata esse dicuntur. Noluerunt feris corpus obijcere, nē bestijs quoque, quæ tantum scelus attingissent, immanioribus uteremur, non sic nudos in flumen

deijcere, nē cū delati essent in mare, ipsum polluerent, quo cætera, quæ violata sunt, expiari putatur. Denique nihil tam vile, neque tam vulgare est, cuius partem vllam reliquerint. Etenim quid est tam commune, quàm spiritus viuus? terra mortuus? mare fluctuantibus? litus eiectis? ita viuunt dum possunt: ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur, ut eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, & nunquam abluantur: ita postremo eiçiuntur, ut ne ad saxa quidem mortui cōquiescant. Hęc Cicero. Valerius itē maximus lib. j. cap. j. Tarquinius, inquit, Rex Marcum Tullium duumuirum, quod librum secreta ciuiliū sacrorum continentem custodiæ suæ commissum corruptus Petronio Sabino describendum dedisset, culeo insutū in mare abijci iussit: idque supplicij genus non multò post parricidis lege irrogatum est. iustissimè quidè: quia pari vindicta, parentum ac deorum violatio expianda est. Qui autem olim parentes occiderint commemorat Ludouic. Cœlius lib. vj. lect. antiqua. cap. 39. & cap. 43. refert Diodorus Siculus in Aegypto parricidas olim eo supplicio affectos, ut articulim præacutis calamis cedi iuberentur, deinde viuos supra spinarum aceruū comburi. Extrat de parricidij pœna pul-

chra Modestini lex in l. pœna. ff. ad leg. Pompeianam de parricid. l. vnic. C. de his, qui parent. occid. §. alia deinde lex. Instit. de publ. iudic. regia l. 12. ritu. viii. part. vii. quas libet modò tâtis per explicare, quando in tanti criminis memoriam incidimus. Igitur parricida primùm virgis sanguineis verberatur, vt Modestinus in dict. l. pœna. tradit. quo in loco Accursius in priori glossmate inquit, has virgas sanguineas dictas proprio fruticis, aut arboris nomine. Cuius quidem fruticis meminit Plinius lib. 16. cap. 18. & idem libr. 4. cap. 10. scribit: nec virga sanguinea scilicetior habetur. cortex eius interior cicatrice, quæ præsanauere, aperit. Deinde huius criminis reus in fuitur culeo. quem admodum Cicero, Valerius Maximus, Modestinus & omnes hac de re cõstitutiones explicant. Erat autem culeus saccus ex vtre bubulo: vt interpretatur Theophilus in dict. §. alia. meminit & Iuuenalis Satyra octaua, *Libera si dentur populo suffragia: quis iam Perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni,*

*Cuius supplicio nõ debuit vna parari Simia, nec serpens vnus, nec culeus vnus.*

Culeo autem insuitur cum gallo gallinaceo, cane, vipera, & simia: quoniã auctore Theophilo, hæc bestię similes mors

Parricidæ habere videntur. Nam alia ex his parentes occidunt, alia non se continent, quin cũ illis pugnent. Horum autem animalium nec Cicero, nec Valerius meminere: sed Modestinus id moribus maiorum tribuens, & post eum omnes leges, quarum mentionem modò fecimus. Vipera Iuuenalis serpentem dixit: regia lex colubrum. Specialis autem ratio à quibusdam tradi solet horum animalium in huius criminis punitione. Gallus verò gallinaceus dictus est ex eo, quod latinæ linguæ auctores propter homonymiam huius dictionis gallus: & quia pluribus rebus eadem est appellatio secundum Quintilianum libr. vii. gallum gallinaceum appellant huius nominis auem: & plerique dicere solent gallinaceum abiectione galli. quod Budæus in d. l. pœna. ex Plinio, & Columella notauit. galli verò gallinacei pugnaces admodum secũ sunt, quod præter alios Plinius tradit libr. 10. cap. 20. adiciens, Per gami omnibus annis spectaculum gallorum publicè adici, ceu gladiatorum. idem & Athenis fieri solitum auctor est Aelianus: cuius meminit Ludovicus Cælius lect. antiq. lib. 9. cap. 13. præcipuè galli aduersus serpentes, & viperam pugnant: hoc etenim & ad huius pœnæ rationem adducit Stephanus Forcatulus in Neciomania, c. 34.

Canis

Canis sanè huius pœnæ adhibetur, vt sceleratum ostendat hominem, & immundum, qui parentem occiderit. Nam Vergilius primo Georgicorum canes immundos appellat. quam rationem Forcatulus excogitat. Nos & eam aptari posse opinamur, quod teste Plinio lib. viii. c. 40. canis sit fidelissimum homini animal. idcirco ad arguendam infidelitatem parricidæ statutum est, vt canis cum eo in culcũ mieteretur. Simia equidem ea forsã ratione parricidij pœnæ conuenit, vt nulla sit tanti facinoris imitatio apud homines, quos nullum animal perfectius imitatur, quàm simia: aut quia simiarũ generi præcipua sit erga forũ affectio: adeo, vt plerunquẽ magna ex parte complectendo catulos ipsos occidant: vt testatur Plinius libr. vii. cap. 54. Ex quibus poteris huius rei rationes aliquot conicere. Aut ea erit optima, quod simia similes sint hominibus, interim de formes, sicuti parricidæ, qui sub figura hominum immanitatem belluarum gerunt: atque isthæ ratio Forcatulo placuit. Vipera quidem culeo cum parricida insuitur, quippe quæ simili sit obnoxia delicto: cum & ipsa exeso parētis vtero prurperit in lucem, parentemque ipsum occiderit iusto profecto irrogato supplicio: siquidem, vt enarrat Plinius libr. 10. cap.

62. fornicem in coeuntis maris præ duobus sine caput præroderet traditũ extat. Hinc & Orus Apollo scribit, apud Aegyptios viperã fuisse notam Hieroglyphicam, quæ filium matri insidiantem repræsenteret: cum vipera non nisi per parricidium in lucem veniat, vtero matris prærupto. Huius rationis meminit Forcatulus in d. cap. 34. & Ludouicus Cælius libro antiq. lectio. tertio, cap. 27. quo in loco disputat, sitne certum quod Plinius de conceptu, & partu viperæ scripsit. His denique sociatus animalibus parricida insutus culeo, ea ratione, quam Cicero refert, in mare proximũ mittitur. Nam de mari hac in re meminit Modestinus in dict. l. pœna. & Valerius Maximus: non fluminis: Cicero verò de flumine ita loquitur, vt & ad mare eandem iactationem referat. quã ob rem in dict. §. alia. & in dict. l. vnic. promiscuè maris, & fluminis mentio fit. Nec ratio abhorret, cum & eadem vbique fit: præsertim, quia mare significat quancunque aquarum congregationem. gloss. in dict. l. pœna. Bartolus in tractatu, de insula. in principio, & Ioannes cap. vi. lacus tyberiadis mare appellatur: quasi peculiare sit Hebræis quancunque aquarum congregationem mare appellare: quod constat ex Plinio libr. v. cap. xv. Iosepho lib.

N iiii

18. antiquitatum. c. iij. Hergesippo de excidio Hierosolymira. libr. iij. c. 15. à quibus Mare Tyberiadis appellatur lacus Genesarex, quem ipse Iordanis facit: ad cuius occidentem in gratiam Tyberij Herodes Tetrarcha condidit urbem, quam Tyberiadem dixit. idè ex Pausania Heliacorum primo adnotavit Ludo. Coelius lib. 1. 4. lect. antiq. c. 14. neque solis Hebræis licuit lacus, & flumina maris nomine nobilitare: nam & Seruius in 1. AEncidos super illis versibus,

*Vnde per ora nouem vasto cū mur  
mure monis*

*Et mare præruptum & pelago præ  
mit aura sonanti.*

Mare, inquit, id est flumen, quod, ut Varro testatur, accolere mare vocant. Loquitur etenim Virgilius de Timauro, quod est nomen fontis, & fluij: secundum Melam lib. ij. c. iij. Philonem Iudæus de Essæis refert, in Aegypto stagnū esse, quod vocant maria. sic & mare mortuum dicitur alter Iordanis lacus. Hæc sanè de lege Pompeia de parricidis, ad cuius interpretationè addit Modestinus eos esse bestijs obijciendos, si non sit propè fluuius, nec mare, in quod iactentur, d. l. pœna. Paulus in receptis sententijs lib. v. ad l. Pompeia, refert, pro regionis qualitate parricidas, vel bestijs obijci solitos, vel vuos exuri. Lege autè Pœpia occisores

parètum, liberorū, & aliorum quorundam à latere cognatorum, affiniūque eadè pœna plectebatur: n̄ p̄ ea, quæ legis Cornelie de scar. fuit. l. i. ff. ad l. Pompe. hac tamen distinctio ne obseruata ut occisores parètum, more maiorū speciali pœna culei punirentur: alij verò pœna legis Cornelie de scar. ordinaria quidem, cuius mētio fit in l. iij. ad fin. ff. ad l. Cornel. de scar. & hoc satis explicite traditur in d. l. pœna. postea equidè in l. vnic. C. de his, qui parent. occid. & in d. l. regia, latior est culei pœna: cum ea pluribus alijs cognatis à latere, & affinijs indicitur: eaque pœnitio per Iustinianū in d. §. alia deinde lex. legi Pœpia tribuitur: quasi ad eius extensionem pertineat: quod & ipse obiter adnotauit in epitome ad iij. de creta. ij. parte. c. vij. §. vij. nu. 16. Scribit sanè Suetonius in Augusto, c. 33. pœnam istam culei nō solere inferri parricidis, nisi confessi fuissent hoc ipsum crimen. Multa præter hæc de parricidis tradit Ludou. Garreri. in pract. §. homicidij, nu. 128. Hæc quidè obiter de lege Pœpia tradidimus ad conatus puniendi tractatū, cui finem ponimus, lectorem admonentes, ut Nicol. Boëri. legat. decise. 316. disputantem, an conatus sit puniendus in crimine grauissimo, quod luxuriæ causam brutis animalibus perpetratur:

*non tantum habitus: an sit  
per se in mortale, an veniale?*

§. Primus.



SECUNDO principaliter hoc in tractatu inferitur, homicidium voluntarium esse, & irregularem eius auctorem constituere, etiam si in id voluntas non feratur directè, sed indirectè: tamen non debeat pœna ordinaria puniri. Prior pars huius illationis probatur ex his, quæ diximus in præcedenti capitulo, vers. tertio considerandum. sub num. ij. & numer. j. vers. ult. voluntarium. Posterior autem pars cōstat, quia homicidium per commissum abfque animo vero occidendi, & directæ voluntate in ipsum homicidij actum, nō punitur pœna ordinaria huius criminis. quod obiter attigimus in dict. num. ij. ad finem text. elegans in l. in lege Cornelia. l. j. §. diuus. ff. de sicca. l. j. & l. eum qui. C. de sicca. l. cum autem. vers. capitalem. ff. de ædilit. edicto. quem text. dixit esse meliorem iuris Iason in l. nō dubium. C. de legib. vij. col. ad idem plurimum cōducit l. in actionibus. §. sed in his. & ibi Iaso. ff. de in litem iur. text. optimus in l. v. titu. vij. part. vij. & in l. 15. titu. 13. lib. viij. ordin. eandem conclusionem tenuerunt Bal. in l. j. col. v. C. de seru. fugiti. & in l.

petraturi iuxta capitulum, mulier. xv. q. j. & Matth. afflicti in constitutionibus Neapolitanis libr. ij. rubri. 2. 2. numer. 1. 2. idem serè tractantem de conatu Sodomie. cuius distinctio conducit maximè ad intellectum regie pragmaticæ de puniendis Sodomitis. Item Ioan. Igncum in l. j. §. cum dominus ff. ad Syllanian. num. 27. & præcedentibus, latè examinantem an sint aliquot delicta, quæ ex animi tantum cogitatione quò ad forum exterius considerentur: saltè aliquot exterioribus signis contingentibus, & præmissis: nempe in vitio fugitiui, l. quis sit fugitiuus. §. itè apud Iulianum. ff. de ædilit. edict. lege si quis seruo. C. de furt. cum pluribus, quæ ad id citari, & adduci possunt: quæ tamè caute sunt intelligenda, iuxta notata per Bald. consil. 230. numero, viij. lib. j. & consil. 382. lib. v. nu. 9.

Ex §. sequenti.

- 1 Homicidium non punitur pœna ordinaria, si defecerit animus ad occisionem. & imbitraditur ex quibus hic animus colligatur.
- 2 Intellectus ad text. in capitulo vltimo. de homicidij in 6.
- 3 Mandatum tacitum homicidij, facit quem irregularem.
- 4 Rati habitio homicidij, an efficiat irregularem?
- 5 Rati habitio in delictis quid operetur: & qua pœna punienda sit?
- 6 Rati habitio criminis non commissi

data opera.col.iii. **C**on. accusa. non poss. Bald. in cap. ij. §. si quis hominem. de pace tenenda. Abb. in simili questione in cap. olim. in j. de restitu. spolia. & plures, quorum statim mentione agemus. Est etenim huius assertionis quod ad istam ultimam partem ea propria ratio, quod ille defectus voluntatis directæ & deliberatæ in homicidium culpam minuat, & ideo pœnam: quemadmodum ex Thoma in dict. nu. ij. explicauimus. Hæc verò imperfectio voluntatis ex multis poterit præsumi: sed præcipuè deditur ex ipso instrumento, quo fuerit vulnus illatū: sicuti probatur in ca. significasti. in ij. de homici. cuius præter dicto. ibi meminere Bald. in l. solam. C. de testib. col. ij. & alij statim citandi. text. similis in l. j. §. sed si claua. ff. de siccar. leum qui. C. cod. tit. l. j. C. de emenda. seruo. lequos. & ibi Bart. C. de cursu public. libr. xij. tradunt multa Felin. nume. xj. & Anania vlti. notab. in dict. capit. significasti. Arret. conf. 80. & conf. 147. Alciat. lib. j. dispunct. cap. 17. Carol. Moli. in Alex. conf. 15. libr. j. Dec. conf. 9. & conf. 134. Cœpola conf. 32. cū tribus sequentibus, Angel. de malefic. gloss. scienter, & dolo se. Hippo. in d. l. j. C. de siccar. num. ij. & 32. & num. 9. idem in l. nihil interest. ff. de siccar. nume. 15. Ludouic. Carreri in præct. crimi. §. homi-

micidij. neme. 22. est & ad hæc optima gloss. in authen. de armis. quæ penul. est. tradit Catellan. Cotta in memorabil. dictione armorum. Igitur iudex quod ad remittendam pœnam ordinariam exactè pendet actus ipsius qualitatem, vt hinc coniecturam habeat, quantum defuerit animo ad directam occidendi voluntatem: quo denique iuxta eam imperfectiōnem, & iuxta voluntarij defectum pœnam ipsam moderetur. voluntas enim directæ, ac perfecta fuit ad percutiendum, non tamen ad occidendum: tamen ex percussione præter animum percutientis sequuta fuerit immediatè occisio. quæ ratione considerandum est ex ipso percussendi modo, ex instrumento, quo illatum est vulnus, quam culpam percutiens in homicidio habuerit: nempe quantum fuerit indirecta, aut minus directæ voluntas ad occisionem, ex eo, quod vel instrumentum aptius erat, vel qualitas vulneris promptior ad homicidium, quod ex ipso vulnere immediatè fuit sequutum. Etenim ex hoc adsumitur præsumptio voluntatis, vel magis vel minus indirectæ in ipsam occisionem. Nam cū delicta non possunt absque voluntate perferri, nec committi, operæ pretiū est omnibus rectè pensatis voluntatem istam coniectare, vt culpam delicti depre-

hendamus. Quod apparet in dict. l. j. §. Diuus. versic. quod si claua. ff. de siccar. quo in loco Baudrus Clauis, non Clauis, legendum censet. à quo discedit Stephanus Forcatulus dialogo vigesimo septimo, numer. quarto in Neciomantia iuris: vbi & de cucuma tradit: sensūque communem Iurifcon sulti probat & sequitur.

¶ Tertio deducitur vera ratio ad textum in §. cap. vlti. de homicid. in sexto. cuius hæc sunt verba: Is qui mandat aliquem verberari, licet expressè inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur: si mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat: cū mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare. Hactenus prædicta constitutio: quæ videtur irregularem constituere quem ob homicidium, in quod eius voluntas minimè fuit directæ: imò ab eo abhorrès: & nihilominus mandator in hac specie irregularis est ratione homicidij voluntarij, ac si ipsemer occisum percussisset fuisse, nihil minus quàm occisionem cogitans, & percussus fuerit ex eo vulnere mortuus. Fertur siquidem voluntas in id ex quo immediatè mors fuit sequuta: atque ideo est indirecta voluntas ad homicidium propter illam culpam, quam habuit mandator, non

præcauendo quod ex his percussus, & actibus soleat immediatè mors contingere. Idcirco non omninò eius incauta in curia excusare debet eo prætextu, quod non habuerit animum occidendi. Nec enim excusandus foret qui malo animo ense alterum percuteret in capite, nolens eum occidere: si ex vulnere foret secuta mors. Hanc ratione decidendi ipse verà, ac propriam esse censeo, ac demum colligo ex ipsa mer decisione in dict. cap. titu. vltim. & ex his, quæ adnotati in principio huius secundæ partis, numer. j. & ij. illud maximè contendens, hoc homicidium non casuale, sed voluntarium esse: non directæ, sed in indirecta occidendi voluntate commissum.

¶ Quibus ita prænotatis lectorem admonendum censeo, aliquot esse menti tenenda in prædicti Pontificij responsi adnotationem, & verum intellectum, præsertim cauendū est, ne quis existimet, irregularitatem in ea specie constitui ex homicidio casuali. verè quidè si quis potestatem haberet dispensandi circa irregularitatem ex casuali homicidio contractā, non posset vt arbitror, eam tollere irregularitatem, quæ in casu præscripto contracta fuisset. est etenim homicidium voluntarium: tamen si non fuerit perpetratum directæ voluntate ad oc-

cisionem: nec animi acciden-  
di: imò fuerit voluntas ad ho-  
micidium indirecta. quod Bar-  
tol. optimè sensit in l. diuus. ad  
fin. ff. de siccar. Deinde ob ean-  
dem rationē quidam verè cen-  
sent, in eo casu mandatorum  
non esse puniendum mortis  
pœna, nec homicidij volunta-  
rij ordinaria, sed extraordina-  
ria tantum. huius opinionis au-  
thores sunt Antoni. de Rosel-  
lis, Franciscus de Capitibus Li-  
stæ, & Angelus à Castro Pauli  
Castrensis filius apud Cæpo-  
lam consil. 35. 36. & 37. singulis  
ad hanc rem editis responsis.  
argu. in lege Cornelia. & in l.  
j. §. diuus. ff. de sicca. ex quibus  
omnium cōsensu solet colligi,  
& nos paulò ante deduximus,  
pœnam ordinariam homicidij  
non esse admittendam, vbi ho-  
micidium commissum fuerit  
absque vero animo, & directe  
occidendi voluntate. Denique  
eandem opinionē quò ad man-  
datorē sequuti sunt Dec. consil.  
234. & consil. 482. Hippol. consil.  
vij. numer. 54. & consil. 67. & in  
singul. 176. Thomas Gramma,  
consil. 20. Paul. Paris. consil. 161.  
libr. iij. quorum opinio huma-  
nior, & tutior est secundum  
Ludou. Carreri. in pract. titu.  
de homicid. §. circa. numer. 73.  
quamuis Bartholo. Cæpola in  
consil. 34. probare multis ratio-  
nibus nitatur, hunc mandato-  
rem puniendum fore pœna or-  
dinaria homicidij. Ego potius

probarem priorem sententiā:  
nisi percussio mandata maxi-  
mè ostenderet eius qualitate  
inspecta voluntatem mandan-  
tis in homicidium directè fer-  
ri, aut saltem ita proximam  
fuisse homicidio, vt vel nulla,  
vel modica ordinarij pœnæ re-  
missio sit indulgenda, ex his  
quæ Bald. eleganter notauit in  
l. cum mandati. C. mandat. &  
in l. non idcò minus. vltim. col.  
C. de accusa. Ange. de malefic.  
in glossi. Sempronium manda-  
torem. q. 10. Iason post Paul.  
Aretin. Roma. & Alexan. in l.  
si quis mihi bona. §. sed quid si  
mandauit. col. vlt. ff. de adquir.  
hæredita. etenim si mandatur,  
percussione eo instrumento  
fieri, vt difficilimum sit mo-  
dum adhibere, aut manū tem-  
perare: quin homicidium se-  
quatur, constabit planè man-  
datorem maximè voluntatem  
in homicidium direxisse. Ex  
quibus illud, lector optime, ti-  
bi sit constantissimum, in casu  
dict. cap. vltim. homicidium esse  
voluntarium, non casuale.  
Solet tamen ad illius capit. de-  
cisionem adnotari, mandato-  
rem nō teneri de actu per man-  
datarium perpetrato contra  
mandati formam: aut præter  
illam, vbi facilimum illi fuit  
mandati limites, & fines obser-  
uare. Nempè, si mandator ius-  
serit mdatario, quod Sempro-  
niū extra prætorium, & publicā  
domū percuteretis verò illum  
intra

Intra prætorium percusserit: te-  
nebitur quidem mandator de  
percussione illata extra præto-  
rium: non autem de ea, quæ in-  
tra prætorium contigerit, si di-  
uersa foret pœna constituta:  
quod notant Baldus in dict. l. nō  
ideo minus. colum. vlt. Felin. in  
capitul. sicut dignum. colum. 2.  
de homi. post Auani. ibi. Hippo.  
in dict. consil. 67. Sic sanè vbi de-  
lictum alteri demandatum non  
tendit ad homicidium, nec po-  
test tendere in id per se, aut im-  
mediatè, non tenebitur manda-  
tor de homicidio sequuto. Hu-  
ius conclusionis erit exemplum  
in eo, qui iusserit, aliquam fœmi-  
nam rapti causa libidinis: attamè  
mandatarius in raptu ipsam fœ-  
minam occidit: nō tenebitur de  
hoc homicidio mandator: licèt  
teneatur de raptu. si quidem ra-  
ptus causa libidinis sit, nec diri-  
gitur ad ipsius mulieris occisio-  
nem immediatè, nec per se: licèt  
per accidens fuerit ipsa fœmina  
occisa. ita equidem respondit  
eleganter Deci. in consil. 234.  
colum. vltim. Thomas Gramati.  
consil. 20. idem colligitur ex Bar-  
tol. in dict. l. diuus. ff. ad l. Cor-  
nel. de sicar. ad finem. Nec re-  
fert quod hoc in casu danti ope-  
ram rei illicitæ imputari debeat  
quidquid fuerit ex eo actu, etiā  
præter eius intentionem sequu-  
tum, propter eius culpam, quā  
habuit, minimè præcauens, quæ  
poterant inde accidere. capitul. 3  
tua nos. in princip. capitul. sicut

ex l. i. §. in. capit. suscepimus.  
de homicid. illud enim procedit  
quantum ad subiectum, circa  
quod ve: satur ipsa malitia illicitè  
operans, & quantum ad ea,  
quæ illi obiecto per se, & imme-  
diatè iunguntur, aut necessarij  
sequuntur: non autem quò ad  
illa, quæ per accidens oriuntur  
à re illa mala: cui opera datur:  
quia illa, quæ per accidens euen-  
iunt ex opere aliquo, & tanquā  
effectus remoti proueniunt ab  
illo, non imputantur agenti, nec  
ad malitiam, nec ad bonitatem.  
quemadmodū inferius uacabi-  
turi, vbi de homicidio casuali a-  
gemus, & superius tantisper atti-  
gimus. At que hæc quò ad pœ-  
nam ordinariam, & civilem, aut  
criminales procedūt: quia quò  
ad irregularitatem fortassis nō  
erit ita planè hæc interpretatio  
admittenda: Cū eius ratione  
debeat attendi non tantum opus  
illicitum, cui datur operæ: sed ip-  
sius operis periculum ad homi-  
cidij euentum, quem mandator  
ex qualitate personarum, loci  
& actus cogitare debuisset. Hu-  
ius enim culpæ causa profecto  
irregularis erit cētendus, & quò  
ad istam irregularitatis pœnam  
eidem imputatur homicidium: si  
cui & imputaretur licèt casu  
contingisset. quod alibi hæc in re-  
lectione examinabimus.

¶ Cæterum ad latiorē intelle-  
ctum textus, in dict. capitul. vlti-  
mo, est aduertendum, & nō  
tantum procedere in mandato

expressio: sed sit in mandato tacito: vt mandatori homicidium imputetur quò ad irregularitatem, etiam si præmissa fuerit præstatio de non occidendo quæquam: secundum Mathefillan. notab. 188. & sensit Corfe. in singular. verb. præceptum. erit exemplum huius conclusionis, quod solet adduci ex Bartol. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mādavit. aliàs. §. pater Seio. ff. de adquirend. hæred. de illo, qui passus iniuriam dixit filio, vel famulo: non regrediaris in domum meā, donec ipse aliquid nouum audiam de te. Nam Bartol. & plerique alij censent, subesse hic mandatum tacitum de offendendo illum, à quo dominus accepit iniuriam. textus optimus in capitul. ex literis. de excess. prælator. vbi Ancharra. & Abb. Roma. in singl. 711. Maria. Socin. in capitul. ad audientiam. de homic. numer. septuagesimo quarto: quorū opinio cõmunis est, vt testatur Ludouic. Carreri. in pract. criminal. titul. de homicidio. §. circa. nume. trigessimoseptimo. quo in loco latissimè hanc opinionem explicat post Iasonem in l. prima. C. de seruis fugit. nume. vigesimo octauo vbi Bald. Deci. in consi. 234. ad finem. Hippo. consil. centesimo trigessimosecundo. colū. tertia. Anania consi. 9. idem Iason post alios in dict. §. sed quid si mandavit. quos legito: sed præcipue Ludouic. Carreri. Et eum

& in hoc mandato præsumpto locum obtinet responsio textus in dict. capitul. v. t. de homin. 6. Postremò illud obferuandū est, an Bartol. in consil. 188. congruè satis induxerit text. in dict. capitul. vlt. ad probationē eius asseruionis, qua ipse asseruerat, posse impunè occidi eum, qui poterat impunè offendi: quasi sub permissa, vel mandato officione, & homicidium mandatum censetur. Ego equidem existimo, non esse certam hanc inductionem: siquidē in dict. capitul. vlt. non est mandatum irregularis ex eo, quod mandatum censetur dedisse ad occasionem: sed quia homicidium sequutum fuit immediatè, & per te ab illo actu, qui mandato continetur: aut saltem propter culpā quam mandator habuit directā, vel in directam ad ipsum homicidium quod sequutum est. Quæ ratio ne non probatur in dict. capitul. vlt. opinio Bartol. quam & ipse tenet in l. iij. §. vlt. ff. de adim. legat. Imol. & ibi fufsius Alexan. in l. in suis. colū. prima & secūda. ff. de liber. & posthumus. potè itque eadem opinio probatur ex his, quæ notantur in capitul. primo, de homicid. in sexto, & in capitul. scilicet. de pœnis eod. libro capitul. primo, de schismat. Authentic. nauigia. C. de furis Authentic. item quæcunque. C. de episcop. & clericis, regia l. iij. titul. 27. part. septima, l. iij. §. vlt. m. ff. de siccar. ijs. notant

Cinus

Cinus in l. reos. C. de accusat. questione 6. Angel. cons. 14. & plerique alij tractantes de ban. nis.

Quartò ex præmissis ipse infero quid dicendū sit in hoc tractatu irregularitatis + de eo qui homicidiū, cui mandatū non dederat, nec consilium, nec auxilium, nec fauorē, ratū habuit: an hic sic censendus irregularis? & plane, hunc non esse irregularitatem tenent glos. in cano. si quis vltuam. verb. consi. 60. distinct. Speculat. t. tit. de dispensat. §. iuxta. vers. quid si agentis. nu. 51. Hippo. in singular. 184. qui quidē indistinctè, & generaliter hanc opinionē exponunt. Nihilominus. Felin. in capitu. sicut dignū. colū. 4. hanc sententiā probat, vbi homicidiū cõmissum non est nomine ratum habentis: etenim vbi homicidiū esset perpetratū nonnisi ipsius, qui ratum habet. tunc is foret irregularis secundum eundē: & idē sequuntur Aibert. Tritorius de vero, & perfect. cleric. lib. 2. cap. 22. Lud. Carre. in pract. criminali. titul. de homicid. §. Circa. nu. 196. sensit Nicola. Plouus de irregular. 26. regu. quibus suffragatur textus in cap. cū quis. de sentent. ex cõmun. in sexto. quo decitum est, excõmunicationē canonis comprehendere eū, qui iniuriā illatā eius nomine clerico ratā habuerit. Ego potius probare glossa, & Specu. sententiā, indistinctè asseruans, nō contrahi irregu-

laritatem, nisi ratū habuerit eius homicidiū, quod iam cõmissum ab alio fuerit, siue nomine ratū habentis siue alterius cuiusque, ad cuius opinionis probationē vtar aliquot rationibus, quæ rē istam faciliōs efficiant. Et primū constat, irregularitatem non contrahi, nisi in casibus expressis in iure. capit. is qui. de sentent. ex cõmun. in sexto. in iure vero potestificio nullibi expressum est, ex rati habitione homicidiū cõmitti, & ita cõmissum irregularitatem inducere: quoniam non contrahitur in hoc casu irregularitas. Quod si dixeris, rati habitionē mādato cõparari, & idē æquipollere: reg. rati habitionē. de reg. iur. in sext. l. 20. et. v. pat. iij. est enim rati habito facti nostri nomine gestū cõprobatio. regul. ratū. de regu. iur. l. quo enim. v. ff. primo. ff. de rat. haberi. r. cõponderi satis poterit, eam regulam procedere in vniuersum, quoties specifica decisio minime requiratur: tunc etenim non est satis argumentatio ex rati habitione, quæ mandato per aqutpollens, non in specie cõparatur, nec idem est cum mandato. l. Marcus. l. si hæredi. §. vltim. ff. de conditionib. & demonstrat. vnde licet ex mandato irregularitas contrahatur: non idem erit in rati habitione: cum ad irregularitatem iure requiratur, specialis ea de re constitutio. Quod temel adnotauimus & iterū modo adnotauimus. De

inde, quod manifestum sit hæc opinio, illud constitutum esse censemus, ad irregularitatem esse necessariam homicidij culpam. capitul. si aliquis. de homicid. is vero, qui ratum habet homicidij iam commissum, verè nullà habuit culpam homicidij quod ad ipsum actum. Nam licet peccauerit per rathabitionem peccato homicidij: animo tantum & voluntate peccatum commisit: cū actus iam præcesserit, nec potuerit habere causam ab animo, aut voluntate postea sequuta. animus autem solus sufficiens non est ad irregularitatem constituendam eo casu, quo in exteriorem operationem non fuerit deductus: nec item eo, quo actus exterior ab eo animo non potuit procedere, nec causam ducere. qualis casus hic noster est, de quo agimus. Non tamen diffitemur, quandoquæ ius pontificum, hunc animam ad punitionem considerasse propter fictionem, ex qua rathabitio mandato æquipollet, & trahitur retro. vt in dict. capitul. cū quis. de sentent. excōmuni. in sext. verum, quia idem nondum est quod ad irregularitatem constitutum, opinamur, non esse quenquam ob rathabitionem irregularem. Cæterum ad huius argumenti apertorem vim oportet expendere, cuius effectus sit rathabitio in delictis. Nam Dinus in regul. rathabitione. de regul. iuris in sext. distinguendum esse censet

inter delicta, quæ ex mandato possunt mandantis nomine per alium fieri: & quæ per alium mandatis nomine fieri non possunt. in primis etiam scribit, rathabitionem mandato æquipollere, & similem esse, atque omnino maximū effectum operari: non sic in vltimis, in quibus rathabitione nullum effectum operatur. Qua de re est optima glossa in l. hoc iure. §. de iecit. ff. de regul. iur. glossa in l. prima. §. de iecit. alias. §. sed & si cū quis. verb. Mandato. ff. de vi & vi armat. & in ca. sciant cuncti. de electi. verb. alios. lib. sexto, quas sequitur Abb. in ca. mulieres. nume. octauo desentent. excōmunic. Ioan. Andre. & Francus in dict. regul. rathabitionem. idem fere Bart. sensit in l. ted si vnus. §. si seruus. secunda colū. ff. de iur. & alij plerique, quorum speciale hoc in loco mentione omittimus: quia Bart. idē in dict. §. sed & si cū quis. hanc differentiam improbat ex eo, quod & homicidium semel commissum ab occidente: non potest à ratum habente committi: & ideo idē in eo erit, quod in adulterio: præsertim quia in adulterio, & homicidio potest fieri iniuria, & quod ad istam rathabitio satis in vtroque operatur: cū iniuria hæc nomine alterius fieri possit: quippe quæ & eius causa ob iniuriam licet inferendam poterat mandari ab eo, qui adulterium ratum habuit: Sed quid Dinus post gl. fenserit

fenserit ita accipiendum est, vt sciamus, esse quædam delicta, quæ procedunt à libidine, & appetitu ipsiusmet delinquentis: & ideo committuntur ad explendam ipsius authoris libidine, nec hæc ratione possunt nomine alterius fieri: vt adulterium: stuprum: fornicatio. Sunt & alia crimina, quæ perpetrantur quandoquæ, & perpetrari possunt non solum ad explendum ipsius delinquentis appetitum, desiderium, & libidinem: sed & ad satisfaciendum alterius voluntati: vt homicidium: furtum: & his similia. Priora equidem crimina secundum glossam Dinum, & alios, non pertinent ad rathabitionem: posteriora verò pertinere possunt, si alterius nomine fiat. Hic planè est sensus glossæ Dini & eorum, qui eos sequuntur: vt explicat Salic. in l. non ideo minus. nume. 32. c. de accusatio. Nos autem in hac cōtrouersia illud iure probatissimum esse censemus, in quocunque crimine non esse rathabitionem puniendam pœna ordinaria, & criminali ipsius delicti. quod Salicet. sensit in d. l. non ideo minus. & probatur ea ratione, quæ constat, rathabitione mandato æquipollere per fictionem: vt omnes doctores fatentur, præsertim Bartol. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. num. iij. fictio autem ab æquitate procedit. l. postliminiū. ff. de capti. igitur

cessant æquitate, fictio cessabit: & ita rathabitionis retroductio: sicuti in specie ista notant Alexand. consil. 78. li. v. nu. 21. & Dec. in l. semper qui non prohibet. in fin. ff. de regul. iur. quamobrem adhuc in atrocioribus criminibus censeo, non esse locum pœnæ ordinariæ propter rathabitionem. siquidem omnes auctoritates, quibus probatur, rathabitione in delictis puniendam esse, non in ordinaria pœna, sed in extraordinaria loquuntur. quicquid aliquot doctor. scripserint in c. de homicid. in sexto. & tradiderit perplexè Ludouic. Carrer. in practi. crimi. titul. de homicid. §. circa. numer. 195. etiam æquitas, quæ dicit, rathabitionem in delictis retrahere, eadem persuadet, non debere ordinaria pœna ipsius delicti puniri eundem ratum habentem ex hac legis fictione.

¶ Secundo existimo ex mente Bartol. & aliorum deduci, quod rathabitio idem operetur in crimine adulterij, & similibus, quod in alijs: si ad iniuriam inferendam potius quam ad satisfaciendum libidini committantur. sic ipse ratum habens non punitur pro adulterio, vt adulter: sed pro iniuria ex adulterio illata. idem explicat Salicet. & Bald. in d. l. non ideo minus. num. 11. q. Ludo. Carrer. in d. §. circa. numer. 190. notat Felin. in d. c. mulieres. col. ij. vbi Relict. Didac. Couar. O

asserit, punitionem in eum ad extraordinariam poenam arbitrio iudicis pertinere. Quibus illud libenter adijciam maximam esse discriminis rationem inter censuram excommunicationis, & irregularitatem. Nam excommunicatio fertur in percussiones clericum ob iniuriam ipsi percusso, & ordini ecclesiastico illatam. hæc verò iniuria etiam infertur per ratihibitionem eius percussione, quæ nomine raturum habetis fuerit illata: atque idè in d.c. cum quis. iuste excommunicatio statuitur aduersus raturum habentem percussione clericum illatam. Secus autem quod ad irregularitatem, quæ in hac materia homicidii requirit actum occisionis, vel mutilationis membri culpa præuia contingentè: sicuti passim in rubric. de homicidio probatur. Qui quidem actus non contingit per ratihibitionem vere, nec vera culpa eum præcedit. His accedit, quod ratihibitio nusquam in criminibus operatur effectum principalem, aut culpa dignum notabili, quoties ad ipsum crimem requiritur præuia machinatio, tractatus, aut dolus. Et tenim in hoc casu non est ad poenam sufficiens ratihibitio. cuius assertione probatio constat in c. j. vbi glo. & Pa. normi. de conuers. infidel. non enim ratihibitio habet effectum machinationis in mortem coniugis ad impediendum matri-

monium: quia ea machinatio præcedere debet, atque actum præuium requirit: atque idè ratihibitio non potest eandem punitionem inducere, quod notat Dominicus in c. cum quis. de senten. excom. in vj. & est communis opinio in d.c. j.

¶ Illud præmittendū non est, quod si quis ratū habeat crimen eius nomine non commissum, minimè incurrit excommunicationem, nec irregularitatem, licet peccet. Nec enim est dubium, hanc ratihibitionem peccatū esse: quod probat text. in d.c. cum quis. secunda eius parte: vbi Ioan. Andr. Domi. & Francus existimant, hoc peccatum esse veniale, non mortale. quæ quidem interpretatio falsissima est: quia delectatio actus mortalis mortale peccatū est: sicut & veniale erit, si sit ipsa delectatio de actu veniali. text. optimus in cano. sed pensandū. vj. distinct. can. sicut. de poeniten. distinct. j. can. presbyteri. 34. distinct. can. non oportet. in ij. de consecratio. dist. v. notant S. Thomas & Caieta. j. ij. q. 74. arti. viij. & ij. ij. q. 154. artic. iij. demum in hac specie, quam tractamus hoc ipsum tenet Caieta. in summa, verb. respectacula. & aduersus Ioā. Andr. & alios expressim Martinus ab Azpilcuera in cano. inter verba. xj. q. iij. colum. 46. quod notandum est, ne quis decipiatur frequentissima Canonistarum opinione.

opinione. Hæc igitur explicare libuit in tractatu ratihibitionis quod ad poenam irregularitatis. scio etenim plerumque in ea errari ex eo, quod poena ista ceteris similis existimetur: cum tamen passim compertum sit, eam non esse omnino ad aliarum poenarum rationem censendam: siquidem proprias, ac peculiare habet conditiones, ex quibus est quælibet hac in re controuersia delinenda.

Ex §. sequenti.

- 1 *Consiliū, quando irregularitatem inducat: & quid quod ad alias poenas commissi criminis?*
- 2 *Auxilium, vel opem præstans homicidio, quandoque irregularis censetur.*
- 3 *Fluribus eundem hominem vulnerantibus, an omnes sint irregulares, vel homicidæ?*
- 4 *Vulnus ab vno illatum, quando ei imputetur ad homicidium, si vulneratus ab alio exanimatus fuerit.*
- 5 *Vulnus mortiferū ab vno tantum illatum: an omnes presentes consilij efficiat irregulares?*
- 6 *Animus occidendi an consideretur, vbi vulnus mortiferum non est: & tamen vulneratus ab alijs occiditur?*
- 7 *Qui non obuiat homicidio ab alijs committendo, an sit irregularis?*
- 8 *Homicidium commissum a famulis, vel consanguineis, an imputetur ei, cuius gratia perpetratum fuerit?*

*Mors sequuta ex imperitia medicæ vel culpa vulnerati: an efficiat vulnerantem irregularem?*

§. Secundus.



**Q**VINTO coligitur irregularitas esse eum, qui consilium homicidii, aut mutilationi dederit. text. in can. si quis viduā. 50. distinct. c. ij. de cleric. pugnans. in duello. c. sicut dignum. §. clericos. de homicid. quod probatur. Quia regulariter ex consilio in delictis quis tenetur. c. nuper. de senten. excom. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupt. l. sepē. ff. de verbo. sign. vbi hoc tradi solet. quibus in locis omnes iuris vtriusque interpretes in hoc conueniunt, quod ex consilio quis teneatur ad poenam criminis, & irregularis sit, si consiliū datū fuerit ei, qui alioqui non erat illud crimen commissurus, etenim in eo tota versatur controuersia, qui consiliū dedit ei, qui nihilo minus erat facturus. Nā text. elegans in l. nō solūm. §. si mādato. ver. Attilianus. ff. de iniur. probat, ex consilio quē non teneri, vbi is, cui præstitū est, erat delictū illud alioqui facturus. ad idē optimus text. in l. sepē. ff. de verb. signifi. glo. in c. sicut dignum. §. qui vero. & ibi text. de homicid. glo. in c. nuper. de senten. excom. glo. in §. ope. in sit. de oblig. quæ ex delict. na-

scun. Bart. in d. l. sepè. & Francus in reg. nullus de regul. iur. in sexto, Decius in l. consilij. ff. de regu. iur. Felin. in dict. §. qui vero. Abbas, Felin. & Decius in cap. j. de offic. delega. quorum opinio communis est, eamque Iason sequitur in §. actiones. nu. 3. de actionib. Attamen in dict. §. qui verò. in princip. constat, etiam hoc consilium puniendum fore: siquidem & iniubi puniuntur qui regialioqui facturo consilium dederunt. Binus item in dict. regul. nullus ex consilio. Barto. in dict. §. si mandato. col. pen. Imola in clement. j. de pœn. col. v. Ange. de malefic. verb. Sempronium mandatore. quæst. 22. in specie tenet, ex consilio quem puniendum esse, siue ille, cui præstitum fuit, erat alioqui facturus, vel non. Hoc ipsum Bald. in criminibus atrocioribus saltem admittit in l. j. col. ij. C. de feruis fugiti. per text. in cap. scelicis. de pœn. in vj. cui opinioni refragatur Felin. in dict. cap. j. de offic. delegat. contrariu probans ex dict. cap. sicut dignu. vbi cum ageretur de homicidio Archiepiscopi fit distinctio quò ad punitionem, an ille, cui consilium datum est, esset alioqui facturus, vel non. Et profecto prior Baldi sententia minime probatur in dict. c. scelicis. quidquid dicat Decius in dict. cap. j. nu. 9. sequutus Baldum: quem etiam sequitur Hippo.

in singul. 665. & Ludouic. Carreri. in pract. crimi. titu. de homicidio. §. circa. numer. 164. Verum distinctio præmissa comuni omnium ferè consensu recepta est. nam & eam esse comuni opinionem fatentur Alberi in l. ob hæc verba. ff. de his, qui notat. infam. nu. 3. Decius in dict. cap. j. num. 9. & in dict. l. consilij. ff. de regu. iur. nu. 4. Felin. in dict. cap. sicut dignu. num. 7. Ludouic. Carreri. in d. §. circa. numer. 163. & verè hæc sententia iure magis probari poterit in hunc equidem sensum, quòd dans consilium alioqui non facturo eadem pena puniatur secundum omnes: is verò, qui consilium dedit alioqui facturo, puniatur sanè, sed mitiori pœna, iudicis arbitrio: quemadmodum Decius in dict. l. consilij. & in dict. cap. j. expressim tenet post Angelum in l. is qui opè. ff. de furti. & in l. in furti. §. ope. ff. eod. Cæpo. consil. 27. col. penult. idem notat Ludouic. Carreri. in d. §. circa. nu. 163. Quamobrem etiam in atrocioribus eadem distinctio admitenda est: ita tamen, vt in his criminibus consilens alioqui facturo, non ordinaria, pœna delicti, sed extra ordinaria, maiori tamen quam in alijs comunibus delictis puniendus sit. Atque hoc ipsum ex mente Baldi & aliorum ipse deduco: tamen si quidã expressè contrarium notauerint. Sic fatentur.

ne text. in dict. §. ope. dum dixit, ex consilio non teneri què furti. est intelligendus, quod pœna ordinaria non teneatur: sed mitiori, qui furti committendi consilium dedit ei, qui alioqui facturo commissurus erat. Sed si quis consilium dedit alioqui facturo, & is non commiserit crimen in eam personam, cui consilium datum est, sed in aliam: non est consulens aliqua pœna puniendus: secundum Bald. in c. j. col. iij. quibus mod. feud. amitt. cuius opinio est de pœna ordinaria intelligenda: quasi velit Bald. post Iserniam ibi, aliud dicendum fore, vbi quis consilium dedit ad crimen committendum in ipsa met persona, cui consilium datur: vt eo casu consulens teneatur pœna ordinaria, etiam si esset alioqui facturus qui consilium accepit. Nempe si quis consilium dedit seruo, vt fugiat à domino: vel alicui forminæ coniugatæ, vt adulterium committat. l. j. §. persuadere. ff. de seruo corrupt. qua in re ipse cæso inuestigandus esse, an pœna sit certa per legem statuta contra consulentem: vt tunc ea sit consulens puniendus: alioqui arbitrio iudicis: quemadmodum paulò antè explicuimus. fit igitur, non esse Baldi sententiam omninò certam. In eo verò dubio, an alioqui facturus esset delictum is, cui consilium præstitum est, præsumitur eum abs-

que consilio nõ esse facturum: quod notant Angel. in l. j. ff. de eo, per quem factum erit. in princip. Bald. in l. j. C. de feruis fugiti. Felin. & Decius nu. 10. in dict. c. j. idem Decius in dict. j. consilio. nu. 9. Felin. in dict. c. sicut dignum. n. 12. Bald. in l. data opera. nu. 79. C. qui accusa. nõ possunt. & in c. j. §. iniuria. de pace iuram. firmad. Hippo. in singul. 218. idem in l. j. §. Diuisio. ff. de siccat. & probatur ex eo, quòd in dubio nemo præsumatur delictum commissurus. l. merito. ff. pro socio. gl. in l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iur. iur. Hæc verò distinctio, an esset quis alioqui facturus, vel nõ: minime habet vim, nec est admittenda in mandante. is etenim tenetur, etiam si mandatarus alioqui sine mandato esset delictum illud commissurus. quia fit hoc in casu crimen ipsius mandati causa, & respectu: quemadmodum in specie notat Bart. in dict. l. non solum. §. si mandato. col. vltim. ff. de iniur. cuius opinionem asserit eam sequutus communè esse Iason in l. j. C. de feruis fugiti. nu. 22. idem in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. nu. 16. ff. de acquirend. heredita. Ludouic. Carreri. in dict. §. circa. nu. 75. Est igitur in hoc tractatu obseruandum, irregularitatem contrahi ex consilio, quando non est alioqui facturus, nec homicidium commis-

furus, is cui consilium praestitū fuerit: quod norant Hostiē. & Abbas. in c. ex literis. de excessu. praelat. col. vlti. Felin. in d. c. sicut dignum. de homi. nu. 12. & in d. c. j. de offic. delegat. nu. 13. tex. optimus in d. c. ex literis. & est communis opinio doctor. in c. ad audientiam. de homicid. notat Albertus Trotius de vero & perfect. cleric. lib. ij. cap. 21. nu. 7. latē tractat de consilio Maria. Socin. in d. c. ad audientiam. nu. 70. vbi quod ad irregularitatem plures quaestiones examinat, quas & Albert. Tro. atque alij tradidē. Quod si quis consilium dederit alioqui facturo: ita tamen, vt ex iniquo sit deterior factus, videretur fortasse hunc irregularem esse propter homicidium inde sequutum. Nam Innocen. & doctor. communiter in c. nuper. de sent. excom. probare conantur hoc consilium sufficere ad iuris canonici excommunicationē. idem Syluest. verb. excommunicatione. viij. q. vlt. & verb. excommunicatione. vlt. q. iij. quibus suffragatur tex. optimus in d. c. sicut dignum. §. qui verò. in eius priori parte. Quod si ex prauo ad homicidium consilio non fuerit occisus is, aduersus quē tractatus praecesserit: sed ipsemet, cui consilium datum est, nihilominus erit consulens irregularis: secundum Cardin. in c. ad audientiam. nu. 3. de homici. Ioan. Andr. Ancha. Do-

mi. & Francum in c. vlti. de homicidio. in vj. Felin. in d. c. j. & in d. c. sicut dignum. Albert. Trotium in dict. c. 21. num. 9. quam opinionem censet veriorē esse Maria. Socin. in d. c. ad audientiam. nu. 80. tametsi Speculat. in titu. de dispensatione. §. iuxta. nu. 43. contrarium notaerit. multa equidem de consilio lector percipiet ab his, quae à praecitatis authoribus traduntur, & à Ludouico Carrerio in dict. §. circa. nu. 140.

¶ Sexto subsequitur ex t̄ his, an praestans opem, vel auxiliū homicidio sit irregularis? Et quod ad aliam punitionem generaliter obseruandum est, auxiliū, & opem tunc poena ordinaria criminis puniri, cum ipse auxiliator cooperatur simul in ipso delicto, quod apertissimi iuris est: siquidē in hoc casu potius est quis dicendus criminis author, quam auxiliator. idem erit vbi praestat quis auxiliū, vel opem per eum actū, qui proximā dedit crimini causam, & immediatam: ita quidē quod absque eo auxilio delictū non fuisset effectum. l. j. C. de rapt. virg. l. nihil interest. ff. de siccar. c. scelicis. de poen. in vj. l. si quenquam. C. de episc. & cleric. c. j. de offi. deleg. c. sicut dignum. §. illi autem. de homici. l. 10. titu. viij. part. vij. optimus text. in l. item Mela. §. si alius. ff. ad leg. A quil. quod si quis ita opem, vel auxiliū praestiterit delicto, vt

delicto, vt non dederit proximam facinori causam, puniendus erit poena extraordinaria. probat text. in l. vnic. C. de raptu virg. ibi: eos comitati. & in d. c. forlicis. ibi: simplici fauore. & in dict. c. sicut dignum. §. illi etiam. l. is qui opem. ff. de furt. l. i. & i. C. de his, qui latro. occult. quam distinctionē tenent Salice. in d. l. vnic. C. de raptu virg. fol. vlti. Felin. in dict. c. sicut dignum. Gandinus in rubr. de homicid. col. ij. Abb. Felin. & Decius in c. j. de offic. delegat. Hippo. in l. si in rixa. ff. de scar. nu. 34. post alios veteres, quorum hi doctor. meminere: atque ita esse hanc opinionem communem fateatur Socin. consilio 188. lib. i. col. iij. eandem sequitur Ludouic. Carreri. in pract. criminali §. homicidium. nu. 69. Hippoly. in singulari. 15. apud hos authores. & gl. in dict. l. nihil interest. comperiet quis varia, & plura huius distinctionis exempla. de quo & Paulus Parisus tractat in consil. 152. & consil. 154. nu. 20. lib. iij. Quatenus verò ad irregularitatem pertinet, ipse opinor, fauorem praestitum, seu auxiliū datū post commissum delictum minimè considerandum fore: nisi fuerit causa proxima, vel inducēs ad committendum delictum. Alioqui etenim illud sit constitutissimum, auxiliū tunc irregularitatem inducere, quando id fuit causa proxima delicti

committendi, sic sanè, quod delictum eo auxilio, vel ope cessante. nec praestita nequaquam foret perpetratum: aut quando quis verè cooperatur delinquenti: quemadmodum apud omnes est in confessio. idem ergo censerem, quoties auxiliū faciliorem aut tandem audaciorē efficeret ipsum delinquentem ad criminis executionem. quod probatur ex d. c. sicut dignum. §. qui verò. & §. clericos. de homicid.

¶ Septimò hac eadem ratione agendum erit de vero, & proprio intellectu text. in c. significasti. in ij. de homicid. quo in loco tractatur, de pluribus eundem hominem vulneratibus, qui mortem tandem obierit, an omnes percussores sint censendi irregulares. Primus casus hac in quaestione proponitur: quoties plures consulto eundem hominem fuerint aggressi: & is ex vnicò tantū vulnerare mortuus sit: tenentur omnes, etiā qui non percusserint, de homicidio, & eius poena eorum puniendi. notat eleganter Bart. in l. si in rixa. col. i. ff. de scar. & ibi Angel. Cin. & Salic. in l. quoniam. C. de vi public. l. i. q. Gandinus tit. de homici. & Carro. Moli. in Alex. consil. 15. libr. j. Thomas Gram. consil. iij. & decif. 15. Ludouic. Carreri. in pract. crimi. tit. de homicid. §. ij. n. 68. ac nu. 75. & §. circa. nu. 445. & est. §. sextus. quibus adde Mat-

thæum Afflictum in constituto.  
Neapolita. libr. i. rubr. 13. nu. 28.  
& Alber. in d. l. si in rixa. atque  
ibidem Hippolyt. à Marfilij: qui tenet hanc opinionem Bart. idem probant Inno. & doctor. in d. cap. significasti. ex quibus ipse opinor, esse hanc sententiam communem. idem erit, ubi vnus percusserit, & occiderit, cæteri autem auxiliu, & opem homicidio proximâ dederint: sicuti paulò ante explicuimus. & sanè hic primus casus manifestè ostendit, omnes istos irregulares esse. quod probatur ex ipsa Bart. & alioru sententia. que magis cõmunis apparet: & hos omnes cõset homicidias esse, pœnâq; homicidij puniendos fore.

¶ Secundus casus exponitur: cū vnus fuerit à pluribus in rixa subito contingentis, nò præmissò cõsilio, vulneratus: & cõstet, quod ex tot vulneribus sit lethale, & quis id intulerit: in hac equidem specie tenebitur qui vulnus lethale intulit de homicidio. cæteri de percussio n. c. text. celebris in l. ite Mela. §. sed si seruum. ff. ad leg. Aquil. & in d. l. si in rixa. vbi omnes hoc ipsum adnotarunt. & idem tenent Canonistæ in d. c. significasti. l. Styl. 57. & ite hi docto. quoru in proximo casu metionem egimus. Zasius lib. ij. sing. intellect. c. vj. Pyrrhus Anglerbermæus post consuetudines Aurelianenses. c. j. col. iij. & tandem hæc est omniu ferè com-

munis opinio: ex qua deducitur, quid dicendum sit quò ad pœnam irregularitatis. etenim qui tenetur de homicidio erit irregularis: cæteri verò ab ea erunt immunes: quod potest colligi ex d. c. significasti. & ex his quæ inibi traduntur.

¶ Tertia subiicitur species, † quâdo quis ab vno fuit lethali vulnere affectus, & demum ab alio exanimatus, & occisus. Nâ priorè percussorè de vulnere, posteriorè de homicidio teneri, probat text. in d. l. ite Mela. §. Celsus scribit. ff. ad leg. Aquil. d. l. Styl. 57. tex. ad idè optimus in l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. ad leg. Aquil. quibus opponitur ex aduerso text. in l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & in d. c. significasti. quibus in locis constat percutientè lethaliter, & irregularè esse, & de homicidio teneri: licèt ab alio fuerit percussus exanimatus priusquam euentus prioris vulneris appareret. qua ratione glo. in d. l. ita vulneratus. verb. teneri. Floria. post alios ibi: idè Floria. & Alberi. in d. §. Celsus. Matth. Afflict. in cõsilio. Neapo. li. j. rub. 13. nu. 26. distinguere conatur ita, vt si constiterit, ac certu sit, pri mum vulnus esse lethale, & ex eo percussum morituru: tunc teneatur vulnerans de occisione, etiam si postea vulneratus ab alio fuerit exanimatus. ita etenim procedit text. in dicta l. ita vulneratus. quod si dubium sit,

biu sit, primum vulnus esse lethale: ita quod nò sit certum ex eo mortem sequuturam, licèt appareat mortiferu: & percussus fuerit alijs illatis vulneribus exanimatus: hoc casu, nò tenebitur primus percussor de occiso: sed de vulnerato. atque ita intelligendus est text. in dicto §. Celsus. cum similib. eandem distinctionem sequitur Iason in l. si ab hostibus. ff. solut. mari. num. 9. Cœpola caute. v. Ludouic. Carrer. in practic. criminal. titu. de homicid. §. ij. numer. 38. & sequen. glo. in l. huic scripturæ. verb. mortiferè. Ioan. Igneus in l. j. §. si quis in villa. num. 66. ff. ad Syllani. quorum distinctio videtur frequentiori doctorum calculo recepta. idcirco & secundum hanc distinctionem erit iudicandum de irregularitate: vt quoties vulnerans teneatur de occiso, etiã irregularis sit: non sic in alio casu. quod notant in specie Cardina. & Anania, num. 31. in dicto c. significasti. Contrarium tamen in pœna irregularitatis tenuerunt glo. Ioan. Andre. & Abb. ibi: quos sequitur Gonsalus à Villadiego in tracta. de irregularitate. cap. de percussore. colum. iij. quasi iure pontificio quò ad irregularitatem per text. in dict. capita. significasti. certu sit, quod percutiens mortiferè, sit irregularis, etiam si vulneratus ab alio fuerit exanimatus: quamuis certum non

sit, imò dubium, ipsum vulneratum ex priori vulnere moriturum, si ab alijs non foret iterum percussus, & exanimatus. quam opinionem, dicens eam esse communem, sequitur Ioannes Ignæus in dict. §. si quis in villa. & profectò hæc sententia tutior est: tamen verè decisio text. in dict. capi. significasti. sit intelligenda secundum iuris Cæsarei distinctionem: ex qua poterit perpendi, quod in dicto c. significasti. quò ad istum tertium casum clericus minimè censetur irregularis: quoties apparet, vulnus ab eo illatum non fuisse lethale. irregularis verò censetur, vbi constat, vulnus ab eo illatum fuisse lethale, vel de hoc extat dubium: attamen neutro casu discerni potest, quo ex vulnere percussus perierit, ex primone, an ex secundo vel tertio: tunc enim iustissimè constituitur irregularitas: quemadmodum statim dicemus. At si primum vulnus fuerit lethale, & constiterit, ipsum ipsum percussum extinctum fuisse, & exanimatum ex secundo vulnere: hæc quæstio minimè definitur in dict. capit. significasti. secundum Anapibi. & idè est definienda ex prima distinctione, quam adduximus ad iuris ciuili intellectum. Est tamen adnotandum, quod Zasius lib. ij. singular. intellect. c. vj. aduersus communem distinctionem existi-

mat, minus congruā esse illam differentiam, quæ in vulnere ipso lethali sit: nēpē, vt sit aliud vulnus lethale simplex: aliud vulnus lethale, ex quo mors certa sit. Scribit etenim, paria iure censerī, quōd vulnus sit lethale, & quōd certum sit, aliqum ex vulnere mori. text. singu. in d. l. ita vulneratus. in vers. sed & hi. & versic. igitur. Nec requiritur secundum eum in iure quōd ad naturalia ea certitudine, quæ nō fallat, sed ea sufficiat, quæ communiter contingere solet. l. iura. ff. de legib. glo. in l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis, vers. vt personale. potest igitur in iure certum esse, quod vulnus sit mortale certitudine positiua, & ciuili: potest tamē vulneratus ex vi naturæ superiue rei. l. j. ad fin. ff. ad Syllani. non igitur consideramus certitudinem, quæ per occulta naturæ fundatur, sed quæ ex communiter accidentibus veniat, & ex verisimilibus procedat. idcirco ipse Zasius aliter hęc conuersionem dirimere conatur, existimans, vulnerantem mortiferē non teneri de occiso, sed tantum de vulnere, quorū vulneratus demum fuerit ab alio percussus, ex eaque percussione statim exanimatus. d. §. Cel sus. teneri autem vtrunq; de homicidio, si ex percussione posteriori nō fuerit statim mors sequuta, & percussus exanimatus. dict. l. ita vulneratus. Ex

quo hoc procedit, vbi non potest apparere, nec apparere, an ex posteriori, vel ex priori vulnere sit vulneratus extinctus: licet constet, quōd posterior ictus mortem à primo vulnere illatam accelerauerit: sicut in eadem l. ita vulneratus. probatur. & hęc quidem de posteriore vulnere manu hominis il lato. Nam si mors sit sequuta post priorem percussione, non manu hominis, sed alio euentu: primus percussor tenebitur de vulnere tantum. l. huic scripturæ. §. si seruus. ff. ad leg. Aquiliā. Quia casus fortuitus postea contingens non patitur apparere, an hic vulneratus ex priori vulnere occiderit. Hęc Zasius: cuius sententia non omnino mihi certa est. Nam & in hoc vltimo casu, sicut fortuitus casus nō patiebatur apparere, an hic vulneratus occiderit ex priori vulnere: ita & posterior percussio manu hominis illata minimē perimit sci re, an primum vulnus percussum exanimauerit, & occiderit igitur par ratio parem constituit vtrunq; casum. deinde iuris certitudo sufficiens non est ad punitionem ordinariam homicidij: nisi sequatur verē mors. Etenim etiam si vulnus lethale sit, non licet pœna homicidij punire vulnerantem prius quā mors fuerit sequuta: poterit enim contingere, quod vulneratus lethaliter nō moriatur

vt modō dicebamus: & probat hoc ipsum tex. in d. l. huic scripturæ. §. si seruus. Nec erit in hoc casu percussor irregularis, si mors non fuerit sequuta, licet vulnus apparuerit mortiferū. ex quibus mallē ipse communē opin. sequi: tamen videri cā satis dubiā esse. ¶ Quarta cōstituitur species, quādo vnus est à pluribus percussus, & tādē ex vulneribus illis mortem obierit: nec constet eum potius ex vno quā ex alio vulnere mortuum esse: tunc equidem omnes hi percussores de homine occiso tenebuntur. dict. l. item Mela. §: sed si seruum. vers. si plures. & in dict. l. ita vulneratus. in princip. glos. in l. si in rixa. ff. de siccar. & ibi Barto. colum. penul. vers. si verō non potest. Andre. de Ifernā, & inibi disputat Aflicti. in constitut. Neapolita. in lib. j. rubri. 13. num. 27. Ludou. Carreri. in dict. §. ij. numer. 69. Ioan. Igneus. in d. l. j. §. si quis in villa. num. 59. Card. Anan. & Felin. in dict. capit. significasti. num. 10. l. styli. 57. & idē quōd ad irregularitatem probat tex. in dict. c. significasti. vers. quod si discerni. textus optimus, in cap. vlti. 23. q. v. notat Socin. in cap. ad audientiam. de homici. nu. 46. sed quōd omnes percussores in hoc casu puniatur pœna extraordinaria, non ordinaria ob incertitudinem, notant Alexan. conf. 15. lib. j. & Hippo.

conf. 110. qui tamen rem istam confusē nimis tractarunt. Nec potest verē probari eorum opinio: cum illud certum sit, omnes hos percussisse: & percussum ex his vulneribus mortem obiisse. quia ratione certum est, omnes percussores eum occidisse. Non me latet, quibusdam videri, hanc opinionem quā ipse probauit, à multis damnatam esse: sed contendam libenter eos non huius quartī casus quæstionem, sed sequentis definire. licet Matth. Afflict. ad finē quæstionis videatur probare opin. Alex. & idē Anch. conf. 216. cuius verba Anania in d. c. significasti. refert, nu. 24. ¶ Quintus casus proponitur: quorū quis vno tantum vulnere lethali fuerit percussus, nec appareat à quo: cū tamen plures in conflictu rixæ cum eodem contenderint: vel fuit à pluribus multis vulneribus, quorum vnum tantū est mortiferū, vulneratus: nec constat, quis id vulnus intulerit: & sanē in hoc casu omnes puniēdos fore pœna extra ordinē arbitraria: & neminē ex eis ordinaria: probat regia l. styli. 57. optimē tenent Anania in d. nu. 24. & ibi Felin. nu. 9. glo. in d. §. sed si seruus. verb. plures. Alex. in d. conf. 15. lib. j. & conf. 14. lib. ij. Hippo. in sing. 217. idē in rubric. C. de probat. nu. 418. & in conf. 110. 10. Igne. in d. §. si quis in villa. num. 50. Paul. Parisi. in

conf. 148. libr. iij. nu. iij. dicens, hanc opinionem communem esse. idē fateatur eam sequutus Ludou. Carrer. in dict. §. ij. nu. 75. hoc ipsum tenent Gandinus tit. de homici. iij. col. Alberic. in dict. l. vltim. ff. de siccar. & ibi Hippo. num. iij. Specul. titu. de homicid. §. j. vers. pone. Bonifacius titu. de homicid. rubri. de insult. & percusso. col. vj. & tit. de poen. colum. vltim. Ioan. de Imola in hac constitutione si furiosus. colum. vltim. Dec. in l. fauorabiliores. num. vj. ff. de reg. iur. & licet gloss. in d. §. sed si seruum. velit simpliciter neminem puniendum in hoc casu, est intelligenda quod ad punitionem ordinariam, secundum omnes. Sic glo. in cap. cupientes. verb. qui culpabiles. de electi. in vj. & in canon. quiescamus. 42. distinctio. quæ sentiunt, omnes hoc in casu puniendos; & Barto. in dict. l. vlti. obtinebūt quod ad poenam extraordinariam. Quod ad irregularitatem verò, etsi glo. in dict. cano. quiescamus. sentiat hanc questionem expressim decisam esse in dict. cap. significasti. tamen Ioan. Andre. ibi & plerique alij dubitarunt. Nam & Spec. in tit. de dispensat. §. iuxta. nu. 52. hanc questionem indecisam reliquit. Sicut & Hosti. in tit. de homici. §. qua poena. tenentes, quemlibet relinquendum; & obligandum suæ conscientię: vt ipse qui scit, se vul-

nus lethale dedisse, irregularē se ipsum cōseat, & iudicet. idem tenent Host. & Card. in d. c. significasti. vbi Ioan. Andre. atque Anania nu. 22. & ferē omnes hoc ipsum probant, & sequuntur. idem Nicol. Plouius de irregularit. reg. 28. Mari. Socin. in d. c. ad audientiam. num. 46, qui tamen post alios admonet in dubio quod ad forū conscientię consulendū esse, quod quilibet ex his abstinere ad diuinas, & se existimet irregularē esse: quod videtur admodū rationi consentaneū. ex d. c. ad audientiam. cuius intellectū nos attingimus in prima huius operis parte, nu. iij. & profectō secundum inibi tradita ipse in hac controversia potius accederem, etiam in foro exteriori, opinionem eorum qui probāt hos omnes irregulares fore cōsendos; sic etenim placuit glo. in d. c. quiescamus. & hanc opinionem tutior appellat Barth. Brixian. in q. dominicali: alijs venerabili. 35. præsertim hanc sententiā ipse admittere eo casu, quo cōstat, omnes istos percussisse occisum c. vlt. 23. q. v. & in hoc casu expressim ita tenent Ioan. & Gofre. Anan. nu. 22. Cardi. col. pe. Anro. Abb. & Henri. in d. c. significasti. quorū opini. sequitur asserens, eam magis cōmunem esse Albert. Trot. de verō & perfe. cleri. lib. ij. c. 26. nu. vj. licet præcitati doct. quorum ad prioris opin. autoritatē nemi-

nis, in spec.

ni, in specie ista contrarium, præter Ioan. ab Anania, Cardin. & Ioannem Andre. voluerint. & glo. in can. nolite. in j. xj. quæst. iij. sitque ab eis citata extrauagans quædam Constitutio Gregorij ix. pro huius questionis decisione: quam Henri. censet reuocam fuisse.

¶ Oct. iō inferitur ad eisdem cap. significasti. veram interpretationem quid dicendum sit in eo, & qui animo occidendi alium quem percusserit, & is ita vulneratus fuerit ab alijs occisus statim. Nam Romanus pontifex in dict. cap. significasti. inter multa quæ considerat ad hoc, vt percussor sit liber ab irregularitate propter homicidū statim ab alijs cōmissam, perpendit, quod non habuerit voluntatem occidendi: quasi is sit cōsensus irregularis, si ab eo vulneratus animo occidendi non tamen mortuus, statim fuerit ab alijs exanimatus: quod notat Innocent. in dict. capitu. significasti. vbi gloss. in verb. habuerit. adnotauit ex eo capite, quod voluntas imputatur in homicidio quod ad irregularitatem, cuius contrarium non semel in hac relectione adnotauimus. Igitur non est ita indistinctē probandum quod Innocenti. & glossa in dict. cap. significasti. ex eo textu deducunt à contrario sensu: cū is sit receptus sententiæ maximē contrariū. quā ob rem Panorm. & Anania ibi, & Socin. in dict.

ca. ad audientiam. nu. 45. censent textum in dict. capitu. significasti. intelligendum fore, quoties habens voluntatem occidendi, opem, vel auxilium, aut fauorē occisoribus dederit: iuxta text. in ca. sicut dignum. §. vlti. de homici. hic idem intellectus colligitur ex Ioan. Andre. eodem. Innoc. Hosti. & Henri. in capitul. significasti. colu. 3. aut sane procedit opinio Innocenti. & vbi quis potuit occisum à morte liberare, & noluit, nec liberauit: quasi sit reus homici. iij, qui potuit hominē liberare à morte, & nō liberauit: capitul. sicut dignum. §. illi etiam. de homicid. quod in specre notat Hostient. in dict. cap. significasti. cuius opinioni suffragatur textus in capitul. quamæ. de sentent. exco. vbi probatur, non tantum esse exco. municatum eum, qui clericum percussit: sed eum, qui, cū posset, noluit manifesto facinorari obuiare. Quia in re illud est obseruandū, iure potificio teneri quem ab altero, si cōmodè possit, iniuriam propulare, & eum ab ea defendere, ac liberare. can. non inferenda. & canon. vlt. xxij. q. iij. capitul. dilecto. de sentent. exco. munitati. in text. vers. & quidem. alioqui reus erit ipsius cōmissi criminis. quod nō ita iure civili obtinet, secundū quod non erit reus iniuriæ illatæ, nec tenebitur qui proximū cōmodè potuit defendere ab iniuria, & homicidio: nec tamen

defendit. l. prima §. sed in eo. ff. ad Syllani. vbi Barto. glo. & Bartol. in l. culpa caret. ff. de regul. iur. Abb. & docto. communiter in capitul. j. de offi. deleg. e. g. v. rō in regul. peccatum. de regul. iur. in 6. 2. part. §. ij. num. 4. probare conatus tum nullā in hoc constitui posse differentiam inter ius canonicū, & civile. Imō vtroque iure verum est, quod quis teneatur proximum ab iniuria defendere, si cōmodè id fieri possit: licet pœna statuta non sit aduersus eum, qui id agere omiserit, saltem ordinaria regulariter: sicut tradidit Dec. in dict. capitul. j. de offic. delegat. Alber. in l. metum. §. sed licet. ff. de eo quod met. cau. Fortun. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. ad fin. Ioann. Igneus in l. j. serui appellatione. ff. ad Syllani. num. 125. Gratus confi. j. nu. 47. lib. j. Adria. quodlibet. j. art. 2. colū. 4. eademque opinio probatur à sensu argumenti ex contrario, in d. l. culpa caret. potest autem quis cōmodè iniuriam proximo repellere, & propulsare, quando secundum bonos mores, sine de decore, ac sine rubore hoc agere possit: vt notat Felin. in dict. cap. quantæ. & sine scandalo. ex his quæ idem Felin. tradi. in ca. 11. de hæretic; quod est arbitrio boni viri maturius iudicandum. Sic denique ipse punirem saltē pœna arbitraria extra ordinem istam desidiā, aut negligentiam, etiam in foro seculari. Nihilō

minus dubium erit non ita facili solutione, an ex hac omissione obligatio ad restitutionem: id verò in dict. regul. peccatum. nos explicuimus. Superest igitur exponere, siue quis propter culpam istam cōtendit irregularis. Nam canonis excommunicatione afficitur is, qui clericum potuit à percussione, & iniuria defendere, nec tamen de fendit: vt probatur in dict. capit. quantæ. vbi glos. Abb. & Henri. post alios, id responsum intellexere, quoties quis habet potestatem publicā, aut priuatam iure familiæ in ipsam percussorem. Etenim cōmuni omnium sententia decisum extat, in his casibus locum fore excommunicationis: atque eis omnino conuenire rationem textus in dict. capit. quantæ. idem erit in eo, qui dolosè desinit obuiare percussenti clericum. Nam ex eo dolo, cum posset cōmodè à clerico iniuriam auertere, excommunicatus erit propter manifestam percussio nis culpam: sicut Innocent. Panor. & Henr. voluerūt post alios in dict. capitul. quantæ. Aufser. in clem. prima de offic. ordina. regul. 3. declarat. septima, tradit latè Ludouic. Carrer. in practic. titul. de homicid. §. quarto num. decimono, & §. sexto nu. 63. ex quibus poterit defendi Hostiensis. & aliorum opinio, vt dem que in his casibus, quibus constat. excommunicationem canonicis locum habere, in eisdem etiā

pœnam,

pœnam, & vitium irregularitatis constituamus propter eandē rationem, & auctoritatem textus, in d. c. sicut dignū. §. illi etiā. ¶ Nonò subsequitur hinc oportūne verus intellectus ad text. in ca. Petrus. de homici. vbi proponitur quæstio elegans, an t̄ homicidium ab aliquibus perpetratum imputetur eorum consanguineo, cuius causa homicidæ ipsam occisionē aggressi sunt: nempe in vindictā iniuriæ illatæ? qua in controuersia aliquot distinguā ad faciliore eius intellectum.

¶ Primū etenim potest contingere, quod quis dederit causam rixæ, & eius amici, famuli, vel cō sanguinei alteri cū eo contentente, & pugnatem occiderint, præter eius voluntatem, imō cōtra eius prohibitionem: & tunc esse istā irregularē notant communiter doct. in c. Petrus. Gon. salus à Villadiego de irregular. c. de percussore. col. 8. Maria. Soci. in dict. c. ad audiendā. de homici. nu. 50. pro hoc citantes text. in d. c. Petrus. vbi ab irregularitate excusatur, qui ignorauit, vel prohibuit: quia nō dedit causam conuentioni, nec rixæ: imō ipse occisus fuit in culpa illius inimicitia, & pugna. Hec tamē cōmuni opinio cōtrariū habet glos. in ca. vlt. xxij. q. vlt. quæ sequuntur Bal. in l. data opera. C. qui accul. nō pos. co. penū. & in l. j. co. 4. C. de seru. fugi. Hippo. in l. vnic. C. de raptu virg. nu.

8r. nisi dixeris sequutus Fel. in d. c. Petrus. hęc gl. procedere quod ad pœnā exteriorē ordinariā, nō quod ad irregularitatē. Aut forsan gl. illa procedit, vbi quis nō dedit causam rixæ, nec fuit in culpa: quia alter fuit pugna, aut cōtentionis aggressor. & licet cōmuni opinio dubia sit, tutior tamē apparet ex eo, quod is, quē cōmuni sententia iudicat irregularē, dederit rixæ causam, cuiusque culpam habuerit.

¶ Secundus casus possit constitui, quādo potuit prohibere, & prohibuit, & protectō cū ipse causa, & ob iniuriā ei illatā homicidū fiat: possētque id cōmodè prohibere, visus est maxime consentire, si nō prohibuit, & culpā inde homicidij ad irregularitatem cōtraxit: quod mihi probat text. in d. c. Petrus. ad finem: quidquid glabidē senserit hoc ipsum probat ex his, quæ in proxima illatione diximus.

¶ Tertius proponitur casus, quū quis dedit causam rixæ, eoque pugnatē inimici alterius accesserunt, & cum occiderūt ratione propriæ inimicitia: nō vt negotiū istius ageat. & Gósalus à Villadiego in l. c. de culp. fore, co. 8. tenet, hūc esse irregularē. Cuius opinio admodū dubia est: tū propter text. in c. signi ficasti. in ij. de homic. qui tamen tractat de cauta rixæ iustissimè: tū etiā quia in hac specie Panor. contrariū probat in d. c. Petrus. & Soc. in d. c. ad audiendam. nu. 50

¶ Quartò illud constituitur, quòties quis presens fuit tractatui habitu super occidendo eius inimico ab eius seruis, aut consanguineis: & tamen tacuit. Nā ipse cenfeo, hunc esse irregularem: non enim est hæc simplex taciturnitas, sed ita contingens, vt ad consensum accedat, propterea quòd tractatus fiat eius causa: argu. cap. cōstitutis. de testib. in primo. l. qui patitur. ff. mand. cle. j. de procurat. l. filius familiās. ff. ad Macedoni. atque ita in hoc casu desinere videntur gloss. in vers. contra prohibitio nem. Abb. Felin. & alij in dict. ca. Petrus. quibus accedit quod Iason notat in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. nu. 14. ff. de noui oper. nunti. scribens, quod si dominus, vel consanguineus sit, quid facturi sint famuli, vel consanguinei in vindictā iniuriæ sibi illatæ, aut eius causa: & non prohibuerit, consentire delicto viderur.

¶ Quintò in eadē specie mihi probatissimi iuris est, teneri illū, cuius gratia homicidiū fieri paratur, eo meliori modo, & forma, quibus potuerit crimē hoc impedire, etiam si nectuerit presens tractatui: sed tantū scientiā eius habuerit: & fuerit ad vitandū crimē necessaria eius tractatus reuelatio: alioqui erit irregularis, præsertim si malo zelo hanc relevationē omiserit. quod cautè est considerandū ex Hæri. in d. ca. Petrus. tamen variè Innocē.

& alij ibidē hac in questione respoderint. etenim semper est culpa istius inspicienda, vt eum nudicemus irregulārē. Imò & in omnibus his casibus non tantū erit locus irregularitati, sed & alijs criminis committi pœnis: quod deducitur ex dict. cap. cōstitutis. & in cap. sicut tuus. de simonia. Felin. in dict. cap. Petrus. Baldo in ca. veritatis. de dolo & cont. li. cēt non omnino sit pœna ordinaria infligenda: saltem corporalis, aut criminalis.

¶ Decimò ex his poterit examinari quod notat Gul. Laudu nensis in hac cle. j. in glos. vii. scribens, + irregulārē esse eum, qui alterū percussit, licet non mortiferè, si propter eā percussione ex imperitia medici, aut ex malo corporis regimine obierit. hoc ipsum tenet Ludo. Carre. in præct. crim. titu. de homicidio. §. 6. nu. 322. vers. vbi limitat. idem notat Henri. in dict. c. significasti. in ij. de honn. col. 2. quibus aduersus Caet in 2. q. 64. art. 8 ex hoc, inquit, excusatur non intendens occidere percussor ab homicidio, quando mors ex mala cura, vel regimine sequitur. sed quia quòd ad irregularitatē superius diximus esse voluntariū homicidiū, quod sequitur ex vulnere illato, licet percussus non habuerit animū occidendi, cū habuerit animū vulnerandi: saltē hæc voluntas fertur in homicidiū magis vel minus indirectè iuxta percussor

tionis, & instrumenti qualitatem: ipse veriore esse opinor opinionem Gulielmi, & Henri. nec enim negari potest, hūc vulneratū mortem obiisse ex vulnere, vt ferè causa propinqua. Nam ex eo sequuta fuit mors: siquidem non illato illo vulnere percussus minimè ea ex causa mortē obiisset. Quod præmissa percussoris culpa factus est ad irregularitatem ex homicidio constituendā: c. de cætero. de homicid. text. ad hanc decisionem in specie singularis in c. tua nos. in prin. de homicid. etenim quòd non fuerit adhibita diligentia in medicamine vulneris, per accidens ad mortem pertinere: ipsum autē vulnus directè, & per se mortem intulit. At in c. exhibita. de homicid. nullam habuit culpā is, qui ab irregularitate excusatur, quia si culpam aliquam habuisset in ipso vulnere inferendo: profecto irregularis foret iudicandus, si ex vulnere, etiam culpa medici, vel incuria infirmi, mors foret sequuta: sicut inibi sentiunt Innoc. Abb. Anania, & Felin. post Hosti. & Henric. quorum opinio cōmunis est, in hunc sensum quod illa Decretalis contineat ius cōmune, non dispensationem: & idem tenet gloss. ibi vlti. & verb. corruens. ex multis quidem: quia culpa defuit, & propter imperitiam medici, & negligentiam ipsius parentis in filij vulnere

medendo, & curado. attamen Hosti. Henri. & Felin. sentiunt plurimum excusare medici imperitiam, & incuriam parentū, etiam si aliquam culpā habuisset is, de cuius irregularitate inibi agitur: & præterea ætatē eius puerilem fuisse cōsideratā existimant: & deinde causam vulneris remotam esse. Innoc. Panor. & Anania. opinantur, non satis esse sufficientem excusationem ipsius medici imperitiam, si culpa præcessisset propinqua ipsius vulneris. quicquid sit, omnes mihi in hoc cōuenire videntur, vbi contigerit culpa propinqua vulneris ex quo fuerit sequuta mors, non excusari quenquam ex imperitia medici, nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati. Quòd si vulnus illatum esset adeò leue, quòd nullo, vel modico medicamine percussus posset liber, & sanus euadere: & tamē vulnere appositum est venenum: tūc percussor, ni fallor, non esset iudicandus irregularis: quia ex veneno potius, quàm ex vulnere percussus moritur. His tamen addendū est, non imputari quò ad legem Aquiliam, nec quò ad pœnam ordinariam homicidium vulneranti nō mortiferè, si id fuerit sequutum culpa medici, vel vulnerati. l. qui occidit. §. vlti. ff. ad legem Aquil. notatur in l. quod si nolit. §. si mancipiū. ff. de ædilit. edict. glo. quam ibi Relict. Didac. Couar. P

notant Bald. & docto. in l. si ab hostibus. §. j. ff. solut. matrimo. quam dixit esse auream Feli. in c. presbyterum. de homicid. est & ad hoc glo. in d. §. si mancipium. quam commēdat Areti. in §. vlti. in si. de emptio. & veditio. tradunt Bologni. cōsil. v. col. ij. & Hippo. in practica. §. & quia. nu. 18. Ceterum Ange. in d. §. si mācipiū. scribit, quod vbi vulnus est in dubio an sit mortiferum, vel ne, & ipse vulneratus vocauerit ad medelam medicum imperitum, præsumentum erit, mortē contigisse culpa medici potius quā ex ipso vulnere. idem sentiunt glof. Bar. & doctor. in d. l. si ab hostibus. §. j. Florian. in l. ait lex. §. j. ff. ad leg. Aquil. tex. optimus. in l. si ex plagis. in prin. ff. cod. tit. vbi probatur, percussorem nō teneri de morte, sed de vulnere, si percussus adhibuit ad medelam incantatorem: quod Socin. notat in consil. 178. col. iij. lib. ij. Vnde illud est constitutum, vulnerantem in his casibus semper teneri de vulnere. sed quō ad hanc decisionem Angeli, oportet aliquot casus distinguere.

¶ Primus equidem casus consistat, quando est dubium, an vulnus sit mortale, aut appareat, illud non esse mortale: tunc etenim obtinent ea, quæ modō adnotauimus in versicul. Hjs tamen. & in versicul. Ceterum.

¶ Secundus casus proponitur quoties cōstat iudicio medicorum, vulnus fuisse, & esse mortiferū: & in hac specie siue percussus medicum non adscuerit, aut tandem imperitum, & moriatur: homicidium percussori imputatur, nō tantum vulnus: sicuti sentit Alex. in d. l. si ab hostibus. §. j. col. ij. eleganter Soci. in d. consil. 178. col. ij. glof. & Alber. in l. huic scripturæ. ff. ad legem Aquilam.

¶ Tertius casus cōstat ex primo. Nā vbi apparet, vulnus nō esse mortiferū, & tādē mors fuerit sequuta: præsuntur, cā ex culpa medici, vel infirmi percussisse, quod notat Platea in l. nec semel. C. de re milit. lib. x. Felin. in d. c. presbyterum. col. ij. Soci. in d. cōsil. 178. col. ij. sentit Bal. in d. l. si ab hostibus. §. j. & in d. l. qui occidit. §. vlti.

¶ Quartus casus contingit, quoties quis moritur ex febris, & morbo accidei ratione vulneris: tenebitur etenim percussor de homicidio. non tantū de vulnere. text. in d. c. presbyteri. vbi Feli. post glof. & alios. & licet inibi tractetur de irregularitate, idem erit propter eādē rationem quō ad alias pœnas: quemadmodum docet Alber. ij. part. statut. q. 37. Ludo. Carceri. alios allegans in practica, titul. de homicidio. §. ij. nu. 74. idem latius in §. vj. numer. 322. tamen si existimet, etiam in hoc casu non esse percussorem puniendum

niendū pœna ordinaria: quod eleganter tradit Cœpola consil. 62. Qua in re iudicio medicorum maximē standum erit secundum eosdem, & Ripam, in tract. de peste. in vlti. parte. §. Medicorum auxilio. nu. 138. Alex. in l. si ita stipulatus essem abs te. vlti. col. ff. de verb. oblig. Bologni. consil. v. col. iij. tex. ad hæc, & similia in l. mortuis. & ibi Bart. ff. locat. A. bb. & Anania in d. c. presbyterum. Quoties verō diximus, præsūmi vulneratum obijisse ex culpa medici, aut ipsius infirmi: atq; idē non teneri percussorem de homicidio, sed de vulnere: id est intelligendum quō ad mortis pœnam. non quō ad alia: vt explicant Hippo. in consil. vij. Ludouic. Gomeci. in reg. cancellaria de infirmis. q. xj. vbi tractat de iudicio medicorū post Bar. in l. vlti. ff. de fidei. numero 12. Quod si constet, vulneratum ex percussioe mortem obijisse: tunc nihil refert ad punitionē, quod ex intervallo, vel intra breue tempus decesserit. Bart. in d. l. vlti. ad fin. & ibi Hippol. nume. 63. & in d. consil. vij. Anchara. Card. Abb. & Feli. in d. c. presbyterum. Anania in c. ij. de cleric. percuss. tex. in l. ait lex. & in l. si ex plagis. in princip. ff. ad legem Aquilam. notat Panormi. in d. c. ij. de cleric. percuss. tamen si præsumptio nō leuis sit, mortem ex vulnere non esse sequutam, quando percussus

ex intervallo mortem obierit: præsertim postquam semel conualuerit. textus optimus in d. c. presbyterum. & in cap. seq. & in d. c. ij. can. si qua scemina. 50. distinct. glof. singular. in l. j. C. de emendat. feruor. sed hoc est semper iuxta medicorum iudicium censendum: vt Bartol. & alij norant in d. l. vlti. Anchara. in consil. 283. Bologni. in d. consil. v. col. ij. & denique ita visum est omnibus his iuris verisusque doctoribus, quorum ad hanc decimam illationē mentionem fecimus. Nec enim aliter poterit commodē quæstio ista definiri: quæ omnino notanda est quō ad irregularitatis pœnā, & quō ad homicidij, vel vulneris illati ordinariam aut extraordinariā punitionē.

Ex §. sequenti.

*Irregularis est qui abortioni causam dederit: & ibi de huius criminis pœna.*  
*Bellum iniustum, vel iniustum, an efficiat quem irregularem: & an clericus possit pugnare propria manu?*  
*Dispensare quis possit super irregularitate contracta ex homicidio voluntario?*  
*Episcopus potest dispensare cum homicida voluntario, occulto tamē.*  
*Quis possit dispensare cū homicida casuali quō ad irregularitatem?*  
*Episcopus potest dispensare cum homicida voluntario quō ad retentionem beneficij.*

7 *Homicida beneficio ecclesiastico priuandus per sententiam, an possit interim ante priuationem ei dem beneficio renuntiare?*

§. Tertius.



**V**NDECIMO ad hunc irregularitatis tractatum admodum pertinent inquirere de eo, qui abortioni causam dedit: et an homicida sit, qui abortionis crimen commiserit, eadem causam exhibes? Cui quæstioni prænotanda sunt pulchra Ciceronis verba in oratione pro Aulo Cluentio: cuius pars refertur à Iuriconsulto in l. Ci cero. ff. de pœn. Etenim cum actum esset de punitione fœminæ cuiusdam, quæ ob pecuniam fœtum nondum animatum portionibus sumptis abegit, subdit Cicero: Nec iniuria, quæ ipem parentis, memoriâ nominis, subsidium generis, hæ redem familiæ, designatû reipublicæ ciuem sustulisset. Hęc Cicero: cui & Tertullianus cõcinit in Apologetico, c. 9. Nobis verò, inquit, homicidio semper interdicto, etiam conceptû vtero dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolueri non licet. Homicidij festinatio est prohibere nasci. Nec refert, natam quis eripiat animâ, an nascetem disturbet. Homo est, & qui est futurus, etiam fructus omnis iam in semine est. Hęc inibi. Nihilominus quo-

irregularitatem necessariû est quod fœtus tempore abortionis sit iam in vtero animatus: alioqui non est propriè homicidium, quod irregularem efficit datem abortioni causam. text. in c. sicut. vbi gl. & docto. de homicid. glo. in c. si aliquis. eod. tit. quam ibi sequitur doctor. & esse hanc opinionem cõmunem fatetur Albertus Trotius de vero, & perfecto Cleri. lib. ij. cap. 14. nu. 6. idem colligitur ex multis, quos ad hoc citat Ludo. Carreri. in pract. criminali, tit. de homicid. §. j. nu. 24. & probatur in c. Moyses. & seq. xxxij. quæst. ij. Homicidij etenim à cede hominis dicitur. c. homicidium. de pœnit. dist. j. c. homicidium. xxiii. qv. Homo autem nõ dicitur sine anima. c. in quadam. de celebrat. missi. cap. cum Christus. de hæretic. l. in lege Falcidia placuit. ff. ad leg. Falcid. Fœtus autem dicitur animatus, si masculinum sit, die quadagesimo à cõceptiõne: si fœmineus, die octuagesimo ab ipso conceptu. glof. in summa. v. dist. in c. quam sequuntur communiter doctor. ibi: & in d. c. sicut. & in d. c. si aliquis. Alberic. in iij. parte statutor. q. 59. & glo. in clement. j. de summa trinita. verb. simul. Plinius verò libr. vij. c. vj. in fœmineo scribit partum esse animatum nonagesimo die: in mascululo quadagesimo. & hęc quidem de anima rationali. Anima etenim

ma etenim nutritiua seu vegetatiua, qualis est in plantis, adest fœturi, etiã ante diem quadragesimum: quia crescit: ut explicat Thomas in j. parte, q. 75 articulo. iij. scribens, quod fœtus prius habet, ut est animal, animam, quæ est sensitiua tãtum, quæ ablata aduenit perfectior anima, quæ est simul sensitiua, & intellectuaria: antea verò, quã sit animal, habet animã nutritiua. seu vegetatiua: & prius est animal, quã homo: secundum Aristote. de generatione animal. libr. ij. c. 11. id est prius habet animam, quæ est sensitiua tãtum, quã aduenit perfectior, quæ sit intellectuua. Non oberit communi opinioni text. in dict. c. si aliquis. vbi responsum est, teneri ut homicidam eum, qui abortioni fœtus nondum animati causam dederit. Nam verè homicida non est, nec propriè homicidij ex hoc contrahitur: licet punitione locum habeat extraordinaria: nempe exilij. l. si mulierem. ff. de sicar. vbi Hippo. Feli. post alios in dict. c. si aliquis. l. diuus. ff. de extraordi. crimi. nõ item hac de re tractauimus lib. ij. v. nar. resolutio. c. vlti. nu. 10. quo in loco diximus, pœna ordinaria, & sic morte puniendum fore eum, qui abortioni fœtus animati causam dederit. l. pen. C. de sicar. dict. l. diuus. secundum alium intellectum. Igitur qui abortioni fœtus nondum

animati causam dederit, homicida verus non est, ei tamen admodum similis, & idèõ punitur vt homicida, pœna quidem extraordinaria: & mortale crimen, ac peccatum committit: secundum Abb. & comunè in d. c. sicut. de homicid. eaqûe ex culpa homicida quodammodò dicitur à Tertulliano: & in d. c. si aliquis. Quod verò adnotauius, morte esse puniendum, qui abortus fœtus animati causam dederit: tunc obtinet, quando id dolo fecerit: alioqui si nõ eo animo quis fœminam pregnantem percussit, vt abortus sequatur: qui tamen præter intentionem percipientis contigerit: non erit locus pœnæ ordinariæ: sed extraordinariem est puniendus erit pro modo culpæ. arg. l. in lege Cornelia. ff. de sicar. quod notant Felin. in d. c. sicut. & Albericus in iij. parte, statut. q. 59. vbi expressim explicat, animû, & dolum ad abortionem colligi ex ipsamet percussione, & eius qualitate. idem in specie ista euidentius Caicta. deducit in 2. 2. q. 64. art. viij. in responsione ad iij. Hinc est omninò pensandum quod scribit Io. à Neapoli, quodlibet. 1. v. etenim respondet, non esse homicidam, imò à culpa excusari, qui vel portionibus, vel alio remedio abortioni fœtus nondum animati causam dederit, ad ipsius prægnantis salutem: cum

certum sit, eam ex puerperio morituram. quasi liceat impedire foetus nodum animati lucem ad effugiendam mortem matris iam equidem animatę. quod non ita licet, si constet, foetum iam animatum esse, vel de hoc dubium sit: quę admodum ipse Neapoli. notat. & Florent. iij. part. titu. vij. c. ij. §. ii. ex quibus erit intelligendū quod Mari. Soci. & Feli. probare tentarūt in d. c. si aliquis. affuerātes, licitum esse abortioni causam dare ad effugiendam mortem pręgnantis ex puerperio moritura.

¶ Duodecimō ex pręcedenti bus colligitur, quid tenendum sit in ea quęstione, qua quęritur, ¶ an sit irregularis qui neminem occiderit, fuit ita tamę pręsens pręlio, in cuius conflictu aliquis occisus est. cui quęstioni & illa proxima est, an clericus possit in bello pugnare? & profecto ex S. Thoma, & ibi Caiet. 2. 2. q. 40. art. 2. Abbas, Card. Henric. Anania, Felin. & alij in c. pen. de homicid. Florent. iij. part. tit. 28. c. ij. §. vj. potest hac in quęstione primū responderi, clericum posse pręsentem esse bello iusto, & hortari milites ad pugnam: text. in d. c. petitio. de homi. vbi glos. & glo. in cap. quod in dubijs. de pœn. non tamen pugnare: imō peccaret grauitē, si pugnaret propria manu, cū hoc nō sit licitum. can. clerici. & can. se-

quenti. xxiii. q. viij. c. ex multa. devoto. quod si esset clericus in minoribus constitutus, posset absque peccato in bello iusto propria pugnare manu, sicut & laicus: nec esset irregularis, etiam si propria pugnaret manu, modō aliquem nec occideret, nec membro mutilaret: si quidē clericus adhuc in sacris constitutus, & cui nō licet propria pugnare manu irregularis non est, si pugnauerit in bello iusto, nec tamen occiderit, aut mutilauerit, etiam si in eo conflictu fuerint plures occisi, aut membris mutilati. text. optimus in d. c. petitio. quo in loco apparet, esse quem irregularē, si adhuc in bello iusto propria pugnauerit manu, & aliquem occiderit, aut membro mutilauerit. idem probat gl. in c. sciscitaris. vij. q. i. & est communis omnium opinio. Quod si Roma. pontifex alicui clerico permitteret, vt propria in bello pugnaret manu, & is in conflictu belli aliquem occideret, non erit irregularis censendus, secū dum omnes. quia is id permittit, qui potest super irregularitate contracta ex homicidio dispensare: quem admodum statum dicemus. Sed & id quod modō probauimus: nempē posse clericum absque irregularitate poenę in bello iusto hortari milites: quidam verum esse censent, vbi hęc exhortatio fiat ante belli conflictum: quasi minime liceat

me liceat absque irregularitate periculo in ipso belli iusti conflictu milites exhortari ad pugnam ex qua homicidia & mutilationes membrorum sequantur: sic sanē visum est Inno. & Hostien. in d. c. quod in dubijs. Henri. in d. c. petitio. & Syluest. verb. bellum. iij. §. ij. a quibus ipse dissentio aliorū mentem sequutus: quippe qui videā hęc differentiā verbalem esse, nō realem. Nam & pręter alia text. in d. c. petitio. ad irregularitatem constituendam expressim definiuit, non esse satis, quod quis fuerit pręsens bello iusto simul cū ipsis militibus, & pugnauerit: sed requirit, quod aliquem ex hostibus manu propria interfecerit, membrōue mutilauerit. & tamen non potest quis in pręlium, & pugne conflictu exire, quin & in ipsa pugna alios eius socios ad strenue pugnandum hortetur. Igitur etiam si clericus in bello iusto hortetur ad pręliandum in ipso conflictu pugnare nō erit irregularis: imō & si hostē percuteret immunis adhuc esset in hac specie ab irregularitate: sicuti in d. c. petitio. palam constat. Sed si quis in bello iusto propria pugnaret manu, eo casu, quo sibi liceret, nempē, vbi si non pugnaret, patria exerceretur ab hostibus, vel exercitus deleteretur: cōsequēter ea pugna in bello iusto meritoria: & aliquē occideret, aut membro mutila-

ret, irregularis erit censendus, si clericus sit: secundum Caiet. in 2. 2. q. 40. arti. ij. Attamē Patnor. Anania, & doct. in d. c. petitio. dum ad illius cap. responsum rationem decidendi reddi dēre, contrarium premitunt: & deniquē huius quęstionis vera decisio pēdet ab his, quę statum in iij. huius relectionis parte dicentur super glos. in verb. suum. Quod si bellum iniustū sit, qui in eo pugnauerit, auxiliium, aut opē dederit, irregularis erit, si idē sequuta sit mors hostis, aut membri mutilatio. c. sicut dignum. §. vlti. de homicid. vbi hoc notant omnes. idē Abb. & doct. in d. c. petitio. Maria. Soci. in d. c. ad audientia. n. 60. Gonsal. à Villadiego de irregularitate. c. de homicida. col. iij. ¶ Postremō de homicidio quod ad irregularitatem illud superest examinare, ¶ quis possit per dispensationē hoc vitium tollere? & sanē de homicidio voluntario, vel casuali acturus, quod generaliter de omni irregularitate iam premisimus, & de hac item in specie adnotabimus: sci licet irregularitate homicidij, etiā voluntarij causę contractę, iuris esse tantū humani & politiu, c. nō inferenda. xxiiij. q. iij. vbi Ambrosius refert, Moysen Aegyptij quandam interfecisse: idē constat Exodi. c. ij. & tamen is altare Deo crexit & cōsecrauit: Exodi. c. 31. & c. j. de cōsecrat. dist. j. vnde gl. in sum. 21.

dist. scribit, lege diuina veteris testamēti homicidā nō prohiberi sacerdotio. idē gl. in d. can. j. de consecrat. dist. j. Nec quicquid refert, quod Dauid Rex iij. Reg. c. vij. à domino audierit; Non ædificabis mihi templū, quia vir sanguinis es. Nam etsi Moyses sanguinem per homicidum effuderat: non tamen ita sanguinolentus, vt Dauid dici potuit, propter multū sanguinem effusum à Dauid Rege, quod apparet ex c. 22. Paralipomenon. & præterea Dauid præparabat ædificare illud vnicū templum apud Iudaicum populum, quod præfigurabat ecclesiā Christianā, quæ in pacis visionē, & cōcordia, ac charitate fundata est. c. iij. ad Ephesios. Sollicitē, inquit Paulus, seruate vnitatem spiritus in vinculo pacis. vnde constā, irregularitatem ex homicidio non esse, nec fuisse inductam lege veteri diuina. quod si veteris testamenti lege diuina fuisset in stituta, hodie post legis euāgelicæ institutionē minimē vim legis ea institutio haberet: nec ex ea dici posset hanc irregularitatem iure diuino inductam esse. Ius diuinum legis euāgelicæ nihil hac de re statuit: idcirco sequitur, hanc irregularitatem iure pontificio humano statutam fuisse: quæ admodum voluerunt Innocent. & doctor, in c. nisi cum pridem. de renuntiatio. idem Inno. & alij in c. ad

audientiam. de homici. Palud. in iij. sent. dist. 25. q. iij. col. vlti. Floren. iij. parte, tit. 28. c. ij. §. vj. & esse hanc opinionem communem fatetur Syluest. verb. irregularitas. in fin. tamen si Pa. nor. in d. c. ad audientiam. & ibi Maria. Socin. iij. q. principali teneant irregularitatem propter homicidium iure diuino fuisse inductam, quæ quidem opinio minimē potest iure probari. Hinc planē constat, romanum pontificem posse dispensare su per hoc vitio irregularitatis ex homicidio cōtracta: sic ut dispē sare potest aduersus alias humanas leges, & pontificias. quod probat Inno. Hosti. Abb. Anania, & cōmunitur doct. in c. si cut dignum. §. vlti. de homici. & in d. c. ad audientiam. vbi Soc. nu. 95. Floren. in d. §. vj. Gon salus à Villadiego de irregularit. c. vlt. dicens, hanc opinionē communē esse, quā etiā sequuntur Syluest. in d. verb. irregularitas. ad fin. Albert. Trotius in tract. de vero, & perfecto clerico. ij. lib. c. 26. Tho. Ferrarius cautela 44. Ludo. Gomeci. in tract. expectatiuarum. nu. 88. In hoc tamen cōueniunt omnes, difficilimē obtineri hanc dispensationem à summo pōtifice, nisi pro eo, qui religiosus sit, vel esse velit in aliquo mendicantium religiosorū monasterio. quod ita fieri alleuerant Ludouicus Gomecius. in dict. numero 88. & Ioan. Staphilæus de literis gratiæ &

gratiæ & iustitiæ. fol. 193. col. ij. Idem in praxi receptum est, quoties homicidium voluntariū sit occultū omninō. Nam roma. pontifex consuevit cum hoc homicida dispē sare: saltem vt in susceptis ordinibus minister: quem admodum fatetur Ludouic. Gomecius in dict. nu. 88. id verō mirum non est: si quidem Episcopus dispensare potest cum homicida voluntario, si is sit omninō occultus quō ad ministerium altaris in susceptis ordinibus: authore Archid. in c. de his. 50. distin. & Frederico consi. 168. Anchar. in reg. peccati venia. de reg. iur. in vj. col. iij. text. optimus in cap. nisi cum pridē. de renunt. vers. si tamen culpa latet. eandem opinionē quō ad susceptos, & suscipiendos ordines sequitur Ang. in verb. homicidium. v. q. j. ex tenore. col. iij. de tempor. ordinat. eandem Abb. sententiā maiorem esse censet Alfonso à Castr. lib. ij. de potest. leg. pœna. cap. vlti. vers. tertia principalis conclusio. qui dum egregie quæstionē istam explicat, tandem probare conatur, nullam in hac specie contrahi irregularitatem, quasi iura pontificia statuentia irregularitatis pœnā homicidis, minimē eos homicidas cōplectantur: qui omninō sunt occulti, & quorū homicidium probari non potest aliter quā per earum confes-

sionem: quo fit, vt iuxta eius rationes necessaria nō sit in hoc casu dispensatio Episcopi. adducit ad hoc text. in c. exteriorē. de tempor. ordina. cui senescer non obesse text. in cap. vlti. eod. titu. & in cap. inquisitionis. in princ. de accusat. quippe qui loquantur in eo casu, quo crimina omninō occulta non sunt: sed possunt in iudicio saltē paucis testibus probari. Nos verō arbitramur, posse humana pōtificia constitutione induci irregularitatem in pœnā criminis exterioris, etiam occultissimi, quod nullis probari testibus valeat. nec video in hoc quidquam vrgere grauitē, vt contrariū defendi possit, hanc opinionem multis probarem, nisi & eam aliqui iam non semel in his, quæ hætenus scriptimus doctissimorū virorum auctoritate communitam tradidissim. Deinde illud mihi cōstituitissimū est, ius pōtificium irregularem constituere, & efficere homicidam exteriorē, etiā si is occultissimus sit, ad eō quidē, vt nullis testibus homicidii exterioris probari queat: hoc enim ipse deduco ex omnibus iuris canonici locis, quibus hæc fuit statuta irregularitas: etenim propter homicidij actum inducta fuit absque distinctione, an is occultus, vel publicus sit. Hoc ipsum euidentius fit, si consideremus, esse quædā crimina grauiā quidē, & ideo

digna depositione ab ordinis ministerio, eaque perpetua: quae tamen siue occulta, siue publica sint, non efficiunt eorum auctorem irregularem: nempe adulterium, falsi crimen, simonia in beneficio acquirendo commissa, peritium: ut notatur in cap. tuæ. de pœn. cap. at si clerici. §. vlti. de iudic. in his equidem criminibus est intelligendus text. elegans in dict. c. ex tenore. quo decisum est, non esse quenquam prohibendum à ministerio suscepti sacri ordinis, nec ad alios promotione: si crimine occultum sit, id est nondum in iudicium deductum per probationem, nec notorium, aut publicum aliqui quasi romanus pontifex responderit, non esse puniendum quem ob delictum occultum in his, quae pertinent ad sacros ordines, ea poena, qua puniretur, si id crimen notorium, aut probatum in iudicio foret. idem constat in cap. de his. in ij. §. dist. & probatur in regula expressim tradita in c. vlt. de tempo. ordina. quas responsiones, & iuris pontificij decisiones ipse procedere censeo, etiam si hæc crimina non essent omnino occulta, sed possent duobus testibus aut tribus probari: modo notorianò sint, nec in iudicio probata: sicuti factis in specie probat text. in d. c. vltim. Alia verò crimina sunt, quae ipso iure impediunt ordinis suscepti executionem, &

ad maiores promotionem: ut homicidium, simonia in ordine commissa, & his similia. in his profectò criminibus, & si ea omnino sint occulta, nec possint testibus probari, irregularitas adhuc iure pontificio contrahitur. hoc constat ex his quae prima huius operis parte de sodomizæ crimine diximus: & deinde in dict. c. vlt. de tempo. ordinat. vbi apparet, homicidium post peractâ poenitentiam adhuc impedire suscepti ordinis ministerium, & ad maiores promotionem, etiam si nec notorium sit, nec in iudicio probatum: sub hoc autem homicidio & illud continetur, quod est omnino occultum, modo exterius sit: igitur & hoc impedit sacri ordinis ministerium, & promotionem ad eundem. eadem opinio constat in cap. nisi cum pridem. §. persona. de renunti. quo in loco gloss. verb. later. & Anton. à Butrio hoc ipsum planè adnotarunt, & post alios Gonsalus à Villadiego de irregularitate, cap. dixi etiam. & cap. dixi ulterius. Henri. in cap. vlti. de tempo. ordinatio. sentiunt omnes in cap. inquisitionis. de accusatio. Nec refert posse delictum probari, vel non, modo ad actum exteriorem suapte natura probabilem processum sit, ut lege humana, & pontificia is actus comprehendatur, tametsi referatur quandoquæ an sit occultus, vel notorius

notorius quò ad plures iuris effectus. præter hæc mihi fat erit quòd ex homicidio exteriori contrahatur iure canonico irregularitas. qui autem dixerit hæc iura humana non esse intelligenda de homicidio omnino occulto per accidens, id necesse quidè erit, ut probet. Ex quibus ipse colligo ex auctoritate adhuc Panor. Angel. & sequacium, ex homicidio utcuque occulto contrahi irregularitatem, ab Episcopo tamen delebilem. etenim ipse Panor. in hac specie contractam esse irregularitatem fatetur: licet ea sit ab Episcopo delebilis per eius occultam dispensationem: quod Ange. & alij ita intellexerunt: tametsi Sylue. verb. homicidium. iii. q. viij. opinatur, hanc irregularitatem & in hoc casu non posse tolli per Episcopi dispensationem. Hinc illud mihi dubium est, quòd idem vir doctissimus Alfonso à Castr. in d. c. vlti. iii. conclu. vers. ex hac. opinatur asseuerans, filium presbyteri ex coniugata ita occultè genitum, ut non possit aliundè probari, quam per parentum assertionem, posse sine dispensatione promoveri, & beneficium curam animarum habens recipere. Contrariù siquidem tenent Antoni. in c. de fili. presby. & Gonsal. à Villadiego in tract. de irreg. c. dixi ulterius, quòd illegitimi. Atque ideo super hac decisione cogitandum amplius

esse censeo. Solet tamen romanus pontifex quandoquæ dispensare cum voluntario homicida, etià publico quòd ad altaris ministerium: hoc deimùm addito, quòd intra triennium minime altari ministret: & deinde extra locum, in quo homicidium perpetravit. sic sanè referunt, & testantur Ludouic. Gome. in d. tracta. expectatiuarum. nu. 88. & Ioan. Staphi. in dict. fol. 197. qui etiam scripsere, consueuisse summum pontificem absoluerè clericum à reatu homicidij, ac omnis labis, & infamiae macula eius occasione contracta, ut in pristinos honores restitueretur. poteritque hic homicida obtinere ex vi huius absolutionis beneficium simplex, si id sibi conferatur: c. ij. de clericis pugnant. in duello: non tamen hinc licebit, nisi aliud in absolutione fuerit expressum etiam in obtentis ordinibus altari ministrare: quòd ipse Ioan. Staphi. adnotauit. † Dispensat verò solus Papa cum homicida casuali, ut in sacris ministret, vel ad sacros ordines promoueat. Panor. in c. corinebatur. de homicid. idem & doct. maxime Maria. Soci. nu. 95. in c. ad audientiam. eo. tit. regia l. 57. tit. vi. par. j. licet tamen Episcopo dispensare cum quocunque homicida, ut in minoribus ordinibus iam susceptis possit ministrare: què admodum ex c. ad audientiam. & c. continebatur. de homicid. &

cap. ij. de cleri. pugnant. in duelo. notat in dict. cap. ij. Hosti. Ioan. And. Innoc. Cardinal. & Anani. quorum opinio magis communis est: tamen si quod ad homicidium voluntarium nullo sibi probetur. & ita eam in homicidio casuali tantum admittunt Abb. in dict. cap. ij. Socin. num. 95. & Felin. col. vlti. & ibi quoque Anania in dict. cap. ad audientiam. Ceterum haec intelligenda sunt quod ad ministerium ordinis: nam quod ad beneficium simplex obtinendum potest cum homicida, etiam voluntario Episcopus dispensare. tex. in dict. ca. ij. de cleri. pugnant. in duello, ubi frequentissime eius interpretes hoc adnotarunt. Soci. item & Felin. in d. cap. ad audientiam. Ioan. Staphil. de literis grati. & iustit. fol. 78. qui secus esse censet quod ad beneficium curam animarum habens, arg. tex. in cap. j. de fili. presbyter. in vj. tamen si Anan. in dict. ca. ij. etiam quod ad hoc teneat posse Episcopum dispensare. Quod si quis beneficium simplex habens, homicidium commiserit, possitque ex dispensatione Episcopi illud retinere: tamen si, etiam nondum mota lite, nec accusatione instituta, alter hoc beneficium impetraret in euentum priuationis non posset Episcopus dispensare, ut homicida illud beneficium retineret: quia ex premissa impetratione ius quod-

dam alteri iam sit quaesitum: nec ipse Papa absque huius iuris de rogatione visus foret alteri preiudicium facere: quod Domin. voluit in const. toc. colum. vlti. ubi hoc aliquot rationibus probat: & sequitur Ioan. Staphil. de literis grati. & iustit. fol. 78. colum. ij. Verum ad huius conclusionis intellectum premittendum est homicidam, etiam voluntarium, non esse ipso iure priuatum beneficio ecclesiastico, sed priuandum per sententiam. text. in cap. clericis. ne cleri. vel monac. notat Innoc. communiter receptus in cap. cum nostris. de concess. praeb. nam & eius opinionem communem esse asserunt Anania & Felin. in cap. inquisitionis. col. j. de accusat. Anton. Corset. in singu. verb. sententia. norant Capella Tolosana. 207. Felin. in cap. ij. col. iij. de rescrip. & in cap. scilicet status. col. j. eod. tit. Prepo. in cap. studeat. 50. dist. 10. Bernardus in pract. c. 88. Item est ad hoc ipsum adnotandum, quod eundem voluntarium homicidam, qui que per sententiam priuandus est beneficio renutiare prius quam condemnatur. glos. elegans in c. ij. ut lite pend. verb. finita. lib. vj. quam docto. in ibi sensim probant. & Ferr. caute. 44. glo. in regul. Cancellar. 27. Rebuff. in tract. de pacifi. poss. nume. 261. Felin. in d. inquisitionis. col. iij.

Rota in

Rota in antiquioribus quinta de re iud. Ludouic. Gomec. in regu. de Annali possessore, quaestio. 42. nume. 3. Chassan. in conf. 44. nu. 22. Philippus Prob. in additionibus ad Monachum, in cap. Alma mater. de sent. ex com. nu. 6. Quidam tamen existimant, hanc renuntiationem impediri, si quis prius impetrauerit à summo pontifice beneficium homicidam in euentum priuationis quod Domini. in dict. conf. 105. tenet in hac specie opinatus, renuntiationem istam nullam esse in hunc sensum, ut possit postea huius tractari, & lata priuationis sententia renuntiatione fiat inutilis. Contrarium tamen in hoc ex dict. glo. probat conati sunt glo. in dict. reg. cancella. 27. col. 4. Chassan. in dict. conf. 44. nu. 22. Ioan. Staphil. de literis grati. & iustit. fol. 64. Prob. in d. nu. 6. Rota praecitata v. in antiquioribus tit. de re iudic. Ant. Butrius in conf. 43. Aufer. in additionibus ad Capellam Tolosana decisi. 436. Lud. Gomec. in reg. de Annali q. 42. nu. 4. quibus multum accedit decisio Aegydi à Bellamera decisi. 739. Horum opinio magis recepta est sicuti ex praedictis auctoribus apparet. Nec iure admittendum est quod ipse Dominicus probare vult: nempe, post hanc renuntiationem, aut alia vacatione beneficij aliter quàm per priuationem cōtingentē posse iudicē procedere ad priua-

tionē. etenim hic processus iam inutiliter: cum ipse, aduersus quem priuationis sententia ferenda est, non obtineat, nec possideat beneficium: atque ita visum est Rotae in nouis. 491. & Lud. Gom. in d. reg. de Annali. q. 42. nu. v. sic nec ipse Dominici altera ratio vrget, scilicet quod non possit fieri renuntiatione, nec dispensatio in praedictum eius, cui ius quaesitum est. Nam illud est verum ubi agitur de praedictio iuris pure quaesiti: non autē ubi ius quaesitum est conditionale, & incertum: secundum Roma. conf. 256. Lud. vic. Gomec. in d. q. 42. & in reg. de non tollendo iure quaesito, q. 3. quo in loco multa ad hoc allegat. Carteri quod Ant. à Butrio in dict. conf. 43. addit, hanc renuntiationem esse nullam, quod ea facta fuerit post teiuentiam prioris impetrationis: quasi ea in fraudem fiat. capit. ij. de renuntiatione in 6. mihi dubium est, imò falsum videtur. Nam qui renuntiat, iure suo vitur: & ideò nullam fraudem committit: quippe qui sibi ipsi cōsulturus, vel amico, vel consanguineo, eidem beneficio renuntiet, non ut noceat impetranti. etenim in dict. ca. ij. manifeste colligitur fraus renuntiantis, qui non, ut sibi cōfuseret, sed ut impetranti noceret maximis comesturus ad id existentibus, renuntiat beneficio. atque ideò in specie fraus excluditur: habet que rationem aliquam illa decisio à l. Felix in ca. vbi Bald. ff.

solut. matri. notat Boerius in tra-  
ctat. de legato. fol. paruo. 26. qui-  
bus addendus est Barb. in consi.  
60. lib. 4. col. 1. & 2. Potissimè  
hæc Butrij opinio non sibi satis  
constat: siquidem ipsemet opina-  
tur, renuntiatione istam factã  
ab ignorante validam esse, etiã  
si prior impetratio haberet de-  
cretum irritans: & tamen hoc de-  
cretum ahuc ignorantes afficit.  
capit. dubium. de præb. in 6. ca.  
j. §. ad iudicabatur. de cõces. præb.  
eo. lib. vbi hoc communi omnium  
consensu receptum est: & tradi-  
tur in capitul. si eo tempore. de  
electio in 6. in glo. ignoranter.  
& in cap. si postquam. de præb.  
eo. lib. per Card. in cle. j. q. 18. de  
electione, & alios in plerisque  
locis. Igitur Domini responsu-  
m non est ita simpliciter ad-  
mittendum: sed tunc demũ, quã-  
do in prioris impetrationis litem  
expressim sit appositũ, quod  
renuntiatio hinc pendente facta  
ab ipso priuando cedat in vtili-  
tatem impetrantis: cuius clausu-  
læ meminere Ioan. Staphilæ. in  
dict. folio. 64. & Probus in dict.  
c. Alma mater. Solèteque conce-  
di, at literis clausula ista adscri-  
bi post primam priuationis sen-  
tentiam: non antea: vt ipse Sta-  
philæus: testatur, & nisi fallor, ex  
hoc minimè tollitur Episcopo  
dispensandi potestas: ipsaque dis-  
pensatio impedit priuationis  
sententiam: quidquid contrariũ  
senferint Domi. & Ioan. Staphi-  
læ. in dict. fol. 78. His verò, que

de dispensatione super hac irre-  
gularitate diximus, allud libet  
adiecerim, quod in praxi maxi-  
mam conferit vtilitatem: nempe  
posse dispensare in hac irregula-  
ritate contracta ex homicidio,  
quod per iudicem, aut iustitiã  
ministros fuerit commissum, eũ  
qui potestatem habuerit dispen-  
sandi super irregularitate con-  
tracta ex homicidio casuali. Nã  
quò ad hoc, homicidium istud  
casuale censetur: quippè nullam  
culpam, imò meritum habeat.  
quod Caieta. adnotauit in sum-  
ma, verbo, irregularitas. in fin.  
tamen si hoc homicidium volun-  
tarium verè sit, licitum tamen,  
vt satis constat. Atque hæc dicta  
sint de homicidio voluntario:  
de irregularitate ex eo contra-  
cta: & de dispensatione super  
hoc impedimento impetranda,  
à quo scilicet petenda sit. Reli-  
quum erit de homicidio casuali  
tantisper agere, ad pleniorẽ  
huius tractatus examinationẽ.

Ex §. sequenti.

- 1 Homicidium casuale, quid sit?
- 2 Irregularitas oritur ex homicidio casuali cum distinctione operis illiciti, & liciti. que in hoc §. latius explicatur, quã fuerit à doctoribus tradita.
- 3 Chirurgus, an irregularis sit? & de medicis: chirurgis que clericis: & an medicus imperitus puniatur de morte & groti?
- 4 Intellectus capitul. sicut. de homicidio & nume. decimo.

Intellectus

- 5 Intellectus cap. dilectus. de homicidio. & nume. decimo.
- 6 Intellectus capitul. exhibitæ. de homicidio. & ibi de actu disci perpenusus Homeri locus.
- 7 Sphæra ludus apud Homerum exponitur ad Iulij Pollacis interpretationem, aduersus Erasmiũ.
- 8 Intellectus capitul. continebatur. de Homicidio.
- 9 Latissima culpa, an efficiat quem irregularem?
- 10 Multa aduersus communem Canonistarum distinctionem de opera licita, & illicita ad casuale homicidium traduntur: & inibi vera resolutio.
- 11 Habens in domo leonem, aliã mujeram, an sit irregularis, si ea hominem occiderit.

§. Quartus.



**M**OMICIDIũ † autem casuale illud dicitur, quod casu præter intentionẽ, committentis, vel causam datus cõtingerit. Nam secundũ Arist. 2. Phy. casus, est causa agens, præter intentionẽ. cuius rei gratia subijciam hoc in loco S. Tho. dist. 2. q. 64. art. 8. Ea inquit, quæ casualia sunt, simpliciter loquẽdo nõ sunt inuenta, nec voluntaria. Et quia omne peccatũ est voluntariũ secundũ Augustinũ, cõsequens est, quod casualia in quãtũ huiusmodi nõ sunt peccata: cõtingit tamen id quod nõ est actu, & per se volitũ, vel intẽtũ, esse per accidẽs vo-

litũ vel intẽtũ, secundũ quod causa per accidẽs dicitur remouẽs prohibẽs. † Vnde ille, qui nõ remouet ea, ex quibus sequitur homicidiũ, si debeat remouere, erit quodãmodò homicidiũ voluntariũ. Hæc Tho. qui statim sequitur, & probat cõmunẽ Canonistarũ distinctionẽ, quæ solet in homicidio casuali adhiberi in hũc sanẽ modũ, vt qui dedit operam rei illicitæ, si casuale homicidiũ sequatur, irregularis sit: siue adhibuerit diligentiã, quã potuit, nõ sequetur: siue negligẽs fuerit. Is verò qui dedit operã rei licitæ, tũc deniq; sit irregularis, cũ nõ adhibuit eã diligentiã, quã potuit, & debuit adhibere, nõ homicidiũ casuale sequeretur. Hæc opinio ex pluribus iuris Põsticij decisionib; exponit gl. in c. sicut dignũ. §. vlt. verb. cõsilium. & in c. cõnnebatur. de homicidio: & vbiq; doct. cõmuniter. Caieta. post S. Tho. in d. art. 8. vbi elegãter scribit, hæc distinctionem quod ad irregularitatẽ esse admittendã: nõ tamen quod ad peccatũ: siquidẽ ille, qui dat operã rei illicitæ, si adhibuit diligentiã, quã debuit, & potuit, nõ homicidiũ casuale sequeretur: & nihilominus casu id cõtingerit, erit reus illius actus illiciti, cũ dabat operã: nõ tamẽ homicidiũ: sicut nec quod ad peccatũ erit homicidiũ reus, qui dedit operã rei licitæ & aliquã absq; dolo culpã habuit: tenetur tamen pœnitere. gl. Abb. Ana. & Fel. in c. presbyte-

run.de homicid. text. optimus in cap.vlt.xv. q.1. Alfon. à Castro lib.2.de potestat. legis pœnalis, cap.14. vers. secunda propositio. Eandem Canonistarum distinctionem sequitur Albert. Trotius de vero & perfect. cle. lib.2. capitul.27. Gonfalus à Vil ladiego de irregular. c. de per cussore. col.6. Soc. in cap. ad audientiã. de homic. nu. 48. & post alios Syluester, verb. homicidiũ ij. col. .i. cui equidẽ distinctioni ad eius probationẽ aptandi sunt aliquot iuris humani responsa.

¶ Primũ ad prioris partis exemplum adduci solet text. in cap. tua nos. in princip. de homicid. etiam monachus, qui tu nõrẽ pietatis causa ferro aperuit, quia vulneratus mortem obiit, irregularis censetur: & tamen omnem diligentiam adhibuit, quã chirurgus peritissimus adhibere tenebatur. Etiam, vt medicus non teneatur de morte infirmi, aliquot sunt necessaria. Primũ quod ÷ sit peritus in ea professione, & arte. l. illicitas. §. sicuti. ff. de off. præsid. Secũdũ, quod admoneat infirmum, vt præcaueat ab his, quæ sibi sunt nocumento futura. text. in dict. c. tua nos. Nec tamen tenetur semper, & continuò adesse ægrotò: secundum Host. Anchar. & doct. in dict. cap. tua nos. nisi ægrotus propter maximũ ægritudinis periculum custodia indigeret: tunc equidem tenetur medicus vel præsens esse, vel admonere,

vt diligenter custodiat. Sic Host. censet in Summa de arar. & qual. §. ordo. vers. ex post facto, quem refert, & sequitur Ripa in tract. de peste, parte vit.6. Medicorũ nu. 48. quo in loco multa adducit de medicis imperitis an & hi teneantur, si infirmus ob eorum culpam moriatur. est enim text. in dict. capit. tua nos. qui probat, his mortem ægroti imputari. idem constat in dict. §. sicut. vbi Alberic. existimat, medicum imperitũ, cuius causa ægrotus mortem obiit, pœna extraordinaria, nõ ordinaria puniendum fore. l. ij. §. j. ff. de sic. notat Ripa in dict. §. medicorũ. regal. 6. tit. 8. part. 7. vt hinc merito Louianus Pontanus dixerit in Charonte, Liberius medici viuunt, vt quibus permissum sit hominem impunẽ occidere. Medicos enim non modò lex absoluit ab homicidio: verũ merce dem quoque eis statuit. Hęc Põtanus. Igitur cũ in specie dict. c. tua nos. monachus scẽntiam illam admonuerit, vt à vento caueret, & ipsa vento exponens seipsam mortem obiit, appareret, non alia ratione monochum illum censeri irregularem, quã quod operam dederit illicitẽ non simpliciter, sed sibi: quia chirurgus esse non poterat. textus est in cap. sententiam sanguinis. nõ cleric. vel mona. Nullus, inquit, clericus ruptarijs, vel ballistarijs, aut huiusmodi viuis sanguinum præponatur: nec vllam

Chirurg.

Chirurgiẽ artem subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceat, quæ aduersionẽ vel incisionem inducit. Qua ratione Panor. ibi col. penult. & final. ac Paulus Parisius consil. 96. col. vlti. lib. iij. tenent, clericum in minoribus constitutũ beneficium ecclesiasticum habentem irregulare esse, si ex chirurgiẽ officio, cui operã dat, aliquis mortem obiit absque eius culpa. quippẽ artem sibi interdictã exerceat. Hic est ergo verus in tellectus ad text. in d. c. tua nos. sicuti gl. subobscurẽ, & doctor. manifestẽ inibi tradiderunt. Quorum opinionem ipse censeo verã esse, quoties ægrotus moriatur ex causa alicuius aduersionis, vel incisionis à chirurgo illate. Nã si chirurgus nullam aduersionem, nec incisionẽ fecerit, & tamen ab alio vulneratus, aut alioqui ægrotus moriatur absque culpa chirurgi, vel si à chirurgo aduultus, aut incisus, non ex occasione incisionis, vel aduersionis, sed ex ipsa graui, ac lethali ægritudine mortem obiit, nulla contrahitur irregularitas: quod satis constat ex constitutionibus ad hanc rem paulò ante citatis. His omnibus illud libet addiderim, quod clericus in minoribus constitutus ordinibus chirurgiẽ artem exercens poterit coram seculari iudice conueniri pro negligentijs, & culpis commissis in eius artis viu.

notat optimẽ Ioan. Gallus in q. 156. Hinc inferitur, quod si laicus, aut clericus in minoribus chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgiẽ operam daret, atque ex aliqua incisione absque eius culpa ægrotus periret: non esset irregularis censendus: notant Cardinal. in d. c. tua nos. & Maria. Socin. in c. ad audientiã. de homicid. numer. 31. Sic & idem Cardinal. in d. c. tua nos. j. colum. scribit, quod si monachus, aut clericus exerceat medici artem, & peritus esset: attamen absque eius culpa casu, infirmi & ægroti moriantur, non esset is irregularis: quippẽ operam daret licite rei: & quæ non est interdicta: ad aures de ara. & qualita. Nam ibi consultit romanus pontifex, quod hic ad ordines non promoueatur, si is consecratiam habet læsam alicuius culpæ: quasi liberẽ permissum iure sit ad ordines sacros promoueri, vbi medicam artem absque culpæ suspitione exerceat. Ex his etiam apparet, eum irregularem esse, qui infirmi, & ægroti curam habens, dederit ei aliquam portionem abque medicorum mandato, aut cõtra eorum prohibitionem, si ægrotus ex hoc mortuus fuerit: notant Innocent. & doctor. in d. c. tua nos. & Maria. Socin. in d. c. ad audientiã. numer. 32. Pari sane ratione qui ægrotũ in mortis agone nimis anxii in aliud Relect. Didac. Couar. Q

*bonifacius  
in. Ra. de  
num. Jaco.  
n. 99.*

reoluat latus, ut citius moriatur, & ne magis crucietur mortis tormentis, irregularis erit. quod Socin. in d. numero 32. scribit. ac Panormita. in c. sententiam sanguinis. ne cleri. vel monac. Confalsus à Villadiego de irregularita. c. de percussio. re. colum. v. post Specul. titu. de dispensatione. §. iuxta. versicul. quid si alius infirmum. Hi vero authores, etiam irregularem esse opinantur eum, qui à vulnerato sagittam extraxerit, si ex hoc ipse vulneratus moriatur. Quorum sententiam ego admitterem, ubi in extrahendo sagittam, aliquam culpam habuerit: quia non seruauit modum ab huius rei viris peritissimis prescriptum, vel operam dederit rei sibi illicitæ, & interdictæ: alioqui non est omnino vera prædicta opinio.

¶ Secundo in eiusdem prioris partis probationem expenditur 4. text. in c. sicur. de homicid. ubi illicitè ludens cum foemina prægnante censetur irregularis, si ex hoc lusu casu contigerit foetus animati abortio: tamen si nullam culpam in eo ludo homicidio præstiterit: sic etenim illud responsum interpretatur, ex eo, quod ludens cum muliere prægnante commercium carnale cum ea haberet, aut habere consueuisset. quasi hæc irregularitas minimè contraheretur à fratre, vel consan-

guineo, qui cum foemina prægnante licitè eodè lusisset modo. Sed & hanc posteriorem sententiam horum authorum non aliter veram esse opinor, quàm si quis cum muliere, etià consanguinea, prægnante tamè, consensu luserit: alioqui irregularis erit propter culpam in ipso ludendi modo commissam. quod boni viri arbitrio necessario est committendum.

¶ Tertiò ad idè còducitur text. in c. dilectus. de homi. quo decisum est, nõ esse clericum irregularem, qui cum equitare, absque eius culpa pueri equi impulsu occiderit: quia operam daret rei licitæ: igitur si operam illicitæ rei dedisset, & is casus contigisset, foret irregularis. eadè ferè responsio traditur in c. significasti. in j. eod. tit. vnde si quis contra prohibitionem equitaret, ac denique operam daret rei illicitæ, & accideret quod in prædictis responsis continetur, foret planè irregularis. quod Caieta. scribit in d. q. 64. artic. viij. versic. vnde si religioso. de quo paulò post disputabitur. Obiter tamè est adnotandù, hanc opinionem Caietani deduci ex mente omnium Canonistarum in d. c. dilectus. & in d. c. significasti. Posterior autè distinctionis pars constat ex eodem c. dilectus. & c. significasti. quibus apparet, dantem operam rei licitæ nõ esse irregularem, si absque eius culpa hominis mors casu

sequatur

sequatur. Hinc sanè fit, vt casus contingens ex feritate equi nõ imputetur fessori, qui nullam culpam habuit. idem probatur ex l. j. in princip. ff. si quadru. pauperie fecit. dicitur. notat Bald. text. in d. c. dilectus. ad hoc in consil. 442. lib. iij. l. idem iuris. §. j. ff. ad legem Aquiliam. §. impetu quoque. in situ. de lege Aquil. regia. l. iij. & v. titu. viij. part. vij. l. vij. tit. 17. lib. iij. fori. l. 15. titu. 13. lib. viij. ordi. & l. vj. tit. 15. part. vij. Ad eandem partem pertinet text. in c. presbyteri. de homi. ubi magister operam de licitæ præstans, & exhibens, si discipulum percusserit, culpam habens in excessu correctionis, est irregularis morte inde sequuta: propter culpam enim continetur, quia excessit in correctione. l. præceptoris. ff. ad legem Aquilia. l. sed et si. §. vlti. ff. eod. titu. l. item queritur. §. idem Iulianus. ff. locati. l. ix. tit. vij. part. vij. tenebitur enim iuxta modum culpæ, vt in dictis legibus probatur. At si nullam habuerit in excessu culpam, nequaquam tenebitur de homicidio casuali inde sequuto: quod doctores omnes videntur in d. c. presbyteri. adnotare, etiam quò ad irregularitatem: quicquid Felin. sibi contrarium probare conetur, nume. iij.

¶ Tertiò eadè posterior pars probatur in c. ex literis. in ij. & c. Ioannes. de homicid. quibus in locis non est irregularis qui

dum pulsaret cāpanas, aut eas tolleret, casu quodā absque eius culpa homicidio causam dederit. etenim non est irregularis: quippe qui operam daret rei licitæ. quod si pulsatio cāpanarum esset aliqua ex causa illicita: profecto fatentur omnes vtrobiq; irregularitatem contrahi, si absque culpa pulsantis vel cāpana, vel tintinnabulū ceciderit, & aliquem ad mortem læserit. Id vero mihi satis dubium est sicuti statim traderetur. constat tamè, irregularem esse, qui ad seditionem & arma pulsauerit campanam, & inde fuerit ex prælio inuito aut pugna sequuta mors. cum maximam huic morti causam dederit. Nec tamen admissum, eum irregularem esse, qui campanam pulsauerit in signum quod aliquis est furca suspendendus, aut à ministris iustitiæ iugulandus: tamen si contrarium notauerunt doctores in dicto capitulo Ioannes. & Soci. in cap. ad audientiam. de homicid. nume. 8. falsum enim id est: cum hic nec causam propinquam, nec remotam dederit morti, aut homicidio: sic nec ille erit irregularis, qui ligna, aut stramenta dederit ad comburendum hæreticum iam mortuum: quod si viuus foret comburendus hæreticus, esset irregularis qui ligna ad combustionem ministraret. Card. in hac cle. ad fin. idem & Felin. in c. sicut dignum. de homi. §. hi quo-

que. Soci. in d. c. ad audientia. de homicid. nu. 62. Paluda in iij. sent. dist. 25. q. iij. Specular. tit. de dispensa. §. iuxta. nu. 4. 4.

¶ Quarto hinc deducitur intellectus ad t̄ text. in c. exhibit. de homicid. vbi non censetur irregularis ille, qui misit ludendo lapidem in alium: & is à lapide fugiēs, ac demum proci dens in alterum lapidem caput offēdens, culpa medicis mortem obierit. Nam qui misit lapidem operā dabat rei licitæ, nec aliquam culpam habuit, quam ipse prævidere potuisset: idcirco homicidium casu contingens et minimè imputatur. quod si culpam habuisset: quia lapidem ita grauem misit, vt non fugientis vulnus posset infēri periculofum, tūc irregularis esset qui lapidē misit: sicuti notant Inno. Abbas, Anania, & doct. ibi. quibus suffragatur in simili decisio Bart. in l. si gemina. ff. arbor. furrim. casar. de quo tantisper egimus in hac parte. §. ij. nu. 9. quidam tamen, præferrim Abb. & Anania in d. c. exhibit. consent, ludum illum proijciendi lapides esse licitum inter pueros, licet inter maiores esset reprobis, quia noxius. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. ego verò quories agitur de ludo proijciendi lapides ad offēnsionē, opinor nec inter pueros, nec inter maiores licitum esse: quia noxius est: tamen t̄ qui eo in ludo alterum

occiderit, aut percussit, non sit puniendus pœna ordinaria, si consuetudine is ludendi modus. eāve pugna fuerit inducta quod notant Ancha. in c. cum venerabilis. de consuet. idem in consil. 283. Cretens. in singul. 149. Corpola in cons. 30. facit ad id glo. in d. c. eum venerabilis. & in c. denique. iij. dist. vbi Præpo. glo. in c. sanē. de tempo. ordinat. & que latē tradit Rochus Curtius in c. vlti. de consuet. folio paruo. 14. Hippo. in l. j. limit. 19. ff. de scar. Iason & Purpurat. nu. 113. post Bart. in l. singularia. ff. si cert. pet. ex qui bus ipse colligo, consuetudinē prauam nō excusare, etiam in foro iudiciali à tota pœna: sed bene ad aliqua parte pœnæ: nē pē à pœna ordinaria: notat & Marti. Azpilucta in c. confideret. §. tanto. de pœnit. dist. v. licet prædictæ glo. & voluerint, simpliciter consuetudinē iniquam excusare à pœna, non à peccato. Potuit sanē ludus proijciendi lapides licere, si is conigerit ad vires corporis, & industriam experiundas: nō quidem ad nocendum, sicuti de iactu disci, solet adnotari: cuius Homerus meminit Odyssæ θ & sic lib. viij.

Τὸν γὰ περιτρέψας ἤκε σι  
βαρὺς ἀπὸ χειρὸς,  
βέμβησεν Δὲ λιθὸν κατὰ  
δ' ἐπιήξαν ποτιγαίη  
ὄαν

φάνηκες Δολιχέρῃ μοι ναυ-  
σίκυλοισι ἄνδρες  
λαὸς ὑπὸ ριπῆς. ὁ δ' ὑπὸ ρ-  
πιανο σήματα πάντων.

Quem locum ita latinè tradidit Erasmus Chiliade. iij. cēturia. v. prouerbio. 4. 1. Rex aut asinus:

*Versatum hunc valida submisit  
in aera dextra.*

*Inonuit lapis. ast in humum formidine sidunt.*

*Phæces gens gnara maris, tatisibus  
que superba.*

*Ob saxi iactum. verum id procul  
omnia signa Transuoluit.*

Erat autem discus lapis orbicularis, quē exercitij gratia iactare solebant plerunquē. scribitque Didymus in cōmentariis ad Homerū, discum habuisse in medio funem, quo contorquebatur. vt maiori impetu emitteretur. huius ludi meminit & Martialis lib. 14.

*Splendida cum volent Spartiani  
pondera disci,*

*Esse procul puer: sit semel ille nocēs.  
Itē & Plautus in Bacchidibus.  
Ibi cursum, luctando: hās tā, disco, pugillatu, pila.*

Hoc autē in loco libenter Ictorē admonēo, t̄ Erasmi virū alioqui Græcæ, & latinæ linguæ peritissimū, in dicto prouerbio nō satis diligenter Homeri locū expendisse. Etenim cū Iulij Pollucis ludum de pile iactu explicaret: qui lib. 9. ita inquit: Vrania verò sic habet:

aliquis resupinans sese spherā in cælum mittit, reliquis autē certamē erat, vt eam priusquā in terrā recideret, raperent: id quod in Phæacibus significare videtur Homerus. hæc Pollux. Erasmus existimat, Pollucem Homeri locū citare, quē modò de iactu disci nos tradidimus: cū satis differat à disci iactu, ludus spheræ, cuius Pollux meminert. est igitur locus, quem Pollux indicat, apud Homerum in eodē lib. viij. Odyssæ:

Ὅϊ δ' ἐτέε οἰν σφῆραν καλήν  
μετὰ χερσῶν ἐλοῖτο

Πορφυρέην. τὴν σφῆραν πόλυν  
βῆ ποιήσει δαιφρων.

Τὴν ἕτερην ῥιπίασεν ποτὲ  
μέγαρα σκιδεντα

Ἰδναθὲς ὀπίσω. ὁ δ' ἀπὸ  
χθονὸς ὑψὺς ἀεθέρας

Ῥηϊδίως μεθελεσκε πάρος  
ποσὴν ὀύδας ἰκέσθαι.

Hæc latinè ad verbum:

*Hi igitur postquā pilam pulchrā  
in manibus acceperunt*

*Furpuream. quam ipsis Polybus  
fecerat prudens:*

*Hanc alter iaciebat ad nebulas  
vmbrosas*

*Flexus retrò. alter autem à terra in  
altum eleuatus,*

*Facile accipiebat, antequam pedes  
ad pausimentum venissent.*

Vtebantur autē & veteres discō ad hoc exercitiū ferreo, isq; appellabatur, auctore Eustathio, solos. idem commemorat

Ludo. Caelius. lib. j. lec. antiq. 13.  
 c. 12. Hispani dicimus *Herron*.  
 ¶ **Q**uanto ex eadē conclusio  
 deducitur vera interpretatio  
 ad ↑ tex. in c. cōtinebatur. & in  
 c. lator. de homi. etenim in prio  
 ri casū homicidium casu cōtin  
 gens. irregularitātē induxit: in  
 posteriori verō nō inuimē, & ta  
 men vtrobiq. dabat quis operā  
 rei licitæ. Est igitur discrimi  
 nis ratio ex culpa cōstituenta:  
 siquidē eo casu, quo irregulari  
 tas inducta est, qui dabat operā  
 rei licitæ culpam habuit: quia  
 nō adhibuit diligentiam, quā  
 debuit in præcauēdo homici  
 dij casum: at in altera specie eā  
 diligentia adhibuit: atq; ideo  
 nō efficitur irregularis: secun  
 dum cōmunem omnium senten  
 tiam, post glo. ibidē. quo fit, vt  
 ex d. c. lator. satis probetur, pa  
 lestiq; ludum licitū esse, etiā cle  
 ricis: Constat sanē hunc ludū,  
 & ei similis exercendē virtutis  
 causa licitos esse. l. solent. ff. de  
 alex. lusu, & aleat. imō si quis  
 hoc in ludo vsus defensione, &  
 natura ludi, ne victus. euadat,  
 alterū occiderit, nō tenebitur  
 de homicidio. l. qua actioe. §. si  
 quis. l. i. ex plagis. §. cū pila. ff.  
 ad leg. Aquil. glo. Alberi. & Ia  
 son in l. in executione. §. vlti. ff.  
 de verb. oblig. Deci. cōsi. 9. So  
 ci. conf. 16. lib. j. Hippo. in prac.  
 §. vltius. nu. 9. qui ad hāc rem  
 multa tradidē. Ipse quidē opi  
 nor, ludos causa exercēdarum  
 vltium tunc clericis saltē consti

tutis in sacris licere, quosies hi  
 ludi nō sunt cōmuni hominū  
 iudicio periculosi ad vulnera,  
 vel mortē. quod ex multis pro  
 batur, quæ notari solēt in c. j. &  
 c. sententiā sanguinis. nē clerici.  
 vel monach. & in c. j. de tonea  
 mēt. Atq; hæc dicta sunt de his,  
 qui operā dederūt rei licitæ: &  
 tamē censentur irregulares pro  
 pter culpam cōmissam in non  
 præcauēdo ea, quæ poterant ho  
 micidio causam dare. Nec ta  
 men culpa leuissima hoc in ca  
 su est sufficiens ad irregularitātē  
 sicuti probat tex. in c. quæstū.  
 de pœnit. & remiss. vbi Panor.  
 hoc notat & Gonzalus à Villa  
 diego de irregularit. c. de per  
 cussore. col. vij. Rauēna in d. c.  
 quæstū. Angel. verb. irregulari  
 ritas. §. ij. Syluest. verb. homici  
 dium. ij. col. ij. & in §. 23. & li  
 cēt glo. in c. significati. in j. de  
 homici. teneat, culpā leuissimā  
 eius, qui rei licitæ operā dabat,  
 imputari ad irregularitatem  
 exempla tamen, quæ illi opi  
 nioni aptauerunt Hosti. & Io.  
 Andre. potius pertinent ad cul  
 pam leuē, quā ad leuissimā.  
 atq; ita ipse opinor veriorē esse  
 opinionē Abb. qui eam intelli  
 git, vbi culpa leuissima cōtinge  
 rit in omitendo: nam si in cō  
 mittēdo contigisset, sufficeret  
 ad irregularitātē. text. optimus  
 ad hoc in can. consuluisti. ij. q.  
 v. & ibi gloss. quibus accedit,  
 quod leuissima culpa cōtingēs  
 in cōmittēdo, ad leuē culpam  
 pertinet,

pertinet. gl. in l. lege Cornelia.  
 ff. ad Syllaniam. cuius nos memi  
 ninus in epitome ad quartū  
 Decret. ij. part. c. vj. §. viij. nu. 13.  
 posset etiam leuissima culpa  
 sufficere ad irregularitātē, licēt  
 ad omissionem pertineret, vbi  
 quis mercede conductum tene  
 retur ad diligentiam exhiben  
 dam. quod probatur ex ratio  
 ne text. in l. qui mercedem. &  
 ibi Bart. ff. loca. Barto. & Paul.  
 in l. domus. ff. eod. titu. ex quib  
 us constat, teneri eum de le  
 uissima culpa, qui mercede cō  
 ductus tenebatur ad diligentia  
 adhibendam. sic & in hac spe  
 cie irregularitatis visum est Syl  
 uestro in d. verb. homicidium.  
 ij. §. 15. secundum quæ sunt in  
 telligenda quæ tradita fuere  
 ab Anania, in c. dilectus. de ho  
 micidio. col. vlti. & versic. con  
 sidera. Ex his ipse infero homici  
 dium à persona priuata com  
 missum, nusquam imputari ad  
 irregularitātē, nisi habeat ali  
 quā peccati malitiā, & culpam.  
 Nam qui omninō excusatur à  
 peccato homicidij priuati, etiā  
 excusabitur à pœna irregulari  
 tatis proueniētis ex homicidio  
 priuato. c. ad audientia. de ho  
 mici. cui accedūt & omnia, quæ  
 paulō antē explicuimus. notat  
 in specie illationē istā Paluda.  
 in iij. sent. dist. 35. q. j. art. iij. &  
 Alfonsus à Castro lib. ij. de po  
 tēt. leg. pœnal. c. 14. vers. prima  
 principalis cōclusio. & in vers.  
 secūda propositio. & rursus col.

vlt. quia irregularitas homici  
 dij, licēt in persona publica cō  
 stituitur sine peccato, cū nihi  
 lominus sit voluntariū: in per  
 sona tamē priuata semper pec  
 catū aut culpam aliquā exigit:  
 siquidem alioqui esset omninō  
 inuoluntarium homicidiū, sal  
 tem casuale sine culpa, quod  
 nō inducit irregularitātē: vt cō  
 stat ex toto titu. de homicidio.  
 Hinc etiā constat, q; licēt alio  
 qui causa propinqua, nō remo  
 ta, sit considerāda. gl. cōmuni  
 ter recepta in cap. de cætero. de  
 homici. gl. in l. si mulier. ff. rer.  
 amotar. & causa propinqua sit  
 illa, quæ damnū dat, non acce  
 dente alia extrinseca causa. l.  
 qui domū. ff. locat. notat Abb.  
 in c. discretionem. de eo, qui co  
 gno. confang. vxor. sue. quæ  
 dem causa dicitur aliter imme  
 diata: vt explicat Deci. in au  
 then. Præterea. C. vnde vir &  
 vxor. col. viii. Bartol. in l. j. ff. de  
 actio. & obliga. Cagnolus in  
 rubr. ff. siue in Procemio Pan  
 dectarum col. j. omnium latissi  
 mē Andreas Tiraque. in libel  
 lo de causa cessante. limitatio  
 ne 20. attamen ad culpam ali  
 quam, saltem eam, quæ suffi  
 ciat ad irregularitatem consti  
 tuendam, non est semper ne  
 cessaria causa immediata, aut  
 propinqua: imō sufficiet alia  
 causa, modō sit nō admodū,  
 vel omninō remota. quod bo  
 nus vir arbitrabitur. Cæterum  
 de homicidio casuali contingē

ti ex eo, quod quis dabit operam rei illicitæ illud est omnino communi omnium sententia definitum, ut irregularitatem inducat, etiam si id casu & præter voluntatem, ac intentionem acciderit, & adhibita fuerit diligentia, quæ ad id præcauendum adhiberi potuit, ac debuit. Cuius conclusionis veritatem libenter quædam argumentatione expendam. Etenim aut hæc irregularitas oritur ex illa culpa, quam quis habet in eo, quod operam dat rei illicitæ: aut ex illa, quæ contingit in negligentia non præcauendi quæ homicidio casuali poterat causam dare. non oritur ex posteriori, ut omnes fatentur: quia itidem constituitur irregularitas, etiam si qui dabit operam rei illicitæ adhibuerit diligentiam, quæ debuit præcauendo, quæ nocere potuissent, & quæ præcauere potuit, ac tenebatur. Igitur irregularitas oritur ex priori culpa. Quod si ex priori culpa oritur, id mirum est: cum ea culpa nullo pacto ad homicidium pertineat: sicuti diximus in principio huius paragraphi. etenim qui illicitæ, & contra iuris prohibitionem equitaret, ac omnino adhibuerit diligentiam, quæ debuit, ne equus alicui noceret in ipso incessu, & cursu: atque nihilominus casu minimè præcogitato aliquem occiderit equis: erit hic reus illius contrarietatis, quæ commisit: non tamen homicidii, quod ad culpam, unde

fit, ut debeat hic liber ceteri ab irregularitate proueneri ex homicidio à persona priuata commisso. Quod paulò ante probauimus. Rursus si ex priori culpa hæc irregularitas datur, patet multis in casibus esse constitutendam, de quibus viri vtriusque iuris peritissimi merito dubitabunt & plerique planè cœsibunt, non posse iure irregularitatem dari.

¶ Primus in eo proponitur, qui aduersus prohibitionem illicitæ chartas ad ludendum conficeret, ac demum qui eas ludebat, alterum orta cœtione occiderit. Etenim qui chartas fecit lusorias operam dedit rei illicitæ, ex qua præter eius cognitionem mors contigerit, quæ ipse non potuit præcauere maiori adhibita diligentia: & tamen in illa constituitur prior culpa: sed hæc non esse irregulare probat optimè Soci. in d. c. ad audientiam. de homicidii. nume. 49. igitur prior illa culpa simpliciter non est sufficiens ad irregularitatem.

¶ Secundò idem accidere potest in eo, qui cum artifex esset ex ferro furto sublato ensem fecerit, & qui ab eo illi emerit, hominem occiderit. hic siquidem artifex non erit irregularis: si non auit Alfonso à Castro in d. li. ij. de potest. legis poena. c. 14. ver. hic tamè admonco. Quod si prior illa culpa sufficiens foret ad irregularitatem, profectò hic esset censendus omnino irregularis, quod est omnino falsum.

Tertio ad

¶ Tertio ad idem traditur exemplum de eo, qui uxorem alicuius per adulterium polluerit, & ea ex causa maritus eam occiderit: non enim erit irregularis adulter. & sanè non esse hunc irregularem. idem vir doctissimus Alfonso à Castro censet in dist. versic. his tamen admonco. quia homicidium hoc non sequitur per se, nec necessariò ex adulterio: sed solum præter intentionem adulteri occasionaliter. At tamen si illa prior culpa ad irregularitatem sufficeret, dubiò procul esset hic adulter irregularis.

¶ Quarto ipse considero in specie dilectus. de homicidio. & c. significasti. eod. tit. quod si quis esset à iudice, vel superiore domum exire prohibitus, & is còtempto hoc præcepto extra domum equitaret, atque absque eius alia culpa equus calce aliquem occiderit: profectò hic non erit irregularis. quod si illa prior culpa, scilicet opera illicita esset sufficiens ad irregularitatem, dicendum foret hunc irregularem esse: idque Caieta. notauit, & asseuerat in d. arti. viij. cuius nos paulò ante meminimus: nec tamè eius opinionem probamus.

¶ Quintò eadem est consideratio facienda ad text. in ca. ex literis. in ij. & cap. Ioannes. de homicidio. siquidem qui tempore interdicti ecclesiastici campanas pulsaret ad officij diuini si-

gnum, daret operam rei illicitæ, & tamen licet contingeret casu tintinabuli aliquem occidi abique culpa aliqua ipsius pulsantis campanas: ita quidem, ut nulla posset alia notari culpa, quàm quod illicitè contra prohibitionem campanas pulsauerit ad rem diuinam: non esset meo iudicio censendus irregularis: tamen si contrariù respondendum foret, si diceremus, prior illam culpam sufficere ad irregularitatem. multa his similia possent exponi, quæ communi istam distinctionem quod ad eius posteriorem partem dubiam reddunt. idcirco nos conabimur in medium nostram hac de re sententiam adducere, & eam lectoris iudicio libenter committere.

¶ Illud sanè constitutissimum sit, euentus ex aliquo sequutos opere, minimè quidem ab operante præcogitatos, sed præter eius intentionem contingentes, imputari operanti, si illi euentus per se, & necessariò sequuntur ex priori opere: aut saltem ut in pluribus ex illo eueniunt, & euenire solent, hoc deducitur ex S. Thoma. ij. q. 20. arti. v. cuius nos mentionem fecimus in principio huius secundæ partis nu. j. Deinde illud est prænotandum, casus euenientes ex aliquo opere præter operantis intentionem, & ab eo non præcogitatos, esse per accidens, & indirectè voluntarios, aut ab ipso

operante volitos, non per se, & directè secundum Thomam in 2.2.q.64.artic.viij. cui cæteri consentiunt. Item erit hinc obseruandum, hoc voluntarium esse magis vel minus indirectum ac plus vel minus habere voluntatis, aut volitionis, vt interim sic loquamur, directè, secundum quod ipsum opus per se volitum magis, vel minus est apertum, aut ordinatum, seu periculosum, vt illi euentus sequatur: iuxta hoc etenim plus, vel minus erunt ensendi euentus contingentes ex eo voluntarij. quod constat ex his, quæ in dist. nu. j. adnotauimus, & item nu. ij. Hoc ipsum & ipse Thomas sensit in q. de ignorantia. r. 2. q. 76. artic. iij. Ex quibus deducitur, euentus ex hoc opere, non per se, nec necessariò, nec vt pluries contingere solitos, sed per accidens succedentes, minime imputari, nec directè, nec indirectè comprehendi sub volitione operantis: arque ideò minime fore considerandos: quem admodum ex S. Thom. & Palud. nos tradidimus in dist. num. ij. in prin. huius ij. part. Igitur his adamsim inspectis, & diligenter obseruatis consequitur, Homicidiũ casuale tunc demum ad irregularitatẽ imputandum fore danti operam rei illicitæ: quãdo actus ille illicitus est ordinatus sua propria natura ad mortis læsionem, vel ad homicidium: vt explicat Soci. in d. c.

ad audientia. de homic. nu. 49. sentiunt Anch. & Fran. in c. vlt. de homi. in vj. Gotal. à Villadi. in tract. de irregula. c. de percussore. col. iij. aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito, per se quidè, & necessariò, nõ per accidens. sicuti Alfonso à Castro probat in d. ca. 4. aut saltem vbi illicitum illud opus per se volitum est periculosum ex natura sua, vt saltem sepe inde mors sequatur, aut frequenter. Hinc etenim tendunt omnes iuris pontificij decisiones, quæ statuerunt irregularitatem propter homicidium casuale sequutam ex opere illicito, etiam præter intentionem operantis, etiam adhibita per eum diligentia, quæ adhiberi potuit, & debuit. idè plurimũ confirmatur ex ratione text. in c. vlt. de homicid. in vj. dum inquit, illud homicidium sequutum præter intentionem imputari danti operæ rei illicitæ: id est mandato inferendæ iniuriæ: quia mandato in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare. Qua ratione inferitur, inter dantem operæ rei licitæ, & illicitè operantẽ, hoc esse discrimen quò ad homicidium casuale: quod posteriori homicidium imputatur ex eo, quia culpam maximam habet, & contrahit dando operam rei illicitæ, simul & ad homicidium. vel membri mutilationem periculosam, saltem frequenter: aut ex propria

propria natura ad id ordinate per se quidè, & necessariò: prior verò non aliter imputatur quàm ex culpa commissa in hoc, quod nõ adhibuit diligentiam, quæ adhibere tenebatur. & poterat ad præcauendum, ne homicidium sequeretur. Hæc differentia, constat ex his decisionibus, & constitutionibus, quæ iure pontificio hæc de re sunt statutæ.

Secundò deducitur, in hac controuersia, eum actum dici illicitum, qui prohibitus fuerit ratione huius periculi ad homicidium, vel mortem, aut membri abscissionem. ita enim ipse colligo ex c. tua nos. in prin. de homicid. iuncto c. sententia sanguinis. ne clerici vel mon. & c. sicut. e. tit. de homi. Alioqui si actus non prohiberetur ratione huius periculi, sed ex alia causa, profectò huius prohibitionis transgressio nullam, nec minimam haberet homicidij culpam quæ tamen vel aliqua necessaria est, vt homicidium priuato imputetur ad irregularitatẽ: quæ admodum superius attingimus.

Tertiò subsequitur ex his, quod si laicus chirurgus peritissimus, aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiam artis, sed pœnam aliunde inflatã, prohibitus foret à iudice ad tempus vti chirurgi officio: & is non obstante hac prohibitione secreto eadẽ vteretur arte, atque ob aliquam incisionem peritissimè factam culpa ægrorum mors sequi

ta sit, non erit hic irregularis: etenim hæc transgressio illicita præcepti iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis: quia prohibitio nõ fit propter periculum homicidij: vt fit in d. c. sententiam sanguinis. quo clerici in sacris constituti prohibentur exercere chirurgicam artem: quia ex incisionibus, & aduersionibus solet homicidia euenire. Huius autè dubij decisio lectoris correctioni, vt & multa alia in hac materia per me defuncta doctoribus plerumquæ refragantibus, committenda est.

Quartò inferitur quid dicendum de clerico, qui venationi illicitè operam dedit, & absque eius culpa, omni diligentia præmissa iaculo hominem confixerit & occiderit existimans esse feram: an hic sit censendus irregularis? Nã si hic casus cõgruisset ei, qui venari poterat, nec dabitur operam venationi illicitæ, profectò respondendum foret, nullam contrahi irregularitatẽ: quod in specie colligitur ex eleganti consuetudine Soci. Iunio. lib. j. & tradit Alfonso à Cast. in d. lib. ij. de potest. le. pœn. c. 14. vers. nec refert. qui, & do. sensere, in hac specie contrahi irregularitatẽ, si daretur opera venationi prohibitæ, & illicitæ, etiã si omnè venator adhibuerit diligentiam ad præcauendũ homicidium. Quã sententiam ipse admittere dubio procul vbi venatio esset prohibita ob pericula homici-

alijs, mortis, aut vulnerum: quæ solent contingere ex simili venandi modo. At ubi venatio esset interdicta propter honestatem, vt clericis interdicitur, aut propter custodiã animalium: tunc non probarè, nec admitterem hanc opinionem, si nulla alia culpa in ipso actu contingerit, quàm quòd operam venator dabat interdictæ venationi. Quod rationem habet ab his, quæ modò notauimus in vers. secundo deducitur. Non enim illa culpa illicitæ venationis ad homicidiũ pertinet: sed tantùm ad transgressionẽ præcepti de non venando constituti: quæ non sufficit ad irregularitatem ex homicidio priuato constituendam: vt paulò ante dicebamus. & id patet, quia si non esset interdicta venatio, vt omnes fatètur, nulla cõtraheretur ex hac specie irregularitas. Igitur irregularitas nõ est deducenda ex illa culpa, quæ nulla ex parte ad homicidium fertur: sed ad transgressionem præcepti: cuius violatio iuxta canonicas functiones non producit irregularitatem.

¶ Quintò libenter hinc deducam intellectum ad rextum in cap. sicut. de homici. inquirens an irregularitas in ea specie deducatur ab ea culpa, quam inibi habuit qui cum fœmina ludebat inhonestè, & libidinis causa: an ab ea, quæ commissa fuit ludendo cum fœmina præ-

gnante, ita quidem, vt periculum abortionis possit inde timeri? & verè irregularitas non oritur à priori culpa: sed à posteriori. Non à priori, quia illa minime propria natura ordinatur ad homicidiũ, aut abortum periculũ, nec ea quidquam pertinet ad homicidiũ, vel abortionis euentum: & ad irregularitatem priuati homicidij aliqua est culpa necessaria: vt paulò ante probauimus: aut planè hæc culpa remota est admodum ab homicidio, seu abortione, quæ postmodum euenit. Deinde si prior hæc culpa foret sufficiens ad irregularitatem, sequeretur, eum irregularem esse, qui libidinis causa, aut lasciuie luderet cũ fœmina, quã ignorantia inuincibili ignorabat prægnantẽ esse, si abortus ex eo lusu foret sequutus, quod mihi admodum est dubiũ, nec iuri consonũ videtur. Scio etenim hũc propter iustã, & inuincibilem ignorantiam omninò immunem esse, & liberum à culpa abortionis: si quidẽ eam qualitatem ignorauit, quæ ad delicti culpam est necessaria, vt sciatur: ne actus sit omninò inuoluntarius. Igitur irregularitas non deducitur à priori culpa: procedit autè à posteriori: quia lusus ille cũ fœmina prægnante periculosus est, saltè frequentissimè occasionem præbet abortioni. Et idcirco illicitus, & incautus: ac proinde

repro-

reprobus. Quam ob rem irregularitas ex nomicidio casuali hac in specie oritur ex eo, quòd quis dat operam actui ad mortem & occisionem periculo: & que ideo prohibito. Sextò, si illa prior culpa non est in hoc tractatu irregularitatis imputata. Ja, dubia profectò videtur cõmunis omnium interpretatio ad text. in dict. capit. sicut. quam nos retulimus hoc in §. vers. secundò in eiusdem prioris partis. Etenim etiam si frater, aut consanguineus cũ fœmina prægnante incaute lussisset, vt lusu: presbyter ille, cuius romanus pontifex meminit in dict. cap. sicut. foret hic irregularis censendus: quia operam dabat rei illicitæ, & prohibitæ ex eo, quod licet actus ad abortionem periculosus: nec potest absque aliqua culpa contingere, propter periculũ inde verisimile. Hæc sanè sint in medium proposita non equidè cotinacii asseueratione, sed vt lector ex his valeat, sublati difficultatibus, frequentiorẽ doctorum sententiam probare, ac defendere. De eo autem, qui habet visum, leonem, vel canem an irregularis sit, si aliquod ex his animalibus hominem occiderit: respondendum erit, non contrahi irregularitatem, si hæc animalia cautè, & benè ligata cuito: diat. l. ij. §. vlt. ff. si quadrup. secus si edicat. l. item Mela. §. item cum eo. ff. ad leg. Aquiliã. uolunt Innocent. Abb. & doct.

in cap. ad audientiam. de homi. Attamen ipse opinor, hunc esse irregularem, si hæc animalia habeat etiam ligata in via, vel in itinere, aut in alio loco publico. Ibi enim l. & generaliter. l. quæ vulgo. ff. de Aedit. edic. quarum meauit Ludouic. Rom. in sing. 704. ad hoc, quod hic vitimus casus puniendus, & legibus illis punitur poena pecuniaria ductorum solidorum. Postremò in hac re obseruandum est, quod voluit gloss. in capr. dilectus. de homic. verb. nec actu. dicès, homicidiũ actu commissum, & tamen absque voluntate & culpa, imputari cõmittenti quòd ad ordines suscipiendos, nõ tamen quòd ad susceptos: cuius assertiois exemplum in iudice proponitur idem sensit Felin. in cap. presbyterum. nume. 3. de homic. sed tenenda est contraria opinio: imò iure verius est, nullam in hoc esse differentiam inter promotum, & promouendum. Nam ex homicidio contingenti absque voluntate: culpa nulla oritur irregularitas: cap. si duo. & cap. hi qui arborem. so. dist. cap. t. significasti. in j. & capitu. dilectus. de homicid. Illud verò homicidium, quod à iudice committitur, voluntarium est, tametsi culpa careat. atque ideo prædictã gloss. reprobatur Abb. & Anania in dict. capitu. dilectus. idè Abb. & Anania in dict. capitu. significasti. illum text. ad hoc adnotantes: quorum opinio mihi vi-

detur frequentiori doctorum consensu recepta. Quam ob rē quoties irregularitas ex homicidio oritur, ea impedit promotum in susceptis ministrare, & ad maiores ordines ascendere. At in eo casu, quo nulla deducitur, nec contrahitur irregularitas, non impeditur quis ad maiores ordines ascendere, sicut nec impeditur in susceptis ministrare. Hæc verò dicta sint de homicidio voluntario, & de casuali à priuata persona commissis. Etenim, ut sæpius admonui, necessaria est ad irregularitatem ex eo contrahendā aliqua culpa. De homicidio à iudice commissio statim dicemus, prius præmittēdo, quid dicendum sit de homicidio cui accusator, vel testis, aut aduocatus causam dederit.

Ex §. sequenti.

- 1 Laicus, vel clericus absque protestatione, criminali iudicio aliquem accusans, irregularis est, si accusatus à iudice occidatur.
- 2 Protestatio accusatoris, etiam animi habentis, quod occidatur reus, eū liberat ab irregularitate.
- 3 Protestatio ista excusat, etiam si iudex iniquè reum morti tradiderit.
- 4 Protestatio ista, an excuset accusantem pro aliena iniuria?
- 5 Aduocatus in causa sanguinis, an præmissa protestatione, efficiatur irregularis? & quid de teste.
- 6 Inquisitores heretice prauitatis qua ratione excusentur ab irre-

gularitate tradentes reos iudici seculari.

- 7 Iudex, an ex duro carcere morte sequuta, sit irregularis?
- 8 Episcopus, vel sacerdos, an possit esse delegatus principis secularis in causa criminali?

§. Quintus.



ULTIMO quidem loco huius secundæ partis oportet expendere irregularitatem illam, quæ solet procedere ab accusatione criminali, ex qua mortis condemnatio. & eius executio sequitur. Est etenim celebris constitutio ut. de homic. lib. 6. secundæ: quæ statuit, ex hac accusatione, etiam si mors sequatur, non erri, nec induci irregularitatem, si accusator protestetur, quod ad vindictam sanguinis ad mortem quidem, vel membri mutilationem non procedatur, ea verò protestatione omnia tibi probatur accusatorem effici irregularem. Ad huius verò quæstionem examinationem, & perfectionem intellectum habet hac in parte aliquot proponere quæ mihi vtilia visa fuerunt totius huius tractatus resolutione.

- 1 Primò illud proponitur, quod licet laicis licitum sit, pro delicto publico, vel priuato ad mortis pœnam aliquè accusare: sicut ex S. Tho. & alijs probamus lib. 2. variar. resolutio. ca. x. numc. 7.

numc. 7. tamē vbi ex ea accusatione mors sequuta fuerit publica autoritate, erit hic accusator cēsusus irregularis. Etenim si iudex irregularis est, qui cogitur iustitiā vnicuique ministrare & punire nocentē: fortiori ratione accusator ipse, qui poterat eam accusationē quādoquē p̄mittere, irregularis erit. Nec demiq; refert, quod accusare teneatur quādoquē, quēadmodū & iudex punire: siquidē homicidii autoritate publica contingens, ad irregularitatem absque vlla peccati culpa: imò plerūquē eo casu, quo meritoria sit ea accusatio, & publica punitio. Alio qui nec clericus ad mortē accusans, irregularis cēsusus foret: si publica punitio mortis nō imputaretur laico ad irregularitatem: cū hoc homicidii volūtariū sit, licet ad vindictā publica auctoritate cōsequendā pertineat. Nec alia ratione clerici prohibentur accusare simpliciter absque protestatione, quā quod eorū volūtas per eā accusationē manifestē feratur ad homicidii, vel membri mutilationē: hanc vindictam per accusationē petētū. Quod probatur in ca. tua nos. §. vlt. de homic. vbi scholaris ille non iudicatur irregularis, etiā si signa dederat, vt cognosceretur fur, qui post modū mortē obierit ex punitioe iudicis, quia illa signa nullū genus probationis induxerunt, sed tantū aliquod le-

ue indicium: quæ quidem causa remota fuit ad homicidium: quæ si contrariū foret respondēdum, si scholaris ille ipsum furem indicaret, sciēs quod querebatur ad mortem. tunc enim contracta fuisset irregularitas: secundum Card. & Anani. in dict. cap. tua nos. §. vlt. Soc. in ca. ad audientiam. de homic. nu. 52.

Secundò adnotandū est, hanc accusationem criminalem clericis prohibitam esse, vbi in ea tractanda est causa sanguinis. cap. postulasti. de homicid. & probatur in dict. cap. ij. eo. tit. in 6. quod obtinet in causa publica, vel priuata. Idem secundum quorundam intellectum probat text. in ca. accusasti. de accusat. vbi præter alia clericus accusator pœnitentiam agere tenetur: non tamē ita grauem, si pro bono pacis accusauerit. Hæc autē prohibitio iuris humani pontificij est, non diuini, nec naturalis: quemadmodum deducitur ex his, quæ docet S. Thomas. 2. 2. quæst. 64. art. 4. notant in hac specie Domini. à Soto in relect. de secreto: membr. 0. 2. quæst. v. conclus. 3. & Marunus Azpilcueti in relect. cano. inter verba. xj. q. iij. Corollario. 60.

Tertiò: eodem iure humano pōtificio statuta est irregularitas propter hanc accusationē criminalem simpliciter propositā à clericis. quod cōstat in d. c. ij. & in dict. capitul. postulasti. vbi est omnium hac de re commu-

nis sententia. Poterit tamē sum-  
mus pontifex per dispensationē  
haec irregularitatē tollere: imō  
licitam facere clerico huius cau-  
se sanguinis actionem, & tra-  
ctatum.

¶ Quarto, iure ipso pontificio  
statutum est, clericum causae cri-  
minalis accusatorem, etiam si iu-  
dex ad mortem processerit, li-  
berum esse ab irregularitate, si  
in ipsamet accusatione proteste-  
tur, in ipsius iudicio, non petere  
ipsum eiusce criminis vindictā,  
quae mortem, aut membri mutu-  
lationem inferat. text. singularis  
in dict. cap. ij. de homic. in sexto  
qui procedit, etiam si nihil ri-  
nus certum sit, iudicem mortē  
illaturum accusato: quē admo-  
dum notant Ioann. Andre. Abb.  
& Felin. in dict. cap. postulasti.  
Soci. in dict. cap. ad audientiam.  
nume. 54.

Quintō, haec protestatio tunc  
necessaria est, cū clericus alicuius  
criminis, aut sceleris accusat  
quempiā apud iudicem secula-  
rem: nec tamen est omnino prae-  
mittenda, vbi causa civilis per  
clericum apud iudicem secula-  
rem tractaretur: licet ex accidē-  
ti congerit, quod iudex secula-  
ris, eiusque ministri pro iustitiae  
exequutione aduersarium cō-  
tumacem, & resistentem occi-  
derint. text. celebris secundum  
intellectum Ananiae & doct. ibi  
in dict. cap. postulasti. quo in  
loco Ancha. Abb. & omnes hoc  
ipsum fatentur.

¶ Sexto: † haec ipsa protestatio  
ab irregularitate reddit accula-  
torem immunē, etiam si accula-  
tor animum habeat protestatio-  
ni contrarium. etenim irregulari-  
tatis iure humano positio in-  
ducta est, nec ab interiori tantū  
animo procedit: quod iam saepe  
admonuimus. actus verō in hac  
specie exterior eius est conditio  
nis, vt iuxta pontificias sanctio-  
nes, nullam inducat irregulari-  
tatem: sicuti probatur in dict. c.  
ij. atque ita Felin. tenet in dict. c.  
postulasti. ex Ioann. Andre. in  
d. cap. ij. licet Anania in eo. cap.  
postulasti. contrarium notauerit  
p̄ se citans Ioan. Andre. in  
dict. cap. ij. qui tamen potius cō-  
trariū probat: cū censerit ad con-  
siliū p̄ oprius quā ad neces-  
sitatē pertinere, quod accusa-  
tor animum habeat liberum ab  
hac mortis inferendę voluntate,  
quod ad forū iudiciale exterioris.

¶ Septimō eadem ratione accu-  
sator irregularis erit, si non  
præmiserit praedictam protesta-  
tionem, etiam si in animo gerat,  
& voluntatem habeat, quod ille  
accusatus nō occidatur, nec mē-  
bro mutilectur. Nam sicut ani-  
mus prauus non inducit irregu-  
laritatē: ita nec ab ea quēquē  
liberatur: cū actus exterior ad homi-  
cidium tendens irregularem  
agentem cōstituat. quod in hac  
specie visum est glos. cōmuniter  
recepta in d. cap. ij. & procedit  
in cōscientiæ foro adhuc, sicut &  
in iudiciali: secundum Calderi-  
& Frac.

& Franc. in d. c. ij. licet contra-  
rium norauerit And. Tiraquel-  
lus de legib. connubialib. post  
ipsas leges in glo. v. vbi conten-  
dit: & conatur excusare hunc  
clericum accusatorem quod ad  
Deum: verō refragatur veritati  
iuxta quam qui est irregu-  
laris in exteriori iudicio, & itidē  
irregularis erit in interiori.

¶ Octauō, † si ab accusatore  
protestatio praemissa sit iuxta  
text. in d. c. ij. non imputatur ei  
quod ad irregularitatem homici-  
dium, nec mors accusato illa  
ta per iudicem iustitiae limites,  
& ius ipsum excedentem. glos.  
communiter probata in d. c. ij.  
verb. iustitia. cui opinioni obij-  
citur, quod notant doct. in c. si-  
gnificasti. in ij. de homicid. ten-  
entes, quem esse irregularē, si  
ipse videns furem fugientem  
cū rebus sibi furto ablatis cla-  
mauerit, & vicini accesserint,  
ac furem occiderint, etiā con-  
tra clamantis protestationem.  
Hæc enim opinio communis  
videtur ex his, quæ notat Ana-  
nia in d. c. significasti. nume. 36.  
Igitur eadem ratione & irre-  
gularis foret censendus qui apud  
iudicem seculare aliquem ob  
crimen detulit, etiam præ-  
missa protestatione, si iudex  
inique ipsum accusatum morti  
tradiderit. sed Anania col. iij.  
& Felin. in d. c. significasti. non  
omnino consentiunt communi  
opinionem: siquidem de ea ma-  
ximè dubitant: vt & soci. dubi-

tavit in d. cap. ad audientiam  
numero 51. Ego verō, licet vera  
sit opinio communis, quæ mi-  
hi satis est incerta, opinor ma-  
ximum esse inter hæc duo dis-  
crimen. Etenim qui clamauit  
aduersus furem, & priuatos ho-  
mines interpellauit vt sibi sub-  
uenirent, maiorem sequuti ho-  
micidij culpam habet, quā  
qui apud iudicem de homine  
scelerato conqueritur. Nā mul-  
tō minor præsumptio constat,  
quod iudex leges, & iura mini-  
mè transgrediarit, quā quod  
priuari hominēs contra furem  
interpellati ab homicidio tem-  
perabunt. qua ratione mirum  
non erit, si prior causa nulla cō-  
trahatur irregularitas: postero-  
ri verō ea iure pontificio con-  
tracta sit.

¶ Nonō ad eiusdē capituli in-  
terpretationē illud magis erit  
obseruandum, quod Anania  
in d. c. postulasti. notat existi-  
mans, non imputari accusato-  
ri, etiam non protestanti, mor-  
tem a iudice ac usato reo con-  
tra ius, & iustitiam illatam. Sa-  
tis enim iussit, & syncerè prote-  
stationem omittit accusator,  
qui secundū leges, & iura opti-  
mè censet, mortem accusato  
nequaquam fore inferendam.

¶ Decimō, ad eō protestatio  
excusat ab irregularitate, vt  
nec irregularis sit accusator,  
nec clericus ex morte per iudicem  
reo illata, etiam si ipse met  
clericus reum capiat, detineat,  
Relect. Didac. Couar. R

& iudici tradiderit ad punitio-  
nem: secundum Francum, &  
Ioan. Vanchelium post alios in  
d. c. ij. Socin. in d. c. ad audien-  
tiam. nume. 72. & 73.

4. ¶ Undecimò, † præmissa pro-  
testatio non prodest accusato-  
ri, nec eum liberat ab irregulari-  
tate, vbi ipse reum accusauit  
pro furto, vel iniuria non sibi,  
sed alteri illata. quasi constitutio  
pædicti capit. secunda tunc  
locum habeat, cum accusatio  
proponitur pro iniuria ipsi ac-  
cusanti illata: aut saltem suis,  
& propinquis: secundum com-  
munem in d. capitu. ij. vt sensit  
Felin. in dicto capitul. postula-  
sti. quæ quidem opinio ita pos-  
set intelligi, quod nihilominus  
clericus protestatiõe facta pos-  
sit absque metu irregularitatis  
delictum aliquod præcogita-  
tum, & denique tractatum in  
graue reipublicæ dispendium,  
aut proximi damnum, cautè  
deferre, ac denuntiare in me-  
delam potius quam ad punitio-  
nem. Etenim etiam si ex huius  
criminis inquisitione mors se-  
quatur iure, & iustitia illata, nõ  
erit delator irregularis, modò  
aliter, quam per denuntiatio-  
nem huic malo obuiã iri non  
valeat. Quod in spècie adnota-  
runt Caietan. 2. 2. q. 33. artic. vij.  
Martin. A zpilcueta in capitul.  
inter verba. xj. q. iij. Corolario  
58. quibus aliqua ex parte adsti-  
pular textus in capit. accusa-  
sti. de accusatio. ibi: nisi pro pa-

cc. Quo in loco significatur ab  
eius capitis auctore, non esse  
illicitum nec dignum canoni-  
cis pœnis, quòd quis, etiam cle-  
ricus, deferat reum sanguinis,  
& mortis pro quiete, aut pace  
reipublicæ: huius verò inductio  
nis argumentatione modò vti  
mur ad apertioem conclusio-  
nis probationem: tamen ali-  
ter intellexerimus paulò ante  
tex. in d. c. accusasti.

¶ Duodecimò est adnota-  
dum, † nõ sufficere pædictam  
protestationem ad liberandum  
ab irregularitate aduocatum,  
qui aduersus reum in causa san-  
guinis patrocinaretur eandem  
protestationem præmittens: si-  
cuti omnium consensu recep-  
tum est: & notat post alios  
Ioan. de Imola in capit. j. de po-  
stuland. secùs tamen erit in ad-  
uocato ipsius rei accusati. Nam  
etiam si accusator talionis pœ-  
na damnatus fuerit, non erit is  
irregularis: nisi esset clericus,  
qui ex hoc operam daret rei il-  
licitæ, vt visum est Abb. in cap.  
sententiam sanguinis. ne cleri-  
vel monach. eadem in d. c. j. de  
postuland. Gonzalo à Villadie-  
go de irregularit. c. de percus-  
sore. Et sanè si rectè pendenda  
tur quod Ioan. Andr. Antoni.  
& alij tradidère in d. c. j. de po-  
stulã. est huius quæstionis non  
facilis resolutio: circò ipse opti-  
nor hoc in casu consideran-  
dum esse, quod licet quis ac-  
cusat, & tamen siue clericus  
sit, siue

fit, siue laicus, non præmissa  
protestatione irregularis est: ea  
verò præmissa liber est ab irre-  
gularitate. Sed & si quis accusa-  
tus non tantum se defenderet,  
imò petierit itidem accusato-  
rem calumniatè puniri abs-  
que sæpè dicta protestatione,  
& accusator ex talionis pœna  
per iudicem occideretur: mihi  
placet eadem ratione, hunc  
accusatum irregularem esse.  
Sic denique sicut aduocatus ac-  
cusatoris, etiam protestatione  
facta esset irregularis, eandem  
pœnam contrahit aduocatus  
rei accusati, si petierit accusato-  
ris calumniam puniri talione,  
& accusator fuerit per iudicem  
occisus. Quòd si accusatus tan-  
tum se defendat, nec petat ac-  
cusatorem talione puniri, nec  
eius calumniã pœna legis coër-  
ceri: non erit hic irregularis,  
quãuis nulla sit vsus protesta-  
tione. Etenim non video ali-  
quam iuris pontificij decisio-  
nem quæ contrarium efficaciter  
prober. Igitur tota huius  
quæstionis controuersia in hoc  
est pendenda, an aduocatus  
ipsius accusati petierit accusa-  
torem talione puniri. Nam si  
hoc ab eo petitum sit, & iure  
talionis accusator sit per iudi-  
cem damnatus ad mortem, &  
occisus, erit aduocatus irregu-  
laris: siue sit clericus, siue lai-  
cus, etiam si protestationem  
præmiserit. Nec refert defen-  
sionem accusati licitam esse:

quia & accusatio licita est: &  
nihilominus aduocatus accu-  
satoris adhuc protestatione v-  
sus censetur irregularis. Item  
nihil conducit, quod clericus  
aduocatus defendens reum ac-  
cusatum dederit operam rei  
illicitæ: cum irregularitas in  
hac spècie non procedat ex eo,  
quod datur opera rei illicitæ,  
vel ex culpa accusatoris: sed  
ex eo, quod ad eius petitionem  
iudex processerit in cau-  
sa criminali, & mortem publi-  
ca autoritate inflixerit, vel in-  
tulerit. Idcirco illud est obser-  
uandum, an accusatus, eiusve  
aduocatus petierit calumniam  
accusatoris puniri: vt accusa-  
tus præmittens protestationem  
irregularis non sit: aduocatus  
verò, etiam ea præmissa irre-  
gularitatem cõtraxerit. Quod  
si non fuerit hæc punitio pe-  
tita, sed tantum detur ope-  
ra defensionis iustæ ipsius ac-  
cusati: non erit mors per iu-  
dicem ex talione accusatori  
illata ad irregularitatem im-  
putanda, licet clericus sit ad-  
uocatus rei, nec vllam prote-  
stationem præmiserit. Siqui-  
dem defensio accusati per se  
non tendit ad mortem accu-  
satoris, nec ad eam ordina-  
tur, sed ad tutelam innocen-  
tiæ ipsius accusati. Damna-  
tur autem ipse accusator ex  
eo, quod per calumniam al-  
terum in iudicium sanguinis  
detulerit.

¶ Decimotertio his omnibus est adijciendum, irregularitatē contrahi ab eo qui testimoniū in causa criminali dixerit, si ex eo mors fuerit illata, etiam p̄missa protestatione: quod Felipost alios notat in dict. c. postulasti. gl. ad hoc optima quæ in laico loquitur in c. j. dist. 1. & in clerico. glo. in c. testimonium. xj. q. j. notant Abb. in c. de cætero. col. j. de testib. & ibi Felip. ubi hæc est cōmunis omnium doctor. opinio. idem notat Ioan. Crotus in tractat. de testib. num. 69.

¶ Decimoquarto ex his deducitur praxis illa, † qua hæreticę prauitatis inquisitores vtuntur: cum post condemnationē hæreticorum eos tradunt iudici seculari, eum rogantes, ne morte, aut membri mutilatione eos afficiat. quod text. probat in c. nouimus. de verb. significat. regia l. 60. titu. vj. part. . cuius praxis meminit Directoriū Inquisitorum, dum refert sententiarū formulas. idque fatistutum est: tamen si tutius foret, quod inquisitores non traderent sic damnatos iudici seculari: sed eos condemnarent corā iudice laico, atque ita damnatos à propria iurisdictione dimitterent: vt denique statim iudex secularis eos morti, & igni traderet: sicuti Henri. notat in c. ad abolendam. de hereti. quę sequitur Ioannes Ignecus in l. j. §. cum domus. ff. ad Sylanian.

nu. 37. Etenim licet iudex iustissime aliquem morti tradens proprio iudicio & sententiā, dubio procul irregularis sit: sententiam sanguinis. ne clerici. vel mona. tamen iudex, qui delinquentem iuxta iuris pontificij constitutiones tradit iudici seculari, protestās ne eum morti tradat, aut mutilatione membrorum puniat: irregularis nō est. Cuius rei exemplū constat in his omnibus casibus quibus ecclesiastici iudices post actualem degradationē clericos seculari iudici tradūt & dimittūt, vt apparet in d. c. nouimus. & idem erit in hac hæresis causa. Nec quidquā ad hanc rem pertinet quod Speculat. voluit in tit. de disputatione. §. iuxta. numer. 4.4. qui inquisitores ex eo ab irregularitate excusat, quod licitum sit absque metu irregularitatis mortem alteri consule re martyrio pro fide suscipienda. quam sententiam probant Innocentius, Antonius Cardina. num. v. Socinus num. 97. Felinus in dict. cap. ad audientiam. idem Felin. in capit. sicut dignum. de homicid. §. clericos. Nam & si hæc opinio vera sit, vt profectō vera est, distinctam rationē habet ab ea quę fide, quam tractamus: cum in eo casu de martyribus, consulat quis, & hortetur Christianum, & fidelem, vt pro defensione, ac cōfessione fidei morti sese offerat. Nec consulit, quod

quod seipsum occidat: nec alter eum occidat: esse enim irregularis: sed quod omnitormenta, & cruciatus patiatu r potius, quā fidē Christi abneget, aut deserat: ac tandem vt eius testimonio, & defensione iuxta temporis, & rei necessitatē cuiusque periculo mortis, & tormentorum seipsum offerat. Hoc siquidem consilium catholicum, & pium est, nec ex natura sua, nec per se ad mortem tendit, imō nec periculosum est, nisi per accidens propter infidelium, ac tyrannorum maliciam: p̄sertim quia potest quis absque irregularitate in bello iusto hortari ad pugnā etiam periculosam ipsos milites, quemadmodum hac in secunda parte diximus. At inquisitores, qui hæreticū iudici seculari tradunt, tantū tractant de puniendo illo homine qui perfidē Christi fidem quam semel est professus hæresi contracta reliquerit: quę qui dem punitio licet perrineat ad defensionem fidei catholice: non tamen est similis illi defensionis, & testimonio, cui martyres seipfos exponunt, mortem propter hoc etiam subituri. & sanē si argumentatio Speculatoris foret valida, sequeretur ex ea, posse absque metu irregularitatis inquisitores iudici seculari consulere, vt hæreticos ei traditos, morte afficeret. quod verum non est, nec iure ponti-

ficio probari potest.

¶ Decimoquinto, † Iudex ipse ecclesiasticus maximo irregularitatis periculo se exponit, cum aliquem criminis reum in eum detruserit carcerem, qui mortem sit breui tempore illaturus: vel ob eius humiditatem fetorem, & squalorem, vel ob alimentorum subtractionem: quemadmodum notant Guliel. à Monte Lauduno in clementi. j. de penitent. & remis. Abbas in cap. ad audientiam. de crimin. falsi. Anania in c. de cætero. de homicidio. col. vlti. Socin. in cap. ad audientiam. eod. titu. numer. 57. Florent. ter tia part. titu. 28. cap. 13. §. vj. Io. Bernar. in pract. crimin. c. 129.

¶ Præter hæc omninō est obseruandum, † posse prælatum absque vllō irregularitatis metu, si iurisdictionē habeat temporalem, committere causarū, vel alicuius causę criminalis cognitionem alteri, vt is iustitiā faciat. Etenim & si hic iudex delegatus, aut ordinarius accutus, vel reum morti tradiderit, non erit Episcopus, nec p̄latus, qui hanc delegationē fecerit, irregularis. text. celebris in cap. vltim. nē clerici, vel monachi. libr. vj. ex contrario tamen queritur, an possit prælatus, vel clericus cognoscere de causis criminalibus ad puniendos laicos ex cōmissione principis secularis? & profectō textus in cap. in Archiepiscopatu.

de rapt. probat, hanc commissi-  
sionem validam esse: cum eius  
ratione possit delegatus de his  
causis cognoscere, ac sententiã  
ferre: modò à pœna sanguinis  
abstineat. quem textum præter  
ordinarios eius interpretes  
censet singularem esse Aretin.  
consil. 3. eel. iij. qui rursus col.  
5. ex eo adnotavit, censeri huic  
delegato commissam causam  
quò ad pœnam, etiam ordina-  
riam criminis iuxta eius quali-  
tatẽ, licet ea sanguinis sit: quia  
tunc punitionẽ dimittit committenti,  
& delegãti, si ipse nõ  
valeat de hac pœna iudicium  
dicere. non enim ipse princeps  
visus est pœnam sanguinis rem-  
mittere ex eo, quod causã cog-  
nitionem delegaverit ei, qui  
eamdem pœnam per sententiã  
infligere non potest. & tamen  
responsio text. in dict. c. in Ar-  
chiepiscopatu. procedit, quia  
ea commissio facta fuit in utili-  
tatem, & commodum religio-  
nis Christianæ ad tollendum  
opprobrium illud, quod à Sa-  
racenis christi fidelibus fieri so-  
lebat: vt Panormit. & Anania  
ibi explicãt, aut quia ex ea cõ-  
missione imminabat utilitas  
ecclesijs: sicuti Panormita. no-  
tat in c. decernimus, de iudic.  
col. iij. tandem potest & tertio  
dici, hanc delegationem vali-  
dam esse, quando est vnus tan-  
tùm causã: secundum eundem  
Abb. in capit. clericis. ne cleric.  
vel monachi. ij. col. sensu Inno

cent. in cap. vnic. de obligat. ad  
ratiocinia. & est cõmunis opi-  
nio, vt Ripa testatur in dict. c.  
ij. de iudic. nu. 166. Quarto, vt-  
cunque fiat hæc delegatio, vali-  
da erit in hunc sensum, vt iudi-  
cium teneat, licet delegatus cõ-  
missione vsus peccet grauissi-  
mè: quemadmodum late no-  
tant Abbas & Decius, nu. 7. in  
dict. c. ij. de iudic.

**Tertia huius Re-  
lectionis Pars.**

**Ex initio Tertix Partis.**

- 1 *Expenditur huius constitutonis ratio.*
  - 2 *Furiosus committens crimen ante furorem, an possit in furore puniri?*
  - 3 *Ebrius hominem occidens, an sit puniendus: & an sit irregularis?*
  - 4 *Ebrius, an sit irregularis, vbi culpa sua incidit in ebrietatem?*
  - 5 *Insans, an sit irregularis si hominẽ occiderit: & an sit puniendus pro delicto: & quid de minori atate?*
  - 6 *Dormiens, an sit irregularis, si hominem occiderit?*
  - 7 *Pollutio nocturna quando inducat abstinentiam à celebratione, & communione Eucharistix?*
  - 8 *Mutilatio membri æquipollet homicidio quoad irregularitatem: & quod dicatur membrum?*
  - 9 *Percussor alterius membrum efficiens debile, an sit irregularis?*
- Tertia

**Tertia Pars.**



**S**iluriosus, aut infans seu dormiens hominẽ mutilet, vel occidat, nulla ex hoc irregularitatem incurrit. & idẽ de illo censemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit, vel mutilat inuasorem. Hactenũ constitutio Clementis V. in concilio Viennensi. cuius interpretationem eo ordine explicabimus, vt quodlibet eius verbum ad sensum verum pro viribus deducamus.

¶ Prenotandum tamen est, ignorantiam, quæ priuat vsu rationis, excusare omninò ab irregularitate, præsertim ea, quæ ab homicidio procedit. nõ licet nullum peccatũ exigere-  
tur ad incurrendam irregularitatem: requiritur tamen vt operationes illæ, à quibus oritur irregularitas, sint humane, ex iudicio rationis, & non ex sola sensuualitate procedentes. Homo etenim quatenus rationalis est, non quatenus sensuualis irregularitatẽ incurrit: idcirco necessariũ est ad eam, & operationes illæ, propter quas infligitur, sint rationales, hoc est ab homine habẽte vsum rationis factæ. Maximè ista cõsideratio obtinet in homicidio à quo

priuata commissio autoritate non aliter irregularitas procedit, quàm aliqua culpa præuia ipsius cõmittentis illud: si verò homicidiũ sit publica autoritate cõmissum, cum id voluntariũ sit, ea voluntas satis est sufficiens ad irregularitatem. quofit, vt semper ad irregularitatẽ contrahendã ex homicidio sit necessarium, quod id cõtingit ex vsu rationis: quemadmodũ ex hac cõstitutione deducitur: vbi eius interpretes hoc ipsum sensere, ac not. optimè Alfonso à Castro lib. ij. de potest. legis pœnal. cap. 14. vers. prima principalis cõclusio. Igitur furiosus hominẽ occidens irregularis nõ est: quippè qui nullum habeat vsuam rationis, & idcõ omninò est inuoluntaria ca-  
ctio: deniq; absq; vilo consensu procedẽs, ab omniq; culpa immunis. Cum voluntas minimè possit dari, nec cõstitui absque intellectu, & cognitiõẽ. deinde culpa, quæ inlicitã mixtam habet, nõ contingit absq; voluntatẽ, quibus cõstat, satis iustã esse cõstitutionẽ istã, quæ furiosum censet liberũ esse ab irregularitate, etiã si hominẽ occiderit, aut mẽbro mutilauerit. Idẽm probatur multis autoritatibus, quibus palã est, furiosum nequaquã puniri ob delictũ, & crimẽ ab eo cõmissum furoris tẽpore. tex. in l. illud. ff. de iur. c. illud. 17. q. j. l. sed & si quẽcũq;. §. ij. ff. ad leg. Aquil. l. pen.

§. ult. ff. de parricid. de quo nulla est enotruerfia. In hoc verò  
 2 soet versari questio, f an qui ante furor crimē cōmīssit, possit iuste furore affectus pœna corporalī puniri? & Bal. in l. furiosum. C. qui testamē. facere pos. & in l. humanitatis. C. de impub. & alijs assueerat, hunc nō esse puniēdum. Nā ratio potissima pœnæ in hoc extat, quod afficiat afflictione ipsū puniendum: quæ quidem ratio in furioso deficit manifestē. atque idē eādē opinionem plures 3 sequuti sunt, eamque communem esse fatentur iason in l. ex facto. nu. 3. & seq. ff. de vulgari. idem iason in d. l. furiosum. col. penult. & fina. Ludo. Carrer. in practi. criminal. tit. de homicidio. §. vj. numer. 4. quæ ratione idem erit dicendum, etiam si processus legitime factus sit cum delinquente sanæ mentis tempore, si ante iudicij executionem furor adueniat. Non enim conuenit potissima ratio pœnæ huic punitiōi, quæ in furiosum furoris tēpore fit, sic deniq. & in hac specie Bal. & alij probant: & est cōmunis opinio adhuc in hoc casu secūdū Iaso. in præcitat. locis: qui aduersus hanc sententiam opponit tex. in l. diuus. ff. de offic. præsid. quo in loco Marcus, & Commodus Cæsares responderunt, furoris morbo non esse dandū veniā in criminibus puniendis. cauetū responsio tunc

obinet, quando furor simulatur, & fingitur ad euadendam punitionē: vel vbi ob dilucida intervalla maxima est præsumptio, crimen cōmīssum esse tēpore ipso, quo aderat illi sanamē: vt cōstat ex eiuſdē respōsi serie. de præsumptione tamen furoris, vel sanæ mentis, & tradidi probat in epitome in iii. Decret. part. ij. c. ij. numer. v. & sequen.

¶ Huic autem quæstioni proximē accedit quod de ebrio solet disputari, f an is sit censendus irregularis, si hominē tempore ebrietatis occiderit? Nam & Zenzelinus, Card. numer. ix. Imola in hac clementi. existimant, eum irregularem esse, quos sequuntur Gōsalus à Villadiego de irregulari. c. de percussore. col. xj. Syluest. verb. homicidii. iiij. q. iij. quibus suffragatur tex. in can. inebriauerūt. & c. sanē. xv. q. j. vbi probatur ebrium delinquentem in ipsa ebrietate, non esse omninō à culpa liberū, nec à pœna: quia saltem ex ebrietate vitium contraxit. culpamque commisit. irregularitas autem satis procedit à culpa homicidij, licēt ea non sit omninō perfecta: vt de casuali homicidio sapissimē diximus. Hoc ipsum comprobatur ex autoritate Iurisconsulti in l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœnis, quo in loco Bartolus & doctores, ex eo adnotarunt, ebrium delinquentem

quentem non esse omninō à pœna liberū, imō puniendum aliqua punitione propter culpam quam habuit in ebrietatis causa: eritque locus pœnæ extraordinariæ. glo. in dict. c. sanē. Romanus. in l. j. in princ. ff. de verb. oblig. optimus text. in dict. can. sanē. & ca. inebriauerunt. regia l. v. titu. vij. part. vij. ex quibus autoritatibus hoc vnum satis cōstat, ebrium non puniri propter culpam criminis, ab eo commissi: sed propter ipsius ebrietatis causam, in qua culpam habuit. Quod in specie post Roman. assueerat Cardin. Alexand. in canon. denique. iij. distincti. Abb. in cap. vlti. de maledict. t. ext. optimus in l. omne. §. per vinum. ff. de re mi. it. Abb. in cap. sicut nobis. de testib. & ibi doctores Ripa in l. vlti. q. 22. C. de reuoc. donat. qui Barto. & alios subobscurē loquentes ita intellexit: quo pacto & intelligendi sunt plures, quos ad hanc reuocitat Ludou. Carrer. in pract. tit. de homicid. §. vj. nume. 22. sed quō ad irregularitatem illud fit constitutissimum, eam ab ebrio occidente non contra hi, cum absque eius culpa, dolo quidem alterius inebriatus est: quod varijs ex causis accidere potest. & in specie fatetur Marian. Soci. in c. ad audientiam. de homici. nume. 15. Rursus & hoc fit expeditum, eum esse irregularem vbi ea intentione se

inebriauerit, vt ebrius occideret. Hoc etenim homicidium voluntarium est: & idē irregularitas ex eo contrahitur: quod Card. assuecit in hac clem. q. vij. & idem verum esse censet Alfonso à Castro de potest. leg. pœna. lib. ii. cap. 14. versu. prima principalis conclusio. Ludou. Carrer. in dict. §. vj. numer. 22. idem constat ex his, quæ de dormiente statim dicentur. Superest igitur difficultas in eo, qui culpam habuit ebrietatis, f an is ex hac simplici culpa sit irregularis si aliquē occiderit? & ipse cenſeo, hunc non esse irregulārē quod multis probatur. Primū, quia ebrius furioso similis est: c. venter. 37. dist. sed furiosus non est irregularis per hanc constitutionem: ergo nec ipse ebrius. Nec refert, quod per nimiam potationem acciderit ebrietas: & sic ex culpa ipsius ebrii, posset enim & furor contingere ex culpa furiosi, quod præmittunt doctores quidā, quorum Cardin. hic q. vj. meminit, licēt ab eis dissentiat. & probatur in can. si quis infans. xv. q. j. & nihilominus haberet locum hæc constitutio. Secundō eandem sententiam comprobamus euidenter ex eo, quod homicidium ab ebrio cōmissum processerit ab eo, qui vsu rationis caret: & idcirco irregularitatem nō inducit: quemadmodum manifestē constat in hac

constitutione, quæ non aliam decidendi rationem habet, quàm quod furiosus, infans, & dormiens nullum habeat prorsus rationis vsum, & sicut à mente alienari. deinde, vt contrarij opinionis potissimâ rationem effugiamus, est considerandum, puniri ebrium nõ propter delictum commissum in ebrietate, nec de ipso delicto: sed de illa ebrietate, quæ maiori est digna poena ex eo, quod criminosa causa fuerit, licet remota: vt statim dicam. Hoc patet in c. inebriauerunt. xv. q. i. ex Augusti. li. 22. cõtra Faustũ Manichæum ca. 4. 4. Inebriauerunt, inquit, Loth filius eius: & se nescienti miscuerunt. quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus: sed quantum illa ebrietas meretur. Hæc Augustinus. idem testatur Ambrosius libr. de Abraham patriarcha, capitu. vj. ita scribens, idẽque si qui per vinum deliquerunt, apud sapientes iudices venia quidem facta donatur: sed leuitatis damnantur auctores. Hactenus, Ambros. quem Gratianus refert in c. sane. xv. q. i. quod si quis dixerit, ebrietatem per se non puniri, sed crimen ab ebrio commissum, tamen si leuiori poena: quia si illud crimen nõ contigisset, foret ebrietas impunita. huic rationi respondemus, delicta commissã in ebrietate puniri non ex ratione propria, nec se-

cundum se, quia tunc sunt omninõ inuoluntaria: sed ratione cause, quæ voluntaria fuit: & ab illa denominationem accipere. Non enim culpatur coitus Loth ratione, & nomine incestus, sed nomine ebrietatis, veluti circumstantia quadam ebrietati coniuncta: quod diuus Augustinus manifeste fateatur ac explicat Beatus Bonauentura in secundo sentent. dist. 22. arti. j. q. iij. vbi ait, nec furiosum, nec ebrium, quantum visus illorum sit sua culpa vsu rationis priuatus, posse committere nouã culpam, sed omnine malum, quod durante furore, vel ebrietate factum fuerit, scribit esse circumstantiam, quæ aggravat ebrietatis, aut furoris peccatum. quem locum tenens hanc opinionem in specie irregularitatis, citat optimẽ Alfonso à Castro lib. ij. de potest. legis poenal. cap. 14. vers. prima principalis conclusio. Tandem quarto ad huius opinionis probationem oportet expendere, quod in homicidio ab ebrio commissio sunt tres euentus, aut tres actus omninõ inspiciendi. Primus, ipsa potatio: secundus, ipsa ebrietas: tertius, ipsa hominis occisio. in primum autem actum fertur voluntas directã: nõ pẽ quia ebrius voluit vinũ bibere immoderate. in secũdum fertur voluntas indirectã, & per accidens: non equidẽ directã, & per se quem-

admodum

admodum docet Sanctus Thomas j. ij. quæst. 76. artic. iij. in tertiu autem, hoc est in ipsam hominis occisionem, nec per se nec per accidens voluntas fertur. alioqui si adhuc indirectẽ fuisset voluntarius actus contingens in ipsa ebrietate, profectõ imputaretur ebrio: cuius contrarium probatur in dict. canon. inebriauerunt. & canon. sanẽ. xv. quæst. j. Hoc ipsum & nos adnotauimus in ij. huius operis parte, in princip. num. ij. his omnibus accedit, quod ebrius, etiam si culpa sua inebrietur, illa culpa, quæ fuit in illa voluntate, volendo inebriari, aut non adhibendo diligentiam debitam ad vitandam ebrietatem, non est causa proxima, nec immediata illius occisionis, sed causa mediata, & remota. Nam illa culpa fuit causa ebrietatis: ebrietas verõ causa occisionis. igitur culpa illa prima fuit causa mediata occisionis. & inde fit, vt constet, homicidium non oriri proximẽ, nec immediatẽ ab illa culpa: sed ab ebrietate. Ex quibus aduersus Cardinalẽ, & alios probatur, non esse irregularem ebrium: qui durante ebrietate hominem occiderit etiam si culpa eiusdem fuerit inebriatus: quia immoderatæ potioni vini operam dederit. Ad hæc prætereã facit text. in cap. quia diuersitatem. de concessio. præbend. vbi excommunicato sua

culpa, non imputatur, quod non possit cõferre beneficium: nec interim ei currit tetrapus datum à iure ad beneficij collationem. quem text. præter docto. ibi commendant, & notant Felin. in cap. j. de præscriptio. l. asen in §. rursus. num. 26. de actio. & ibi Ludou. Gomeci. num. 15. Balbus de præscript. j. part. vj. part. princip. ca. su 22. Rochus Curti. de iur. patronat. verb. competens. num. 23. Deci. in cap. j. de iudic. col. iij. in l. ectione ij. & licet prædicta decisio procedat in impedimento iuris: in quo tollendo nulla sit culpa, nec negligentia vt Felin. & Gomez. tradidẽre: atque Balb. post glo. in dict. capit. quia diuersitatem. Attamen illud fit huic quæstioni maximẽ commodum, quod culpa in eo casu minimẽ imputatur ad euentum postea sequutũ: quia ea fuit admodum remota, & mediata: sicuti Abbas explicat: tamen si non examinet in specie quæstionem istam de ebrio occidente, an sit irregularis, quoties ipse culpã in ebrietate contraxerit.

¶ Postremõ est illud ad hanc rem obseruandum, quod culpa præcedẽs ipsam ebrietatem non solũ est remota, & mediata, atque idẽ nec per se, nec per accidens inducens voluntarium homicidiũ, aut volitionem ad illud: sed & prætereã non est ad homicidij euentum

periculosa. qua ratione secundū ea, quæ diximus huius operis part. ij. §. iij. nu. 10. ex quibus cōsequitur hac in quæstione 5 respondendū fore, non con trahi ab ebrio irregularitatem ob homicidium commissum durante ebrietate, cui ipse causam ex propria culpa dederit. Possit quidē vera cēnsi prior opinio Cardin. & aliorum: vbi ebrius cōsueuisset in ebrietate arma sumere, & homines percutere, atque offendere. etenim tunc ipse ebrius per ipsam potionem immoderatam operam rei illicitæ, & ad occisionem ex his, quæ solent accidere periculosæ: circū irregularis erit secundum ea, quæ in dict. §. iij. latius scripsimus. & in specie ista notat Socin. in d. c. ad audientiam. num. 15. Hinc deducitur qualiter sit accipiendum quod scribit Aristoteles lib. ij. Ethicor. cap. v. vnde, inquit, ebrijs duplices pœnæ institutæ sunt. Nam vt inibi Eustratius tradit, Pittacus vnus ē septem Græciæ sapientibus ebrius delinquēti duplicem pœnam infligendam esse constituit. Alteram propter ebrietatem: alteram propter crimē in ebrietate commissum. Vtraque verò pœna propriè ratione ebrietatis infligitur: siquidem secunda pœna adijcitur ob circumstantiam ex delicto in ebrietate commissio prouenientem: quæ circumstantia ipsam ebrie-

tatem aggravat: vt diuo Bonauentura adnotauimus. De infante itidem hæc cōstitutio apertissimè statuit, t̄ cum non esse irregularem, si hominem occiderit. Cuius decisionis ratio est manifesta. quia hic non habet ratiōis vfum: & ideo non imputatur ei homicidij adhuc ad irregularitatem. vnde constat, homicidium priuatū nūquam imputari ad irregularitatem, nisi aliqua culpa homicidij præcesserit: quæ admodum non semel in hac relectione ad monuimus. At in homicidio publica authoritate commissio satis est sufficiens ipsa occidendi voluntas, animūque in ipsam occisionem, licet iustā destinatus. quod sentit Panor. in c. j. de delict. puero. quo in loco Hosti. existimauit, infantem irregularem esse, si etiā nondum doli capax aliquem occiderit. cuius opinio reprobat per hanc constitutionem, & merito: cum infans nullum habeat intellectum, nec vsū rationis ad discernēdum id, quod agit. l. infans. ff. de sicar. l. j. C. de falsa moneta. l. j. C. si aduersus delict. notat gloss. hic verb. infans. Cardinal. post alios. j. opofitio. qua ratione infans nec pœna criminali, nec alia pro delicto punitur: sicuti explicat omnes in dict. l. infans. Angel. de maleficijs, verbo scierit, & dolosē. Bonifacius in rubric. de homicidio, in tractat. de malefici. cre-

lesc. etenim cum in hoc homicidio non adsit voluntas occidē dicitur de tur culpa aliqua, homicidij causam inducens: sequitur non posse iure irregularitatem constitui. est tamen hæc constitutio intelligenda, nisi infans esset doli capax. tunc enim propter culpam vt cunquē homicidio præuam esset irregularis: & deinde ratione doli voluntarius fuit homicida: sic sanè hanc constitutionem intellexere Io. Andre. & Abb. in dict. cap. j. de delict. puero. Hippo. in l. si quis te. C. de sicar. Gonsalus à Villadiego de irregularit. cap. de percussore. colum. 12. Ludo. Car. in pract. titul. de homicid. §. 6. nu. 3 Hippo. in dict. l. infans. & in singulari. 628. & Soc. in dict. capitul. ad audientiam. nu. 12. optimus text. ad hoc in l. in puer. ff. de furt. tradit Dec. in l. pupilum. & in l. ferè. ff. de regul. iur. hinc sequitur, maiorem infante non esse irregularem, si conuergerit ei hominem occidere, modo non sit eo tempore doli capax: & si puer sit: secundū gloss. in hac clem. verbo, infans. quam sequuntur doct. hic cōmuniter, præsertim Anchar. Bonifaci. & Imola. quorum opinionem defendit, aliūseuerans cōmunem esse, Gonsalus noster in dict. capit. de percussore. colum. duodecimo, & Ioano. Igneus in l. j. in puer. nu. 18. ff. ad Syllantian. eandem. opinionem tenet Soc. in dict. capitul. ad audientiam.

num. 12. de homicidio. Quis autem dicatur doli capax, iudex prouidus, & discretus ex signis, ac varijs circumstantijs arbitrabitur: quod & nos ostendimus in epitome a. l. lib. decret. 2. parte, capitul. v. illud verò non est præmittendum, quod puer doli capax delinquens in ætate minori non est puniendus pœna ordinaria criminis, sed extra ordinem arbitrio iudicis. text. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. l. diuus. ff. de termin. amot. gloss. in l. iij. C. de infamib. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui notant. infamia. textus optimus, vbi gloss. & doct. in capitul. j. de delict. puero. notant Dec. in l. ferè. ff. de regul. iur. Bald. in l. & si seuerior. C. de infami. gloss. in capitul. j. de senten. excom. & ibi doct. Cardin. in capitul. secundo de delict. puero. Ludouic. Carre. in dict. §. 6. num. 4. Thomas Grammatic. decis. 23 Dec. consil. 335. est ad hanc rem pulchra regia lex. 8. titu. 31. part. 7. quæ constituit, minoribus intra decimum septimum annum delinquentibus minuendam fore pœnam ordinariam. Hoc ipsum obinet adhuc post maior em, & perfectam ætatem, si crimen fuerit intra minorem ætatem commissum. non enim est inspiciendum tempus punitiois, sed commissi criminis. gloss. notabi. in l. sciant. C. de legit. hæredibus. quam imbecctor. probant. & Hippo. in

d. lanfans. & idē in l. de minore. in prin. c. nu. 62. ff. de quaestione. & in l. si quis te. C. de sicar. Ludo. Carre. in dict. §. 6. nume. 8. qui bus suffragatur text. in cap. vlt. de sentent. ex commun. vbi Panormit. idem in sinuat Iuriscensultus in l. prima. ff. de pœnis, & ibi Bartol. idem Bartol. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure. nu. 48. Ludovic. Roman. in singul. 574. Abb. in consil. 56. hb. secundo fati tamen est ad irregularitatem contrahendam, quod maior infante hominem occiderit, modo sit doli capax: quemadmodum omnes fatetur in huius constitutionis cōmentarijs. Subsequitur statum in hac constitutione, ꝛ dormientem ipsius homicidij tempore, nē pē quia dormiens aliquē occiderit, minime fore irregulārē: quia is intellectu, & ratione caret, ac furioso similis est: cano. merito. ca. sanē xv. q. j. cap. maioris. §. item quaeritur. de baptismo. l. si ferus feruum. §. si fornicarius. vbi Floria. ff. ad leg. Aquil. qua ratione dormiens delictum minime punitur: nisi eo casu, quo ipse vigilās fati cognitū habebat, quod dormiens arma capiebat, & homines persequeretur. tunc enim si nō adhibuit diligentiam, quā debuit in præcauendo, nē dormiens alicui noceret, p̄fectō puniendus erit, licet nō pœna ordinaria: vt notant Ancha. & Card. hic Alexand. col. 2. & Iason post Roma. & alios in l. prima.

§. adipsū. ff. de acquire. possi. f. Bartol. in l. penult. ff. de parricidij. Hippoly. in l. j. x. limitatione. ff. de sicar. Bonifacius in tract. de malef. rub. de intulur. & percuss. docto. in l. vt vim. ff. de iust. & iure. Ludo. Carteri. in practi. criminali, rub. de homicid. §. 6. nume. 25. quorum opinio communis est, & inducit optimum intellectum huius cōstitutionis: siquidem & in hoc casu erit irregularitas planē contracta: vt notat opinē Maria. Socin. in dict. cap. ad audientia. numer. 14. & idem sens. re Cardina. Ancha. & doct. hic. Potest autem contingere, vt quis vigilans adeo irascatur vehementer contra alium, vt illum occidere conatus fuerit aut optauerit, licet efficere non potuerit: & hac occisionis cupiditate affectus dormiat, & postea planē seporatus somniet ea, quæ in vigilia acciderunt, & ab hac pharasia motus surgat adhuc dormiens, & capiat ensē, atque accedat ad lectum, in quo alius dormit, & illum occidat. quidam etenim cēsent, hūc irregularem esse: quod visum est Paluda. in 4. sent. dist. 32. q. 1. art. iij. quia ex illa vehementi occidendi cupiditate aucta est imaginatio sensus, & creuit appetitus sensualitatis: quæ omnia cū maneat in dormiente, possunt tunc membra ad opera illa exteriora exercenda mouere. huic verò euentui constat causam dedisse ipsum homicidam

dam in vigilia: igitur ipse irregularis est. Sed docto. communiter in hac constitutione contrarium veridēs esse opinantur: vt fatetur eos sequutus Gonsalus à Villadiego de irregularit. capit. de percussore. colū. 13. eandem sententiā sequuntur Maria. Socin. in dict. capit. ad audientiam. de homi. nume. 14. & Alfonso à Castro lib. 2. de potest. legis pœnal. capit. 14. vers. prima principalis conclusio. Quibus accedit quod homicidium commissum ab ebrio, quicāsam dedit ebrietati, non efficiat eum irregularem secundum ea quæ paulo ante diximus. præter quæ facit ad hoc quod ira præcedens in vigilia est causa non omnimō certa, nec semper efficiens imaginationis postmodum sequutę: ab ea verò imaginatione processit actus ille occisionis exterior: idcirco ira contingens in vigilia est admodum remota causa: & ideo non est sufficiens ad irregularitatem.

7 Sic ꝛ pollutio nocturna dormientis, & somniantis per se peccatum non est, nec mortale, nec veniale: omne etenim peccatū dependet ex iudicio rationis: quia etiam primus motus sensualitatis non est peccatum, nisi in quantum iudicio rationis reprimi potest. igitur sublato iudicio rationis, tollitur ratio peccati. In dormiente autem ratio nō habet liberum arbitrium, nec iudicium: idcirco quod agit homo dormiens, qui non habet li-

berum iudicium rationis, non imputatur ei ad culpam: sicut nec illud, quod agit furiosus, aut amens. Hæc S. Thomas in 2. 2. quaestione. 154. arti. quinto. qui de pollutione nocturna tractans scribit, eā non esse peccatum per se, nec mortale, nec veniale, quāvis procedat ab inglutuie, aut à praua vigilantis cogitatione: quia dormientis actus est. Erit tamē, ac poterit esse nocturna pollutio peccatū vel mortale, vel veniale per rationē ad suam causam, à qua processit: quia rationem habet culpæ ex parte causę. quod. S. Thom. explicat in dict. articulo quarto & in 3. parte quaestione. 80. arti. septimo Ioan. Maior in quarto sentent. dist. 9. quaestione secunda post Thomam ibi quaestio. quarta, & Paluda. q. ter. tra. Florent. 3. part. titul. 15. cap. 6. §. 10. & theologo communiter. quibus suffragatur text. & ibi gloss. elegans verb. rea. atque ibi docto. in capitulo. testamentum. 6. distinct. ex diuo Gregorio capitul. 11. interrogationum Augustini. atque ideo propter hanc rationem culpæ, quam habet dormiens pollutio quod ad eius causam, debet abstinere sacerdos eo die à celebratione missarum, quoties culpa est mortalis: idque necessarium: ex consilio autem vbi causa sunt culpæ venialis secundum Thomam in dict. articulo septimo Florenti. in dicto §. 10. Paluda. in 4. sentent. dist. 9. quaest. 3.

& ibi Thomam. q. 4. Syluest. verbo, eucharistia. 3. quaest. 10. tex. celebris in dict. capitul. testam. vbi gloss. verbo, Humiliter. indistincte non est intelligenda, sed relata ad ipsum textum, sentit, ratioe pollutionis nocturnae à veniali culpa procedentis abstinentium esse à communione, consilio quidem, non praecipio. adit tamen Palud. in dict. quaest. 3. quem Syluester sequitur: & probare canatur Ioan. Maior in dict. quaest. secunda, non esse mortale crimē, celebrare, ac communicare post pollutionem nocturnam congenitae ratione causae, quae mortalem culpam habeat: etiam intra decem horas, modò praemittatur, communioni contritio, & confessio illius, mortalis culpa, & pollutionis ex ea secuta. quasi nulli sit hoc praecipuum: siquidē Gregorij responsio pertineat ad consilium reuerentiae, non ad praecipuum necessitatis. Horū autem opinio mihi non placet, nec est probanda: cum ex ea sequere tur posse sacerdotem, qui nocte praeterita dormierit cum femina, statim celebrare praemissa confessione, & cōtione: quod impium ceteri tolet, & iurare centur, & fortassis cum ante pollutionem pœniteret quis eius culpa, à qua ea procedit, posset admitti opinio Palud. & aliorum. Imò adhuc in hac specie ipse admonerem, vt quis, si cōmodè fieri posset, absteret

eo die à cōmunione propter honorem, qui maxime debitus est sacrosctae eucharistiae sacramēto. Igitur sicut nocturna pollutione per se peccatum non est, nisi per rationem ad suam causam, quae frequentissime tolet pollutionis eventū efficere, atque ideo imputatur a homicidium dormientis, qui in vigilia animum habuit occidendi, per se peccatum non est, nec in parturratione autem causa iudicē imputari non debet, quia ea est admodum remota, & quae non solet hos effectus producere, quam ob rem opinio communis quò ad intellectum huius constitutionis, verior est. Hac verò in parte adnotare libet actum dormientis non esse peccatum per se, nisi ad rationem causae, à qua processit, quoties quis sumno vitur, vt vinculo naturali liberi iudicij, & arbitrij. At si quis sumno vitur, instrumento libertate malitiae ad executionem mali ab ipso vigiliante deliberati: ita vt per iunium vt instrumentum exequatur scelus praecogitatum: tunc actus contingens in somno peccatum est eodem modo, quo actus exterior in executione est peccatum. Peccatum enim incipit in vigilia, & consummatur per instrumentum somni exequutiue. Hoc autem peccatum per accidens est ratione executionis in vigilia imperatae, quemadmodum eleganter docet Caieta. 2. 2. q. 154.

ai. v. ex

art. v. ex hoc deducens, nocturnam dormientis pollutionem esse peccatum, vbi quis data opera idè sic dormit, vt polluetur. Eodè modo qui ita irascetur in vigilia, & demum somno dat operam, vt aliquè occidat, vel offendat dormiens, profecto erit homicidij, & offensionis reus: atque idè debet puniendus vt homicida dolosus: sicuti vult in hac specie bonifac. in tracta. de malefic. rubr. de insulta. & percussa. ad finē. què sequitur Ludo. Carreri. in d. §. vj. nume. 25. què quidem sententia maxime probatur ex ratione Card. Caieta. vnde in eo casu non obtinet huius constitutionis decisio: quia irregularis est, qui sic dormiens hominē occideret. quod superius de ebrio etiam probauimus.

¶ Deinde constat ex priori huius constitutionis parte, quò ad irregularitatem † mutilationem membri alicuius homicidio comparari, & æquipollere, vt quemadmodum hominem occidens in bibo procul irregularis est, ita & irregularis erit, qui hominem mēbro mutilauerit. idem probatur in c. j. de clerici. pugnanti. in duello. c. in Archiepiscopatu. de raptori. c. clericis. ne clerici. vel monach. & alijs in locis, quorum meminit gloss. hinc, quae singularis est in hoc, secundum Angel. verb. homicidij. v. q. iij. & Syluest. verb. Homicidium. v. q. iij. ad cuius

rei cognitionem oportet examinare quod dicatur mēbrū. Bartol. etenim in l. publicorū. nume. 3. ff. de public. iudic. vbi Imola, & doct. illa proprie dici membra censent, quibus diuerso, & proprio officio corpus mouetur, aut iuuatur: vt collovisu pedibus, ad progressum: auribus, ad auditum: manibus, ad palpatum: naribus, ad odoratum: lingua, ad sermonem. idem Baldus asserit in cap. j. de noua forma fidelit. nu. v. quod satis cōstat autoritate Aristotelis li. j. de partib. animalium, c. v. & lib. iij. Meteororum cap. vlti. optimus text. apud Iuriscōsultos in l. idem Offilius. ff. de ædilit. edict. & in l. non sunt liberi. ff. de statu hominū. Membrum enim corporis particula est, quae nec omnino circumscriptionem habet propriam, nec omnino alijs coniuncta est: secundum Galenum, quem citat Ludouic. Caelius lib. lect. antiq. ij. c. 21. diuus Paulus j. ad Corinth. cap. 12. idem insinuat dicens, membra in corpore distinctam operationem habere. idem Apostolus ad Rom. c. 12. Omnia autem mēbra, inquit, non eundem actum habent. Hoc ipsum omnes planè fatentur, quorū statim mentionem in hac quaestione faciemus. igitur abscissio membri tunc fertur dicitur, cum corpus mutilatur, & membri proprium officium impeditur: vt notat Bald. in l. Relect. Didac. Couar. S

serui fugitui ad fin. C. de seruis fugit. sic ex eod. Bart. in d.l. publicorum. apparet, in humano corpore quasdam partes esse, quæ propriè membra nō sunt, membris tamen opem ferunt, vt digitus manū idens linguæ, & gutturi. aliæ verò partes sunt, quæ decorem tantum corpori humano inducunt, vt barba. viri mēto: coma, capitū: auricula, auri. aliæ item membrorum officia, & ornatus sunt, non mēbra, secundum Bar. & communem. quidam tamē has partes indistinctè membra appellāt. Nam Cicero libr. iij. de finibus bonor. & malor. partem quālibet corporis, etiam quæ corpori peculiare, & distinctum non præstat obsequium, membrum esse dicit. membrorum, inquit, id est partium corporis, alia videntur propter eorum vsum à natura esse donata: vt manus, crura, pedes: vt ea, quæ sunt intus in corpore, quorum utilitas quanta sit, à medicis etiā disputatur. alia autē nullam ob utilitatem, quasi ad quandam ornatū: vt cauda pavoni, plumæ versicolores columbis, viris māmæ, atque barba. Hæc Cicero. Ex vera tamen, ac propria mēbri cognitione, aliquot hoc in loco speciatim inferam.

¶ Primū, non esse mēbri abscissionē, cum auricula scinditur, & amputatur: siquidem auris membrum est propriè illa autem cartilago, quæ circa

aurē est, & auricula dicitur, potius ad ornatū auris, & mēbri tutelam, quàm ad peculiare corporis obsequiū pertinet: & ideo membrum non est: nec eius abscissio efficeret quem irregularē. quod Bal. sentit dum in d.l. serui fugitui. ad fin. scribit, tunc tantum dici mēbri abscissionem, cum corpus mutilatur, & mēbri propriū officium impeditur in totum. Abscissio autem auriculæ, & cartilaginis parum impedit auris officiū: nec enim sit auris vis quod ad auditū debilior: idcirco mēbri abscissio non est. cui sententiæ suffragatur ratio tex. in d.l. idem Offilius. ff. de adili. edit.

¶ Secundō, dubium ex his videtur quod scribit Baldus in l. data opera. nu. 75. C. qui accus. non pos. dicens, mammillam in fœminis mēbrū esse. Etenim ea opinio vera est quod ad significationem latam, non quod ad strictam, & propriā. Nec esset irregularis qui mammillā fœminæ abscinderet, vt ipse opinor: tamen si sciā, hoc dubium quibusdam visum iri.

Tertiō ab eadem radice procedit, non omninō certum esse quod Caiet. docet. 2. 2. q. 67. art. j. existimans, abscissionem digiti efficerē irregularem ipsū abscindentem: quia digitus sit membrum. cuius contrarium constat ex Bartol. in d.l. publicorum. Imola, & alijs ibidē asserentibus, digitum non esse membrum

membrum. idē tenuerunt Bald. in d. c. j. de noua forma fidelit. numer. v. Felin. in c. ego N. de iure iurand. col. ij. & idem in c. cum illorum. de sentē. ex com. Anto. Rube. consil. 83. Chassanxus in c. consuetudi. Burgund. rub. j. §. v. versicu. per hoc idem notant Card. & omnes in hac cle. Gōsalus à Villadiego de irregularit. c. de percussore. col. j. & doctor. in c. j. qui cleri. vel uocentes. quorum opinio aduersus Caiet. communis est. cui patrocinator text. in d.l. non sunt liberi. & in d.l. idem Offilius.

¶ Quartō proximè deducitur, non esse eum irregularem, qui alteri eos absciderit digitos, sine quibus ipse mutilus sacerdos esse non potest: nempe tres digitos ad cōsecrationem necessarios propter honestatē. Nam qui hos digitos non habet, irregularis est ob defectū maximum eius partis, quæ necessaria est ad honestē, & decore celebrandum. qui verò eam partem absciderit, non habet eam deformitatem, nec defectum: nec membrum abscidit: & ideo irregularis non est. Hæc conclusionem proponimus ad ueris Bonifac. hic colum. vj. Anania. in c. cum ex iniuncto. de hæret. col. iij. & Syluest. verbo homicidium. iij. q. iij. par. iij. qui conantur probare, percussorem irregularem esse, quoties ex percussioe percussus manet irregularis, aut non potest esse

sacerdos. Imō Caieta. in d. q. 67. art. j. facilius existimat, cōtrahi irregularitatē à mutilatē, quā à mutilato. Siquidē secundum eū qui mutilat digitū alteri, est irregularis: nō tamē semper est irregularis qui ipsius digiti mutilationem passus est. quod cōstat ex his, quæ diximus de corpore vitiatū in j. huius operis parte. Et tamen hanc opinionem Caieta. quod ad eius argumentationem minimè probamus. Nam qui alteri digitū absciderit, irregularis nō est: quia membrum non abscidit. is verò qui pollicem abscissum habet impeditur ministrare in altari & sacris ordinibus insigniti, ob deformitatem, & defectum digitorum.

¶ Quintō hinc poterit expēdi, ¶ an is irregularis sit, qui licet membrum alteri non absciderit, tamen id membrum debile ex vulnere, ac percussione reddiderit: Et Panor. in c. cum illorum. de senten. ex commu. scribit, hunc irregularem esse: & id deducit ex hac cōstitutione quasi romanus pontifex hinc vt diuersa subiecerit mutilationē, & detractionē: vt mutilatio pertineat ad vulnus, quod efficit mēbrum debile: detractione verò ad percussioē, quæ omninō mēbrū absciderit. idem notant Syluester, verb. Homicidium. iij. q. iij. & Angelus, verbo, Homicidium. v. q. v. ego verò satis manifestum esse opinor,

in hac constitutione non probari hanc inductionem Panormita. cum in ea tantum mentio fiat mutilationis: non autem detractionis. & præterea Felin. in dict. c. cum illorum. asserit nu. 12. idem esse detractionem, & mutilationem. hoc ipsum probat glo. vbi Panormi. in c. accusasti. de accusat. verb. debilitatus. quæ sensus, mutilum dici, cui membrum aliquod fuerit omnino abscissum. Sic apud latinæ linguæ auctores mancus dicitur, qui membrum habet debile, & aridum: Mutulus autem cui membrum est abscissum. Atque ideo frequentiori doctorum sententia obtentum est, non esse irregularem eum, qui alterum mancus percussione effecerit: sicuti notant Calde. Abb. Cardi. & Praposition. in cap. j. qui cleric. vel vouent. Card. hic. q. 31. Gonfalus à Villadiego de irregularita. cap. de percussore. col. j. & Stephanus Aufseri. in capella Tolofana. 207. quorum sententiam opinor communem esse, & præcedere, etiam si membrum corpori adhærens omnino inutile sit. Etenim adhuc hoc in casu nulla afficitur percussor irregularitate. quidquid Syluestri. contrarium tenere conetur in d. §. ij. vers. tertium. Hæc autem diximus ad veram huius constitutionis interpretationem: quod facilius percipiamus, quid velit hæc constitutio, dum muti-

lationem similem esse vult occisioni quoad irregularitatem. Nam post glo. hic doctores varias hac in re quæstiones tradere, ex quibus has, quas modo exposuimus, legimus: reliquas lector facillime obuias habebit: easque contingebus casibus iuxta prænotatam resolutionem aptate commode poterit.

### Ex §. sequenti.

- 1 Defensio iure naturali, diuino & humano licita est: nec imputatur homicidium ex ea.
- 2 Irregularis non est qui aggressorem occiderit ad defensionem, nec membro aliquo mutiletur.
- 3 Excessus defensionis non punitur pena ordinaria, licet irregularem efficiat ipsum homicidam.
- 4 Irregularis est qui poterat mortem fuga vitare, & occiderit aggressorem.
- 5 Irregularis au sit, qui ad alterius defensionem hominem occiderit?
- 6 Homicidium commissum ad verum defensionem, an efficiat quem irregularem? quod latè disputatur, simul & an liceat occidere furem aut raptorem ad defensionem verum.

### §. Vnicus.



VI VS constitutionis pars secunda, & que vltima est, definitiuit nullam contrahi irregularitatem ab eo qui ad eius necessariam defensionem suam occidit innafore. qua quidem decisione sopita est veteri hæc de re

de re cōtrouersia: siquidem ante hanc constitutionem quidam contrarium tenuere, censentes hunc homicidam irregularem esse. quorum meminit gl. in c. sicut dignum. verb. consiliū. ist. titu. & in c. de his. 30. dist. sic & S. Thomas in d. articu. vij. inquit. Nec enim est necessariū ad salutem, vt quis actū moderatæ tutelæ præmittat ad euitandam occisionem alterius: quia plus tenetur homo vitæ suæ providere, quā vitæ alterius. idcirco apud theologos hæc est receptissima sententia. Cui suffragatur quod Cicero pro Milone scribit: Est enim hæc iudices non scripta, sed nata lex: quā nō didicimus accepimus, legimus: verū ex natura ipsa arripimus, hausimus, expressimus: ad quā nō docti, sed facti: nō instituti, sed imbuti sumus: vt si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronū, aut inimicorū incidisset, omnis honesta ratio esset expediendæ salutis. sicut enim leges iter arma: nec se spectari iubent: cū ei qui expectare velit, ante inusta poena lucta sit, quā iusta repetenda. Hæc Cicero. idem probatur in c. significasti. ij. de homici. c. dilecto. de sent. excō. l. j. §. vim vi. & in l. ij. §. cū igitur. ff. de vi & vi armat. l. j. §. cū arietes. ff. si quadrupes pauper. fecit. dic. tradidit multa Ba. & doctor. in d. l. vt vim. l. scientiam. §. qui cū aliter. ff. ad leg. Aquil. l. is qui aggressorē. & l. si quis percussorē. C. de sicar. no-

per Paul. Castrens. Fortun. &

tant Angel. de malef. in glo. & dictus Titius se defendendo. 3 Hip. in l. j. §. l. i. ff. de sicar. Lu doui. Carrer. in pract. crimi. tit. de homicid. §. vi. nu. 26. ex quibus aliquot hae in parte repetam ad huius constitutionis interpretationem.

2 Primò ex his inferitur, ¶ non esse irregularè eum, qui aliam occiderit, nò tantùm ad defensionè necessariam propriæ vitæ sed & si se defendat ab alicuius membri mutilatione: quod in specie notat Card. hic, & Syluest. verb. Homicidium. iij. q. iij. cùm mors, & mutilatio membri æquipollentia sint hoc in tractatu. & quamvis Gonsal. à Villadieg. de irregularita. c. de percussore, col. 14. dicebat ab hoc intellectu Card. profectò verior est hæc interpretatio: quippè quæ descēdat ab ea naturali defensione, quæ iure diuino, ac ipsius naturę instituto licita fuit & est. Potest enim cōtingere, quòd ex abscissione membri mors sequatur: & idèd qui defendens seipsum ab abscissione membri aggressorem occiderit, puniendus non est, nec irregularis censetur: cùm ei licitum sit propriam propulsa re iniuriam, modò non excedatur moderamen culpæ turēt. Nam hic excessus defensionem ipsam culpabilem. ac pò nibilem reddit: quemadmodum constat in l. j. C. vnde vi. & in c. fampe. §. vlti. de sent. excò. c. ff.

gnificasti. in ij. vbi glo. & doct. ist. tit. qui text. ¶ probat, irregularem esse, qui modum excesserit in defensione. Idèmq; in hac cōstitutione apparet duri dicitur: mortè aliter vitare non valens: tametsi quoad alias penas semper sit remittenda pena ordinarię pars propter defensionè ab aggressione, etiã si modus defensionis excedatur. tex. optimus in l. si adulerium cū incestu. §. imperatores. ff. de adul. què dixit singul. las. in d. l. vt vim. col. iij. Ioan. Baptista de S. Seuerino in tracta. de debitor. susp. & fugit. col. j. Arcti. cò fil. 4. col. iij. cōmendarunt eandem conclusionem Antoni. & Abb. in c. olim. j. de rest. spolia. col. vij. Deci. in d. l. vt vim. Abbas & Rauē. in c. j. de iniur. Feli. in d. c. significasti. col. vlt. Hippo. in l. iij. nu. 15. C. ad legē Cornel. de sicar. in singu. 100. hoc ipsum probat tex. elegans in c. significauit. de pœnit. & remiss. cuius ad idèd meminere Feli. in c. dilecti. de exception. col. peni. & Bologninus cons. 37. col. ij. est & ad hoc gl. in summa. xxij. q. j. & est cōmunis opinio, vt fatetur Ludò. Carre. in pract. crimi. tit. de homicidio. §. vj. num. 157. quibus omnibus libentissimè adiciã l. 18. & 59. styli. & Alexan. idèd tractantè consil. 195. nu. 12. lib. vij. Thomã Grãmi. decis. 5. & decis. 23. & 98. ex quibus aliquot hoc in loco libèr inferre, quòd aliquantulùm p̄

reat,

reat, quam ratione sit consideranda hæc propriæ vitæ defensio, nò tutelæ moderatæ modum excedamus, saltè quòd ad pœnã irregularitatis, aliamue, quæ nò sit criminis ordinaria. idcirco primò illationi & secundam subijcio.

¶ Secundò hinc deducitur, quid dicendum sit de illo, qui sibi in sidiantè interfecerit? Nam glo. in c. iij. de homicid. verb. secularibus. respòdit, hoc homicidiũ nò esse imputandũ occidenti. quam opinionè probare videntur doct. ori. ibi. Bal. in l. multis. C. de liber. cau. idem in l. lege. ff. locat. gloss. in l. j. C. vnde vi. quod latè examinant, quòd ad pœnas tēporales, lason in d. l. vt vim. nu. 9. Angelus in d. gl. & dictus Titius. Hippo. in singul. 640. Ludoui. Carreri. in d. §. vj. nu. 97. ex quorũ dictis resolutio nò ipse colligo, esse hac in questione considerandũ mortis periculum ex alterius insidijs imminens ipsi occidenti: vt tandem ex hoc deprehendamus; quod pœnæ pars sit ei remittenda: vel an omninò sit ab ipsa pœna liber: deniquè à culpa: quo possimus etiam iudicare, an sit hic censendus irregularis Atque ita intelligenda sunt quę Barto. notat in d. l. j. C. vnde vi. & Carreri. in d. §. vj. numer. 97. Bart. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. illud item Cicero pro Milone: Oblivisci non potestis iudices, insidiato-

rem iure interfici posse.

¶ Tertiò apparet, eum esse irregularè qui percussorè ab eo fugientè occiderit. Etenim licet hic nò sit pœna ordinaria criminis puniendus, quod omnes ferè fatètur: attamen excelsus hic necessariè defensionis minimè tribuendus irregularitatis inducit. Quod ipse colligo ex glo. in d. c. iij. ist. tit. & doct. hic & inibi. siquidè satis est ad irregularitatè non esse homicidium cōmissum ad necessariã occidētis defensionè: sicuti omnes fatentur, præsertim Card. hic q. 26. licet quòd ad pœnas sanguinis, & alias temporales possit asseuerari, hoc homicidium nò esse omninò puniendum pœna legis ordinaria.

¶ Quartò deducitur ex his, an ¶ ille sit irregularis qui poterat mortem vitare fugiendo, si omnia fuga inuasore occiderit? & gl. in hac clem. Cardin. q. 26. post alios tenere, ac probare conatur, huc esse irregularè: idem gl. & ibi doct. in c. suscepimus. de homi. Panor. in c. significasti. in ij. eo. tit. idèd in c. j. de vit. & honest. cleri. §. yllust. vers. excōmunicatio. vj. q. iij. quasi clericus nò: s̄ ignominiosum fugere ab aggressore: sicut constat in d. c. suscepimus. & hæc est cōmunis opinio maximam accipiēti autoritatè ad huius cōstitutionis secūda parte. quæ tamè ita accipienda est, si fuga nò sit periculosa. Nã si fuga pe-

riculum induceret mortis pro-  
prie, vel ex eo, quia inimici instarēt  
à tergo, vel quia ipse aggressor  
facilius fugientem sequutus, &  
ex fuga maiore capiens audacia,  
& animū, ipsum occide-  
ret. hoc etenim in casu non te-  
neretur clericus fugere, nec foret  
irregularis, si omīsa fugæ  
tutela occideret aggressorē. ita  
quidem visum est Felino in d.  
c. suscepimus. Syluestro, verb.  
Homicidii. j. q. ix. & verb. Ho-  
micidium. iij. q. iij. Hippo. cōsi.  
25. numer. 44. Cardi. in d. q. 26.  
īdem sensere Abb. & Anania  
in d. c. suscepimus. quos sequi-  
tur Ludouic. Carreri. in d. §. vj.  
nume. 131. Hanc distinctionem  
ipse veram esse censeo adhuc in  
ipsis clericis. Sed in eo, qui cūm  
esset laicus tempore aggressio-  
nis, poteratque fuga mortē ef-  
fugere, & nihilominus aggressorē  
occiderit, maius dubium  
videtur. Laicus siquidem nō te-  
netur fugere: quia fuga est ei  
ignominiosa: secūdem ea. quæ  
notant Bartol. Salicet. Bald. &  
alij in d. l. j. C. vnde vj. mola &  
Cardi. hic quorum opinionem  
asserunt communē esse. Alex.  
in consil. 109. nume. iij. lib. j. Ia-  
son & Dec. in d. lvt vim. ad fine-  
nem. & Ludouicus Carreri. in  
d. §. vj. numer. 131. & probatur  
ex eo, quod potest quis agres-  
sorem occidere. ad vitandam ini-  
uriam, quam vel alapa, vel fu-  
sibus sibi inferēdam aliter vi-  
tare non poterat: vt notat post

alios, in consil. 119. lib. vij. Hip-  
pol. in l. j. ix. limit. ff. de fcar. &  
Ludouic. Carreri. in d. §. vj. nu-  
me. 94. Igitur poterit quis fu-  
gam omittere, quæ sibi iniuria  
fa est, & aggregiorem occidere.  
Hoc autē obtinet quod ad pen-  
nam temporalem, & quod ad  
eius diminutionem, ac mode-  
ramen. Nam quod ad irregulari-  
tatē mihi verius videtur, quod  
& laicus, cui ignominiosum ef-  
set fugere, homicidij culpā ali-  
quam habeat, quæ ethi grauis  
nō sit ratione honoris, nihilomi-  
nus culpa est, quæ quod ad ir-  
regularitatem sufficit: præfer-  
rim quod hæc cōstitutio tunc  
tantum liberat ab irregularita-  
te: cūm aliter mors vitari non  
potest. Quam ob rem etiam in  
laico opinamur communē sen-  
tentiam glossi. & docto. hic ve-  
ram esse: quæ admodum & ipsi-  
met doctores explicant. Huic  
opinionī accedit quod in spe-  
cie tradita per Alex. in d. consil.  
119. Carol. Molin. ibi existimat,  
esse illam defensionem immoder-  
atam, & inhumanam, Bar-  
baris potiūs, quàm viris ratio-  
ne præditis, & religione chri-  
stiana institutis conueniētem,  
& sanē præter ipsum ego consi-  
dero, iniquam esse hanc com-  
mutationem, saltem non om-  
nimō æquam quod ob tutelam  
honoris proprii, vitā quis adi-  
mat alteri: præsertim ob hono-  
rem ad mores probos minimē  
pertinentē: nec reipublicæ vti-

lem, aut

lem, aut religioni catholicæ cō-  
modū. quod poterit ex S. Tho-  
ma probari. 2. 2. q. 131. art. j. Ad-  
huc tamē dubius ipse sum hac  
in controuersia ex his, quæ in-  
ferius à me tractabūtur, in que-  
stione de rebus defendendis.

¶ Quinto, hinc poterit huius  
cōstitutionis intellectus, quem  
glo. hic verb. suum. tradit scri-  
bens, † non esse locū huic con-  
stitutioni, si quis occiderit ag-  
gressorē patris, fratris, alterius-  
uē cognati, aliter mortem il-  
lius vitare non valens. Nam vt  
inquit glo. hæc constitutio tan-  
tum excipit ab irregularitate  
occidētē aggressorem suum,  
aliter mortem propriam effu-  
gere non valens: idcirco non  
obtinebit in eo, qui alterius  
mortem impediēs inuaforem  
occiderit. Huius glossi opinionē  
sequuntur doctor. hic maximē  
Cardi. q. 28. dicēs eam esse sin-  
gularem. eandem sequuntur  
Abb. & alij in cap. si verò. in j.  
de sentent. excomm. col. vltim.  
īdem Abb. in c. clerici. in j. de vi-  
ta & honest. clerico. Auferri. in  
clem. j. de offic. ordi. reg. iij. fal-  
lent. v. Abb. in cap. olim. in j. de  
restit. spol. num. 18. Pau. de Ca-  
stro in l. j. §. ius autem gētium.  
ff. de iustit. & iur. Iason in l. vt  
vim. num. 30. ff. eod. titul. Soci-  
in capi. ad audientiam. de ho-  
micid. num. 36. Gonfalus à Vil-  
ladiego in tract. de irregularit.  
capit. de percussore. colum. 15.  
glo. in summa. xxij. q. viij. quo-

rum sententia communis est:  
& tamen ex pluribus difficul-  
tatem habet. Nam excommu-  
nicatus non est, qui defendens  
consanguineum, clericum per-  
cussit: sicut notant Innocen.  
Abb. Henri. colum. ij. Anchar.  
Felin. & alij in dict. cap. si verò.  
de sentent. excomm. imò idem  
erit de defendente extraneum  
cap. non inferenda. & cap. for-  
titudo. xxij. q. iij. capit. dilecto.  
de sentent. excomm. in vj.  
glossi. optima in dict. summa.  
xxij. quæst. viij. quibus in locis  
probatur, licitum esse cuique  
proximum, & vicinum, ac de-  
nique eadē ratione extraneum  
ab iniuria inferenda defende-  
re. tex. optimus in l. de uorum.  
C. de metatis, lib. xij. cap. olim.  
in j. de restitutio. spoliator. vbi  
Abb. idem Abb. Henric. & do-  
ctor. communiter in dict. capi.  
si verò. hoc ex eo capite dedu-  
xerunt. Eiusdem sententiæ au-  
thores sunt Barto. colum. pen-  
ultim. & alij communiter, vt  
ībidem testantur Iason & Dec.  
in dict. lvt vim. tradit latissimē  
Ludouic. Carreri. in practic. crim.  
min. dict. §. vj. numer. 41. & se-  
quent. quod si licet cuiquam  
amicum, agnatum, & patrem  
defendere ab iniuria inferen-  
da, vt impune possit aggresso-  
rem occidere: mirum profes-  
to viderur, quod irregularis  
sit, qui absque vlla culpa prius  
tum homicidium commiserit:  
quemadmodum hac in re supe

rius admonuimus. Ad hæc accedit text. in l. j. §. item diuus. ff. de fcar. vbi Iuriconsultus refert, homicidium illud esse im punitum, quod quis commiserit, aut perpetraverit ad defensionem propriam, vel suorum: aut ad propulsiandâ iniuriam à se, vel à suis. deinde in dict. ca. dilecto. de sent. excom. in vj. ro manus pôtifex tractans, & præmittens, licitû esse proximum ab iniuria, & morte inferenda, etiam occidendo aggressorem vitur ratione illa, scilicet, vim vi repellere licet: quæ quidê ratio, vt cõstat, cõmunis est ad defensionem propriâ, & ad defensionem proximi, & extranei. quod ibidê summus pôtifex in sinuat. ex quibus aduersus cõmunê sententiâ probabilius est quod nõ sit irregularis, qui ad defensionê necessariâ. alterius, amici quidem: consanguinei, vel extranei hominem occiderit. quam opinionem defendit, & probat Fortun. in dict. l. vt vim. ff. de iust. & iur. colu. ix. vers. sed aduerte. vnde appareret admodum dubiam esse Caietani sententiâ, quam ipse retuli in ij. huius relectionis parte. §. iij. num. ij. vers. sed si quis in bello iusto.

¶ Sextò, ex his oportet expendere, ¶ an ille sit irregularis, qui hominê occiderit, non ad propriæ vitæ necessariam defensionem, sed ad patrimonij, & rerum tutelam: & sanè proba-

tur, hunc nõ esse irregularem: quia licitum est cuique defendere proprias res, & ad earum necessariam defensionem hominem inuasorem occidere: nempe eo casu, quo res aliter defendi non potest ab inuasione, & rapina. glo. Barto. & doct. in l. furem. ff. de fcar. text. optimus ad hoc in l. j. c. vnde vi. vbi Bart. idem Bart. & doct. in d. l. vt vim. gloss. in cap. j. si quis hominem. de pace tenen. & eius violat. Angel. in l. quoniam multa. C. ad le. Iul. de vi. Hippo. in dict. l. furem. num. v. octauo ordinari. litaque. §. lex duodecim tabularum. ff. ad le. Aquil. & in cap. iij. ad fin. de homici. vbi probatur, licitum esse occidere furem diurnum, si se telo defenderit: igitur pro defendendis rebus, pro capiendo fure, ne cum eis aufugiat, licitum erit eundem occidere. Per tinent & ad hoc alix authoritates, quorum meminit Chassia. in consuet. Burg. rub. j. §. v. vers. sic. quæro quomodo. num. xj. quam opinionem esse communem ex iure ciuili asserunt lafon & Dec. in dict. l. vt vim. Ludouic. Carrer. in pract. rubr. de homici. §. vj. num. 29. tradit lafon in princ. de actioni. numer. 69. imò idem erit iure canonico: cum absque expressa autoritate non sit constituenda dif ferentiâ inter ius canonicû & ciuile: & præterea sicut iure ciuili licet

licet cuique res proprias defendere, ita & canonico: vt probat text. in d. c. olim. in j. de restit. spol. licet quidâ præsertim doctor. in c. ij. de homici. per text. inibi velint constituere discrimen maximum in hac re inter ius canonicum. & ciuile: quos sequitur Ludo. Carre. post alios in d. §. vj. nume. 30. Rursus nec iure defendi poterit, quod alij probare conantur, assue rantes, hanc defensionem ad occisionem vsque licitam esse in foro exteriori: nõ autem in conscientix iudicio: quemadmodum sensit glo. in princ. xxij. q. iij. notant Abb. Anania, & Felin. in d. capit. ij. idem Abb. in c. olim. col. vij. paulò ante citato. Nam si non licet pro defensione rerum aliquem occidere in diuino iudicio, eadem ratione non licebit in exteriori humano. Nec enim occisio iniusta ex Dei & naturæ instituto, potest licere, aut licita esse in iudicio exteriori, vel lege humana. atque ita non placet hæc differentia: licet laf. & Dec. in dict. l. vt vim. eam sequi, & admittere videatur. Sed & Caietani rationibus contendit ostendere adhuc in animæ iudicio: ex diuino instituto licitâ esse hominê priuatò occidere pro rebus defendendis. idcirco qui contrariû ex nostris tenuerit, habent non admodum sibi propitium Theologum magni

perfectò nominis.

¶ Contrariû sanè pluribus rationibus, & autoritatibus magis probabile quibusdam visum est: potest enim illud primo cõstitutû, quod est sic hæc defensio rerum ad mortem vsque iure naturali minimè licita fieri tamè potuit, vt lege humana non nuniatur in exteriori iudicio, saltè ordinaria pena. atque in hunc sensum defendi posset quod est à plerisque proximè nominatis adnotandum. Sed hanc defensionem iuri naturali contrariam esse, itidê iuri diuino, & humano probatur in d. c. ij. de homici. quo in loco licita cõsetur occisio aggressoris ab eo commissa, qui & sua simul defendebat. Igitur foret illicita, si tantum sua, & sic res proprias defendens hominê occidisset. Huic opinioni ad stipulatur ratio text. in c. iij. de homici. cuius hæc sunt verba ad interpretationem legum ciuiliû, quibus permisiu est, furẽ nocturnû occidi: nõ sic diurnû. Hoc est enim, inquit, quod ait, si orietur super eû sol: quia poterat discernere, quod ad furandum, nõ occidendû venisset: & idè nõ debet occidi. Hactenus diuus Augustinus super c. 84. quæstionum in vetus testamentum lib. ij. ex quo deducitur, furem diurnum occidi non posse, nisi se telo defendat: quia manifestum esse potest, quod non accesserit ad occi-

dendum, sed ad furandum. Ergo pro rebus defendendis non potest quis licite occidi.

¶ Tertio hanc sententiam probat ratio quædam, qua S. Thomas videtur 2.2. q. 64. articulo vij. ex diuo Augustino in libro j. de libero arbitrio. Quomodo, inquit, apud diuinam providentiam liberi sunt à peccato qui pro his rebus: quas contemni oportet, humana cæde polluti sunt. Igitur non licet pro rebus defendendis aliquem occidere. ipse verò S. Thomas huic rationi satisfacit aliam quæstionem tractans in responsione ad primum: dum inquit, auctoritatem Augustini accipiendam esse in eo casu, quo quis intendit hominem occidere pro his rebus temporalibus: non autem cum quis hoc ipsum agit, ut se vel sua defendat. Actus autem occisionis ad conseruationem reru temporalium procedens, non videtur illicitus. Quia vnicuique licet res proprias defendere.

¶ Quarto idem vltimus coadiuuatur ex eo, quod vita hominis sit pretiosior rebus. capitulum. suscepimus. de homicidio. l. sanctimus. C. de sacros. eccles. dict. ca. ij. sed sicut tenetur quis seipsum plus diligere, quam alterum: ita par est, quod teneatur plus diligere proximum, quam proprium patrimonium. defensionem, & tutelam: ac tandem maiorem debeat habere rationem vite alterius, quam proprii patri-

monij. Fit igitur non esse licitum pro rebus defendendis aliquem occidere. Hæc verò argumenta ratio sit à Fortunio in d. l. v. vim. eademque poterit sequenti ratione confirmari.

¶ Quinto: tenetur quis proprias res dare ad subueniendum periculo vite alterius, cap. pascere. 85. dist. cum his, quæ in simili argumento adduci solent, quasi teneatur præferre vitam proximi proprijs rebus: ergo tenetur quis proprias res dimittere potius, quam pro eis defendendis alteri vitam adimere. His verò rationibus Caiet. in d. arti. vij. respondet concedens, teneri quem potius diligere & rationem habere vite alterius, quam proprii patrimonij in communi: non autem in particulari casu, quo cuiquam incumbit cura proprii patrimonij: non autem vite alterius. Et ideo non tenetur quis omittere defensionem reru, quæ sibi propriæ sunt, & quarum particularis cura sibi imminet propter vitam alterius conseruandam. nisi itidem esset specialis casus, quo propter extremam alterius necessitatem incumberet eidem vite alterius tutela, ut in d. c. pascere fame morientis. Sed & ad text. in d. c. ij. de homicidio. respondetur, eam decisionem ita intelligendam fore, non excludatur defensio reru absque periculo personæ: siquidem in priori illius capituli parte responsum est, non licere cuiquam furem occidere.

occidere, cum absque occasione capi cum rebus poterat: posteriori autem parte decisum extat, licitam esse occisionem, ubi fur aliter capi non poterat, quam per occisionem: & ideo dum ibi dicitur: ite; & tua: est text. ille intelligendus alternatiue: ite, vel tua: si alter capi non poterat, hinc enim sensum ratio illius decisionis insinuat: sentitque mihi. Felix. Præterea non oporteret ratio deducenda ex dict. cap. pascere. quippe quæ obneat cum alter est in extrema necessitate, quam ipse vitare alter non valet, quæ ex rebus meis, qui tenetur tunc largiri elemosinam: ut in præsentibus quæstione qui meas res inuadit nullam necessitatem vite patitur, ut ipse teneat dimittere proprias res potius, quam eas defendens possit occidere inuasorem. sic sane Syluest. verb. ex communi cap. sexta, quæstio. nona. huic obiectioni respondet, et sequitur commune: & idem sensus Caiet. in dict. artic. 7. Verum quod facilius hæc quæstio expeditur oportet memoria repetere, quæ de furius occidendis leges humanæ priuatis permiserint. Extat etenim lex duodecim tabularum in hæc verba: Fur manifestus furto prehensus, si aut cum faceret furum nox esset: aut interdiu se telo, cum deprehenderetur, defenderet, impunè occiditur. Hæc sunt legis verba. cuius quidem legis Cicero pro Milone meminit, sic loquutus: Quod

si duc decim tabule nocturnum fure quoquo modo, diuini autem si se telo defenderet, interfici impunè vulerunt. Eiusdem meminit Quintilianus libro quinto orationum institutorum, cap. 10. Hæc legem & Iurisconsultus commemorat in l. iij. ff. ad legem Aquil. quo in loco Caius Iurisconsultus addit, permissum esse cuiquam furem nocturnum occidere, modò id cum clamore testificetur. Sic & Ulpianus in l. furem ff. ad legem Cornel. de sicariis. eandem legem ita interpretatur, ut hæc occisio licita sit ita demum, si parcere furi sine periculo vite quis non potuit. Ex quibus apparet, furem nocturnum occidi posse, cum sine periculo ei parcere non possumus. denique ubi dubium est, an accesserit ad furandum, an ad occidendum: sicut Augustinus interpretatur in d. cap. iij. de homicidio. idem notat Fortunius in dict. l. v. vim. col. 8. ad hoc allegans gloss. in dict. l. furem. Et in dict. l. 4. ex hoc aduersus commune opinatum, non licere cuiquam alterum occidere pro rerum defensione, etiam si is laicus sit. Nam licet plerisque placuerit, non licere clericis aliquis occidere pro rebus defendendis: laicis autem hoc licitum esse. ex cap. suscepimus. de homicidio. ubi Abb. hoc voluit. idem Abb. in cap. olim. in j. de rest. spoliat. col. 7. Ludou. Gome. in prin. de actio. nu. 54. tamen hæc differentia non satis constat: quia nullus

veræ iustitiæ rationem habet: præsertim quia in dict. cap. olim probatur, licitum esse clericis proprias res defendere, & earum in defensione aliquem occidere. quod si constituerit, nocturnum furem accessisse ad furandum, nõ ad occidendum: tunc nõ aliter poterit is occidi, quã possit diurnus fur impunè occidi: quẽ admodum constat ex præcitatissimis autoribus. Fur autem diurnus occidi potest, si se telo defendat: non aliàs: idque constat in dict. cap. iij. & in d. l. iij. idcirco hoc in loco est observandum, quã ratione sit ad vnguem intelligendum quod leges passim constituerunt, posse scilicet, furẽ diurnum occidi, si se telo defendat.

¶ Nos verò huius quæstionis resolutionem brevitè expedimus, planè veriti, nè quid ex varia doctorum sententia super sit, quod rem istam difficiliorẽ efficit. Quam ob rem constituam aliquot casus, pietate quadã in hoc iudicium Iuriconsultorum interpretatus.

¶ Primus sit huius concertationis casus: cum quis occiderit furem nocturnum, dubitans an ad occidendum, vel furandum accesserit: & non potuerit ei parere absque propriæ vitæ periculo: hæc etenim occisio licita est apud Deum, & in iudicio exteriori, quemadmodum ex lege duodecim tabularum apparet, similis & ex diuini Augustini interpretatione: idque fatentur omnes, qui

quæstionem istam disputantes Plato in dialogo. de legibus, inquit: qui nocturno fure domum suam ingressum interemit, mundus sit.

¶ Secundò proponitur ea species, in qua contingit homicidium ad necessariam defensionem rerum nõ ab aggressore capiuntur: & profectò licitum esse hoc homicidium deducitur ex multis, quæ superius adducta fuerunt: præsertim ubi raptor bonorum defendente res proprias à rapina vult offendere quod ad personam: quẽ admodum frequentissimè accidere poterit, cum quis à rapitore defensionem res proprias: aut raptor abstinere à rapina: & tunc iam nullius occisionis adeest casus: aut ipse contendit adhuc inuito defensor res rapere, non potest ea contentio expediri absque iniuria, & damno personali defensoris: idcirco homicidium in de se sequutum pertinet ad defensionem personæ, simul & rerum. Quare quidem defensio ipso Fortunio teste licita est: idque notant Feli. in dict. cap. ij. Dec. in dict. l. vi. vt. nu. 31. & probatur ex eiusdem diuini Augustini sententia in dict. c. iij. & Iuriconsultis asserentibus post ipsam legem duodecim tabularum, diurnum furem occidi posse, si se telo defendat. Hoc ipsum communis opinio probat, ac denique Caieta. in dict. art. 7. tex. optimus in d. capitul. olim.

¶ Tertio hinc deducitur, licitum esse

esse occisionem raptoris, quoties ea sit ad defensionem rerum, & personæ eisdem res defendentis, quam ipse raptor offendere conatur, nè rerum occupatione impediatur. Nec satis percipere valeo, quo pacto mihi licitum sit res meas defendere, nè à rapitore capiuntur: & sit illicitum pro rerum defensione raptorem occidere. Nam si ipse defendam res meas, & raptor hanc defensionem impediatur per vim, non potest id aliter contingere, quàm me ipsum offendendo: quo casu iam defensio rerum ad defensionem personæ pertinet.

Quartò ex his & illud manifestum sit, licere cuiquã furẽ diurnum res auferentẽ capere, & eum se defendentẽ à capuone itidem occidere: hoc probat text. in d. cap. iij. ex August. text. item in d. l. iij. ff. ad legem Aquil. & fatentur Fortun. & alij. Si quidem iure sit quis capere furem, & is iniquè se defendit: quã ob rem occidi poterit, si se defendat, nè in ea defensione occidatur ab eo, qui eum iuste capere conatur. qua argumentatione & ipse Fortun. vtitur.

Quintò inde constat sensus eius quod Plato scribit dialogo. 9. de legibus: dicentem, licitum esse cuiquã spoliatorem in defensione suam occidere. Hæc etenim sententia est intelligenda secundum ea, quæ ad legem duodecim tabularum hoc in loco tradita fuerunt.

¶ Sextò ipse verè, in fallor, opi-

nor, furẽ nocturnum, vel diurnum, de quibus manifestum sit ad furandum, nõ ad occidendum accedere, tunc occidi posse, cum se ipsum defendit telo, nõ capiatur. Occiditur enim tunc ea ratione, nè violentem eum apprehendere ipse fur occidat. Quæ omnia consistant ex his, quæ paulò antè tradidimus.

¶ Septimò, vt discrimen furis nocturni à diurno constituatur, infero: nocturnum furẽ posse occidi nõdum expectato, an se velit defendere, nè capiatur. forsitan enim propter noctis tenebras non posset hic conatus cedere in commodum, & utilitatem, nec in tutelam ipsius, cuius domum fur nocturnus aggressus fuerit. & deinde propter audaciam eius, qui forsitan ad occidendum, domum alterius aggreditur: de quo præsumendum non est, quod sit permissurus, se tunc capi. idcirco eius occisio licita censetur, nisi posset ipse fur absque periculo capi, vel posset, quis ei parere, nullum ex hoc salutis dispendium subiturus.

¶ Octauò apparet, diurnum furem, qui capi posset tunc, quique non se defendit telo, occidi non posse licitè. constat enim, hunc ad furandum, non ad occidendum accessisse: & ideo, nisi se telo defendat, timendus non est: tunc enim potest eius captio tentari. facillimè enim fures capi solent cum deprehenduntur, qui propter animo sint timidi admodum.

¶ Nonò, si rectè, & permittimè.

tractentur quæ modò ex Iuriconsultis adduximus, dubium erit quod Syuefter noiat verb. ex cõmunicatio. vj. q. ix. cuius verba subijciam. si tamen non me inuadit, & tamen rem meã tenere nequeo, nisi occidã: puta quia fugit in equo meo, quem aliter habere nequeo, nisi illum sagitta occidam. fortè non licet mihi in conscientia occidere: nisi vt dicam limitando dicta Panorm. quanuis etiam dici possit, hoc casu non esse contra legem dei, aut naturæ occidere. quia quouidè de licetia principis inuentur arma pro temporalibus. Hactenus Syluest. cuius posteriori opinionem ipse opinor falsam esse. siquidem hic fur telo non se defendit, nec nocturnus est, nec alium aggreditur: imò fugit: igitur occidit licetè nõ potest. Imò ipse Syluest. verb. bellum. 2. §. 7. hoc in casu censet contrahi irregularitatem à clerico, qui homicidium hoc commiserit.

¶ Decimò nõ est prætermittendũ etiam præmissa cõmuni sententia non licere, nec licitũ esse quenquã occidi pro defensione rei, quæ modici valoris sit: quæ admodũ notant Mathesilanus notabili 135. Abb. & Felin. in d. cap. ij. Iaton & Gome. Instit. de actõnib. in prin. nu. 55. Hipp. in dict. l. furem. nume. 3. ff. de ficar. arg. text. in l. si ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. Aquil. quæ sententia maximã æquitatè habet:

¶ Undecimò ad propositam huius constitutionis inter pretationem adnotandum est, eile nihilominus irregularitatem clericum, qui pro necessaria rerũ defensione hominem occidit. quod, vt quibusdam placet, probatur in cap. ij. de homi. & in ca. suscepimus. eo. tit. atque ita tenent Panor. & docto. capitul. ij. Nicolaus Plouius de irregularitate: reg. 37. Syluest. verb. bellũ, ij. §. Maria. doc. in capitul. ad audiendam. de homi. num. 40. Gõsalus à Villadiego de irregularitate. cap. de percussore. collũ. 14. quorum opinio videtur maior, ac frequentiori doctorum calculo recepta. Hæc verò sententia non probatur in dict. capitul. 2. quod superius ostendimus in verb. sed & ad text. multominus in dict. capitul. suscepimus. quo in casu maximus contingit defensionis rerum excessus: cuius equidem ratione non potuit illud homicidium nec ob defensionem personæ, aut rerum necessariam, & moderatam à culpa excusari: talem ea, quæ sit sufficiens ad irregularitatem: vt gloss. Abb. & docto. ibidem tradidere. quam ob rem hæc opinio communis non potest habere certam autoritatem ex præmissis iuris pontificij decisionibus. Postremò igitur mihi magis placet, non esse censendum irregularem, eum, qui ad necessariam defensionem rerum, furem, aut raptorem occidit: his in casibus,

in casibus, quibus ea occisio iure licita sit, iuxta ea, quæ modò distinximus. quam sententiam existimo probari ex eo, quod hoc homicidiũ priuatum sit, & nullam culpam habeat: ex quo nulla oritur irregularitas: secundũ ea, quæ non semel hac in relectione probauimus. & præterea: quia occidens aggressorem ad defensionem mistam personæ & rerum, irregularis non est: capitulo secundo, nec occidens furem nocturnum, cui sine periculo parcere non poterat. capitulo tertio, nec itidem occidens furem diurnum, qui se telo defendit: vt in eod. c. constat. His etenim casibus non contrahitur irregularitas

ex priuato homicidio, sicut nec in multis alijs, maximè in his, qui hac cõstitutione continentur, nõ alia ratione, quàm quòd ipse occidens nullam habeat, nec contraxerit culpam in hac priuata occisione. quã obrem vbi defensio rerum iustam, ac licitam faciat occisionem priuatam: cõsequens erit minimè contrahi irregularitatem. Hæc de irregularitate ad huius constitutionis intellectũ olim Salmaticæ publicè dictauimus: quæ & nunc prælo cõmittimus, benignè, ac facilè nostram sententiã mutaturũ, si quid à iure deuium pravis doctrina & eruditione præstantibus visum fuerit.

Relectionis Clementinæ, Si furiosus. de homicidio,  
FINIS.





IOANNIS BRV-  
NELLI IVRIVM DO-  
ctoris & professoris eximij, Aure-  
lianensis in primam decreta-  
lem de homicidio so-  
lennis Repe-  
titio.

55

PRAEFATIO.



**I**n decreta-  
li prima de  
homicidio.  
in antiquis.  
Quæ vna  
cum totius  
tituli ple-  
nissima discussione venit de-  
clara: iste à nobis ordo obser-  
uabitur. Nam in discursu repe-  
titionis: faciemus quinque præ-  
cipuas partes. Prima, quia &  
hec decretalis, & pleræque alię  
ex veteri testamento in corpo-  
re iuris nostri inseruntur: ostē-  
detur si ius canonicum possit ap-  
pellari ius diuinum. In secunda,  
quia commodè non potest diui-  
di, ostendetur ex varijs intelle-  
ctibus quis sit verior, & elicie-

tur quintus. In tertia, elicitur  
ex textu decretalis breuis sim-  
pliciter notabile. In quarta pro  
declaratione materię elicitur  
triginta conclusiones, quibus ap-  
parebit, Quod bellum dicatur  
esse iustum: & an in eo possint  
assistere clerici pugnando. Et an  
cum infidelibus sit licitum: & per-  
missum bellum: An in eos ha-  
beat Papa iurisdictionem: An  
pro eis expugnandis indici pos-  
sint à Papa decime & cruciatę.  
Et occasione sumpta incidē-  
mus in pulcherrimum articulum  
indulgentiarum. Postremò de ho-  
micijs voluntarijs, quę contra  
hunc factum: madata: ope: & cõ-  
filio. Et quomodò ex eis contra-  
hatur irregularitas. Et an sit di-  
spensabilis à Papa ostēdetur. At

T iij

ut adolescentiam ipsam cum senectute commutasse videatur. Vt verò inge-  
nuè adolefcens tecum tandem familiariter colloquar, non assentatorum mo-  
re (nec enim adulari scio, nec si sciam velim. Et si virumque ad sit, nullus  
apud te huic vitio relinquatur locus.) egisti apud nos aliquot annos. Sed da-  
ligentia quadam singulari, & vitæ sanctimonia incredibili ita breui excol-  
luisisti, ut nullus ex nostris scholasticis ab hinc annos viginti, pace aliorum  
dixerim, maiorem sit gloriam consecutus. Ita omnibus charus factus es, ut  
non modo clarissimorum præceptorum tuorum, sed scholasticorum, ac mi-  
nerforum pene cuius gratiam tibi comparaueris. Eia præclara indole adole-  
scens, perge qua cepisti. Quod si ut speramus, feceris: ominamur,  
& augurio non fallaci pollicemur tibi propediem supre-  
mas dignitates, tum seculares, tum ecclesiasticas.  
Postremo has ingenij nostri primitias, &  
doctrinæ nostræ primam seturam  
benigno vultu excipe, &  
me, ut soles, ama.

V A L E.

IOANNIS

tēto q̄ iure positio sit introdu-  
cta. Dicitur etiā de homicidijs  
voluntarijs, necessarijs & casua-  
libus. Et an clerico permittat-  
ur pro defensione rerū ad le-  
ua procedere. Et si debeat cle-  
ricus in defensione personę si-  
bi cōsultare fuga, si possit. Hęc  
omnia via satis facili & amena  
ordinate declarabūt. quibus  
ad plenū discussis erit funditus  
& radicis extirpata materia  
totius tituli. In quinta & nouis  
sima parte recitabūt quinq;  
intellectus ex dictis ab anti. Io.  
Andr. Gofred. Panormita.  
Ioanne de Anania, Barba. Fe-  
lino, Decio, Aretin. qui eliciū-  
tur tam hęc quā in capitulis,  
A t si clerici. Cū nō ab homi-  
ninc. de iudi. suprā. Et in quin-  
to vltimo stabimus, confirmā-  
do illū multis fundamētis. Et  
contrarijs obiectionibus maxi-  
mē Deci. & Are. respōdebimus.

¶ Proindē lectores omnes ora-  
tos velim, boni consulant: neq;  
egro ferāt animo, q̄ nonnun-  
quā in hac disceptatione & se-  
quēte quę de cōsilijs generali-  
bus tractat insignium scripto-  
rum sententijs aduersatus sim:  
vt enim doctorū nostrorū opi-  
niones fideliter & cū summa  
honoris p̄fatione recensui &  
secutus sum septennero nos-  
trum qualecūq; iudiciū inter-  
ponēdo: ita (quod ingenuē fa-  
teor) de quorundā votis nō dif-  
fiteor me recessisse. Quod ta-  
men nō temerē: nec arrogatē:

sive studio cōtradictō discubij-  
que seruata modestia: ac pro-  
veritate feci. Porro si in recen-  
sendis literis sacris, aut earū cla-  
rissimis professoribus erratum  
fuerit in articulo p̄ferentium in-  
dulgentiā (qui modō occur-  
rit) vatio sane & ancipiti, veniā  
deprecor: ac supplex implo-  
paratus corrigi, ac nihil perti-  
naciter defendere. Velim autē  
demū intelligāt omnes: me  
nihil astruere velle: quod ā fide  
& Christiana religione sit alie-  
num: sed solū quod sancta reci-  
pit ecclesia: ac veteris aut noui  
testamēti, sacrorūq; canonū, &  
doctorum credere compellit  
authoritas.

## S V M M A R I A,

- 1 *Ius canonicum an ius diuinum & dicitur, & appellari possit.*
- 2 *Canonum condendum facultas est penes Papam.*
- 3 *Doctor iuris canonici, legali scientiæ doctōri p̄sertur.*
- 4 *Laiicus vt beneficium & acceptet & reseret procurator esse potest.*
- 5 *Rubrica magni Decreti authenticæ non sunt.*
- 6 *Leges insertæ Decreto an & quādo vt canones habendæ sint.*

## Prima pars.



SECRETALIS  
nostra sumpta  
est ex Exodi c.  
xxj. Ita sunt ex  
eodē loco sum-  
ptæ duæ

1 p̄t̄ dōc sequētes. † Ex quo da-  
tar intelligi ius canonicū posse  
dici diuinū. Quia manauit ab  
authoritatibus veteris, & noui  
testamēti. ita probat text. in c.  
qualiter. ij. de accusat. suprā.

2 Et † cū facultas cōdendi cano-  
nes residat in Papā: & qui se-  
cus existimat, cēsetur esse hære-  
ticus. gl. in c. in generali. de ele-  
in vj. ā Panor. singularis repu-  
tata in c. cū non liceat. de p̄-  
scrip. suprā. Et hęc facultas quę  
est penes Papā, est de mero in  
perio. & ita magistraliter descri-  
bit Panor. in c. quod sedes. de  
offi. ordi. suprā. Et q̄ conditori  
canonis omnis creatura fit sub-  
iecta: est dictū vlgatū Inno. in  
c. j. de consili. suprā. Tamē deci-  
sio alicuius sacri doctoris quan-  
do est sulata authoritate veteris  
aut noui testamēti est p̄feren-  
da decisioni Papę. glo. si in c. de  
libellis. xx. dist. A dde p̄dictis  
q̄ ius canonicū inspecta causa  
efficiente immediata quę est  
Papa, dicitur positiuū. Ita Pa-  
nor. in c. j. vj. col. de iura. calū-  
suprā. motus per textū in c. nō  
debet. de cōsangu. suprā. dum  
appellat cōstitutiōes canonicas  
statuta positia. A dde, quod  
pulchrē scribit Io. An. in regu-  
la peccatū. in nona col. de regu-  
iur. in Mercūri. Licet inquit ius  
ciuile & canonicū inter se cō-  
ueniant: quia utrūq; fundatur  
super ratione naturali, & dedu-  
cant in bonū commune & po-  
liticū: differūt tamen in modo

inducēdi. Nā ius ciuile dirigit  
in bonū commune, vt cōgruit  
humane societati: secundū quę  
modū bonum cōmune habet  
nutriri & cōseruari per legalē  
iusticiam & ciuile amicitiam.  
Ius verò canonicū dirigit in bo-  
num cōmune vt cōgruit huma-  
næ societati, quæ nō solūm vj-  
uit ciuilitate, sed regulariter se-  
cūdum fidem, in Deū tenden-  
do, & aliā vitam expectādo. Cū  
ergo ius canonicū sit quedam  
explicatio iuris diuini, oportet  
quod idem finis intēdatur ab  
vtrōq;. Bonū autē istud cōmu-  
ne hoc modovt nos Canonistę  
accipimus, non potest nutriri  
aut cōseruari per solā legalem  
iusticiā & ciuile amicitia. Sed  
vltia hoc requiritur quędā cele-  
stis amicitia, sine qua impossi-  
bile est aliquē hominē in Deū  
tendere. Ista sunt singulariaver-  
ba Io. And. in loco proximē al  
legato, quę ā nostris maximē  
Panor. solent frequētē recita-  
ri, & sunt menti tenēda. Adde  
q̄ cū ius canonicū habeat quā-  
dam conformitatē & participa-  
tionē iuris diuini. tunc in epi-  
scopatu, qui nō est vicinus hæ-  
reticis, potius est assumēdus Ca-  
nonista quā theologus: quia po-  
tissima cura illius episcopatus  
versatur in causarū ventilatiōe.  
& iurisdictione. Et quia cano-  
nista potest mediāte iure cano-  
nico habere noticiā veteris &  
noui testamēti: quę vt Inno. in  
c. cū in cūstis. de elec. suprā, est

necessaria Episcopo. Alioquin si episcopus sit vicinus hereticis & de fide catholica sit disputandum, est preferendus theologus. Ita post Hostiā. notat postiores in c. i. de cōsangu. suprà. Ex prædictis etiam inferitur, quòd cūm scientia iuris canonici sit in parte diuina: † tunc doctor iuris canonici est præferendus doct. legum. dictum est vulgatum Ioannis Andreæ post Fracis. Versel. in c. clericis. de iudi. suprà. Quod ampliant etiā si doctor iuris canonici esset vxoratus. Nec repugnat professioni iuris canonici, si doctor canonum sit vxoratus: cūm interpretatio doctoris sit solum probabilis & nō necessaria: vt norant glo. & scribentes in c. j. de postu. prælato. suprà. gloss. in l. i. de legi. C. Accedit quòd hæc scientia est in parte positua vt dixi. Et vt vult Panor. in c. fin. de his quæ sunt à præla. suprà. Laici doct. possunt interesse in concilijs generalibus. Non solum vt dicebat Ioan. Andr. ibi, vt audiant: sed vt dicit Panormitanus vt consulant, adducit duos textus in capit. ad sedem. xxxi. quæstio. vj. in capitul. ad Apostolicæ. de re iudicata. in vj. Idem Panormit. in disputatione Episcopus. Et laici possunt committi cause spirituales: per gloss. de iudi. ca. decernimus. de iudic. vbi copiose moderni. † Et laicus potest esse procurator ad accipiendum

& resignandum beneficium. not. in c. j. de procur. in vj. in c. accedens. de præbend. suprà. & ille monarcha iuris nostri Ioā. Andr. qui vt ipse scribit in fine sexti, dum scriberet glosas illius libri duplici lectione erat occupatus: fuit vxoratus, & de vxore sua nomine Milancia meminit in regul. qui prior. in mercuria. & in c. de multa. de præbendis. Ex prædictis inferitur, quòd cūm doctrina iuris canonici sit in parte diuina: inde magnum decretum quod vt in vetustissimis bibliothecis inuenitur, olim volumen aureum vocabatur: à Gratiano cōtextum fuit ex intimis autoritatibus veteris & noui testamenti, & sacrorum doctorum decisionibus. Sunt qui duplici ratione librum illum repudiandum censent. Prima quia non est approbatus. Sed hæc ratio non militat. Est enim receptus saltem in scholis sicut in simili dicit Bartol. de dictis Hypocratis & Aristo. in l. j. ff. si certum petat. Præterea sequeretur quòd multi essent in veteri testamento libri reiiciendi: vt Iudicum, Machab. Sapiē. Ecclesiastic. Esdræ tertius & quartus, & Thob. qui in codicibus Hebræorum non inueniuntur, & sunt apocryphi: vt per gloss. nota. in c. fi. xvj. distin. notat Nicol. de Lir. in prologo in librum Iosue. & tamen ecclesia recipit & vitur istis libris. Secūda ratione, quia dicunt

dicunt Gratianū in multis errasse: ita vt & glosator magni decreti quisquis ille sit: parum modeste dicat mentiris aperte Grariane. Sed hæc ratio est parum efficax. Nā Origenem in simili extirpatis erroribus recipiendum esse censet Hieronymus in canon. sacrosancta. ad fin. xv. distinctio. gloss. in capit. fraternitatis. de hæreticis. & eum defendit Ioannes Picus apolog. vij. in proposito etiam Petrus Lombardus Gratiani nostri contemporaneus in libris sententiarum interdum lapsus est gratia exempli in iij. distinct. xxvij. dum vult cōtra hentem cum sponsa alterius cognita incurrere bigamiam, quæ oppositio est per concilium generale correctā in cap. debitum. de bigam. suprà. Et in quor locis errauerit Gratianus vide glosas collectas à Felin. in cap. ex parte. colum. xx. vbi colligit glosas magni decreti quæ ostendunt Gratianum errasse. Et gloriatur se non reperisse ab alio collectas. Sed ante eum collegit eas Antoni. Florenti. in quarta parte summæ. titu. xj. capit. vij. & eo ordine collegit quo postea Felin. Vnde quicquid dicat ipse Felin. æstimandum est incidisse in illū passum. Et apud eundem Florent. loco allegato vide collectos locos in quibus lapsus est ipse Lombardus. Et liber decreti, quòd non sit ap-

probatus saltem quantum ad dicta Gratiani notat Ioan. Anton. Butriga. Imo. Panormit. in dict. cap. ex parte. Idem Panormita. suprà in proœmio in fin. idem in dict. cap. ex parte. in fi. de feud. suprà. Et quamuis text. suprà in proœmio in fin. dicat hac tantum compilatione: tamen non excludit decretum. Sed intelligit de prioribus compilationibus. Adde duo. Primo, † quòd rubricæ magni decreti non sunt authenticæ. Io. in Specula. de disputatio. in fine vbi de discipulo Gratiani à quo asserunt paleas & rubricas esse factas. Et aliæ rubricæ iuris an sint allegabiles gloss. in proœmio vj. in verbo titulis. Imola in rub. de verb. oblig. Secundo adde, supposito quòd liber decreti sit approbatus: † tamen leges in eo incorporatæ non sunt recipiendæ pro canonibus. gloss. in cap. ij. in verbo tractatus. de exceptionibus. in vj. gloss. in capit. super eo. j. & ibi Abb. in fin. de testib. suprà. Adde tamen quòd lex incorporata per Papam esse recipienda pro canone. gloss. singularis in canon. in primis. quæ est fina. ij. quæstio. j. Panormit. reputat notabilem in cap. nouit. in viij. colum. de iudic. suprà. Idem in cap. j. de præsumpti. suprà. Cardinal. in clemen. j. in fin. ij. oppositio. de sequetra. possessio. & fructuum. Imola in cap. j. de constitutio. suprà.

## SVMARIA.

- 1 *Decretalium copiator Raimundus.*
- 2 *Euellas verb. cui proprie conueniat.*
- 3 *Pœna qualitate delicti metiuntur.*

## Secunda pars.

**R**AESENS decretalis quæ continet vnicum dictum, & vnicò clauditur constructu non diuiditur, potius enim in frustra scinderetur, quàm diuideretur. Rursus hæc decretalis non summatur propter varietatem lectionum. In decretalibus autè nostris insurgunt diuersitates intellectuum, & lectionum varietates, † propterea quòd Raimundus, qui vt supra habetur in proœmio, iussu Gregorij IX. compilationem nostram rededit in eum ordinem qui nunc extat, vt alioquin in theologicis doctissimus: sed in doctrina iuris parum eruditus, multa ex prioribus compilatione perperâ detruncavit, & nõnulla superflua adiecit. Authoritates autem veteris testamenti inseruit, ac nulla earum facta declaratione purè & simpliciter retulit. Aut si aliam affert declarationem, profert eam quæ vel sit Hieronymi, vel Augustini, aut cuiusvis alterius, neque planè in terminis canonum interpretis declarat mentem suam. Vnde fit vt oporteat nostros scribentes multa hallucinari, ac varios intelle-

ctus excogitare: inde est, quòd in præsentibus decretalis lego ex dictis scribentium. **Q**uinq; intellectus: quos ego latius declarandos referuo in calce repetitionis. Ego etiam interim recitabo pro forma lectionis intellectum, qui meo iudicio magis applaudet literæ, & minores patitur calumnias. Eadem verò nouissimo loco confirmabo fundamentis diuersis & contrarijs obiectionibus Areti. & Decij satisfaciã. Quintus itaque intellectus est, quòd hic text. loquatur de clerico homicida ex proposito, qui dicitur auelli ab altari per depositionem, & mori facta degradatione actuali per executionem iudicis secularis. Pro isto tamen intellectu ultra scribentes, ego  
 2 imprimis pondero verbum *euellas*: quod proprie conuenit clerico: qui quia altari est affixus, dicitur euelli. in l. iij. in §. j. in ver. succidatur, aut euellatur. ar. bo. fur. cæsa. ff. de pœn. dist. ij. c. quia radix. gl. in cle. dud. post princ. in ver. radicitus. de sepul. Secundo ego pondero in text. idem verbum *euellas*, quod ad prælatum ecclesiasticum dirigitur, vt euellat radicitus per depositionem, seu ordinis exaurationem, quæ solet fieri per verba dissimilia illis quibus fuit collata ordo. in cap. degradatio. de pœn. in vj. idè de Lira in loco vnde sumitur text. nosse dicebat post Rab. Sa. q. si presbyter

cepisset

cepisset officium ministrandi in altari, tunc erat expectandum complementum ministerij, quo peracto tradebatur ad mortem. Tertio ego pondero verbum, moriatur: quod imperari uè est positum, vt intelligatur per executionem iudicis secularis. Et hic intellectus meo iudicio ampliatur dupliciter. Primo vt procedat in clerico qui homicidium qualificatum commiserit: vt potè parricidium, assassinationem, sacrilegium, profanationem patriæ, vnde fuit secuta strages multorum. Secundo ampliatur, vt procedat in clerico qui successiuè plures falsitates aut homicidia commisisset, pro quorum singulis dignus erat depositione. † Solent leges secundum qualitates delictorum commensurare pœnas. Quosdam enim vt parricidas insuendos esse culeo volunt, cum cane, gallo, gallinæ, viperæ, & simia. Quosdam vel truncari capite, vel circa suspendi. Alios condempnant vt viui inurantur, vel bestijs lacerandi tradantur, vel in frustra diuidantur: vt in l. vnic. ad leg. Pompe. C. in l. capitalium. de pœn. ff. Ecclesia itaque si occurrant huiusmodi casus, cum iuxta text. cum non ab homine. de iudi. supra non habeat quid faciat: æquum est, quòd procedat ad degradationem, & recurrat ad iudicem secularem: vt pœna delicti proportionetur. Di-

ces ne tu, quòd in casibus præmissis vbi statuuntur illæ grauissimæ pœnæ erit sufficiens pœna carceris: & profectò satis absurdum esset, an non relinquatur, contra text. in l. conuenire. de pact. dotal. ff. malis occisio delinquenti? Qui confisio delinquenti? Qui confisio facilitate pœnæ non verebuntur quæcunque committere etiã grauissima. Assument etiã delinquendi audaciam ex spe liberationis: habebit siquidem propositam spem liberationis à carceribus, aut per effractionem, aut per aduentum principis seu Episcopi. Porro laici ingeritur scdaldum & occasio detrahendi de statu ecclesiæ, vt solent. Qui videtes pro delictis atrocissimis ita leues pœnas, solent excandescere, & in illa verba prorumpere. Vbi est Deus qui vindicet peccata eorù? Postremo vt hic Ioan. de Ana. refert, solent sumpta occasione ipsi laici intromiscere cõtra clericos, & facere contra libertatem ecclesiæ statuta. Iste sunt in effectu rationes scribentium, sub alijs tamen terminis à nobis relatæ, & copiosius nouissimo repetitionis loco erunt discutientur. Hunc itaque intellectum sic ampliatur & declaratum uenit primò Pet. de Ancha. in cons. 157. idem in regul. ea quæ de reg. iur. in vi. referens in cõtingentia facti se ita confusisse apud Venetos de presbytero quodam qui post spo-

liationem proditoriè occide-  
rat sacristà templi sancti Mar-  
ci. Qui censuit pro illo vnico  
homicidio qualificato degra-  
dandum. Hunc intellectum sic  
etiam sequitur Panor. in c. no-  
uimus. de verbo. signi. Idem in  
c. cum non ab homine. in prin-  
cip. Idem latius in cap. at si cle-  
rici. referens cum adhuc Iuue-  
nis esset in præmissò casu cum  
Petr. de Anchar. se consuluisse.  
Decius in dict. c. at si clerici. de  
iud. sup. in xxvij. col. refert hâc  
opinionem habere magnam  
æquitatem, ac se vidisse eam ser-  
uari. & Panor. in dict. cap. pro-  
ximè allegato pro ista opinio-  
ne firmam adducit quadam  
rationes, quarum nonnullæ  
sunt fragiles: aliæ multum effi-  
caces, videbimus eas in calce  
repetitionis.

## S V M M A R I A.

- 1 Decisioni cap. j. de homici. vt locus  
sit, homicidium per insidias &  
ex industria fiat, oportet.
- 2 Item quod proximus offendatur.

## Tertia pars.



X text. decretalis nostræ ego eli-  
ciovnixum nora-  
bile: duo videli-  
cet esse requisita,  
vt procedat decisio huius text.  
1 Primò, quòd homicidium sit  
commissum per insidias seu ex  
industria, capièdo verbum, in-  
dustria, in malam partem: licet

aliàs in bonam capiatur in l. si  
defunctus. arbitri. tutel. C. &  
per hæc verba de Lira in loco  
vnde fumitur text. noster, dice-  
bat excludendos illos, qui non  
ex industria faciunt, vt magi-  
ster in correctione discipuli: de  
quo in l. sed si quemcunque. ad  
leg. Aquili. ff. in capi. presbyte-  
rum. infra eod. Adde hic post  
Petr. de Anchar. Ioan. de Ana.  
& Feli. exempla de homicidio  
proditorio. Iura tamen per eos  
adducta parum stringunt. Pri-  
mò, si quis vnum in corde ge-  
rat, aliud verbo exprimat in l.  
j. de pact. dotalib. ff. in l. iij. in  
princip. ad leg. Iuli. maiestat. ff.  
in l. fin. de del. cod. libr. io. qui  
textus non multum vrgent. Se-  
cundò, si socius itineris nulla  
præcedente rixa percutiat so-  
cium: idem si socius faciat istud  
in mensa: aut si amicus reputa-  
tus amicum percutiat à tergo.  
ista sunt exempla Bartol. in l.  
respiciendum. §. delinquant.  
ff. de pœn. Tertio, si quis occidat  
veneno quod plus est, quàm  
gladio. l. j. de malefic. C. per  
quam legem Baldus dicit ta-  
lem esse proditorem in l. ne-  
mo. de malefic. C. & de malis  
venenis vide in §. eiusdem l. iij.  
de scar. ff. Quarto, si quis per-  
miserit transire gentem, quæ  
est inimica nostra in l. si quis  
à barbaris. de re milita. cod. li-  
bro xij. Quintò, idem intelli-  
gunt in coniuuantibus qui se  
offendunt occultè Bald. in c. j. qui-

j. quibus modis seu. annt. allegat  
istud quod Iudæ proditori di-  
ctum est. Qui intingit mecum  
in catino, hic me tradet. Et de Iu-  
da proditore in can. tu dixisti.  
xxij. q. v. Et quomodo istud cri-  
men productionis sit grauissimū  
vide quod no. Car. in clem. j. §.  
qui a verò. in 8. nota. de sta. mo.  
Secundò & principaliter iste tex.  
2 requirit, quòd offenderit pro-  
ximum. idem post Rab. Sa. dice-  
bat de Lira in loco vnde fumitur  
hic tex. quòd si Iudæus occidit  
fret gentilem, nō procedet et pœ-  
na huius text. Tu tamen adde,  
quòd clericus ex occasione pa-  
gant, vel alterius infidelis incur-  
rit irregularitatem, de quo in c.  
fi. contra paganum. l. di. Nam  
tales homines sunt quibus in  
cometè viuentibus non est inferē-  
da molestia. l. Christianus. de pa-  
ga. C. Et si eis possit iudici bellū  
dicetur copiose in iij. & vj. con-  
clusionone Et quāuis non sint de  
ouili: sunt tamen oues per crea-  
tionem: vt Inno. Ioan. And. Pa-  
nor. notant in cap. quod super  
his. de vot. supra. Quòd autem  
in veteri testamento legitur iij.  
Re. ij. quòd Ioab iuxta altare  
iussu Salomonis occisus est: hoc  
intellige fuisse, quia prius ho-  
micidium proditorum fecerat.  
Interfecerat enim proditoriè  
duos Iudæos Abuer, & Amasin.  
Ita de Lira intelligit in loco vn-  
de fumitur iste tex. Et inquam-  
tum Inno. hîc vult, quòd altaria  
veteris testamenti erant maio-

ris sanctitatis quā nostra, adde  
præter eum & alios, quòd in ve-  
teri testamento erant duplicia  
altaria. Primum altare holocau-  
sti ex terra vbi cremabantur ho-  
stia de quo Exo. xx. Secundum  
altare incensii seu thymiamaus  
ex lignis Sethin auro coopertū,  
de quo Exo. xxx. Et quomodo.  
Noe primus post cessatum dilu-  
uum ædificauit altare Gen. viij.  
Et Salomon altare aureum ædi-  
ficauit. iij. Regum. vij. vide Spe-  
j. lib. Ro. diuinarum officiorum  
in rub. de consecra. alta. eum re-  
citat Do. de Salua Vir doctissi-  
mus, & supremi senatus consi-  
liarius in tractatu de beneficio  
prima parte in ij. requisito.

## S V M M A R I A.

- 1 Homicidium quid.
- 2 Suscipiens vel ministrans positionem  
vt inhabilis ad concipiendum  
vel generandum reddatur, qui-  
bus penis subiacet.
- 3 Homicidium ex partus nondū ani-  
mati suffocatione, nō contrahitur.
- 4 Irregularitas quod ex suffocatione  
partus animati contrahatur.
- 5 Irregularitas ex homicidio & mem-  
bri mutilatione contrahitur.
- 6 Duellum quod illicitum.
- 7 Irregularis non est clericus qui iu-  
sio bello interuenit, etiam ar-  
matus.
- 8 Bellum quod iustum dicitur.
- 9 Belli iusti effectus duo.
- 10 Bellum in fidelibus terram sanctā  
occupantibus pape & Christi-  
anorum principibus indicere

- licitum.
- 11 Papa subsunt quoad iurisdictionē & fideles & infideles
- 12 Bellum infidelibus iudicare pro quibus terris non liceat.
- 13 Decimas beneficiales pro terra sancte aut alia necessitate Papa in dicere potest
- 14 Decimarum genera quatuor.
- 15 Decime quo modo soluenda.
- 16 Galli quam & quando expeditio nem fecerunt pro terra sancte subsidio.
- 17 Godofredus Bullionis Hierosolymae Rex.
- 18 Baldunus Godofredi frater Hierosolymae Rex.
- 19 Papa & cruciatam inducere, & indulgentiam plenariam concedere pro terra sancte succursu potest.
- 20 Indulgentie ut procedunt qua requirantur.
- 21 Indulgentie unde resultent.
- 22 Iubileus unde traxerit & originem & nomen.
- 23 Iubileus cur in annum centesimum protensus fuerit.
- 24 Indulgentie an tantum valeant quantum sonent.
- 25 Indulgentie an extendi possint ad illos qui sunt in purgatorio.
- 26 Purgatorium Graeci negant.
- 27 Indulgentie à quibus publicande sint.
- 28 Christiani pro sui tuitione vel patrie cum infidelibus sedes inire possunt.
- 29 Irregularitas qua causatur ex homicidio voluntario quo iure introducta sit.
- 30 Papa super irregularitate causata ab homicidio voluntario dispensat.
- 31 Episcopus in minoribus, Papa in maioribus cum casuali homicidio etiā cum culpa, dispensant.
- 32 Irregularitas contrahitur nedum ex homicidio voluntario, sed & membri mutilatione, aut detractione.
- 33 Irregularitas tribus in casibus vitari potest.
- 34 Membrum quod dicatur.
- 35 Homicidium unde contrahitur irregularitas, factio committitur.
- 36 Homicidium voluntarium, unde contrahitur: irregularitas, etiā mandato contrahitur.
- 37 Mandans vel explicans aliquem actum aliquo mediante, quod proprie facere videatur.
- 38 Mandans ubi factum tempore diuersificatur, improprie & interpretatiue tantum facere dicitur.
- 39 Excommunicatus aqua & igni intrudicō comparatur.
- 40 Excommunicatus celebrans irregularitatem incurrit.
- 41 Excommunicatus eligere potest, non item eligi.
- 42 Mandans verberari, etiam cum inhibitione ne occidat, tenetur: & irregularis efficitur.
- 43 Mandans fieri homicidium: si ante quam homicidium committitur, mandatum reuocatur, quod non tenetur, neque irregularis fiat. Secus in eo qui consilium dedit.
- 44 Mandans homicidium fieri: si non sequatur, non tenetur etiam in lenioribus.

- lenioribus.
- 45 Obligatio qua tenetur mandatarus unde oriatur.
- 46 Ratificans quo in loco conueniendus sit.
- 47 Mandans quo in loco conueniatur.
- 48 Procuratorium ad resignandum admissum in curia facti ut beneficium vacet in curia.
- 49 Actio in contractibus permissis quod ex mandato oriatur.
- 50 Opem homicidio praestans, de homicidio tenetur, & irregularis fit.
- 51 Opem ferre homicidio etiam is dicitur is qui adistit armatus, & si arma non moueat.
- 52 Plures ubi simul ut urbem depredatae accurrunt, quod unusquisque pro facto suo tantum teneatur, nisi dolus adsit.
- 53 Opera ne ferre in dicendus sit, qui raptorem comitatur dissuadens ne rapinam faciat, & ne raptor ledatur.
- 54 Præda aut violentia qui assuerunt, ut partes ad pacem iurarent, ad qua teneantur.
- 55 Prescriptor, si post completam prescriptionem sciat rem esse alienam aut eam salua conscientia accipere possit.
- 56 Opem maleficio praestans tenetur, et si qualitas aggrauans delictum in persona principalis, non esset in persona opem praestantis.
- 57 Opem praestans quod tenetur etiam si qualitas delictum aggrauans, que adest tempore maleficii commissi non adsit principio ipsius praestite opis.
- 58 Consilium praestans ut committatur maleficio, tenetur.
- 59 Clericus qui consilium dedit, aut aduocatus fuit in causa sanguinis, morte aut mutilatione membri irregularis est. & nu. 61.
- 60 Clericus irregularis est qui ut prehenderetur literas ad principem scripsit, si mors sequatur.
- 62 Clericus iurisdictionem temporalem habens, quod eam per se redde non debeat.
- 63 Consilium ut quis occideretur qui dedit, si is cui datum est consilium occidatur, consules irregularis erit.
- 64 Homicidio qui causam etiam remotam praebuerit, irregularis censetur.
- 65 Consilium dans ut quis se sumergat, aut de morte precipitet, morte sequuta irregularis est.
- 66 Homicidium factum ad sui defensionem excusandum venit: nec irregularitatem importat.
- 67 Infans de homicidio non tenetur.
- 68 Dormiens homicidij reus non efficitur.
- 69 Vim vi repellere licet, quo modo accipiendum & intelligendum sit.
- 70 Bannti occidendi non sunt.
- 71 Transfuga occidendi.
- 72 Statutum quo permittitur banntos occidi, valet.
- 73 Moderamen inculpata tutela circa qua consistat & versetur.
- 74 Homicidium ex necessitate inenitabile factum esse oportet, ut irregularitas euitetur.
- 75 Laicus aggressus si fugere commode possit, an teneatur.
- 76 Clericus & si armis bona defendere possit: occidere tamen non permittitur.

- 77 Homicidium casuale imputatur ei qui rei licite operam aedit, si culpa precesserit.
- 78 Homicidium casuale ei imputatur, qui rei illicite operam dedit.
- 79 Mors ut medico non imputetur, qua requirantur.
- 80 Homicidium casuale ei qui rei licite operam dedit, non, nisi culpa precesserit, imputatur.
- 81 Homicidium causam remotam dans non incurrit irregularitatem.
- 82 Irregularitas quid.
- 83 Filius legitimus sacerdotis, quod vi uente patre bene ficiam in pater na ecclesia possit obtinere illegitimus verò, non nisi patre mortuo
- 84 Defectus causans irregularitatem qui sint.

## Quarta Pars.

**P**RIMA conclusio. † Homicidium est hominis illicita occisio. Ista conclusio, distinctio, seu descriptio datur per Hosti. in summa huius tituli. §. j. per Anthon. Flor. j. parte tit. vij. ca. viij. §. j. Ex qua eliciuntur hæc illatio nes. Prima, quòd ex occasione animalis non dicitur homicidium, nec sequitur pœna homicidij. Quòd autem in lege Mosaica puniantur, & similiter in j. & iij. cap. legis Aquilię puniuntur, hoc est ratione damnificationis. Ita Flor. loco proximè alleg. Idem post Tho. j. ij. q. lxiij. dicit de ex cidente aiborem, quia vitur re ad eum vsum ad quem est desti nata. Quomodo autè sunt octo

species homicidij spiritalis post text. in cap. homicidij. §. j. ponit Host. in summa. eo. §. ij. & qua pœna secundum leges sint puniendi homicidæ. & quæ sit secundum canones indicenda pœnitentia, idem Hostie. in §. iij. Secunda illatio, † quòd ministrans, vel suscipiens poculum vnde tubalis efficitur ad concipiendum, vel generandum quàmvis puniatur, vel homicidæ quatum ad pœnã legalem in l. si quis. aliquod. §. si quis abortiois de pœn. ff. Secus tamè est quatum ad pœnã spiritaliẽ irregularitatis. cap. si aliquis. infra eo. Solent autem v Panor. illiã declarari, facere istud mulieres, vel causa libidinis, ne in publico appareant prægnantes, & nihilominus vacent libidini: aut propter paupertatem, ne abundant in partu quem æducare nequeant: aut curant istud facere mulieres odio mariti, vt alius ei ab intestato succedat. Et de mulieribus Alexédrinis quæ sunt fœcundæ in partu habetur in l. anti qui. si pars hære. pet. ff. & de muliere quæ potat succu herbarum, vt appareat prægnas, & postea vtatur partu supposito, habetur in cap. officij. de pœn. infra. Tertia illatio est, cum homicidium dicatur hominis occisio † tunc non cõtrahitur ex suffocatione partus nondum animatum: quia quòd non vixit, non potest mori, & non est homo ante infusionem animæ: cum homo ex corpore & anima componatur.

natur. c. in quadam. post principium, de cele. missa. Et lex ciuili s vult mulierẽ quæ malis poculis abegisset partum nondum animatum, puniendam solum pœna exilij. l. si mulierem. ff. de fcar. l. Diuus. de extraordi. criminibus ff. quòd tu intellige, nisi corrupta esset pecunia: quæ tunc esset plectenda vltimo supplicio. in l. Cicero. ff. de pœn. Quomodo autem in masculo post xl. diem & in muliere post lxxx. organizatur corpus, & infundatur anima: not. in d. l. Diuus. & latius per glosam in cle. vnic. in verb. vnitatis. de summa trinitate gloss. fi. in §. j. v. distinctio.

4 Quarta illatio, † quòd ex suffocatione partus iam viuificati cõtrahitur irregularitas: ita notatur in cap. sicut. infra eod. vbi moderni idem dicunt, si partus esset modò monstruosus habes aliquã imperfectionẽ, seu augmentum in naturalibus de quo in l. pe. de posthu. hæredi. infra. C. modò non declinet ad prodigium, vel monstrum habens effigiem animalis: quia talis neque vt dicunt canonistæ in §. j. alle. esset baptizandus, sed potius suffocandus: ita Bald. in l. non sunt liberi. de statu homi. ff. Procedunt hi parrus prodigiosi ex imagine apprehensa à muliere in instanti conceptionis. de quo etiam glo. in l. quæret aliquis. de verb. signif. ff. Ideo dicebat Butriga. in l. si de Carbon. edit. C. quòd mulier

adulterans, quia in illo instanti conceptionis solet cogitare de marito, accedit interdum vt producat partus similes marito. Scribit super gene. Hiero. & Augu. lib. x. de ciuitate Dei refert, quòd scribitur Genes. c. xxx. Iacob nouam naturã artẽ inuenisse, vt ex vnicoloribus gregibus varij coloris nascerentur, ponendo virgas varij coloris in canalibus, vt tales fetus conciperent, quales vmbra, quæ varix erãt, aspexissent. Et Quintilianus matronam de adulterio accusatã, quòd Ethiopẽ peperisset ex imagine conspecta in cubiculo argumentatus eã defendit. R. fert domiti. Iason in l. Gallus. in xij. col. de lib. & post. ff. Quinta illatio, † quòd ex occisione, aut mutilatione mēbris proprii contrahitur irregularitas. ita Angel. in §. iuris præcepta. de iust. & iu. infra. Et quãuis lex ciuili s indulgeat his qui tedio vitæ, impatientia doloris, aut inani gloria ducti mortem sibi cõsciuerunt, vt eorũ bona nõ publicentur: & cõfiscatio solum fiat eo casu quo id factum esset metu futuræ pœnæ, vt patet in tit. de bo. eo. qui sibi mortem. C. & in l. si quis filio exhæredato. §. j. vbi glo. de Didone, & Empedocle loquitur, de iniusto irrito testa. ff. Lex tamen, & diuina, & canonica huiusmodi homicidia sui ipsius abhorret. Ideo præceptum illud de calogi nõ occides, est simplex,

cum alia præcepta dicat, non cõcupisces re proximi tui, & c. de quo sunt tex. in c. licet. cum tribus sequenti bus. xxiiij. q. v. de Catione, Marco Attilio regulo, de Lucretia scribit Augusti. li. j. de ciuitate Dei c. xv. c. iij. sequenti bus. & idẽ August. c. xxvj. eo. li. memorat quãdã mulierem, quẽ vt sectatores suæ pudicitie deuiterent, in fluuium se demerserunt. Quarũ tamẽ martyria celebrat ecclesia, potuit inquit Aug. ecclesia esse mota, quod ex diuina reuelatione id fecerunt. vt Sanson qui se cũ hostibus ruina domus oppressit, quod fertur fecisse in sanctu spiritu sancti de quo in c. si non licet. xxiiij. q. v. Et in c. ex parte. de sepult. infra habetur de muliere apud Turones insule Buseardi, quã vt effugeret manus quorũdã garsonũ, vt dicit ille tex. de ponte in fluuium cadẽs casualiter demersa est. Quinta illatio, ¶ quod duella vnde sequuntur mortes, & vulnera sunt illicita. de quo per glo. in l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ad leg. Aquil. ff. in l. vnic. de gladiato. li. xy. C. & in tit. de clerici. pugnã. in duello. & solẽt absignari rationes: quia iniusta sunt ex diabolica imaginatiõẽ, vt homines se trucidarẽt, & sequerẽt animarũ perditio. Itẽ per ipsã tẽtatur Deus: id enim agit pugiles, vt Deus ei qui habet iustã causã pugnãdã cõcedat victoriã, cũ interdum succubat. Et

lex Lõbarda dicat, Multos videmus sub iusto clipeo periisse. Et rarõ accidit vt repertiantur pugiles eisdẽ fortunatis & industrijs. no. Panor. in c. j. & fi. eo. ti. in fi. Quibus casibus permittente principe possunt esse permessa. no. Bal. in c. j. §. si quis hominem. de pace tenen. post eum de Ana. in c. j. tit. de clerici. pugnã. in duello.

¶ **DE CVNDA CõCLUSIO.**  
Clerici ¶ possunt armati assistere in bello iusto absq; nota irregularitatis. Ita est cõclusio cõmunis scribẽtiũ in c. j. infra eo. Hęc cõclusio recipit tres declarationes. Prima ¶ propter percussione illẽ factã nõ incurrat irregularitã. tex. est in d. c. pe. quẽ ad hoc ponderat Panor. & Ioã. de Ana. Nã cum illic esset proposita quẽstio de percussione, & occisiõẽ: Papa solũ respõdet de occisiõẽ. Sola ergo percussio non nocet. Nec obstat si tu dicas ex cõsilio, auxilio vel assistẽtia in bello incurritur a clericis irregularitas. c. sicut dignũ §. clericos. inf. eo. quia verũ est in bello iniusto: sicut in iusto. Plus dicit Inn. ¶ si aliqui tẽdãt pro bona causa, & gratia pacificatiõis, si inimici putãtes contra riu se nõ defendãt, nõ imputatur illis homicidiũ modõ absit dolus. Ego vltra Panor. pòderõ tex. in c. iij. de cle. percusso. inf. vbi clericus si pro parte eorum quiviolẽtia repellẽt projicit lapidẽ, si aliquem percussit, nõ imputatur

imputatur homicidiũ, quod ex aliorũ percussioẽ sequitur: neq; secundu cõmunẽ intellectu incurrit irregularitã. Secũda declaratio vt procedat conclusio etiam si clericus assistit in bello particulari pro defensione alicuius proximi. ita Panor. in c. Olim. vij. col. de rest. po. sup. probat per text. in c. dilecto. de sent. excõ. in vj. qui loquitur de Decano Aurelian. qui pro ea molestia quã patiebatur a Bailiuo Aurelian. repellẽda, tutabatur se vtroq; gladio. de eodẽ Decano Aurelian. qui ius habeat percipiẽdi successiones eorum, qui decebant intestati. vide quod notat Ioã. Faber in §. j. de hare. quẽ ab intest. insti. Et ego limito dupliciter. Primõ, quando sine auxilio clerici suppetias asserenti non potest alius proximus iniuriã propulsare. quia clericale officium reddit clericos inhabiles ad pugnãdum. c. ex multa. in fi. de vo. & voti redẽp. sup. Et meo iudicio ista est ratio propter quã in d. c. iij. de clerico percussore fuit illi clerico qui lapides proiecerat, indita pœnitẽtia: cum illic aggressi cum quibus stabat, perirent eõ modõ seipos defendere. Tertia declaratio, vt in bello iusto possint alios excitare ad pugnã: sed quatenus occidunt, sunt irregulares. ita gl. vij. q. j. in c. sciscitã. ita gl. in d. c. vbi text. scidũ Panor. in fi. alibi ita clare nõ habet. Nec tamẽ videatur

durũ, ¶ clericus assistens in bello licito incurrat irregularitã. apparet in iudice in simili, qui iudicando in causa sanguinis, facit actũ meritoriũ. c. non est crudelis. xxiiij. q. j. & tamen est irregularis in c. sententiam. ne clericus vel monach. sup. rã.

¶ **TERTIA conclusio.**  
Bellũ ¶ dicitur iustũ, vel quod fit pro defensiõẽ sui ipsius: aut suscipitur auctoritate superiorẽ nõ recognoscitã. Ita Panor. in c. sicut. iij. in iii. col. de iureiurã. sup. Inno. & cõmuniter alij in c. olim. j. de rest. po. sup. Tho. 2. 2. q. xl. ar. j. vbi dicit auctoritatẽ principis requiri: quia priuata persona potest ius suũ prosequi apud superiorem: cõuocare autẽ multitudinẽ armatã: quã est necessaria in bello, non spectat ad personã priuatã, sed ad principẽ. Ad hoc facit tex. in c. quid culpatur. versic. ordo. ibj. suscipiẽdi belli auctoritas. xxiiij. q. ij. Adde pro vtroq; dictõ tex. Isidori in c. j. xxiiij. q. ij. Bellum erit iustum quod ex edicto geritur: aut de repetẽdis rebus: aut propulsãdorũ hominum causa. Ad idẽ est text. in c. si nulla. xxiiij. q. viij. ¶ Adde quod duo sunt effectus belli iusti. Primõ, quod capti efficiantur serui. Secundo, quod bona captiuorũ efficiãtur captiuũ. i. si sint mobilia, assignentur duci belli distribueãda inter milites: si immobilia, publicãtur. §. j. de iure per so. insti. l. si quid in bello. l. si ca-

ptius. §. j. de capti. ff. Ex quo Panormit. dicebat in d. c. sicut. quod Papa possit indicere bellum licitum cōtra laicos Christianos: cūm possit seruitutē in dicere de iud sup. c. Ita quorundā. & aliquē bonis diffidare. in c. pro humani. de homici. in vj. maximē cōtra Imperatores & principes qui contennunt clauēs ecclesiā, & indies peiora cōmittunt: cūm etiā ex causa posset eos priuare: & gladium materiale, quem habet in habitu reducere ad actum. Vt apparet in Frederico, qui per Inno. iij. apud Lugdunum in concilio depositus fuit. in c. ad apostolicē. de re iudi. in vj. & in illo Rege Frāciā de quo in c. alius. xv. q. vj. Notat latius idem Panorm. in c. nouit. in tertia & quarta col. de iudi. suprà. plus putat idem Panorm. in d. c. sicut. quod ex causa legitima possit summo pōtēfici indici bellum, quādo esset hereticus, aut scismaticus, vel aliās incorrigibilis: cū in ecclesia primitiua quæ nondum erat perfectē solidata, cōcilia gerebantur autoritate principum, cūm summi pontifices erant negligentes, & fortē heretici aut scismatici. de quo latius dixi in repetitione cap. licet. de elec. suprà. & ad prædicta vide pulcherrimum text. in c. principes. xxij. q. v. in verb. sepe per regnum terrenum cælestē regnū proficit: vt qui intra ecclesiā positi contra fidem

& disciplinā agunt rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam quam ecclesiā vtilitas exercere non preualet: superbiorum ceruicibus potestas principalis imponat. & vt venerationem mereatur virtutē potestatis impertiatur. Et de incorrigibili ac notorio peccatore Papa, & in ecclesia scādulum faciente, & malo exemplo innumerabiles populos cateruatim ad ruinā trahente, quod deponi possit est tex. in c. si Papa. xl. dist. & glos. cōmuniter à canonistis recepta, & in personam Eugenij practicata, & reiecta quorundam theologorū, vt ibi vult Cardin. sentētia. Adde prædictis inquantū de effectibus belli dictum est, quod effectus belli scilicet captiuitatis & postliminij, nō habent locū in bellis ex cōsuetudine. ita Bart. in l. hostes. de captiui. ff. sequitur Panorm. in c. sicut. allegato. Quomodo autē bellum dicitur iustū quinque modis, vide gl. xxij. q. j. in summa. not. Hostiē. in summa, de treuga. in §. quid sit iustū bellum. Et de septem bellis ponit post Hosti. Io. And. & Dominicus in c. j. col. in vj. & infidelibus si possit indici bellū: & si in eos habeat Papa iurisdictionē: & si pro eis impugnādis possint indici decimē: si cruciatē, & pro ea causa cōcedi indulgētiā: & ad eas publicādas quales debeāt assūmi, dicitur in quinque cōclusionibus

sonibus sequētibus. & rēdunt ad declarāda dicta scribentiū in c. quod super his. de voto suptā, & in c. quod autē. de pœni. in quibus à scribētibus Inno. ipse relatus & approbatus loquitur (vt solet) magistraliter & authoritatiuē. & obscurē loquitur. Inno. & inuolūtē dicit Antho. in c. Tanta. col. iij. qui filij sunt legitimi. Panorm. in c. non minis. de immu. ecclesi. suprà. & cū nimis subtilē tradūt Imola in Lex diuerso. §. fin. solu. marti. & de Ana. in c. cōtinentia. de clerico percus. Et quanquā vt de gl. dicitur in l. qui filij. §. Sabinus. ad Trebell. ff. vltimā opinionis Innoc. sit standū expresse. Bald. in authē. ex testamento. de col. C. tamē interdū nō potest deprehēdi in qua opinione tandē velit persistere. ita vtrāq; firmat rationibus. Et in eodē etiam loco modō vni, modō alteri adhæret, & opinionē quā semel visus est reprobare, iterū reassumit. Et ipsius obscuritas nō solum cognoscitur in apparatu suo, sed in suis Papalibus cōstitutionibus. Quas cōstitutiones Io. in Spec. in rubric. de summa trinitat. colligit. refert Hostien. se ab eo viua voce audiuisse, quod nollet glossas suas facere ius. Ita Hosti. refert Io. And. in c. solet. de sen. excō. in vj. Et hoc idē attestari videtur Inno. ipse in c. innotuit. de elect. suprà. adde Archid. in c. pia. de except. in vj. dicentē. Et

Inno. tanquā expositor excellit alios, & fuit pater, & organū venerationis. Et Io. Fab. in §. pupill. de inuti. stipula. Instit. quod si pro te habueris opinionē Inno. in foro ecclesiastico, coronaberis. Aduocati enim gloss. Inno. venerātur tanquā idolū, vt in simili dicebat Bald. de gl. Azonis. & Anto. de Butrio in c. cū causam. in fi. de verb. sig. quod vbi pro dicto Inno. est gl. Dicendum est gl. cum qua cōcordat Innoc. & qui melius intellexit Inno. fuit Archid. Ita Imol. in c. testimoniū. ad fin. de testi. suprà. Videamus ergo, & declaremus dicta Inno. in dict. c. super his. de voto. suprà.

¶ QVART A cōclusio. Licet citum ¶ est Papæ & Christianis principibus cōtra infideles qui occupant terrā sanctā indcere bellū. Ratio quia illa terra natiuitate, cōuersatione, & passionē Christi cōsecrata fuit, & prædicatione Apostolorū, & iusto bello à principib' sepius acquisita. Ideo Papa, & principes possunt illā ad dominium Christianorū reducere, vt aliquādo fuit. Et ampliatur hæc cōclusio vt procedat in quibuscunq; terris quæ aliquādo fuerūt in dominio christianorum. ista est cōclusio Inno. & aliorū in c. quod super his. allegato. Obstat huic cōclusioni, qd ecclesia nō habet imperiū nisi in occidēte. Constantius xcvj. dist. quia dicūt Inno. & Io. And. ref.

vbi suprà hoc esse verù quantù ad proprietatē:secus quoad tutionē.Hoc enī certū est, quòd vbiq; vnus gladius potest aliteri assilire, p̄cellit tamē spiritalis tanquā primus, & magister: vnde spiritalis supplet negligentia materialis.ca. duo sunt.c. Impera.xcvj. Et si dicas, q̄ qua rationē possumus inuadere terras quę aliquadò fuerunt nostrę:ita licet ip̄s in delibus inuadere terras nostras quę aliquadò fuerunt in dominio eorū.Tu dic post Inno. & Io. Andr. q̄ in terris quas nunc Christiani possident, Principes eorū sunt cōuersi ad Christianissimū. Itē si dicatur, q̄ in terris quas possident Christiani ip̄s, & p̄decessores sui sunt male fidei in qua ip̄s successerant. Tu dic post Inno. & Ioā. Andr. q̄ vñ fuerūt iure suo recuperado, quod prius per violentiam amiserāt, siue per matrimoniam, donatiōes, vel alios cōtractus licitos ad eos peruenerunt, & quos postea rebelles in uenerūt, deuicerūt: vt hęc probantur in l. final. de rei v̄di. ff. in l. cogi. de peti. h̄red. C. d. l. j. primo responso de offi. p̄fec. Aff. Quantū ad ecclesias verò non potest negari quin ea quę tenēt iuste possideāt: quia vbi nō constat ante occupationē quis fuerit dominus rei occupatę ecclesię romanę seu eucariario est fida restitutio: iuxta notata in c. cū tu. de vsu. j. & in

regula peccatum. de reg. iuris. in vj. in Mercu.

¶ **QVINTA** conclusio. Papa, q̄ cui est generalis vicarius domini nostri, habet iurisdictionē non solum suprà fideles, sed infideles. Christus enim à quo p̄det potestas Papę nō estēt bonus nec diligēs paternam familiā, nisi vicario suo quem in terra dimisit, plenam super omnes potestatē dimississet. Petro enī & reliquis successoribus potestatē dimisit. Et per hęc verba quę cūq; ligaueris super terrā, &c. iterū: Si diligis me, pascue oues meas. Et in hoc proposito asseripoteest quod pulchre scribit Bern. ad Eugenū. Tu es cui clauis tradite sunt, cui oues creditur. Sunt quidā alij celi ianitores, & gregū pastores: sed tu tanto gloriosus, quātò differētius vtrūq; preceperis nomē hereditasti. Habēt illi assignatos sibi greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modò ouiu, sed pastorū omniū. Tu verus pastor. Vnde id probē queris: Ex verbo domini. Cui enim nō dico Episcoporū, sed Apostolorū sic absolutē & indiscretē cōmissa sunt oues? Si me amas Petre pascue oues meas, quas? illicius vel illius populos ciuitatis aut regiōis aut certiregni oues meas inquit. Cui nō planū nō designasse aliquas: sed assignasse omnes? Nihil excipitur. Nihil distinguitur. Ergo iuxta canones tuos

nones tuos alij in partē sollicitudinis: tu in plenitudine potestatis certis arctatur limitibus: tua extēditur, & in ip̄s qui super alios potestates acceperūt. Hęc Bernardus. Adde q̄ Christus promisit Petro ante mortem hanc potestatē clauium in verba illa. Tu es Petrus. nec est verū clauis tūc fuisse traditas. Quia illa verba quę sequuntur. Et tibi dabo, erat promissiuā, & futuri tēporis. Hanc potestatē cōtulit in hęc verba ante passionē omnibus. Quę cūque ligaueritis super terrā, Matthe. xviii. c. Post passionē cōtulit omnibus. In hęc verba, Accipite spiritū sanctū &c. Ioā. xx. Et ad ostēdendū q̄ Petro vt capiti tradebat p̄cipuē, dixit ei seorsum. Pascue oues meas. Ioā. vlti. In ascēsiōne verò potestatis prius traditę extensionē dedit in hęc verba: Ite, p̄dicate, &c. Matthe. vlti. In die Pēthecoſtes omnia cōfirmavit per missionem spiritus sancti. Hęc sunt verba Panorm. in c. significasti. de elec. suprà. & latius ponit in c. traslato. de consti. suprà. & in disputatione, an Episcopus. Et si obijciatur p̄dictis q̄ infideles nō subijciatur Papę, quā nō sunt de ouili. Tu dic post Inno. Hostiē. Io. And. Panor. q̄ sunt oues per creationē. Et Oldran. cōl. lxxj. dum sequitur hanc opinionem refert in ip̄o passu psalmistę. Omnia subieciisti vobis

pedibus. Gloss. quę dicit per oues, Christianos dicit: quia ipse saluator dicit se pastore: per boues & pecora, infideles. Qui tā quā verę bestię sub dānao pastore aberrantes per pasena ad idolatriā sunt cōuersi. per Sarram Abrahami cōiugē legitimam hęc sancta mater ecclesia significatur: per Agar verò ancillā dānata Mahometis sc̄ta: in c. si ecclesia. xxiiij. q. iij. not. in c. & si Iudeos. de Iudeis suprà. Et quāuis infideles illi Petro quoad passū nō sint cōmissi: sunt tamē sub pedibus eius quoad dominiū & iurisdictionem. Et pro ampliori declaratione huius cōclusionis. Tu dic post Inno. Hosti. Io. And. & Panor. in d. c. q̄ super his. q̄ infideles possunt: cōcreci à Papa in tribus casibus. Primus est quādo delinquūt in lege nature sic sodomitę Gen. xii. puniti sunt à Deo. Secundus est quatenus delinquūt in lege eorū scripta. Sic Gregorius IX. & Inno. III. mādauerūt cōburi librum quē Iudgi thalmulth. vocāt, vbi ip̄s Iudgi multa cōfinxerāt in subuersionē legis Mosaiçę. Tertio, quatenus Christiani sunt molesti. Nā in illis locis quibus Christiani cōuersantur cū eis, potest p̄cipere Papa ip̄s in delibus vt desinant esse infesti Christianis: q̄ si nō fecerint, poterit eos priuare iurisdictionē & potestate quā de facto exercent in Christianos. Fatetur ta

men prefati doctores, q̄ nō de beat facere Papa nisi ex magna causa, sed eos debeat quantum poterit, tolerare: quia sunt relinquēdi arbitrio suo, & ad fidem nō cōpellendi. c. ad fidē. xxiii. q. v. c. de Iudeis. xlv. Plus dicūt, q̄ Papa possit cōpellere infideles, vt in terris suis p̄dīcatores legis euāgelicę admittēterē: cū omnis rationalis creatura sit facta ad laudandū Deū vt in psalm. Laudate dñm omnes gētes. & illud. Omnis spiritus laudet dominū. Nec obstat p̄dictis duo. Primò, quòd possit dici de his quę foris sunt, nihil ad nos. Tu dic verū esse excōmunicando, vel ad fidē p̄cise cōpellendo, aliās si nos turbēt, vel sunt molesti multū ad nos. ita Ioā. An d. Secūdò, quòd quare ratione sunt infideles cōpellendi ad suscipiēdos p̄dicatores legis euāgelicę, eadē ratione videtur Christianos prima facie cōpellendos ad suscipiēdos p̄dicatores legis Mahumeticę. Dicunt Inno. & Ioā. An d. nō esse idem. quia illi sunt in vitio, & errore: nos autē in via & veritate. iuxta notata de diuor. c. gaudemus. §. si enim. idēd est necesse quòd ad imparia iudicemur. Non repugnat hoc loco afferre nōnulla de errore ipsorum quę à Paulo Cortesio in tertio sententiarū referuntur. Quid inquit tā absurdum esse potest, quā digladiātes inter se deos inducere? Quid porrò

turpius quā venerem afferre deā? ex eaq̄ Cupidinē maris excitatorē nasci? Aut quid tam flagitiosum, quā Bacchum Deū opinari: quo scilicet deorū infania gigneretur. Aut quo pacto in deos sunt referēdi: qui ad adulteria, stupra, incestus, & puerorū amores inflammanentur? Deniq; cū negari nō possit Deū optimū maximū iustū & veracem: An ergo cēsendi sunt dii? Quorū oracula sępē sunt mēdacia reperta, & qui crebris susurris, & flexilōquis cauillis inter homines seditiones instināque bella seruerint, si tantē dii esse dicātur? Quærēdū certē esset, cur Dei aduētū euauerint? Cur eorū fama & oracula euerfa, cur extincta disciplina sacrorum? Cur Flamines, Augures, Salijq; sublati? Adde & Mahumetē mōstruosissimā Christi simiā: qui diuitatis Leruā induere voluit, in libro qui Alchoranus inscribitur. Quem is adiutus à Sergio monacho Nestorianę impietatis viro ex veteri & nouo testamento decerpfit, est que vtrorūmq; sacrorum umbilicus, Nō fuit ita vector vt Christū negauerit Deū. Sed virum affirmat sanctū & omni virtute p̄dicitum, ac supra humanitatis fastigiū. Nūc verbū, nūc spiritū, & Deanimā p̄dicās ex vtro virginis natū. Euangelia ab Apostolis corrupta esse dicit, & oppertuisse per suū Alcoranū emendari.

dari. Trinitatē negat cū Sabelianis. Cū Manicheis binaria in diuinis numerū ponit. Negat æqualitatē patris & filij cū Eunomiorū: cū Macedonianis spiritū sanctū creaturā: cū Nicolaitis probat multitudinē vxorū, & circuncisionem simul ponit & baptismū. Ioan. Picus in lib. v. c. xv. disputatiuū in Astrologorum ridiculum esse cēset, quod Albumasar Arabs qui aduētū Mahumeti legēmq; Saracenorū refert ad conjunctionem Iouis & Saturni, quę fuit in scorpione per annos duos & quinquaginta ante illius legis editionem, Sed vt censet idem Picus interrogādus esset, idem Albumasar post annum mille simum cū similes sępē visę sunt constellationes, cur non alius propheta surrexerit? Idem quoque Picus eodem libro ca. 12. refert quā delirus fuerit Abraham princeps (ita apud Iudeos nominatur.) Qui in libro quem p̄gritulauit de redemptione Israel p̄dicat eo, anno venturū Messiam & expectādum, futurāmq; redemptionem Iudæorum, quo Iupiter & Saturnus fuerint coniuncti in piscibus. Quia eo anno quo natus est Moyses fingit illam sidcrum positionem seu copulationem. Ac secundum eum erat venturus anno Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto. quo huiusmodi uoostellationes visę sunt. At Lu

dēi nec eo anno habuerūt Messiam, neque à captiuitate & seruitute liberati sunt. Sed hī eo anno maiore clade & calamitate affecti sunt. quā anteānamquam, quia ex regno Hispanię pulsī, multi naufragio, pestilentia quā plurimī, fame maxima pars eorum absumpti.

¶ S E X T A cōclusio. Contra infideles qui retinent terras quę nunquā fuerunt in dominio Christianorum, non licet Papę nec infidelibus quidem indicere bellum. Ista est conclusio Inno. in d. c. quod super his. quam ego non decreui approbare, vt infra latiūs dicetur: quędā singularia ipsius Innoc. dicta, quę ipse altius exordiens profert. Principatus inquit, possessiones & dominia rerum possunt esse penes infideles. Ipse enim Deus creator omnium & vniuersorū ab initio omnia subiecit rationali creaturę. Genes. 1. Et hæc fuerunt donec iure gentium distincta fuerūt dominia rerum. Itaque quę ab initio in nullis bonis fuerūt, concessa sunt occupanti. Deutero. xj. Omnis locus quem calcauerit pes vester &c. Et Abraham & Loth diuisionem fecerunt, quorum vnus ad dexterā, alius ad sinistram accepit. Genes. 12. Super homines autem nullus ante ius gentium habuit dominium. Iuxta hoc iure. de iusti. & iur. ff. Sed dubi-

tat Innoc. quando cœperint iurisdictiones. Et primò factur iurisdictiones esse iusta de causa inductas. Scribitur enim gladius datus est ad vindictâ malorum, & laudem bonorum. c. sollicitè. j. vers. hinc autè. de maior. & obed. suprâ. Quando verò cœperit necsit propriè Inno. nisi quòd existimat Deum voluisse forsitan cõstituisse qui punirent delinquentes de quo latius notat Inno. in c. licet ex latius notat Inno. in c. licet ex suscepto. de for. comp. sup. Vel credit hoc iure nature esse cõstitutum, quemadmodum dominus in familiâ. vel pater in filiis quæ potestas tamè postea restricta fuit, vt procederet solû in leuibus. l. congruentius. de patr. pot. C. in l. respiciendû. §. furta. de pœn. ff. addebat autè Ioan. Andr. quòd Deus iurisdictionè exercuit in paradiso, in prostratione malignorû spirituum, in paradiso terrestri, in expulsõe primi parædis, in orbe verò in illo anno chataclysmi per immersionè diluuij vniuersi de quibus Gene. iij. & v. Illa autè arca Noe in qua pauci saluati sunt, tunc nobis præfigurata ecclesiâ militantè, in quâ qui nõ intro mittuntur, nõ possunt esse salui: vt potè qui nõ intrât per baptismum qui est fons & ianuâ aliorû sacramentorû. c. maiores. de ba. ptis. sup. Et tu aduerte quòd cû scriptura sacra solû octo homines in archa fuisse saluatos cõmemoret: & codices sacri perli

beât Mathussalè vixisse xiiij. annos post diluuiû, qui non legitur fuisse in Arca Noe, dubitat ergo aliqui, si vel hoc stare possit, aut si fortè codices Hebræi sint mendosi. de quo tu vide quod scripsit Hieron. in tracta. conuersionis veteris & noui testamenti. & quod August. eleganter scribit libr. 14. c. 10. Et quomodò Astrologi errauerunt in prædicatione illius anni chataclysmi vide quòd idè Picus scribit lib. v. disputatio. c. xj. Ex prædictis ergo intendit Inno. post multa satis probasse nõ licere Christianis indicare bellum contra infideles quantum ad terras, quæ nunquã fuerunt in dominio Christianorû, & secundum eum principatus dominia, & possessiones possunt cadere in eos. Sed cõtraria opinio Host. videtur mihi verior, & hoc fundatur istis fundamentis. Primò, si sunt molesti Christianis, non est dubium quin liceat eos bello laceffere. de quo in c. dispat. 23. q. viij. Secundo est quòd de præfenti non sint molesti. Est verisimile quòd oppugnabant eos quando cõtra erat oblata occasio. Tertio, quòd cõtra opin. Inn. retorquetur. Nulla est terra in qua nomè Christi nõ fuerit inuocatum. de apostolis enim legitur, In omnè terrâ exiit seruus eorû: & in fines orberetæ verba eorû. ca. ita dominus. 19. dist. & ipse saluator discipulis. Eritis mihi testes in omni

Iudæa

Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Quarto cû per Agar ancillâ maledictâ, & Ismaelem eius filium de quo Gen. 16. nobis præfiguratur secta infidelium. Ecclesia ergo quæ est libera expellat illos à possessionibus suis: nec illi ferant partem cû filijs libere. de quo in c. dixit Sarra. & can. recurrat. 32. q. iij. Quintò cû infideles sint serui à domino reprobati. & si Iudæos. de iudæ. Non ergo sunt capaces possessionum, neque iurisdictionis. in l. cû prætor. de iudic. ff. in l. parui. §. sed si in seruuum. de arbit. ff. Sextò, pro hac opin. benè facit text. in c. si de rebus. 22. q. vij. Nam dominia eorû per aduentum Christi in Christianos sunt trãslata. Nam in c. proximè allegato transferatur regnû de gente in gentè. & alibi. Cû venerit sanctus sanctorû cessabit vnctio vestra, & sic puto opin. Host. esse veriorè quæ sequitur Oldr. in consi. 71.

¶ S E P T I M A conclusio.  
13 Propter verò successu terræ sanctæ, aut alia vrgète causa potest Papa indicare decimâ, aut per eum seu ministros suos colligendam, aut alicui principi concedendam. Et de hac decima loquitur text. in cle. fide. de deci. Tu tamen aduerte, quòd quamuis concedatur pro causa prædicta quæ est fauorabilis: est tamen odiosa per illû tex. Tû quia est soluenda in moneta vuali, & currète. Tum quia collectores

nõ possunt propter eam vasa, vel ornamenta ad cultû diuinû deputata distrahere, vel occupare. Et propterea huiusmodi decima declarationes multas recipit, & restrictiones: vt apparet in extraua. Bonif. viij. declarationes de quibus etiã gl. in d. cle. ij. in francorû annalibus legitur Philippû Augustû pro ea expeditiõ quâ Richardo Anglo aduersus Salladinû fecit de qua latius j. decimâ accepisse. Philippus pulcher multis bellis occupatus centesimâ, & quinquagesimâ à clero, & populo accepit. Carolus V. pro Ioanne patre apud Anglos captiuo decimâ, & semis indixit. in illa cõgregatione Pisana viuente Julio postremo pontifice supremo cû esset congregatio apud Lugdunû duplex indicta est decima. Nuper ad hæc pro subsidio terræ sanctæ (vt dicebatur) addita est alia decima. idèdè verè est gl. in d. cle. ij. quòd casus iste in regno Franciæ sæpè practicatur. Adde text. in c. iij. de Immu. eccl. in vj. dum prohibet prælati sub poena excommunicationis, ne in clericis aut decima indicatur, aut cõtrecta. Iniungit etiã principibus ne sine auctoritate sedis apostolicæ easdè imponant sub prædictis censuris. Et ne bona clericorû ob eâ causam, vt dicit ille text. arreari, aut saisiri faciant. Et propter Gallos videtur maximè Bonif. fecisse illû tex. quia erat in-

festus Gallis, & prefata vocabula sunt vulgaria Gallorū. adde text. in c. j. eo. ti. de immu. in vj. propter quandā consuetudinē, quæ vt dixit ille tex. erat in regno Franciæ, prohibet ne Scabini, aut alij domini temporales talias, vel collectas exigant pro possessionibus per clericos acquisitis, aut acquirēdis. Ex prædictis apparet, quod hæc decima auctoritate sedis apostolicæ, & ex causa iudici debeat. Sic Innoc. III. pro subsidio terræ sanctæ statuit, vt omnes vigesimam partem fructuum vsque ad triennium cōferrent. à qua solū eximerentur illi qui asium pro signo crucis illuc essent personaliter profecturi. Papa autē & cardinales plenariā decimā persoluerent. text. est in antiq. in c. ad liberandū. de iudæ. quæ Hosti. & Io. Andr. referunt ad verbū. Quæ constitutio secundū eos, quia erat practica tam summē necessaria, & vtilis non debuit ex noua constitutione remoueri. Sic Clemens opinor sextus, Regi Sicilię, regnū Neapolitanum repetēti, decimam cōcessit. Sed quia dubitari posset, an hæc decima beneficalis possit in iure diuino fundamēta aliqua recipere, altiūs exor-  
14. diēdo, Tu aduertet diligenter in veteri testamento fuisse quatuor genera decimarū, quæ ad decimas à iure introductas possunt accommodari. Prima fuit decima quæ Leuitici tribui exol-

uebatur, quæ sola oblatiōe decimarum cōtenta fuit. de qua Exo. 22. Leuit. 27. Deut. 14. Numer. iij. secundi Paralip. 22. Malachi. iij. Thobi. j. & sunt de eadem text. expressi. Luc. xj. & Marth. xxij. & quomodō, & sacri doctor. ecclesiæ, & romani pontifices, & quatuor concilia generalia eam in præceptū rederunt, vide quod pulchrē not. Innoc. Io. And. & Pano. in rub. de decim. quid in lege naturæ vbi erāt decimæ in cōsilio: vt Gen. 14. de Abrahā, & Melchi. legitur. Et quid in lege scripta, & in lege graciæ. vbi fuerunt secundū opinionē canonistarū decimæ in præcepto. vide quod pulchrē notat post Hugo. de S. Victore in libr. de sacrament. Io. Andr. in c. à nobis. de deci. supr. Et an sit vera opinio Theologorum, qui tenent præceptū decimæ quantū ad quotā, non esse ex toto morale, & in quibus locis secundū eos non petitur decima, non soluere, non sit peccatū. Quæ opinio placuit Tho. 2. 2. q. 67. artic. fin. modō secundum eum cesset obstinatio. & est hæc opinio, vt ipse vult multum æqua: ne pereat tāta multitudo non soluentiū decimas. An hæc opinio procedat, tu vide quod singulariter not. Ioā. And. & Pan. in c. in aliquibus. de decim. supr. est gloss. ordin. quæ varias opiniones cōfutat, in cap. j. eod. tit. in vj. Nunc tu cōsidera quod in locum istius prioris

prioris decimæ succedunt, & à iure positiuo fuerunt introductæ decimæ prædiales, & personales. Nam cū iura diuina indistincte, & promiscuē statuisent soluendam decimam, vt patet in iuribus diuinis proximē allegat. Ius positiuū distinxit decimas, & statuit prædiales. primō, quæ soluereentur ecclesię prædiali, & absque aliqua deductione seminis aut impensæ. Et licet aliās fructus non dicantur nisi deductis expensis in fructus. solut. mat. in l. Fundus qui com. diui. ff. siue naturalis, siue industriales, siue ciuiles de quibus planē Bart. in l. ex diuerso. de rei vend. ff. & cano. notant in ca. Grauis. de resti. spolia. supr. Tamen fructus qui ex terra producuntur, proueniūt magis ex volūtate diuina, & augmētatione ipsius, quā ex cultura vel cura hominū. iuxta illud apostoli. Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit, de quo not. in ca. non est in potestate. de deci. supr. 15. statutū + fuit propterea vt hæc decima soluatur absque aliqua deductione, vt potē in qua Dei manus omnia operatur. de quo, & quod collectis fructibus sit soluenda. not. in c. Cū homines. in ca. apostolicæ. & in ca. non est in potestate. supr. eod. Statuit etiam ius positiuum decimā personalem quæ soluereentur ecclesiæ, in qua auduntur diuina, & percipiuntur sacra ecclesiæ, &

deductis expensis, & in fine anni istud patet in iuribus præall. Et de fructibus animalium, quæ in pascuis gratiam pascuntur, an decimæ sint inter prædiales, inter personales, an sint mixtæ: vide glo. xij. q. j. §. quia ergo. & doct. in cap. ad apostoli. Hosti. in summa. eo. utu. §. j. Henr. in ca. peruenit. eo. titu. Secunda decima est quam Leuitæ à decimis collectis ipsi soluebant summo sacerdoti, de qua Nuue. xvj. ibi præcipe Leuitis. & ca. in locum istius. aliqui vt Hostien. Ioann. Andre. dicunt quod succedit illa. iij. decima quæ præstatur per clericos Episcopis. de qua habetur. x. q. j. ca. Vino. & ca. de quarta. de præscript. supr. De illa & reliquis iuribus episcopalibus tractat vt solet, magistraliter. Panor. in ca. Dilectus. de offic. ordina. supr. Tu verō potest dicere quod loco istius decimæ, succedit illa decima beneficalis, quæ pro causis relictis præstatur summo pontifici. Ita etiā tenent Hostie. Io. And. Abb. Antho. & Henr. in capit. j. Tertia decima erat quæ vnusquisque de populo in suis horreis reducebat, vt comederet cū iret in templū in vrbe Israel, & sacerdotes ad cōuinū inuitaret, de qua Deute. xij. ibi decimam partem & c. In locum istius decimæ succedunt illa annueraria conuiuia mortuorū, quæ ex consuetudine quorundā locorū solēt fieri in exequijs mortuorum: vt apud Vergiliū

*Solēnes tū fortē dapes & tristia dona* 17  
*Libabat cneri Andromachæ, ma-*  
*nēsq̄ue ciebat*

*Hætoris ad tumulum.*

Quarta decima est quævt dicit Hieronymus in ca. j. eo. titu. de deci. cedit in vltim pauperū. dicunt doct. quod loco istius succedūt eleēmosinæ quæ solēt fieri pauperibus. † Videamus quo modo principes maximè Galli pro subsidio ipsius terræ sanctæ in expeditionē illā profecti sunt, & qualis fuerit successus eorum in Inprimis Carolus Caluus à Leone IIII. accessit. vt opē ferret cōtra Saracenos, qui iā mœniarū bis tenebāt, dū post cōsecutā victoriā rediret, apud Mātūā aduersa valetudine correptus à Se dechia Hebræo medico veneno absumptus est. Vrbanus ij. cum à Petro heremita viro, & prudētissimo & religioso audisset Simonē patriarchā Hierosolymitanū à Barbaris, vt ille incipiūt tractari: statim synodū vniuersam indixit apud Claromō. Galliarū vrbē. & illi Principes Galliarū ad recuperandū Hierosolymā à Saracenis iā diu occupatā animauit. Itavt anno salutis Mill. lxxxij. ccc. mil. hominū signum crucis assumpserint inter quos precipui fuerūt Gotifredus, Eusta, & Baldunus fratres cognomēto Bolloui viri & animo & robore corporis insignes, Hugo magnus, Philippi Frācorū Regis frater, & duo Roberti quorū alter Normanus alter Flāndræ Co-

mes erat. † Et hi Hierosolymam cœpere. xxxix. die postquā obideri cœpta est, Anno. mil. xcix. Anno verò quadrīgētesimo nonagesimo. posteaquā imperāte Heracleo à Saracenis occupata fuerat. Præcipua tamē in recuperādā tāta vrbe laus fuit Godthifredi, qui portem muri sibi ac fratribus ad oppugnandū assignatam primus cōscendit: & postea Godthifredus omnū principū cōsensu humeris à militibus omnibus in regiā delatus, Rex declaratur. Et is regnū titulū non abnuit. Coronā aureā receit, indignū esse arbitrat⁹ hominē Christianū illiē regio, & aureo Diademate vtī, vbi Rex regū, & dñs dominātū coronā spinēā asperimam pro redēptione humani generis pertulisset. Inde Babiloniorū principē fortiter expugnavit, vbi ab eo caesa fuerūt triginta hominū milia. Acalonē inde ciuitatē quæ. xx. milibus passuū à Hierosolyma distabat expugnavit. Vbi tantū auri & argēū deprehēdit, quātū in loco antiquo vnaquā deprehēsum fuit. Et cum fratrib⁹ suis mira felicitate vsus Ioppā, & Ramulam vrbes egregias obsedit & † expugnauit. Sed anno vno post captā torloribus Hierosolymā morit⁹ Godthifredus. Christiani autē Baldunū fratrem in regnū sufficiūt. Fuit subinde Syria & Hierosolyma sub Christianorū principatū per annos octingentos octo, Donec Saladinus princeps cui ad sum-

nam

mā laudē nihil defuit: nisi Christiani nominis charactē: vniuersam Aegyptū & Syriā demum cōquisiuit: & suo regno adiecit. Hanc ob rē moti principes Christiani aduersus Saladinū adhortante Clemeētē iij. arma sūpsēre. ex quorū numero præcipui fuerē Federicus Imperator Philippus Augustus Franciæ, & Richardus Angliæ reges: Oddo Burgūdiæ dux: Veneti quoque & Pisani in eā expeditionē paratissimas eduxerūt classes. Et Saladinus Philippi Augusti & Richardi diligentia Ptolemaidē amaliā iā de Hierosolyma Christianis relinquenda consiliū capiebat. Sed audita Philippi & Richardi ex principatus emulatiōne discordia in ea reūndā persēserunt. Ita vt Sabellicus dicat Principū discordia aliquādo magnatū cladiū fuit causatam ductibus quā exercitibus. Hoc inquit Homericus Vlixes qui vnicū in bello Regē, vnicū ducem in bellū sibi dari postulabat. Historicus Gallus refert Philippū Augustū, Richardū Angliū suspēctū habuisse. Qd cū Saladinus per nuncios cōiōnē haberet: qd q̄ ab eo donis honoraret, ob eā causā & q̄ grauerē egrotaret in Frāciā redijt, Oddone Burgundiorū duce exercitū præfecto. Ludouicus qui ob vitæ sanctitatem in numerū sanctorū postea relatus est: vt se voto absolueret in Syriā iturus mare apud aquas mortuas cōscendit. Et primo Cy-

prū appulit, vbi hybernauit ac sequētē vere Damiatā Aegypti ciuitatē quæ & Heliopolis dicitur Nilo adiacēs fortiter expugnatā cœpit. Inde ad Pharamianam Aegypti ciuitatē exercitum diriges, cū Christiani illiē peste ac fame laborare cœpissent, occupata ab hoste Nili parte, per quā cōmeatus in castra Ludouici vehabatur: vbi etiā Hierosolymitanus patriarcha cū multis nauigijs profectus, ab hoste capt⁹ est: ob eā causam coactus est Ludouic⁹ Damiatā re petere, vbi etiā ab hostibus bello superatus cū Pictauesi & Andegauen. comitibus fratribus captus est. Verū interfecto Soldano, is qui ei suffectus est recuperata Damiatā & accepta magna pecuniā quietate cū Christianos liberos & incolumes abire permisit, & Ptolemaidē perduxit. Et Ludouicus hoc peracto remissis primū in patriā fratrib⁹, dū Ioppā & Sidonē & alia oppida præstūijs firmasset, tūc demū texto suæ expeditionis anno in Frāciā reuertit. Et hæc prima expeditio, quāuis & Ludouico & regno Frāciæ maximū in cōmodū attulisset, cōtra p̄ccrū & magnatū opinionē molitus est secundā expeditionē. Quæ apud Thunicū animā tanē est lauit. Adde prædictus, qd refert Nicola⁹ Lupus in tracta. de confeder. principum fo. v. Ita demum licere cōtra infideles indicere bel lū, si sit aperta spes victoriæ. Et refert theologos in hac sententiā

maximè Thom. in quodli. iij. ar. xx. Nò enim putat pro recuperatione terræ sanctæ suscipiendū periculū perditionis Romæ, Ita liq̄ & aliarū terrarū quę sunt sub imperio occidentali. Nec putat exponendū Christianos in apertū discrimē. Nā si quis secundū eū videt instare nulle armatos, temeritas & tētatio Dei esset cū de cō armatis in illos cōgredi. Aut si quis videt bona sua in mare cecidisse, ridiculū esset & temerariū in arenā descendere, & instar vrinatorum bona in mare præcipitata cū evidenti periculo submersiois requirere: de quibus vrinatoribus, natatoribus subaquatilibus ab vna dictis meminit Iurisconsultus in l. nauis onustæ. in §. si nauis. ad legem Rho. de iactu, ff. vbi Accur. Glo. sato. taxat summè vir doctus Deus in verbo vrinatores. Accedat quod scribit ecclesiasticus c. viij. Nò litiges cū homine potente, ne fortè incidas in manus illius: & noli contra rationē fortio-  
 19  
 rem contendere. Et lex ciui-  
 lis vult, quòd potentiorebus pares esse non possumus, in l. j. de alie. iudi. mu. cau. ff. Inde Augu. xij. de ciuitate dei capit. iij. Scribit eleganter satis esse homini pro cōseruatione veræ & perfectæ charitatis, vt habeat animum paratum ad martyriū, antequā Christum & eius fidē neget. nam iudicatur de presump-  
 tionem, qui ingereret se martyrio. Ita intelligitur quod habe-

tur primi regum. ca. xxvij. de fuga Dauid à Saul. & scribitur Etsiā xlix. Nunquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit saluum esse poterit à ro- busto. Et saluator noster Luce. xj. Cū fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa auferet. Et prædicta intelligo procedere, nisi de aperta victoria constat, aut ex permissione diuina aut aliàs bene. nu. xvij. Ne timueritis populū terræ huius: quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. Recesit ab eis omne præsidū, dominus nobiscū est. & primū regū. xij. Nò est difficile domino saluare, vel in multitudine, vel in paucis. & xv ij. Nouerit vniuersa ecclesia hæc quòd nò in gladio nec in hasta saluat dominus. & Iudich. nono. Non enim in multitudine est virtus tua domine: neque in equorū viribus voluntas tua.

¶ OCTAUA conclusio. Pro t̄ vero succursu terræ sanctæ potest Papa indicare Cruciatā & indulgentiā plenariā cōcedere. Ista conclusio probatur per text. in d. c. ad liberandū. secundum text. ibi, Abb. Hofst. Io. And. relatu ibi, Inno. iij. Omnibus qui ad subsidū terræ sanctæ vel suis vel alienis expensīs accederēt, plenariam suorū peccatorū veniā cōcessit. Curus enā remissionis participes essent, qui ad subuentionē ipsius terræ de  
 bonis suis

bonis suis cōgruè ministrarent: aut qui iuxta facultates suas ad tā piū op̄ milites destinarēt. Et addit Oldra. in cōsi. lxx. Quòd cū pro actu tā pio procuraret vniuersa ecclesię vniuersa: nò est mirū, si omnes cōtribuāt. ar. l. ij. §. quisquisimū. ad l. Rho. de iact. ff. Et pro redēptione captiuorū res ecclesię, sic etiā vasa & ornamēta vendātur. in l. lancinus. de sacros. eccles. c. in c. aurum. xij. q. ij. Circa cōclusionē istam sex occurunt declaratiōes. Prima  
 20  
 declaratio, t̄ vt procedat effectus indulgentiarum quatuor sunt requisita, ita post Inn. Ioā. Andr. notat in c. quod autē. de pœni. infra. An. Flor. in prima parte sum. tit. x. c. ij. §. ij. Primò requiritur potestas in cōcedente, vt plenaria processerit à Papa, inde glos. magna quæ est in secunda col. in extrauagāti Bonifacij incipiēte, Antiquorum vult, quod sicut in corpore humano est vniciū caput, in quo sunt positi omnes sensus & plenitudo sentiēdi. Ita in corpore mystico ecclesię est vnicum caput in quo est plenitudo potestatis & autoritatis, quæ potestas Petro clauigero concessa fuit. Et sicut in ecclesiā triumphantē sunt nouē ordines sub triplici hierarchia dispositi, & est ordo sub ordine, & omnes sunt sub vno capite. & vt Dionysius scribit. Tandem pluralitas diuersarum personarum reducit ad vnitatem vnius ef-

fectiōis. Ita si ponantur duo capita de pari te habentia, in ipsa militante ecclesiā non esset obseruatiō cælestis ordinis congruenter posita. Tunc autē ratio cælestis ordinis perfectē seruetur, si cuncti gradus prælatiōnum & principatuum sub vno capite collocētur, & ei obediāt, & subijciantur. Quod autē ecclesiā militās sit regulari instar triumphantis, vide quod post tex. in Exo. c. xx. & in Apocali. c. xj. notat gloss. in cle. ad nostram. in verb. ecclesiā. de here. in cle. Quod autem possit Papa concedere plenariam indulgentiam, cū multis rationibus suaderi possit: tum præcipuè exemplo. Nā cum omnis Christi actio nostra sit institutio: tunc Papa qui est vicarius Dei eadem ratione & exemplo plenariam remissionem impertiri potest. Quia ipse Christus plenariē quibusdā dimisit: vt Dauidi, Petro, Paulo, & Magdalene; Quæcunque illa sit, siue ea à qua Christus eiecit sepe remonia, siue cui dimisit peccata multa. Nam Iacobus Faber vir in Mathematicis omnium iudicio apprime doctus, tres fuisse contēdit, & Origenes, & Chrysostomus, & Hieronymus, & Ambro. duas fuisse satis concedunt afferentes & constanter illam sororem Marthæ nò fuisse peccatricem, cuius meminit text. de renun. Nisi cum pridē. ad finem. Sed si illa cui peccata

multa dimissa sunt, & ea à qua Christus eiecit septē demonia diuersa sunt, vt Iacobus Faber contendit, an solum vna, vt ad materiam parum pertinens, & ne salcem mittam in messē alienā relinquo altioribus ingenijs discutiendum. Sed in proposito nostro adde Ant. Florē. in j. parte ti. x. c. si. §. si. dicentem hæreticum esse pertinaciter asserere, in Papa nõ residere potestatem concedendæ indulgentiæ plenariæ: quia hoc esset contra articulum illum sanctæ catholicæ ecclesiæ, sanctorum communionem, peccatorum remissionem. Et adde † quod in indulgentiæ resultant ex merito passiois Christianicius vnica gutta erat sufficiens ad redemptionē totius humani generis. Item resultant etiam ex merito passiois Innocentium & Martyrum. Ex quibus duobus in ecclesia constat quidē thesaurus qui excedit omnem pœnam debitam pro peccatis viuientium. Huius thesauri clauiger & conseruator est Papa, cui traditæ sunt clauēs ecclesiæ tanquam gerenti typū ecclesiæ vniuersæ. Episcopi verò qui sunt successores À apostolorum, quibus etiam traditæ sunt clauēs, vt supra conclusio. v. concedunt xl. dies indulgentiarum in d. c. quod autem. Itaque Papa qui aperit & claudit erogat vult hunc thesaurum erogat aliquando plenē, aliquando in partem: ne pas-

siones & Christi & Martyrum irremuneratæ manerent. Ista est ratio communis quæ in effectu post Innoc. Gof. Hostiens. Ioan. And. & Panor. sequitur, in d. c. quod autem. Fel. in sermone quodā suo in j. col. citat clarissimos Theologos idē sentientes, & per ista sufficenter est responsum ad illud obiectum quod formari possit: videlicet quod pœna debet commensurari cum peccato iuxta illud, secundum modū delicti, erit plagarum modus. & illud, quantum glorificauit se in malicia sua. Quia hoc procedit regulariter. Sed hic merita passiois præmissæ tum Christi, tum Martyrum, erogatur, & dispensatiue commutatur pro pœna debita ratione peccati. Sed obstat huic rationi vnum aliud, quod in ecclesia nullus remansit thesaurus dispensandus. Nam Christus bene fuit remuneratus. Ad Philip. ij. Propter quod Deus exaltauit illum. Et Martyres etiam fuerunt remunerati sufficenter. Quia scriptum est. Nō sunt condignæ passiones huius seculi ad futuram gloriam. Tu propter canonistas pro tollēdo isto fortissimo contrario, vide quod post Alex. de Hal. in iij. dist. xx. not. idē Fel. in d. sermo. col. iij. Secundò præcipuē ad effectum indulgentiæ requiritur idoneitas in recipiēte, quod sit in statu merendi. Nam actus actiuorum, vt vult Philosophus, non operantur

operantur nisi in patiete bene disposito. Et thesaurus ecclesiæ non applicatur, nisi ei qui est membrum ecclesiæ. xj. q. iij. nihil. c. si quis à catholica. xxij. q. iij. Inde de excommunicato qui est separatus à gremio sanctæ matris ecclesiæ, an possit iterum excommunicari, est dubium. de quo per Hostiens. Ioan. Andr. Panor. in c. Ita quorundam de iudic. supra. Et adde quod cum remanente culpa non remittatur pœna: & culpa remittatur per cordis cōtritionem, & oris confessionem in forma sacramentali factam: tunc prima facie videtur, quod indulgentia Papæ non extendatur ad remissionem culpæ quæ per contritionem fit: ergo non per indulgentiā Papæ. Et solius culpæ remissor est Deus: vt est apud Esaiam. c. xliij. Ego solus deleo iniquitatem propter merisum. can. Nemo. de consecratio. distinctio iij. & Franc. de Maro. in iij. distinctio. xv. vult, quod Papa nõ possit dare indulgentiam à culpa: quia culpa est materia repugnans indulgentiæ. Non enim remittitur nisi per contritionē, & confessionē: quarum neutrum est in indulgentiā. Ideo tex. in cle. j. de priuilegijs, & in clementi. ij. §. ad hæc. de poenitent. loquentes de indulgentiā à pœna, & culpa, dicunt vt eorum verbis utamur, quæ verba designant abusione vocabuli. Tu dic ad

istud obiectum per Antho. in dicta parte. §. iij. quod ista impropria locutio saluari potest, vt remissio culpæ referatur ad contritionem quæ fuit præambula, vt necessaria ad consequendum indulgentiam. Refert Fel. in sermone illo col. iij. in quo sermone ipse multa singularia colligit: sed, vt solet, refert solum scripta aliorum canonistarum in dicto capitulo quod autem. & theologorum in iij. distinctio. xxj. An. Florē. in d. j. parte titul. x. capitul. iij. per totum. Eiusdem in ij. parte titul. xxij. cap. v. Adde quod ad consequendum indulgentiam, non tā attenditur quantitas quàm genus operis. Indulgentia enim præsentem respicit gratiam non meritum. Vnde glosa magna in dicta extra uagan. Bonitac. VIII. incipientem antiquorum. effingit exemplum. Frange aliquē apud principē contraxisse offensam, propter quam debet capite truncari. Si Rex accepta maximā pecunia condonet ei, illa liberatio non esset remissio, seu indulgentia, sed potius redemptio seu commutatio. facit quod de illa permutatione quæ est apud Homerum notatur in lege prima de contrahenda emptione & venditione. ff. facit quod Numeri tertio & octauo habetur, vbi erant aliqua quæ præcisè soluebantur, vt primogenita Leuita-



ad præcedentem numerum: & ultra ipsum tali modo nõ proceditur: sed sit regressus ad principium numeri. Adde quod Clemens VI. considerans paucissimos homines pertingere ceterisimum annum, ordinauit vt esset quolibet anno quinquagesimo: vt apparet in eius extrauagante incipiente, Vnigenitus. Dicebat tamen Anthonius Florent. in loco xx. allegat. §. vj. non esse verisimile illam extrauagantem esse Clementis aut alterius pontificis. Et profecto in ea meo iudicio continentur multa puerilia & leuia. & deijat illa a communibus: sic de falsitate est vspecta. arg. c. qui graui. de crimine falsi. infra. Præterea illa extrauagan. nec est de extrauagantibus. comunibus, nec de notissimis. & de illis talibus solet dubitari: de quo Bartol. in l. c. prolatis. de re iud. ff. Panormitanus in cap. j. in iij. colum. e. titu. Postremo, Paulus Venerus instituit vt annus iubileus esset quolibet anno viceesimo vt apparet in eius extrauagante, incipiente. & si dominici gregis, & Sixtus III. confirmauit in extraua. sequente incipiente quemadmodum.

24. ¶ An indulgentiæ tantum valeant quantum sonant, verus est querela: vt voluit gloss. in c. quod autem. de pœnit. infra. & gloss. illuc recitat opiniones quinque quarum nulla tandem ap

probatur: sed eam Ioannes Andreas reprobat rationibus de quibus ibi per eum. At Goffredus Hostiensis. Ioannes Andri. Anthonius & Panormitanus, sequuntur, vt indulgentiæ profint, vt verba sonant, & quod ad Deum, & quod ad pœnitentiam iniunctam. & hoc probatur in c. cum ex eo. vbi Panor. in vj. notabili de pœnit. infra. Adde quod Anthonius Florent. loco proxime alleg. §. iij. vult. xl. dies indulgentiæ valere quantum quadraginta dies pœnitentiæ: secundum taxationem factam siue a sacerdote, siue a iure, siue a iusticia diuina. Vnde secundum eum data indulgentia visitanti certam ecclesiam & offerenti certum quid tantum participat offerens duos solidos, quantum qui duos aureos, & tantum stans proprie locum, quantum qui a longè venerit. Et addebat idem Anthonius post Richar. in iij. distinctio. xx. Quod quantum ad remissionem intentionis pœnitentiæ, & quantum ad sui dispositionem & recipiendum augmentum gratiæ sunt dispares: quia plus recipit, qui plus dat. Et etiam sine indulgentia talis maxima elemosina, & maior labor maioris fuissent meriti. Nisi in casu quo minus datum esset maius per comparisonem ad dantem. Adde quod post Alexandrum de Haly. & Langdolphum tenet Felin. in dicto

sermone

sermone colum. iij. ad finem. & Anthonius Florent. loco proxime allegato. & sicut xl. dies pœnitentiæ iniunctæ plus valent eam perficienti cum maior re feruere & labore quam perficenti cum minore. Ita xl. dies indulgentiæ plus valent illi qui se magis disponit, magis laborat, plus se affligit ratione melioris dispositionis. Sed pœna æqualiter remittitur feruenti plus, vel minus laboranti, & non laboranti data sufficiente contritione. Felinus autem in principio colu. v. intelligebat prædicta in indulgentia particulari certi temporis: sed in indulgentia plenaria totius pœnitentiæ, si quis statim post eam acceptam moreretur, non esset differentia inter primum & secundum, quod ad gloriam, nisi forte respectu maioris prærogatiuæ in cælis habendæ. Sed si non moreretur procederet distinctio prædicta quod ad faciliorem statum gratiæ mandandam. Addit idem Felinus, quod adsequuto indulgentiam plenariam quamuis non oporteat implere pœnitentiam iniunctam quod ad opportunitatem necessitatis: bene tamen cõuenit, vt impleatur de oportunitate expeditionis. Nam licet alicui tantum indulgentiarum sit collatum, quantum sufficiat ad deletionem totius pœnitentiæ, ad quam pro peccatis tenebatur: tamen non expedit

illi prætermittere pœnitentiã iniunctam, sed expedit quod illam impleat donec uiuit.

¶ Occurrit aliud pulchrum 25 dubium, si an indulgentiæ possint extendi ad illos qui sunt in purgatorio. Aliqui tenent quod non: tum quia non sunt in statu merenditi: tum quod ad non subditos extendi non possunt. Scriptum est enim: Quodcunque ligaueris super terram. Sed mortui non sunt super terram. Alij verò quod ad mortuos extendantur per modum suffragij, sicut orationes, elemosinæ, & alia pia opera uiuentium. argumentum. cap. animæ defunctorum. xij. quæstio. ij. Tertia opinio quæ est verior, est vt profint existentibus in purgatorio. Si hoc sit de merte cõcedētis, pro eo qui est in purgatorio faciente aliquo id quod est per pœnitentiam iniunctam, vt potè ieiunium, elemosinam, vel aliud pium opus. Non obstat, authoritas præmissa. Quodcunque, & c. Quia respondetur dupliciter. Primum, quod super terram, extendatur ad personam Papæ, vt sit sensus. Quodcunque ligaueris, te existente super terram. Ac si dicat te Papa mortuo de uoluitur potestas in successorem. Ita Ioannes Andri. & Panormita. in cap. A nobis. ij. de sentent. excommu. infra. in illo scilicet proposito de Papa, qui potest excommunicare, vel etiã

absoluere mortuum, quando in eo in morte apparuerunt aliqua signa contritionis. Secundò respòdetur, quòd licet super terram, referatur ad absolutos sci licet existètes super terrá, cum purgádi sint intra, vel citra terram dici possunt super terram: quia nò in cælo. istá opinio. tenent còmuniter canonistæ in d. c. quod autem. Antho. Florè. sequitur in iij. parte summę tit. xxij. c. v. in §. vj. & in eá opinio. nē refert Tho. Car. cle. j. in xiiij. q. de priuilegijs. August. de Ancho. in tract. de potest. eccles. in q. xxx. post Bonauè. & Richar. Athesa. lib. v. tit. xl. ar. vlt. Felin. cuius dicta ego non recito, sed eorum à quibus desumpsit, & quos vidi originaliter. Idem tenet in d. sermone in viij. col. & refert se reperisse Alexan. Lombar. in iij. dist. xx. dicentē, quòd cum quidē magister Parisiē. tenuisset hanc partem. Hoc au dito Papa intelligens illum mortuum fertur dixisse, absoluo illum mortuum à pœna purgatorij. Subdit idē Fely. post Alex. præfatum, quòd Papa potest succurrere illis qui sunt in purgatorio per indulgentias indirecte seu in purgatorio. Adducit idē Felyn. Ant. de Anchar. in prædicto tracta. q. xxx. ar. iij. dicentē, quòd Papa per communicationem suffragiorum, & indulgentiarum potest facere, quòd duorū existentiū in æquali pœna in pur-

gatorio, vnus citius liberetur, quàm alius. & in ar. sequēte dicit, quòd Papa potest facere, quòd peccata facta ab existētibz in peccato mortali, sint meritoria existētibz in purgatorio ad pœnæ dimissionē, vel velocitorem liberationē. Non propter meritum faciētium: quia illi mereri non possunt, sed propter illos qui sunt in purgatorio, qui iam meruerunt per ea quæ gesserunt in corpore dum adhuc viuerent. Et si prædictis obijciatur cum sit in potestate Papæ absoluere illos qui sunt in purgatorio saltem pro modo suffragij. Cur ergo Papa omnes non absoluit solo verbo cum talibus maximè sit compatiendum? Asten. post Bonauenturā, & Thom. loco proximè allegato, Respondet, quòd sic Deus per seipsum miseretur, vt semper velit tueri iusticiam: multò fortius similiter Dei minister facere debet. vnde secundum eum dispensatio bonorum spiritualium ecclesie discretè, & cum moderamine est fieda. Et nisi ita fiat, Deus non acceptat, & bona spiritualia nò debent dissipari, nec contra Dei acceptationem distribui, licet bona temporalia non tantum possint dispensari, sed etiá de facto dissipari: quamuis ius diuinum dicet aliter esse faciendum, & si Papa posset per communicationem indulgentiæ totum purgatorium expo-

liare. Ad-

liare. Adde post Augu. de Anchon. Antoni. Florentin. loco proximè alle. §. vj. vbi ponit distinctionem trimembrem, aut quantū ad potestatem ordinariam, aut absolutam, aut quantum ad diuinā acceptationem. ista distinctio satis cōuenit præcedētibz, de quo dic vt ibi erit. Adde de purgatorio (quòd negant † Græci) in proposito nostro quod cum ecclesia vniuersa tenet at esse purgatorij locum expiatiōis animarū, tunc illud negare est hereticum. ita post Tho. in iij. dist. 21. tenet Anto. Florè. in i. parte summę tit. x. c. ij. in prin. & Gregor. scribit, & habetur xxv. dist. c. qualis. de quibusdam paruis culpis ignis purgatorij credēdus est, & Augu. & habetur de prenit. dist. vij. c. si. si cōuersus fuerit peccator, vita viuet, & non morietur. non tamē promittimus, quòd euadet omnem pœnam: prius enim purgatus est igne purgatorij. Solent nonnulli afferre authoritatem, de qua in Psal. Transiimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Sed expressior est illa authoritas quæ est secundi Machab. xij. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, &c. Non enim potest intelligi de beatis, quia non indigent: nec de damnatis, quia eis non profant. Necessariò ergo de his qui sunt in purgatorio est accipiēdum, dum enim per

contritionē deleta culpa, non ex toto tollatur reatus pœnæ, nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tollantur: & iusticia Dei hoc exigit vt peccatum per pœnam debitam ordinetur. Oportet quòd is qui post cōtritionem decedit ante satisfactionem debitam, vel etiam cum venialibus post hanc vitam puniatur. Sic Anto. Florentin. loco proximè allegato, vbi post Petrum de Palu. ponit duplicem locum purgatorij. Apparet ergo secundum eum Iudæos, & Græcos negantes purgatorij errare. Adde quòd in congregatione Ferrariensi quæ per Eugenium quartum pro dissolutione Basilicē. concilij siebat, Græci polliciti sunt relinquere damnatas opiniones, quas sequuti fuerunt: videlicet quòd baptismus ab eis fieret secundum formam, & ritum latinorum, quod celebrarent in pane azimo. Nam quo tempore Christus insituit sacratissimum corpus suum, in domibus Iudæorum nihil erat fermentatū propter proximiū pascha. Quod quæ in clericis suis sacrum ordinem habentibus castitate recipent. & matrimonia abijcerent, quod affirmarent spiritū sanctum à patre & filio procedere, vt in Symbolo continetur, & denique purgatorium esse crederēt, ac se omninò transformarent ad ritum latinorū. id cum in ea Fer

rianti congregatione sancti  
 fimo Papæ, cui obediētiā per  
 petuam promittebant, promi  
 sissent nomine Græcæ ecclesię  
 Iosephus patriarcha Cōstanti  
 nopolitanus, Io. Paleologus Im  
 perator loci, Demetrius prin  
 ceps Peloponenſis legati ex im  
 perio Trapezuntio, Antioche  
 næ, & Alexandrinæ ecclesia  
 rum, & plerique alij antistites,  
 ac statim dissoluta congrega  
 tione defecissent, & in promiſ  
 sione non stetit, accidit non  
 ita multò post vt in manus in  
 fidelium deciderit vtrūque im  
 perium Trapezuntiu & Con  
 stantinopolitanum, ac permiſ  
 sione diuina ecclesiarum pe  
 nē sit euerſa, vt sit verū qui non  
 ingrediuntur in archam Noe.  
 i. ecclesiam quæ vnica habet  
 rectorem, & ductorem, omnes  
 pereant: vt habetur in extraua  
 ynam sanctā. quę est Bonifacij  
 VIII. De Græcis, & erroribus  
 eorum habetur in cap. fi. de ce  
 lebr. missa. supra in c. fin. de ba  
 ptis. supra in c. pe. & fi. de conse  
 crat. distinct. v. gloss. fin. in cano.  
 de libellis. xx. distinct. vt de Ar  
 rio, Nestorio, Macedone, & Eu  
 ticheræ Græcis in concilio Ni  
 ceno, Epheso, Cōstantinopol.  
 & Calcedon. de erroribus con  
 uictis habetur in can. prima Sy  
 nodus. xvj. distinct. Quid de in  
 dulgentijs specialibus, quę so  
 lent concedi, vt quis in articu  
 lo mortis possit eligere confes  
 sorem idoneum, quicum au-

thoritate apostolica absoluat  
 in quibus impertiendis solebat  
 Eugenius III. esse multū libe  
 ralis. Adde quòd articulus mor  
 tis non solum dicitur esse ver  
 us, sed præsumptus. Si aliud  
 tamen non apparet ex forma  
 indulti sicut extrema vñtio  
 quòd est sacramentum exequ  
 tium, debet dari illis qui com  
 muni æstimatione reputantur  
 morituri: tamen si euadunt po  
 steā inunguntur: & nihilominus  
 extrema dicitur, & sic æstima  
 tur quòd foret extrema. Tunc  
 ergo cum in tali articulo mor  
 tis absoluaatur: consequitur ef  
 fectum indulgentiæ vsque ad  
 illud tempus, quamuis postea  
 euadat, & gratia illa expirat in  
 posterum ita Anton. Florent.  
 j. parte summæ titul. x. capitul.  
 iij. §. v. & Felyn. loco allegato  
 colum. v.

#### ¶ D E C I M A conclusio.

27 Ad ꝑ publicandas indulgentias  
 assumi debent viri docti ec  
 clesiastici presbyteri discreti, gra  
 ues, potentes in opere, & sermo  
 ne, & qui populum ædificent  
 verbo, & exemplo. Ista patent  
 in capitulis, cum ex iniuncto.  
 & excommunicamus. §. quive  
 rò. de hæreti. supra. ca. si rector.  
 xl. distinct. in c. In plerisque. de  
 officio ordin. At contra inter  
 dum asseruntur ad publican  
 dum verbum Dei, & distribuend  
 um hunc ecclesię thesaurum  
 viri indocti, Bigami, inconstan  
 tes, rixosi, saluarij, garruli, men  
 daces,

daces, impostores. & contra hu  
 iusmodi quæstores, quos Ca  
 fardos vocant, emanauit solen  
 nis constitutio, Abasionibus.  
 de pœni. in clemen. Qua in ef  
 fectu statuitur, vt ordinarij lo  
 corum non admittant eos sine  
 literis apostolicis, quas ne quid  
 falsitatis in illis cōtineatur, exa  
 minent diligenter. Solēt enim  
 huiusmodi quæstores hanc Ca  
 fardam artem, quod in simili  
 de Abigeis dicitur in l. j. §. j. de  
 abigeis. ff. ita miserè exercere,  
 vt aliquando gerūt & induant  
 personam pontificis. Visi sunt  
 aliqui ita audaces vt effingerent  
 aliquas indulgentias, quas  
 nunquā apostolica sedes con  
 cessit, nec est concessura, super  
 votis dispēlant, super periurijs,  
 item de homicidijs, malè acqui  
 sita, & ablata remittunt, data  
 sibi certa quota: tertiā partem  
 de iniunctis pœnitentijs rela  
 xant: & ita eludūt clauēs eccle  
 się, vt interdū duas, aliquando  
 plures animas ex purgatorio  
 extrahant mēdaciter, & ad gau  
 dia paradisi perducant benefa  
 ctoriū locorū, quorū sunt quę  
 stores, plenariā remissionē con  
 cedunt vt aliquando (vt verbis  
 eorum vtamur) à pœna & cul  
 pa absoluaat. Ac nihil tandem  
 est quod huiusmodi Cafardi  
 alioquin indocti malitię dica  
 ti non inueniant, vt à Christi  
 fidelibus simplicibus subtrili ar  
 te & ingenio velut à barbaris  
 aurum extorqueant. Quid

quòd mulierculæ quibus, vt est  
 in euangelio, defunt minuta  
 ara, quæ in gazophilacium cir  
 cunferant, festinantis accu  
 runt cum suis ornamentis, per  
 ferunt, ac nescientibus maritis  
 quod habetur in l. vestis. de au  
 ro & argento legat. ff. Togu  
 las, penulas, stolas, mitras, ca  
 putia, ac vt Proſila & Maximi  
 la mulieres quæ Montanum  
 Phrygium hæreticum sequu  
 tæ. sunt relictis maritis, cre  
 dunt illorum inspiratione se  
 euasisse prophetissas. Audio  
 nescio si fabulæ an rei gestæ  
 attribuendum sit, fuisse deli  
 ram anum & pauperulam  
 quæ vaccam vnica quam habe  
 bat obtulerit, & trunco (quod  
 vulgariter dicitur) alligauerit.  
 Ita fuerat Cafardi cuiusdam  
 blandimentis, imposturis &  
 delinquentis seducta. Et for  
 tē ille non minus reus mortis  
 erat, quàm qui ex iudicio Na  
 than prophete dignus morte  
 iudicatur, qui vnica ouem  
 pauperis rapuisset. Secundi Re  
 gum. cap. xij. gloss. in clement.  
 j. de præbend. Quæstores hu  
 iusmodi cum inuenti fuerint  
 delinquentes per locorum ordi  
 narios grauiter sunt punien  
 di. Ad illam autem indulgentiam  
 publicandam, quam sanctis  
 simum Papa Leo modernus  
 Christianissimo Regi nostro  
 concessit pro subsidio terræ san  
 ctę, assumpti fuerunt viri reli  
 giosi quales in principio descit

psi vita, & doctrina, vt fertur conspicui, quanquam assumetur aliquando minus sufficientes, cum viri probatissimi nescio qua causa prouinciam istam refugiant sapenmerò.

¶ V N D E C I M A conclusio. † Christiani possunt cum infidelibus fœdus & confederationem inire pro sui tuitione vel patriæ defensione. Ista est conclusio communis scriptionum in dict. c. quod super his. de vot. supr. Adducunt primò, quod habetur in canon. Iulianus. xj. quæstion. iij. vbi milites Christiani militabant & erant stipendiarij Iuliani Apostatae. Adducunt etiam quod habetur primi Machabæo. capi. viij. & xiiij. de Machabæis, qui pepigerunt fœdus cum Romanis infidelibus. & recitatur in cano. monēt. xxij. q. j. & in Syria splendidissima Tyriorum colonia, vnde Vlpiano fuit origo, pepigit fœdus cum Romanis in l. j. de censit. ff. Et Iosue in ij. confederatione cum Gabaonitis. Iosue ix. & primi regum cap. 27. & 29. Dauid accessit ad Achis regem, & fecit confederationem contra Saul, & paratus erat infideli auxiliū præstare, & Genes. 17. Deus iniuit fœdus cum Abraham, & successoribus suis, alia gēte exclusa, & Exod. 22. Deus fœdus fecit cum populo Israelitico, in hæc verba. 'nemicus ero inimicis tuis, & affligentes te, af-

figā. & 2. Reg. c. v. Dauid percussit fœdus in Ebron cum senioribus coram domino. Idem habetur. j. Paralipom. cap. xj. & Iudic. xj. Filij Israel fecerunt confederationem cum Ierthe contra filios Amon. & j. Paralipom. cap. xij. Dauid acceptauit confederationem ab Abisai, & alijs principibus venientibus ad suppetias eius. Si pacificè inquit venietis ad me, vt auxiliemini mihi, cor meum vobis iungatur, cui Abisai spiritu domini, cui sumus O Dauid, & tecum filij Isai. Pax tibi, & pax adiutoribus tuis. & j. Regum cap. xvij. Ionatas filius Saul, & Dauid inter se fœdus inierunt, & ij. Regum capitul. iij. Dauid acceptauit confederationem oblatam sibi ab Abuer. pro se & alijs de populo Israel contra Saul. Et tu aduerte hæc conclusionem esse tenendam, vt cum infidelibus sit permissa confederatio pro tuitione patriæ, aut alia iusta causa, & salua fide, aliàs succedunt prohibitiones, quæ continentur in autoritatibus sequentibus. Scribitur ij. ad Corinthios vj. Nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ communicatio lucis ad tenebras, aut quæ conuentio Christi cum Belial, aut quæ pars fidelis cū infideli. Et scribitur in epistola Ioan. capitul. ij. Si quis venit ad vos, & hæc doctrinam

doctrinam non æfert. nolite recipere eum in domo, nec aue ei dixeritis. Qui enim dixit, cōmunicat eius operibus malis. Et ad Titu. cap. iij. Hæreticum hominem post primam, & secundam correctionem deuita. & Exodi xxiiij. Caue ne vnquā cum habitatoribus terræ illius amicitias iungas, quæ sunt tibi in ruinam. Sed & aras eorum destrue. confringe statuas, lucōlque succide. Noli adorare deum alienum. Ne in eas pactum cū hominibus illarum regionum. Ne cū fornicati fuerint cum dijs suis, & adorerint simulachra eorū vocet te quisquam, vt comedas de immolauicis. & ij. Paralipom. xix. vbi Iehu propheta ad Iosaphat ait. Impio prebes auxiliū, & his qui oderunt dominum amicitia iungis. Et in eo passu qui est Act. xxiiij. vbi vas electionis Paul. post fuit diffensionē inter Saduceos, & Phariseos, vt haberet à præfide milites, quorum auxilio feruaretur illesus. Glo. refert quòd sicut vnitas honorū est vtilis: sic maloi ū vnitas semper bonis contra est. Et propter tales saluator noster dixit. Non veni mitte pacem in terram: sed separationē. In reliquo tu vide quod notat Oldra. in consilio. lxxj.

¶ D V O D E C I M A conclusio. † Irregularitas quæ contrahitur ex homicidio voluntario est introducta de iure positiuo. Inno. ita tenet de renun. supra capitul. nisi cum pridem. §.

j. idem Inno. quem cōmuniter omnes sequuntur in cap. ad audientiam. inf. à eod. Et quamuis Panor. illic oppositū firmet: tamen cū Inno. sentit in capit. Clerici. j. de vi. & ho. clerico. suprā. Obstat huic decisioni tria fortissima contraria. Primò, quòd in præcepto decalogi scribitur simpliciter: Non occides. Tu responde verum esse homicidium prohibitū de iure diuino, vt ibi: sed irregularitas quæ inde sequitur, non est nisi à iure positiuo: & non contrahitur nisi in casibus à iure expressis. ca. Is cui. de sentent. ex communic. in vj. Item in veteri, & nouo testamento produci plures possunt qui homicidium voluntarium fecerunt, vt Moses, Fines, Helias, Petrus, Dauid, & plerique alij de quibus in fin. conclusi. xiiij. Qui à sacerdote, & ministerio diuino non fuerunt repulsi. Secundò fortius obstat, quòd Dauid dictum est. Tēplum mihi nō ædificabis, vir sanguinum es. habetur de cōse. dist. j. ca. Tabernaculum. Tu responde, quòd ille text. continet prohibitionem specialem, quia Dauid prius adulteratus Bersabea, Vriam proditorè maritum occididisset. Et adhuc pœnitentiā nondū egerat. de quo habetur. ij. Regum cap. ij. Glo. refert historiam in capitul. Cū olim. in verb. Vriæ. de offic. deleg. extra præmissam solut. ponit Panor. in dict. capitul. clerici. Tertio obstat illa vulgata authoritas

quæ ad Petrum dirigebatur. Conuerte gladium in vaginam. Sed tu dic, quòd illa authoritas non solum ad Petrum, sed reliquos laicos dirigebatur. Patet ex eo, quod statim sequitur. Omnis qui gladio & c. Ita post Car. Ioan. de Ana. in cap. penult. in fin. eo. Ita Panor. in dict. cap. clerici. Et tu aduerte quòd illa authoritas quæ per quosdã malè intellecta prima facie videtur negare gladium materiale esse penes ecclesiam, probat omninò oppositum. notanter enim dixit, cõuertere: nõ dixit porrigere. Et ad probandum istud, considera quòd apostolus dicitur: Ecce gladij duo, dicit satis, non unus est text. ita referens in extrauag. vnam sanctam. concludens vtrunque gladium penes ecclesiam consistere. Spirituale qui per ecclesiam est exercendus. Materiale, qui ministerio Regum & principum pro ecclesia exerceri debet. Ac secundũ ordinem, vt est apud Dionysiu. Lex diuinitatis est infima per media & inferiora, per superiora ad ordinem reduci. Hic gladius materialis quia habitus est penes ecclesiam, accidit interdum quod habitus ille ad actum reuducatur, & Papa qui ab imperatoribus sacramenta fidelitatis recipit, eisdẽ imperatores, & principes priuat aliquando, imperiũ quod de gente in gẽtem, trãfert, vt rura sunt vulgata, & Dãtes qui in lib. de Monarchia, visus est

contrariũ asserere de Here si cõuictus est, vt Bar. referit in l. j. de requirẽ. reis ff. copiosè Panor. in cap. not. in iij. col. de iudi. supra. & in hoc vident les Inno. in cap. licet. de for. cõp. sup. quẽ Hosti. Ioan. And. Antho. Inno. & Panor. ibi sequuntur quo pacto Deus qui fecit ab initio naturã angelicam & humanã, eandem humanã per aliquod tẽpus per seipsum rexit: vt factor iẽ tuant dirigere solet. Noe quoq; gubernationẽ arce cõmisit. Fidẽ quoque, & filijs eius legẽ dedit. Et licet tũc officium sacerdotis non legatur fuisse institutũ: tamen post cessatũ diluuiũ exercit officium sacerdotis in ædificatione altaris. Subinde in hac vicaria successerũt Patriarche, iudices & reges, & alij qui pro tẽpore fuerunt in regimine Iudæo: uia fuitque istud vsq; ad Christum quo adueniente cessauit omne imperiũ. Fuit enim naturalis dominus, & Rex: ac tãdẽ Christus Petrum sibi vicarium cõstituit. Et quãdõ contulerit illi claus dictũ est conclusione v. supra. Ego dixi copiosè in repetitione calicet de uirtute. de ele. c. supra. Hæc Inn. verba quæ ab omnibus cõmunitè recitãtur in d. calicet. sequitur Corse. in tract. de potest. regia. q. j.

¶ DECIMAFERTIA conclusio. † Super irregularitate cõtracta pro homicidio voluntario Papa dispensare potest. Ita not. Host. Ioan. And. Panor. & de Ana.

de Ana. Et cõiter alij in c. sicut dignum. §. clericos. in fi. eo. Obstat huic cõclusioni tex. in c. Minor. l. dist. qui videtur probare oppositũ in verbo sacerdotem post perpetratũ homicidiũ in sacerdone ministrare. per quẽ tex. in d. §. clericos. glo. in verb. cõsiliũ, circa medium ita tenet. Sed tu dic post Archi. & Dom. in d. c. miror. post Pan. & alios in d. §. clericos. quod ille tex. & glossa debet referri ad difficultatem: vt de facili nõ debeat Papa dispensare. Nã homicidæ propter horrorem à ministerio altaris repelli debent. ne illi qui intixerunt manus in sanguine humano effundantur in sacramẽto altaris ministerij unitatis, & mafeuetudinis. Ita Panor. in c. cler. in vlt. co. & in c. sententiã. in j. co. ne cle. vel uo. supra. Ideo Papa non debet dispensare de facili: sed subsistente cã poterit. & tũc qui dispensat, nõ tollit legem, sed remittit pro tempore. Adde duo similia. Nã ex causa posset dispensare cum monacho, vt cõtrahat matrimoniu. & solent afferre duo exẽpla. Primum de filio Regis uico, qui erat profellus cũ quo Papa dispensat pro utilitate totius regni, vt cõtrahat matrimoniu, & suscipiat sobolẽ. Secundũ de infidei principe, qui paratus est cũ tota gente ad christianissimum trãfere si permittatur ei cũ sanctimoniali cõtrahere. de quibus exemptis vide Ioan. And. in reg. Actus legitimi. & in reg. quod se

mel. de reg. iur. in Mercu. & per Panor. in c. cũ ad monasterium. de sta. mo. supra. per eundẽ in c. ex publico. de cõuerf. cõiu. supra. Nec ob. si dicatur quod Apostolus Paulus prohibet percussorẽ ordinari: quia tu dic, quod nõ prohibet dispensari. Sicut infimili apost. Paulus prohibet bigamũ ordinari, & tamẽ vt ordinetur secundũ opinionẽ magis cõmunẽ Papa dispensat. vt no. in c. j. de big. supra. Prætereã Paulus fuit inferior Petro in administratione. Vnde Petrus & eius successor dispensat supra dictũ Pauli. Et tu intellige quãdõ proximè non agitur de fide aut articulis fidei. Et si angelus tunc de cælo euãgelizet, propter id quod Paulus prædixit, esse Anathema. tex. est in c. qui. xj. q. iij. Et eo casu Papa non posset dispensare. Nã & Paulus legitur Petro in facie stitisse. de quo vide Panor. in c. proposuit. de concess. præben. supra. Adde quod pro irregularitate cõtracta per excommunicatũ celebrantẽ, quãuis solus Papa dispenset, in cap. j. de re iudicat. in vj. in cap. j. de sentent. ex cõmunication. eod. lib. tamen potest super illa pœna depositionis etiam dispensare. Et hoc ne pœna ex pœna sequatur contra text. in ca. at si clerici. ad fin. de iud. supra. Maximè poterit Episcopus dispensare, si excommunicatus, quic celebrat, & ob hoc irregularitatem contraxit, est paratus se corrigere.

¶ **DECIMA QVARTA**  
 31 cōclusio. † Cū homicida casuali vbi præcepit culpa ad maiores dispensat Episcopu, ad sacros solus Papa. Prima pars probatur in ca. ad audientiam. alleg. j. eo. Secunda pars probatur in capit. continebatur. & quod libri Archiepiscopus, facit tāquam commissarius Papæ. Ita in vtroque loco tenent scribentes.

¶ **DECIMA QVINTA**  
 32 cōclusio. † Irregularitas cōtrahitur non solum ex homicidio voluntario, sed alicuius mēbri mutilatione seu detruncatione. probatur in ca. j. de clericis pugnā. in duel. vbi Panorm. in iij. notabili. Idem in capit. fin. eod. titul. de homicidio in vj. Et beatus Thomas. ij. ij. q. lx. quod in bonis corporis tria consideratur: integritas corporis, quietes, & delectatio sensus: motus & vsus que tria impediuntur per membri detruncationem. Tu tamen aduerte, quod tribus casibus vitatur irregularitas. Primus est si sit percussio solum, etiam cum sanguinis effusione. Quia text. in clem. j. eod. titu. requirit mutilationem. Ita Panorm. in ca. j. qui cleri. vel vo. suprā. Secundō, si membrum non sit amputatum, licet ex incisione & neruorum cōtractione sit ita debilitatum, vt sit quasi inutile. Ita Panorm. in dict. cap. j. Idem in ca. j. de cle. pugnam. suprā. Ratio, quia mēbrum debilitatum dicitur, si mēbrum, quamuis sit sine operibus

vt de fide solet dici in can. sicut vrgeri. j. q. j. Et membrum debilitatum proficit saltem ad decorem, & quando est amputanda manus ea est amputanda quæ minus proficit in corpore, per gloss. ij. in authen. sed nouo iure. de teris fugit. C. vbi scribentes. Tertio emittatur irregularitas, quādo solū amputatur digitus: digitus enim non est membrū, sed pars mēbri. Ita Panorm. post Galpar. de Cal. in d. c. j. qui cler. 34 vel vouem. † Adde quod membrū propriè dicitur quod habet distinctū & personale officium vt auris, oculus, natus, lingua, manus, pes, inde digitus non est membrum, sed pars membri. Et lex ciuili existimat eum non esse sanctū, cuius digitus abscissus est si ob eam rem minus idoneus est artificio, alias sanus erit de quo in l. idem. Offilius de ædificatio edi. & ff.

¶ **DECIMASEXTA** cōclusio. † Homicidii voluntariū vnde contrahitur, irregularitas cōmittitur factō. in ca. sicut dignum. §. clericos. in fin. eo. ca. si quis viduā l. dist. imprimis. Exo. ca. ij. Cū Aegyptius quidam vt Hebræi dicunt, Hebræi cuiusdē vxorem fraudulenter adulterasset, & adhuc Hebræum propter vxorem adulteratam indignatā percuteret. Moses istud indignū facinus conspicatus egrè se ens, occidit Aegyptium, & abscondit sabulo. Et quarto regum. cap. j. Ad preces Helix ignis descendit de celo,

de celo, & duos quinquagenarios occidit & cōsumpsit ignis. Quidā sacerdos filius Eleazari sacerdotis occidit Iudæū coeūtem cum Madianita, ac vtrunque gladio transiit. habetur Numer. xxv. & Actu. v. Petrus qui Tabitā mortuā orans suscitauit, Ananiā & Saphirā incerpans morti tradidit. & Act. xv. Paulus Elimā magum vijs domini resistentem perpetua cecitate dānauit. Ita registratur in magno decreto in c. si illi. xxij. q. iij. in c. legi. & c. occidit. in c. Petrus. xxij. q. viij. Moses quoque qui vt habetur Exod. 36 xxi. Cū cognouisset populū ad fabricandum & colendum idolum defluxisse, in aliquos eorum vindicauit gladio, & nō crudele aliquid dicitur fecisse. secundum Aug. ita. Et habetur in c. quid crudeli. xxij. q. v. Et Apostolus vt ibi subiicit text. hominem Corynthium qui in cæstu polluebat noueram nō crudeliter sed amicabiliter tradidit Sathanæ, vt saluus fieret spiritus eius in die iudicij. habetur. j. ad Corinth. v. Et recitatur in c. cūm sit Romana. ad finem de appellat. suprā. Abraham autem non solum vt habetur Genes. j. non fuit culpatus crudelitatis, sed fuit laudatus pietatis, quod filium suum voluit obedienter occidere. xxij. q. v. c. nō occides. An (quod habetur iudi. xj.) Sanson excusatur, qui seipsum cum hostibus

ruina domus oppressit? habetur in d. c. non occides. Et quomodō Dauid, vt legitur primi Regum. xxv. qui ad preces Abigail prudentissimæ mulieris nō impleuit promissionē iuratam de occidendo Nabal in impio viro, laudetur, vide quod habetur in c. iurauit. xij. q. iij. At contra quomodō Herodes sit culpandus, qui vt implevit iuramentum Ioannem Baptistam capite truncari iussit. habetur in c. vnusquisque ea. causa & quæ. & statim dicitur.

¶ **DECIMASEPTIMA** cōclusio. † Homicidium voluntarium vnde contrahitur irregularitas, etiam cōtrahitur mandato. text. est in d. c. sicut dignum. §. clericos. Et tunc circa illum text. & gloss. in verbo, cum alio, cōsidera duo. Primō, quod ille text. continet illā indignam necem Tho. Archiepiscopi, qui quia fortiter pugnavit pro libertate ecclesie, à Rege Angliæ primū fuit relegatus: vt de illa relegatione Petrus Blesē. qui tunc Regis Angliæ erat familiaris meminit in quadā epistola quæ est in ordine. Nouissimè eiusdem Regis mandato, vt quidam volunt, aut saltem patientia crudeliter occisus est. & illius impiæ & inhumanissimæ mortis dicta decretalis, sicut dignū. prosequitur plures casus. Nam ad illud homicidium, vt ibi voluit Petrus de Anchara. & Ioan. de Ana. astiterunt plu-

res diuersa exhibentes ministe-  
ria. Aliqui venerunt vt occide-  
rent: alij vt caperēt: quidam vt  
ferirent: nonnulli vt percussori-  
bus opem ferrent: alij vt Regis  
animum magis ac magis excita-  
rent: quidam verò vt farcinas  
ministerorum custodirent, quæ  
omnia deciduntur in discursu  
prædicti text. Et in istis q̄a sunt  
quotidiana & in præfenti, &  
in duabus sequētibus conclu-  
est insistendum. Secundò confi-  
dera, quòd glo. in d. §. clericos.  
in verbo consilio. solet ordina-  
ria reputari. & post Ioā. Andr.  
ibi, Panormita. Ioan. de Ana.  
& cōmuniter moderni. Quod  
ea plurimū vtuntur assessores  
ad intellectum statutorum pu-  
nientium homicidas, vt verifi-  
centur etiam in præcipiētibus  
homicidia fieri, pro quo facit  
tex. in l. si quis id quod. in verb.  
alij mandar. de iurisdictione. om-  
nium iudicum. ff. in cap. si quis  
suadente. iuncto capitul. mulie-  
res. de sententia excommunica-  
tionis. dicit tamen Ioan. Andr.  
& post eum Panormita. id pro-  
cedere, nisi in statuto aliquid  
exprimatur, quod requirat homi-  
cidium reale, vt si dicatur:  
Si quis homicidium sua manu  
fecerit, vel suo ense. de quo dic-  
to Ioan. Andr. quia dubitat  
Panormi. dicitur statim latinis.  
Non repugnat hoc loco aliqua  
exempla de homicidijs, quæ  
mandato fiunt in medium as-  
ferre: inde afferemus sex decla-

rationes, ad conclusionem no-  
stram. In primis de homicidio  
Hærodis quod factū est quan-  
do capite iussit truncari pro-  
phetam: habetur in capit. cum  
iuramento. infra eod. & habe-  
tur in can. vnusquisque. xxij. q.  
iij. Et (vt est apud Iosephum  
lib. xvij. c. xij. & sequente) hic  
Hærodes & Philippus fratres  
ex patre, non ex eadem matre  
progeniti vnus tetrarcha Gali-  
leæ, alter Ithureæ & Traconiti  
dis. Nā vt de Lyra scribit. Ma-  
c. ij. Archelaus eorum frater di-  
midia regni Iudæorum ex pa-  
trina diuisione acceperat. Hic  
Hærodes cum à Roma rediret,  
connubium tractauit, cum He-  
rodiade vxore Philippi fratris,  
filia Aristoboli, sorore Hæro-  
dis Agrippæ, ac eius propterea  
Hærodis nepte. Et is repudiata  
legitima coniuge filia Arethe  
Regis eandem Herodiadē ab-  
duxit, & sibi matrimonio copu-  
lauit. Cūque Ioannes illud ma-  
trimonium publicè damnaret:  
filia Herodiadis annuente ma-  
tre ab Hærode obtinuit caput  
Ioannis. Neque propter iura-  
mentum, vt habetur Matthe.  
xiiij. ausus est renuere. Sed vt  
scribit Hieronymus in dicto ca-  
pitul. cum in iuramento: si ob-  
iurandum se fecisse dicat. si  
patris aut matris in: eritum po-  
stulasset, facturus ne fuisset? an-  
non? Quod ergo in suis repu-  
diaturus fuisset, contempere de-  
buit in propheta. Turpe est au-  
tem dice-

tem dicebat Ambrosius, quòd  
regnum pro saltatrice promit-  
titur. Crudele est, quòd mors  
prophetæ pro iurifurandi reli-  
gione datur: quanto tolerabili-  
us illi fuisset periturum, si ta-  
men periuurii dici posset, quod  
ebrius inter pocula iurauerat,  
& iuratus inter saltantium cho-  
ros promiserat. Existimat autē  
Iosephus loco proximè allega-  
Baptistam virum fuisse bonū,  
qui præcipiebat Iudæis virtuti  
operam dare: iustitiam colere:  
in Deum seruare pietatem, &  
per baptismum in vnum coire:  
tunc demum baptismum sic  
acceptabile fore, vt ad abluen-  
da peccata & animæ purifica-  
tionem proficeret. Veritus Hæ-  
rodes ne doctrinæ ipsius per-  
suasione populi à suo regno di-  
scederent, & præceptis eius pa-  
rerent. Eum primo vincitum in  
castellum Macheronta abduci  
iussit, atque ibidem capite trū-  
cari. quomodò autem sepultus  
est in Sebasta ciuitate Palesti-  
næ, & postea corpus eius ad  
Hierosolymam sit translatum.  
Post historiam scholasticā scri-  
bit de Lyra in loco proximè al-  
legato, & illic etiā scribit, quo-  
modò caput eius apud Ambia-  
nos sit translatum. Secundo de  
homicidio Thomæ Cantuar-  
ien. quod secundum quosdam  
mandato Regis Angliæ fuit fa-  
ctum. habetur in toto discursu  
illius decretalis. Sicut dignum  
Alexander 111, illius decret.

compilator destinauit in An-  
gliā duos Cardinales, qui rem  
ipsam diligenter inspicerent:  
Quibus legatis Rex dimisso  
bello Hybernico, quæ erat im-  
plicitus apud Normaniam ho-  
noris causā occurrit. Et cum  
non satis de facto cōstaret: quia  
tamen Rex viuentem simulta-  
te & odio persecutus est, in-  
dicta est per legatos Regi pœ-  
nitentia, vt cc. milites Hiero-  
solymam mitteret, qui sua im-  
pensa per annum dimicarent,  
& vt deinceps libertatem ec-  
clesiasticam tueretur, ac vt ap-  
pellationibus ad curiam factis  
non aduersaretur, & quædam  
alia eidem Regi etiā iniuncta  
sunt. Cum de illa crudeli nece  
se non purgasset suffociter:  
& circa cōclusionem nostram  
occurrunt sex declarationes.  
37 Prima declaratio, quòd man-  
dans, vel explicans aliquem  
actum aliquo mediante, pro-  
priè dicitur facere, quod tu  
declara procedere in tribus ca-  
sibus. Primus est, quando ver-  
ba statuti sunt scripta in rem-  
ita Bartolus in lege hæc ver-  
ba. ff. de adulterijs. idem in le-  
ge aut qui aliter. quod vi. §.  
clam. ff. idem in lege tertia. §.  
prorator quod quisque iu-  
ris. ff. Secundo quando actus  
explicatur mediante instru-  
mento quod necessario agit  
nec potest non agere: vt si  
quis percutiat mediante in-  
strumento, vel lapidis emissis,

aut lanceæ, vel sagittæ scorpionis, arietis, aut alterius tormenti, quod vulgò bombardam vocant. Nam sic percutiēs mediante tali instrumento vere agit & facit: ita intellige litem Mela. ad legem Aquilæ. ff. vbi talis directæ aquila teneretur. ita Bartol. in l. sed si vnus. in princip. de iniurijs. ff. Tertiò si mandatur aliquid, quod non cadit in aliquo certo genere delecti, quod post susceptum mandatum est necessariò implendum: tunc mandans dicitur propriè facere. ita Bartol. in locis proximè allegat. subiciens etiã hoc procedere quamuis verba legis sint scripta in personam. Sic dicit intelligendas l. pater. in fin. in verbo, videbitur fecisse. quæ in fraudem credito. ff. l. iij. §. si procurator. quod quisque iur. ff. Nam licet verba illius: edicti sint, quod quisque iuris: teneatur tamen dominus si impetrat per procuratorē. Ideò si per statutum punietur allegans exceptionem contra instrumentum confessionatum, & non probans punietur qui fecit per procuratorē, quod procurator fuit instrumentum, quod fecit ex necessitate civilis, & dominus videtur fecisse.

38

¶ Secunda declaratio, † Atten-  
to quod factum vnus impossi-  
bile est, quod sit factum alte-  
rius: imò factum vnus, & eius-  
dem aliquando ex tempore di-  
uicatur. l. si non sortem. §.

Libertus. de conditio. in debiti-  
ff. tunc mandans in tribus ca-  
sibus non dicitur propriè face-  
re, sed solum impropriè, & in-  
terpretatiuè. Primò quando ver-  
ba statuti, vel legis sunt conce-  
pta in personam: vt si dicatur si  
quis fecerit homicidium: tunc  
ille qui facit fieri, non est is, qui  
facit propriè, nec dicitur pro-  
priè homicida. l. et aliter. in  
principio. in verb. qui adhibi-  
bita vi, & quasi manu mortis  
causam præbuit. tracta videli-  
cet. interpretatione vocis, vt di-  
cit ille textus, accedendo, ita  
Bartol. in dict. §. si quis procura-  
tor. Secundò, quando est ac-  
tus qui non potest explicari  
per instrumentum separatam  
à corpore, vt adulterium: tunc  
qui per alium facit, verè non  
facit. probat text. in l. j. §. deie-  
cisse. in verb. ait prator. non vi-  
deor deiecisse si familia mea  
deiecerit. de vi, & vi arma. Ter-  
tiò, quando est actus qui expli-  
catur mediante instrumentum  
quod agit in vim libertatis suæ:  
vt si mandauit habenti intelle-  
ctum, vt occidat hominem: is  
non suscipit mandatum ex ne-  
cessitate nature, quia habet  
liberum arbitrium. de quo libe-  
ro arbitrio in cap. Nabuchodo-  
nosor. xxiiij. quest. iij. nec ex ne-  
cessitate civilis, quia rei turpis  
nullum est mandatum: ideò  
mandans verè dicitur facere. Ita  
loquitur d. l. si pater. & l. idem  
si obstetrix. ff. ad legem Aquilæ  
vbi si

vbi si obstetrix ministravit ma-  
lam medicinam: sed ita vt ipsa  
met mulier assumeret, tenetur  
in factu, quæ cum directæ leg-  
Aquilæ concurrat, perinde ac si  
suis manibus occidisset. & Bar-  
tol. in d. l. sed si vnus. dicit non  
obitare ca. mulieres. de senten-  
tia excommunicatio. infra. vbi  
mandans verè dicitur facere:  
quia secundum eum hoc pro-  
cedit quantum ad peccatum.  
Et canonistæ magis conside-  
rant animum, quàm factum:  
Legistæ magis factum, quàm  
animum. Dicitur in regul. pec-  
catu. Ideò in foro conscientie  
quantu ad peccatu verè facit,  
qui per aliu facit: nam consistit  
in animo. Sed respectu actus,  
quem Legistæ respiciunt, verè  
non facit. Sed tu aduerte, quod  
contra Bartolum, multum fa-  
cit dictum c. Mulieres. vbi illi  
de quorum mandato in cleri-  
cum iniunguntur manus violen-  
tæ verè dicitur facere, & ille tex-  
tus, secundu Panormita. ibi  
non loquitur de peccato: sed ta-  
men saluando Bartol. tu dic qd  
ille text. loquitur de pœna pec-  
cati, id est, excommunicatione  
quæ solet ferri pro contumacia.  
& licet aliquando feratur pro  
crimine: crimen tunc dicitur  
causa mediata, & contumacia  
in non satisfaciendo causa im-  
mediata. Sed excommunicatio  
ne ecclesia nullam habet maio-  
rem pœnam quantum ad illa-  
queandam animam, quantum

ad affigendum corpus sunt in  
ecclesia maiores, vt potè depor-  
tationis, relegationis, inductio-  
nis seruitutis, diffidationis om-  
nium bonorum istius bullatio-  
nis in facie, seu fronte: vt patet  
respectiue in iuribus scilicet c.  
j. de calum. supra cap. accedens.  
50. distinctio. c. Ita quorundam  
de ludæis supra cap. j. de homi-  
cid. in vj. c. ad audientiam de cri-  
mine falsi, infra. Adde etiam  
pœnam verberum citra sangui-  
nis effusionem, & idem dicitur  
in caractere imprimendo in  
fronte de quo supra, quod non  
debeat elici sanguis, de quo no-  
tatur in cap. in archiepiscopa-  
tu. de rap. infra. Et si tu dicas  
quod ultra excommunicatio-  
nem nõ habet ecclesia quid fa-  
ciat. c. Cũ nõ ab homine. de iu-  
dic. supra. Tu responde duplici-  
ter. Primò, quia istud non pro-  
cedit ex defectu pœnarum: sed  
propter impœnitentiam illius  
criminosi delinquentis. Ita post  
Io. Andr. & Abb. Antho. Abb.  
modernus in d. c. Cũ non ab  
homine. in vj. col. Fortè enim  
criminofus totiens deliquit, vt  
eum de facto corripere nõ pos-  
sit ecclesia. Et si tu replices, po-  
terit ecclesia de facto corripere  
inuocato brachio seculari, &  
ei tunc imponere aliquam de  
prædictis pœnis. Panorm. loco  
proximè allega. refert, qd istud  
contrarium fecit, cùm aliquan-  
do dubitaret. vnde dicit in ter-  
minis dicti c. Cũ non ab ho-

mine. nō poterat de facto com-  
primi per ecclesiam. Nam si po-  
tuisset, non fuisset excommu-  
nicatus: cum illa non sit pœna  
delicti, sed contumaciæ: fœd fuisset,  
aut relegatus, aut detrusus  
in arcto carcere, quæ pœna ad-  
denda est ad superiores: ut in c.  
vt famæ. de sent. excom. infrâ.  
Oportet ergo ad replicam præ-  
dictam respondere, quod ecclesia  
delinquentem non poterat cō-  
primere de facto per familiam  
iudicis sæpè, & sæpius adhibi-  
tam. Vnde ecclesia post excom-  
municationem illi sæpius infli-  
ctam, nō vult illius amplius ha-  
bere curam: sed dimittit eum  
iudici seculari, qui poterit ha-  
bere maiorem solertiam in ca-  
piendo eum cum perpenderit  
ipsum esse de foro suo: vel sin-  
ge, vt sæpè accidit de facto, quod  
iste clericus captus sæpius cap-  
turam illius effringendo car-  
ceres, & sic deteriora commit-  
tendo: & sic non potuit eum  
commodè castigare, cum non  
habeat pœnâ mortis: relinquit  
ergo iudici seculari, vt impo-  
nat legitimam pœnam. Et ista  
quæ videntur esse extra mate-  
riam assumptâ, sunt tamen no-  
tanda. Secundo principaliter  
respondetur, quod in ecclesia nul-  
la est maior pœna excommunica-  
tione. Ita loquitur dictum c. cū  
non ab homine. quod est quæ-  
stum ad illaqueandam animâ.  
Nam excommunicatus separa-  
tur à gremio sanctæ matris ec-

clesiæ, & tradendus est in ma-  
nibus Sathanæ. c. Audi. cū tri-  
bus sequentibus. xj. questio. iij.  
Adde quod excommunicatus cō-  
paratur illi cui est aqua, & igni  
interdictum. glo. in §. j. in verb.  
interdictum. de cap. diminu.  
institu. glo. in l. Gallus. in §. &  
quid sit tantū. vbi Imo. Alex. &  
do. Iason de liber. & posthu. ff.  
Est autē maxima pœna priua-  
ri illis duobus elemētis: &  
maxima pœna est esse inter ho-  
mines, & hominum carere sub  
fragiis. l. Hi qui sanctâ. de apo-  
sta. C. Excommunicatio priuat  
consortio hominum, sicut fœdi-  
dum cadauer. Bald. in l. j. in ti.  
col. quibus res iudi. C. Et excom-  
municatio, priuat non solum  
communicatione sacramento-  
rum: sed etiam Deus separât à  
gratia, & custodia sua. Panor.  
in cap. Si quis presbyterorū. in  
iij. not. de rebus eccles. suprâ. &  
gl. in d. ca. Audi. vult, quod diabo-  
lus habet potestatem in excommu-  
nicato, sicut in peccatore. Et  
hoc in ca. ita quorundam. alle.  
Quod diabolus vitur excommu-  
nicato, sicut rusticus asino,  
vel iumento, & addit Panor.  
ibi post eundem Hostiē. quod  
excommunicatus non ita faci-  
liter refurgit, nec recipit gra-  
tiam Dei, sicut alius peccator  
non excommunicatus. Et quod  
orationes, & alia opera merito-  
ria sint debiliora in excommu-  
nicato, quàm in alio peccato-  
re. Et

re. Et Ange. bonus deputatus  
ad custodiā eius, non ita ope-  
ratur, sicut in alio. Et angelus  
malus habet maiore potestatem,  
quàm in alio. & ista sunt notā-  
da, & proficiunt ad limitationē  
glo. in c. Quodcunq;. xxiiij. q. j.  
que vult, quod nullam vim exer-  
cet in excommunicato prelati.  
Adde, quod etiā iniusta excommu-  
nicatio ligat quantū ad eccle-  
siam: quia excommunicato tali  
non est cōmunicandū, donec  
absoluatur, & contēnendo eā  
ratione contemptus ligabitur,  
quantū ad Deū. Panor. ita no-  
tat in c. Postulasti de cle. excō-  
municat. infrâ. Et adde, quod ex-  
cōcatus celebras, incurrit irre-  
gularitatē quæ à solo Papa tol-  
li potest per dispensationē in c.  
Cū olim. de reg. iur. in vj. & in  
c. i. de sent. excō. co. lib. Et ultra  
etiā potest ab ordine deponi  
& super illa pœna potest bene-  
ficopos dispensare. ita Panor.  
in c. clerici. de clerico excōmu-  
infrâ. & an possit dispensare in  
uito accusatore, vide Panor. in  
c. de adulterijs. in viij. col. de iu-  
dic. suprâ. Et adde, quod licet excō-  
municatio maior efficiat, vt ce-  
lebras sit irregularis, vt dixi ex-  
cōmunicatio minor quæ cōtra-  
hitur ex participatiōe facta cū  
excōcatis, hoc nō operatur. in  
c. si celebrat. co. tit. proximè all.  
Ratio diuersitatis, Quia maior  
inducit suspensionē ordinum:  
vnde celebrando attentat offi-  
ciū sibi interdicta. Se d. excōmu-

nicatio minor non inducit sus-  
pensionē ordinum, sed tantū  
priuat participationē sacramē-  
torū. Ideo celebrando non atten-  
tat officii sibi interdictū: sed  
quia participat sacramentis,  
ideo peccat, sed nō efficitur ir-  
regularis. Et adde, quod licet ex-  
cōmunicatus possit eligere a-  
ctiue, tamen nō potest eligi. ra-  
tio diuersitatis. Quia eligere,  
vel cōferre est actus iurisdic-  
tionis, & quid separatu à partici-  
patione sacramentorū, qua so-  
la excōmunicatus minori pri-  
uatus est, fortè hodie nō possit  
eligere, quia per ordinationē  
cōcilij Basiliens. in c. quia pro-  
pter. de elec. suprâ. est adiectū,  
quod eligentes debeant cōtriti, &  
confessi sacramentū Eucharis-  
ticę reuerētè suscipere vna cū  
iuramēto prestando, de quo in  
decreto sicut. §. & cū humanę.  
de elec. in Pragma. Quod ver-  
rō excōmunicatus minori nō  
possit eligi: ratio, quia excōmu-  
nicatio minor suspendit à partici-  
patione sacramentorum: sed  
ille, qui eligitur vel promouet-  
ur ad aliquod beneficiū, prin-  
cipaliter eligitur, vt se exerceat  
in sacramentis ecclesiæ. & cum  
sit priuatus, non potest eligi. cō-  
quomodò laico per Papam cō-  
mitti potest facultas excōmu-  
nicandi; gloss. in cap. benè qui-  
dem. xvi. distinctio. §. verum.  
xxii. dist. Et quomodò excō-  
municatus maiori alium extra  
ecclesiā per excōmunicatiōē

ponere non possit. per Panor. in capit. ab excommunicato. in j. col. de rescrip. supra. Et vtrum excommunicatus possit iniurijs absolui vide eundem Panor. ibi. in pen. col. post Tho. in iiii. Ioan. Andr. in c. j. de sententia excommunicatio. infra. Et ista quæ videntur esse extra materiam cõclusionis: quia sunt quotidianæ & singularia inferni hoc loco, & sunt notanda: quia benè possunt conuenire materiæ assumptæ. Tertia declaratio 42 principalis est, † quòd mandans aliquem verberari, esto quòd expressè inhibeat ne occidatur, tenetur, & si sit clericus ex tali mandato secuta occisio ne præter suam inhibitionem incurrit irregularitatem: quia in actû verberandi difficile est seruare fines mādati. iste est textus notabilis in c. si. eo. tit. in vj. vbi Ioan. Monach. & Domini cus addit vnam solēnem limitationem: vt mandator non teneatur quando fuit in potestate mandatarij seruare fines mādati, vt si mandauit, vt percuteret extra plateam, & tu percutis in platea. Ita Bald. in l. nō eo minus. circa fin. de accus. C. sequitur Io. de Ana. in c. Sicuť di gnum. in gl. pe. infra eo. Adde, quòd quando ius punit aliquē personaliter facientem: tunc faciens per alium nō tenetur illa pœna, licet peccet. Ita gl. in cl. j. quæ est notabil. de vit. & hon. cleri. Adde, quòd omni casu fa-

ciēs per alium, punitur ac si faceret: tunc quoriams à lege casus verus & fictus æquiparantur: & statutum loquens in casu vero, habet locum in casu ficto. Ita Panor. m. j. in cap. ad audiētiam. in ij. notabil. de cleri. non residen. Adde Bartol. in l. omnes populij. in sexta quaest. principali de iustitia & iure. ff. Multa scribit Felin. in d. capit. mulieres. vbi etiam disputat an statutum prohibens aliquem ingredi in aliquem locum, habeat locum in eo qui mitteret nuncium. de quo Ludouicus Romanus in l. j. in principio. de verborum obligationi. ff. Et adde pro isto, quòd communicans excommunicato per litteras, vel nuncium, incurrit etiam excommunicationem. gloss. est in clementina, si summus pontifex. de sententia excommunicationis in verbo litteris, glossa tertia in capitulo constitutionem de sententia excommunicationis in sexto.

43 Quarta declaratio, † mandās homicidium fieri, si antè commissum homicidium expressè vel tacitè reuocet, non tenetur, nec est irregularis. ita notat Innocen. quem communiter omnes sequuntur. in cap. ad audiētiam. alleg. inf. secus in eo qui dedit cõsilium: quia tenetur etiam reuocato cõsilio. Et ratio diuersitatis est: quia mandatum regulariter fit ad vtilitatē mandantis. Vnde verisimile est quòd inan-

quòd mandatarius reuocatione facta desistet: sed cõsiliu exhibetur non gratia consultantis, sed eius cui datur cõsiliu: vnde si semel cõcepit implere cõsiliu sibi datu quod in animo sedet, & est imprefsum, est verisimile quòd perseverabit. oportet ergo quòd cõsulens vel persuadens non solum cui dedit cõsiliu, persuadeat, ne expleat cõsiliu sibi datum, sed denunciaret illi, in cuius perniciem est committendum cõsiliu, vt sibi præcaueat. & hæc pulcherrima Innocentij verba in dict. cap. ad audiētiam. assumit Bartol. in l. non solum. §. si mandato. ad fi. de iniur. ff. Bald. in l. j. in iij. col. de seru. fugi. C. idem in l. nō eo minus. ad fi. de accus. C. idem in l. mandatum. in pen. q. mandata. C. dubitat autem idem Bald. quomodo mandatum vel cõsiliu ad maleficium posset reuocari: quia esset periculum intimari illi de cuius morte datum est cõsiliu. Vnde ipse dicit, quòd est ei intimandum in genere, vt sibi præcaueat, nec est nominanda persona. Si cut in simili post Inno. Papa in cap. omnis vtriusque. circa fin. de poenit. infra dicit: Si quis in confessione sacramentali declarat se habere voluntatem occidendi aliquē posse eum qui confessionem audit, intimare illi qui est occidendus, & quòd sibi præcaueat. Adde prædictis

quòd si clericus est præsens quando parētes sui deliberant vindicare iniuriã sibi factam, & non contradicere expressè, secuto homicidio est irregularis. Ita Innocen. sequitur Ioann. de Anan. in dict. cap. ad audiētiam. ¶ Quinta declaratio, 44 Mandās † delictu comitti non sequo homicidio, in leuioribus non tenetur. l. item apud Labeonem. §. si curaue rit. vbi Dynus de iniurijs. ff. sed in atrocioribus tenetur pœna, & poenitentia ordinaria. l. j. de extraordinaria. criminib. ff. non tanquã ex maleficio, quòd mandat fieri, quia non fuit secutum. Ita Bartol. in dict. §. si mandato. Adde, quòd in delictis tenetur tam is qui mādatur, quã mandatarius: excusatur tamen ipse mandatarius quando id quod mandat, poterat esse licitum: vt si mādatur, quòd labores in tali fundo, qui erat alienus, quē tu putabas meum, excusaris. Vbi autem id quod mandat, poterat esse licitum mandatori solum, non excusatur mandatarius: vt in marito cui est ius occidēdi adulterum vilem, qui eius mandato hoc fecisset, non excusaretur. ita Bartol. vbi supra. ¶ Sexta declaratio: † Obligatio qua mandatarius tenetur, nascitur non ex mandato aut persuasione, sed ex delicto propter persuasionem. ita post gloss. in §. ope. de obligationib. quæ ex delicti,

instituit. ita post gloss. in l. j. §. persuadere. de seru. fugiti. ff. Bart. in d. §. mādato. tenet. idē Bar. in l. si vt proponitur. de fide instru. ff. probat per l. is qui opem. de furt. ff. vbi is qui prætstat opem furi, tenetur furti actione propter opem. & hoc est quod dicit lex, quia tunc incipit teneri quando delictum est commissum. in l. si quis vxore. §. neque verbo. & in l. quis seruo. §. j. de furt. ff. Sicut dicitur in simili, quod rati habitio: qui paratur mandato, non quod nascatur ex rati habitio: sed ex negotio dicitur nasci propter rati habitio: vt post Iacob. de Rauēna & Pet. de Bel. Pertic. tenet Bar. in l. si pecuniam. de neg. gest. C. licet gloss. ibi & in l. si pupilli. §. item que ritur. ff. eod. teneat cōtrarium. Et oppositum etiam sit in contractibus innominatis, qui veniunt rei interuētu, vbi actio resultat non ex ipsa traditione rei, sed ex pacto præabulo propter traditionem: vt notat Bar. in l. lex placito. de rerum permut. C. motus per text. ibi, qui dicit ex placito. Cū dictio, ex, notet causam proximā. Item quotiens vnū venit ad implementum alterius, actio nascitur ex impleto non ex impleto. l. si ita stipulatus. cum sequ. de nouat. ff. Et in quantum de rati habitio dictum est, non obstat l. item si pupilli. §. item que ritur. vbi dicitur, quod rati

habito negotiorum nostrum facit verum esse disponēdo super negotio, nō super actione nascenda. Ex istis secundū Bart. quauis sint de apicibus iuris, inferuntur duo, quæ non sunt inutilia. Primò, quod ratificans non conuenitur in loco in quo est gestum negotiorum, sed in quo est facta ratificatio. ita Bar. in d. l. si pecuniam. Secundò, inferitur, quod mandans est conueniendus nō in loco quo mandauit, sed in loco in quo mādarius expleuit delictum. Ita post Iaco. de Areti. Richar. Malumb. & Cin. tenet Bar. in d. l. si vt proponitur. de fidei iur. ff. pro qua opinione primò facit, id quod dixi, quod in delictis actio non producitur ex mādato, sed ex delicto propter mādātū. Secundò facit, quod procuratorium ad resignandū admissum in curia facit, quod beneficium resignatum censetur vacare in curia, non in loco vbi est constitutum. in clem. j. vt lit. pendent. Tertio facit l. si vt proponis. de municip. & origi. C. lib. re. vbi si testator mandat seruum per fidei commissum manumitti: sequitur conditionem testatoris manumittentis non testatoris mandantis. Quarto, in contractibus attendimus locum vbi dirigitur contractus. cap. cum dilecti. de foro competen. suprā. Quintò in citatione nō attendimus locum vbi est citans vel mādans, sed vbi

sed vbi dirigitur effectus citationis. in cle. pastoralis. de regul. iur. quæ loquitur de citatione Frederici Imperatoris, de Roberto rege Sicilia: in territorio Panæ existente. Et tu aduerte, quod dum Cinus in l. omnes. §. si verò apparitor. de episcop. C. dicit, quod ad illam clementinam & eius decisionem non potest dari responsum in pace, nisi quod trāseat error ille cum cæteris erroribus canonistarū. Quam pulchrè huic parū modesto dicto Cini respondet Bar. in l. j. §. præsides. de requir. reis. ff. Nam Cinus qui erat infestus canonistis, quādo ad eorum decisiones respondere non poterat, solebat dicere, aut trāseat error ille &c. aut istud est de cæcitate & ignorantia canonistarum. Ita Panor. in cap. super literis. de rescrip. suprā. & Paulus de Castro in l. in contractibus. de non numer. pecu. admonet Cinum vt desinat la cessere canonistas, qui fuerunt valentiores eo, & non nisi summi legiste. Postremò pro complemento istius sextæ declarationis adde, quod in contractibus permissis oritur actio ex mandato: inter mandantem verò & eum cum quo est negotium gestū, oritur actio ex negotio gesto propter mādātum in delictis autem inter mandantem & ipsum mādātum nullam oritur actio: quia rei turpis nullum est mandatum. Sed

inter mandatorem & eum in cuius præiudicium admissum est delictum, oritur ex delicto propter mandatum. ita Bar. in dict. l. si vt proponitur. Adde etiam, quod si homicida interrogatus dicat se non fuisse motum ex concilio vel præcepto sibi datis: tamen & mandans & consulans tenetur. Ita post Inno. tenet Ioan. de Anan. in dict. cap. ad audientiam. Bal. in l. hac edictali. in §. iniuria. de pace iuramen. firman.

DECIMA OCTA-  
ua cōclusio. Præstans opem homicidæ, tenetur vt homicidæ, & irregularitatem incurrit. cap. sicut dignum. allegat. Hæc cōclusio recipit sex declarationes, & sex limitationes. Prima declaratio, quod is dicitur opē præstare maleficio, qui assistit armatus etiam si arma nō moueat. ita Inno. in cap. cōtinentiam de clerico percussore. infra vide text. in dict. cap. sicut. §. illi autem. infra eod. cōmendat Bald. in l. data. in verb. item notandum est, qui accus. non possunt. C. idē in l. j. de seru. fug. C. idē dicit Bar. in l. iij. §. armis. de vi & vi arm. ff. quod qui habet arma ad latus etiam si non posuit manū ad eam dicitur intulisse cū armis. idem Lud. consil. 176. idem Felin. referre in dict. capit. sicut dignum. tenent Albericus, & dominus Marianus. idē post Bald. in l. non idēo minus. de accusat. al-

lega. & Petr. de Ancha. in consil. 210. Ideo dicebat idem Felyn. quod tunc dicitur prestitum consilium, quando insultans efficitur audacior, & insultatus timidior. Ideo dicebat Innocentius in cap. penul. infra eod. quod si clericus adfuit in bello iniusto, & nihil aliud fecit præterquam quod sua præsentia accendit pugnantem, homicidia quæ sequuntur faciunt ipsum irregularem. Imò dicit Specu. titu. de legat. §. iusta. Quod si aliquis clericus multum amico ne irer ad bellum dissuasit: tamen vider eum pertinacem, & dum tendit ad homicidium pergit cum eo semper dissuadendo. & tamen dubitans ne succumbat astitit ei armatus, & inde sequitur mors, quod erit irregularis. Secunda declaratio, † quando plures simul concurrunt ad spoliandum aliquem, vel ad supponendum casum, aut ciuitatem spolijs, vel ad faciendum: vt ita dicam vastum: vt sit tempore guerræ, vnus non tenetur ex facto alterius: fallit si præcessit dolus, vel culpa: vt quia captato simul consilio, & inito vt simul facerent, tunc tenentur in solidum consiliatores: quia dolo eorum præcessit damnum. ita Innocentius in c. sicut dignum. §. clericus. alleg. & quauis consiliarij secundum leges non tenentur interdicto vnde vis, quo solum tenentur qui mandauerunt, vel spo-

liauerunt, aut ratum habuerunt: vt notat in c. cum ad sedem. de restit. spo. supra. tamen si non sit contra quem intentetur actio, vel propter defectum probationum, vel propter timorem, aut aliam causam consiliarij tenentur in subsidium. Ita Innocentius loco proxime alleg. qui allegat l. j. ff. de dol. Addit, quod in foro animæ qui dedit opem, vel consilium tenetur ad restitutionem, & satisfaciendum integre damnum passo. Ex quo Panor. in dist. cap. sicut. circa fin. iij. colum. dicebat signandam differentiam inter forum contentiosum, & forum animæ: quia in primo foro contentioso tunc agitur contra consiliū dantem quando potest agi contra principalem. arg. l. si. de eo per quem fact. ff. In foro animæ tenetur indistincte, quod notat ratio diuersitatis: quia in foro animæ non curamus de stricto modo intendi actionem: sed solum attendimus purum factum. Vnde ex quo dedit causam damni tenetur ad emendationem ipsius. Caueant ergo inquit Panor. consiliarij dominorum: quia tenentur ad restitutionem male ablatorum. Addit Innocentius. quod si passus violentiam. liberaliter dimittat raptori, quod consiliator est liberatus: quia liberatus est, qui primò & principaliter tenebatur: sed si liberatus est spoliator per spoliatum, non essent liberati illi ad quos res per-

res peruenerunt, nisi expressè intellexisset eos liberare. Nec etiam, qui fecerunt violentiam etiam si de rapina nihil ad eos peruenisset. Quia de iure naturali, & diuino est, quod sublato principali tollatur accessorium, sed non contra. vt in cap. transito. de consil. supra. Addit idem Innocentius. quod si liberaliter liberetur principalis raptor, non propter hoc liberetur consiliarius quoniam debeat restituere, quod ad eum peruenit. Fallit si alius pro illo consiliario satisfecisset quocumque in foro animæ dicendum est huic consiliario quod satisfecit illi qui pro eo satisfecit, non offensus cui est iam satisfactum. Et hæc glo. quæ est tota Innocentii. & à scribendis maxime Host. Io. And. Ioan. de Ana. solet integrè recitari, & eam recitabimus etiã in declaratione sequente. Sed in foro iudiciali quomodo agatur, consideranda, quod interdum plura sunt delicta ex parte inferentis & recipientis circa personam, & vide Bart. in l. nunquã. de p. i. u. delict. ff. Si plura sint delicta ex parte committentis circumferentiam, dic vt notat Bar. in l. inficiando. §. infans. de fur. ff. interdum plura delicta committuntur verbo circa personam: dic vt notat Bar. in l. item apud. §. conuicium. de iniurijs. ff. Interdum est vnum delictum respectu inferentis: sed est pluralitas respectu recipientis: vt si percussio cum bidente vel forcipe. de

quo Bart. in l. si gemina. Arbo. fur. ca. ff. Quandoquæ committuntur plura delicta propter plures personas committentes: de quo Bart. in l. si in iuxta. de si ca. ff. Quandoquæ committuntur vnum factum ex quo resultant plura crimina: de quo Bart. in l. senatus. de accusa. ff. idem in l. si adulterium cum incestu. §. idem Polliom. de adulte. ff. Tertia declaratio, quæ vt præcedens tendit ad declarandum † Innocentius est, qui fuit pro raptore, non vt iuuaret ad rapinam quam dissuasit: sed vt iuuaret eum, ne ab aliquo posset ledi, non tenetur in duobus casibus. Primò, si raptor in actu prædæ captus est: & nulla res inde ablata fuit. Secundò, etiã si res aliqua substracta sit: absque eius comitatu substrahi potuisset, tenetur tamen si sine eius presentia aut comitatu substrahi non poterat: aut si sine eius comitatu non erat aliàs iturus, tenetur: quia licet dissuasit tenetur tamen, quia præstat opem de facto saltem. Ita Innocentius. vbi supra sequuntur communiter omnes. Et ex præcedente declaratione, & ista colligit Innocentius. & post eum alij posteriores differentiam inter consilium præstantem, & auxilium. Nam præstans consilium tenetur in totum: præstans auxilium tenetur ad id super quo præstitit auxilium, & quatenus auxilium profuit. Ratio diuersitatis est: quia consilium vagatur ad

totam rapinam: tamen consulēs tenetur in totum: sed auxilium restringitur ad id super quo p̄stitū fuit, quod bene nota. Quar ta declaratio, quæ vt præcedens tendit ad declarationem Innoc. 54 in dict. cap. sicut dignū. † Qui aliterunt in præda aut violentia non vt damnū passos à resistentia prohiberent: sed causa pacificandi, vt non teneantur, significare debent aduersarijs se non venisse, nisi ad pacificandum, aliās sunt culpabiles: quia aduersarij propter eorum præsentiam & terrores effectū sunt timidiore. Nam licet intentio eorum esset solum venire ad cōponendum & pacificandum: tamen illa intentio erat incognita aggressis, qui propter præsentiam desisterunt à defensione. Et aspectus & terror armorum obligat eos ad damnum subsequutum: etiam si non ab eis, sed alijs damnum sit datum. & hoc ar. l. iij. §. si quis visis armatis. de & vi armat. ff. Postremo, pro conclusione huius articuli, adde quod licet de iure civili teneatur ad emendationem damni is cuius culpa etiam leuissima damnū datum est: vt potest si fornicarius immisit ignem in fornacem: & postea eo dormiente ipsius mala custodia ignis ulterius progrediens combustit villam proximam: aut si quis die ventoso immisit ignem in stupam, & ignis combustis segetes proximas. in l. si seruusier-

uum. §. si quis fornicarius. & in l. qui occidet. §. in hac. ad leg. Aquilam. ff. in foro tamen pœnitentiæ hæc non procedunt, vt solum debet imponi pœnitentia de negligentia, non inungi satisfactio damni. Istud singulare dictum Innoc. communiter sequuntur omnes. Adde prædictis quod quoties lex civilis est fundata in præsumptione, non obligat in foro conscientie si apparet quod præsumptio cedit veritati. Ita Ioann. And. in capitulo. iij. de vsu. in vj. sequitur Panor. in capitulo. Raynaldus in iij. colum. de testa. Ex quo inferitur quod licet leges civiles eum qui non fecit inuentarium obligent ad solida legata & credita. & similiter excludant à beneficio falcidie propter præsumptionem quæ est contra eum, quod substraxerit vel occultauerit res hereditarias. Et canones hoc admittant in foro contentioso: cum de iure canonico non inuenitur expressum contrarium. ar. g. eorum quæ notantur in ca. j. de no. ope. nuntiat. infra. vt Panor. tenet in dict. capitulo. Raynaldus. in foro tamen conscientie hæc non habent locum: vt Ioann. And. & Pan. in locis proxime allegatis notant. Et idem notat Hostie. in sum. de testa. §. penul. versicul. quid si non fecit. Nam si in veritate nihil substraxerit, nihil occultauerit, in foro conscientie: nõ debet teneri, nec ad legata, nec credita integra,

nec ex-

nec excludi à beneficio falcidie: licet leges civiles quæ sunt fundatæ in præsumptione oppositū velut: vt apparet in l. si. de iure deliband. C. & si tu fortiter replices, q̄ lex positua quæ manauit ab habente potestate, quæ nõ est peccati nutritua obligat in foro conscientie: vt post Tho. 2. 2. q. lxxvj. arti. iij. tenet idem Ioann. And. in dict. c. ij. Ab. Panor. moderni in capitulo. de constit. Nã hoc procedit quãdo lex est fundata in veritate, sed in foro animæ præsumptio cedit veritati. Habetur in c. veritati. viij. d. Ex quo post Inno. in ca. quia plerique. de immun. eccle. tenet Panor. ibi in quinta col. ad finē, quod in foro animæ confessus spe future numerationis nõ tenetur: cum in veritate nihil receperit. Addit etiam, quod iniuste cõdemnatus in foro animæ non tenetur parere sententię inique, nec sponte soluere. Plus ad prædicta Fredericus in quæst. per eum disputata Perusij vt refert Ioan. And. in dict. c. ij. tenet, quod hæredes vsurarij ad quos nihil peruenit, nõ tenentur in foro animæ, nec canonico, in foro animæ nõ p̄pter rationē premissã, cu in veritate nihil ad eos peruenerit, in fo. o. ciuili non tenentur, cū hæredes non teneantur ex delicto defuncti iuxta notat. in l. v. nic. ex delict. defun. C. in foro canonico non, cū hæredes nõ obligentur ultra facultates: in dict. capitulo. ij. Sed tu aduerte, quod

contra Freder. facit, quia hæredes qui ad vsuras extortas per defunctum conueniuntur, non tenentur proprie ex delicto: sed ratione indebiti soluti, & sic ex contractu. Ita tenet gloss. fin. al. circa medium in ca. Michael. de vsu. supra. quam Panor. ibi reputat singularem. & idem in cap. tua nos. eod. titul. Vnde contra premissa sequitur, quod hæres vsurarij etiam ad quæ nihil peruenit de vsuraria prauitate non factio inuentario teneatur, cum sit obligatus ex quasi contractu. Secundo, adde quod licet communiter canonistę dicant, q̄ hæres tenetur ex delicto defuncti etiã si nihil ad eum peruenerit vt ad hoc solet communiter allegari cap. fin. de sepultu. supra. & cap. in hiteris. de Rap. supra. Tamen hæc opinio est euidenter falsa. Nam in illis iuribus incendiarij & alij delinquentes fuerant contriti & confessi: & sic vel satisfecerant vel satisfactionem iniunxerant hæredibus. Quia absque satisfactione actuali aut proposito satisfaciendi non potuissent pœnitere. Et qui vult cõsequens vult antecedes sine quo consequens subsistere non potest. ar. l. illud. de acquirend. her. ff. Vnde in illis iuribus hæredes proprie non conueniuntur ex delicto defuncti: sed magis ex tacita voluntate & dispositione defuncti ita premissa iura intelligenda esse perpedit gl. si an c. nobis. l. ij. de sententi. excom-

municationis infia istud etiam notat Io. in Spe. uti. de appel. §. in quibus in verb. confessus. Panor. Idem tenet singulariter in dict. c. si. & c. in litem. Et ex quo omnes predecessores nostra lauerat restitui. Vide quod post Gu liel. notat Ioan. And. in dict. ca. ij. de vsu. in v. in v. col. Et prædicta nota diligenter quæ non ab alio ita sunt discussa ad signandum differentiam inter forum contentiosum, & forum pœnitentiale: ¶ an is qui lege, & canone permittente præscripsit, si post præscriptionem completam habebat scientiam rei alienæ, possit salua conscientia rem retinere. Concludunt cõmuniter scribentes in c. vigilanti. de præsum. supra quod sic. & in eam opinionem Io. And. & Panor. referunt esse cõmuniter Theologos. idẽ Io. And. in regula. possessor. vbi copiose disputat. Inter cetera mouentur quia lex qua median te præscripsit, abstulit priori domino dominũ, & contulit præscribenti, quod tamen an sit verum quod præscriptione acquiratur, vel dominium directum, vel vtile, vel solũ exceptuo. Vide quod not. cõmuniter per legistas in Auth. nisi triennalis. de bon. mate. C. in l. Si quis emptio nis. de præscript. xxx. anno. C. Et vtrouique Bar. idem in l. final. rem rat. habet. ff. idem Panor. in rubri. de præscriptionib. Dyn. in dict. regul. Possessor. Quod autem non sit peccatum cum bo-

na fide & titulo præscribere rem alienã patet: quia Canones quorum finis est, vt in principio dixi dirigere hominem in bonum animæ præscriptionem, receperunt quod profectõ non fecissent, si peccatum fuisset. Et nulli debet Canones iniungere laqueum. in c. de viduis. xxvj. q. ij. Et quomodo canones qui requirunt in præscriptione longissimam bonam fidem saluari possint attendit quod illa præscriptio non est fundata in possessione, sed in negligentia non vtentis: vide quod Bar. pulchre notat in l. sequitur. §. si quis viam. de vsuc. ff. Quin- ta declaratio. ¶ præstans opem maleficio tenetur etiam si qualitas aggrauans delictum in persona principalis non esset in persona prestantis opem. Bar. in l. Is qui opem. ff. de fur. idem Bar. in l. vtrum. de patri. ff. Et in quãtum gloss. ibi, & in §. aliam. ver. extracta. de pub. iudi. ff. & Azo in summa eiusdem tituli mirantur quod extraneus qui tulit opem parricidio, plus puniatur scilicet lex Pompeia de parricidis quàm si principaliter fecisset quia tunc solũ esset puniendus lege Cor. de sic. Et addebat Bar. in l. dicta virum causam admirationis: quia secundum eũ in omni fictione requiritur, q̄ extrema sint habilia. per gloss. in l. ij. quæ est not. de inoffic. dona. C. i. extremum à quo sit habile essentialiter, & extremum ad quod potest alter: vt pulchre declarat

declarat Bar. in l. is qui pro emprore. in xix. colum. de vsuca. ff. Modò cum extraneus non possit parricidium per se facere, quomodo potest dici, quod præstãdo opẽ ipse fecerit per alium? Tu dic post Bart. quod fictio requirit solũ extrema habilia in genere, non in casu de quo agitur. vnde extraneus qui mãdauit, vel tulit opẽ parricidio, potuisset, & hoc satis est, in genere parricidium in parentes comisisse. ita Bart. in d. l. vtrum. idem in d. l. si is qui pro emprore. Ex prædictis infertur, quod si per statutum ciuitatis debeat plus nobilis quàm plebeius puniri: tunc plebeius qui tulit opẽ nobili, eadem pœna punietur. Tu aduerte quod moderni in d. c. Sicur dignum. vt Ioan. de Ana. & Fel. post Ang. in l. vnica de Nili agger. nõ rump. ne. C. sublimitant istud: si ferens opem sciebat illam qualitatẽ aggrauatẽ: vel scire debebat: quia erat communis opinio, vt Ange. dicit occurrente factõ se ita obtinuisse de eo qui præstiterat auxilium bannito ad maleficiũ, qui fuit absolutus: quia non fuit articulatum, quod sciret, vel scire debuisset. Pro quo idem Ange. allegat l. ij. de recepta. ff. l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni. de adul. ff. Tu adde possibile esse principalem non puniri: vt si esset infans, vel furiosus. in cle. j. eo. tit. & l. infans. de sicar. ff. Tamen

qui præstat opẽ ponendo gladium in manu eorũ, iuxta gloss. in l. nihil. de sicar. ff. punietur. Addit simile, quod licet filius, & seruus nõ teneantur actione furti: tamẽ qui præstat opẽ eis, tenetur. in l. qui seruo. §. itẽ placuit. de furt. ff. Tu dic quod in præstante opẽ obligatio qua tenetur. dicitur esse accessoria in quãtum factum accedit factore: quia non potest quis præstare opem alterius factõ, nisi illud factũ subsistat. Sed alioqui obligatio qua tenetur præstans opẽ est principalis, nec accedit obligationi principalis, quod maximẽ apparet: quia principalis satisfaciente nõ liberatur præstans opẽ. in l. si quis id quod. §. fin. de iurisd. omnium iudic. ff. Apparet ergo quod in præstante opẽ potest esse aliqua qualitas, quia nobilis propter quam durius punietur quàm principalis qui est plebeius. ita Bart. in d. §. itẽ placuit. Sexta declaratio. ¶ Præstans opẽ tenetur etiã qualitas aggrauans delictum, quæ adest tempore maleficii commissi nõ adit in principio ipsius præstitẽ opis. Verbi gratia. Ego præstiti arma, vel scalas ad occidendum, vel inuadendum eum qui tunc erat plebeius, & quando fuit consummatum delictum erat in dignitate constitutus. ita Bar. in d. l. is qui opem. circa finem. Facit quod supra dictũ fuit: quia mãdans, & opem præstans non tẽ-

poſſe mādati aut præſtitæ opis teneatur: ſed poſt conſummatū delictum. Et tunc non ex mandato aut ope, ſed ex delicto teneatur propter mandatum, vel opē de quo in conſuſione præcedente. Hæc conſuſio recipit ſex limitationes, quibus præſtans opē non punitur, vt principalis. Primò, quando lex exprimit eum aliter puniendum, de quo ſolent afferri duæ leges l.vnic. circa fin. de rap. virg. C. & l.vnic. de Nili agger. C. Secundo limita, niſi eſſemus in caſibus in quibus quis repellitur propter homicidium, tunc præſtans opem nõ repellitur: quia licet teneatur vt homicida: tamen non eſt homicida. Nā præſtans opem percuffori non eſt percuffor. ita poſt gloſ. in d. l. is qui opem. tenet Bart. licet ipſe referat canonistas quātum ad repellendum aliquem ab officio, & ministerio altaris appellare homicidam illum, qui præſtat auxilium homicidio, quod ideò Bar. dicit ab ipſis canonistis explorandum. Mouetur autem Barto. propter tex. in d. l. is qui opē. quia qui præſtat opem furto, nec dicitur manifeſtus, vt ibi vult tex. nec etiā fur, cum non contræctauerit, vt ibi gloſ. Nā verba edicti prætorij ſunt concepta in perſonā, vt fur nia niſeſtus punitur. nõ ſunt concepta in rem, vt quis pro furto manifeſto punitur. quod bene not. Tertio limita niſi poſt

maleficium cõmiſſum aliquis aſtituſſet delicto: quia talis non dicitur propriè opem deſiſſe. ita Ioā. de Ana. & Felin. in d. c. Sicut dignum. referunt Bar. in l. non ſolum. §. mandato. ita tenentem, & dicentem ſe vidiffē multos aſſeſſores in hoc erraſſe. Sed illi breuiter quicquid dicant, nihil tangit Bart. at ego allego eundē Bar. in l. ſi quis in graui. §. ſi quisquam. ad ſylla. ff. vbi vult, quòd iura quæ puniunt opem præſtantē ad maleficium, intelliguntur, vel de illo qui præſtat ante maleficiū, vt præſtando ferramēta, vel ſcalam, vel pecuniā ad inueniendos aſſinos, vel domum, vbi talia committantur. Sed ſecus eſt in caſu noſtro in eo qui præſtitit auxilium ad euadēdum, & vidit Bart. aſſeſſores multos in hoc errantes. putat autē, quòd tales teneatur ex tit. illo, Si quis latrones. l. j. C. limitat tamē ipſe Bartol. niſi conerrat, quòd cum ope præſtata poſt maleficium prius etiam conſilium de diſſet. puta facias, ego te adiuuabo: quia illa ſpes data eſt auxilium ad maleficium committendum. Adde hoc loco tria dicta. Primò, quòd præſtans opē in foro animæ eſt mitius puniendus, quàm principalis. Secundò, quòd præſtans opem vt delictum non impediatur, non renetur in foro animæ tātā pœna ſicut principalis. ita Panor. in d. c. ſicut dignū. in iij. notabili per

bili per illum textum. & ſequitur eum ibi Ioan. de Ana. Ex quibus limitatur regula. agentes, & conſentientes, & c. Tertio, quòd præſtans opem etiam modicum teneatur: vt pote ſi cuſtodiuit veſtimenta, de quo eſt text. in d. capitulo. ſicut dignum. vbi Panormita. in quarto notabili, & Ioan. de Ana. inducit id quod de Paulo dicitur, qui in Martyrio Stephani cuſtodiebat veſtimenta, inducit etiam eos qui ad locū vbi erat comburendus Hæreticus portauerunt ligna vel veſtes, de quo Specul. in tit. de diſpen. §. propoſitum. in verſiculo de his. Et de eo qui cõmodat arma, vel famulum, ex quibus inde ſequitur occiſio hominis, an teneatur, vide Bald. in l. Quicum que. in penult. colum. de ſeruſ fugiti. C. Sequitur Io. de Ana. in dicto capitulo. ſicut dignum. Addunt moderni in d. capitulo. ſicut dignum. quòd contra præſtatem opem poſt maleficium oritur præſumptio cõſilij prius dati. ita Bald. in l. Non ideò minus. de accuſationi. C. Inde eſt, quòd in inſiſtione quæ ſit contra præſtantem opē, debet apponi verbum ſcienter. ita Bar. in l. omnes. ad finem de agric. & cenſi. C. lib. xj. Quarto limita- tur, niſi ex qualitate extrinſeca augeatur, vel minuat pœna: puta conſeſſione, vel negatione: quia nec augebitur, nec minuetur in. præſtante opem.

ita Bartol. in l. Libertis quos. §. Poſthumus. in ſine. de alimentis & cibariis. legat. ff. Quinto limitatur, quando præſtatio opis non præſtituſſet cauſam propinquam ſed remotam. ita Moder. ni in dicto capitulo. ſicut dignum. qui allegant Salicet. in l. vnic. de raptoribus virginum C. & Bald. in l. iudices. ad legem Iuliam peculati. Ego adduco Bald. in l. qui ſeruo. de furſis. ff. vbi vult in effectū, quòd in inſiſtione facta qua dicitur Titium percuffiſſe Gaium in capite, & Martinum in brachio, vt vterque puniatur, non ſolum tanquam principalis, ſed tanquam præſtans opem, oportet, quòd exprimantur verba per quæ appareat eos inuicem præſtiſſe auxilium, conſiliū, vel fauorem. ideò gloſ. in capitulo. Fœlicis. circa principium. in verbo fauore. propter textum ibi, & verſicul. illud. facit differentiam inter fauorem nudum, & ſimplicem, & fauorem ſimpliciter. quam gloſ. pro ſingulari reputat Cardinalis in clementina prima, in vndecima quaſtione de pœnis. Sexto limita, quando conſiſtit per ſententiam de præſtante opem. Nam non ſufficit, quòd principalis eſſet condemnatus fortè ob contumaciam, vel conſeſſus, quia hoc non nocet accuſato de ope. ita Bartol. in l. ſi is qui rem. §. ſi Titium. in ſine. de furſ. ff. mo-

derni in c. sicut. allegant Petr. in consilio 212. incipient. Assessor. & Mari. in capit. qualiter. iij. in q. xj. de accusa. supra.

¶ DE CIMANONA cō  
8 clusio. ¶ Qui prestat consilium ad maleficium committendū tenetur. text. in l. in furt. §. Is qui opem. de furt. ff. §. ope. de oblig. quæ ex malef. instr. Hęc cōclusio recipit decē declaratio nes. Prima. In maleficijs, quæ in personam committuntur, non est adhibenda distinctio, esset is cui persuaderetur, vel datur consilium aliàs facturus, an non. ita post glossam in l. cōsilij. de reg. iur. ff. post glossam de iniurijs. in l. non solum. §. mandato. tenet ibi Barto. & ad glossas contrarias in §. ope. allega. & in l. j. §. persuadere. de seruo corrupt. ff. quæ oppositū firmant. Respondet idem Bar. quod loquuntur in maleficijs quæ committuntur circa rem: vt in furto, in quibus est adhibenda distinctio, aliàs esset facturus, an non. vel tu & meliùs posses dicere, q̄ cōsulens aliàs facturo puniatur mitiùs. Ita post Io. de Ana. communiter moderni in d. c. sicut dignum. propter textum, ibi in verb. nō ita seuerē. Secunda declaratio; vt in dubio cui datur consiliū præsumatur fuisse motus ex cōsilio. Ita post Bald. in l. data. in xx. colum. qui accusa. non possunt. C. & in cap. j. §. iniuria. de pace iura. firma. tenent moder-

ni in c. sicut dignū. facit quod notat Barto. & post eum Angel. in l. si ventri. §. in bonis. de priuileg. credi. ff. facit, dictum de domino qui dixit famulo in aure certa verba, & statim iuit & occidit aliquem, an præsumatur fuisse factum de mandato domini? facit quod notat Bartol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquirend. hæred. ff. de domino qui dixit famulo suo facit vt audiam aliquid nouum, & nunquā redeas ad me, deinde inimicus domini reperit mortuus. Et dicit singulariter Innocen. in c. ad audientiam. infra eodem. quem communiter sequuntur omnes, quod recipiens consilium, esto q̄ multos dies tardauit post susceptum consilium, si tandem commisit, præsumitur motus ex consilio. Tertia declaratio, vt clericus qui in causa sanguinis fuit aduocatus aut dedit consilium secuta morte aut mutilatione membri sit irregularis. Ita probat textus in cap. sententiam ne clerici vel monachi supra. Et hoc ampliat tripliciter. Primò, vt clericus scribendo dicta testium secuta morte in causa huiusmodi sit irregularis. Ita probat textus, quod si non sequatur, licet aliàs delinquat, tamen non sit irregularis: quia sola scriptura non facit quem irregularem, licet clericus possit aliàs puniri; quia rem sibi prohibitam attētaur. Ita

tauit. Ita post Innocen. tenet Panormita. in dict. cap. sententiam. Secundo, si clericus scribat literas super captura alicuius simpliciter, si capitur & sequatur mors, sit irregularis: quia sic scribendo attentauit officium illicitum. Et sic omnia quæ inde sequuntur, debent sibi imputari, licet contingant per culpam & casum, argumento eorum quæ habentur in c. tua nos. infra eod. Et etiā mandatori imputatur mors quæ præter voluntatem suam contingit. in cap. final. eod. titu. in vj. Item debuit cogitare qui facit aliquem capi, aut est causa captionis, quod in carcere poterat commendari pro delicto iuxta id quod notat Bar. in c. si cui. de accusat. ff. Quarta de-

61 Quinta declaratio. ¶ vt clericus aduocatus pro reo, in causa sanguinis sit irregularis: quia reo absoluto sequitur quod accusator venit puniendus pœna talionis: iuxta text. in l. final. de accusa. C. & in cap. super his. supra eod. Ita etiam tenet glo. in cap. j. distinct. Ita Ioan. Andr. & Panormita. in dict. cap. sententiam. Nec obstat si dicatur quod reos sanguinis ecclesia defendit. ca. reos. xxiiij. quæst. v. Quia verum est intercedendo pro eis, non postulando, seu patrocinando. Nec obstat item, quod aduocatus ibi tendit solum ad absolutionem, verum est enim principaliter, sed ex consequenti tendit etiam vt accusator puniatur similitudine supplicij. putat Panormi. quod forte nō procedet in laico, vel clerico in minoribus qui fuissent aduocati pro reo. absit enim vt ea quæ facimus pro bono si præter nostram intentionem quicquam mali accidat, vt nobis imputetur. can. de occiden. dis. xxiiij. quæstio. v. præcedens tamen opinio secundum eundem Panor. est verior de equitate, sed hæc verior in subtilitate. 62 te iuris. Sexta declaratio, ¶ vt clericus qui habet iurisdictionem temporalem. non debeat eam per se exercere, sed per balliuum, quo casu nō erit irregularis vt in c. final. ne clerici, vel mona. in vj. Adde q̄ clerici habentes iurisdictionem tempo-

ralem si in executione eius exhibent personæ suæ præsentia tanquam præstātes auxilium, consilium vel fauorem sunt irregulares, probat text. in c. ex literis vbi Panor. in ij. not. de excess. præla. inf. Spe. de legato. §. iusta. vers. quid si Episcopus. Secus est in clericis nō habētibz iurisdictionē secularē, qui si intersint, vel si in sentētia vel in eius executione, quāuis grauer peccēt, qā sunt inspectores illicitōrum spectaculōrum, tamen non sunt irregulares: quia non præstātes tunc authoritatē aliquam, putat tamen Panor. ibi secus esse in his qui ad locū cruciatu associant iustificandū, ne incidat in desperationē, seu ut reducant ad memoriā diuinam scripturam, quia tales sic mērentur. Adde q̄ si clericus interrogatus extra iudicium dicat pro tali casu debetur pœna mortis, non est irregularis. Ita post glo. in d. c. ex literis. in verb. consuluit, & post Hostiē. ibi. tenet Archid. in c. ij. diff. intelligit tamen Panor. si crimen non erat puniendum de presenti, aut si ex responsione tali iudex nō fuit motus, quia aliud iam habuerat consiliū, & ita decreuerat se facturum.

63 Septima declaratio, q̄ si is cui datum est consilium de occidēdo non occidat, sed ipse in consiliū fuerit occisus: tamen est irregularis. ita Inno. post multa finaliter tenet in d. c. ad au-

dientiam iustrā eod. quem sequuntur Io. Andr. Pet. de Ancha, & Dominic. in c. si. eo. ritu. in vj. Est verū q̄ Inno. ipse in loco alleg. refert quosdam oppositum firmasse, & idem etiam sequitur Speculator in ritu. de lega. §. iuxta. vers. quid si aliquis. & secundum eum capiēs huiusmodi consilium debuit sibi præcauere, & captare locū & tempus quibus sine periculo personę suę occidere posset. Sed opinio præcedens est verior quam doct. præallegati sequuntur. Quia si in casu c. final. eo. rit. in vj. qui dat mandatū de aliquo occidendo cū inhibitione ne occidatur, si secuta morte sit irregularis: multo magis is qui suadebat homicidiū, quia cogitare debuit, q̄ qui dabat consilium alicui super homicidio, q̄ euenire poterat, vt in cōsiliū, ita vt sit, occidi posset, & sic teneri debet tanquā dāns operam rei illicitæ. Octaua declaratio, q̄ Qui dat causam remotam homicidio, qui suast tractum machinæ, ballistæ, seu alterius tormenti ballisticę, seu q̄ fieret insulsi pro capiēdo castro, secuta morte est irregularis: quia talia non possunt cōmuniter fieri sine homicidio, & cediibus. Ita Inno. quē cōmuniter sequitur omnes in d. c. ad audientiam. Idem Spec. in tit. de lega. §. iuxta. vers. sed queritur. Et addunt idem esse si consuluit rem illicitam, quæ

verisimiliter

verisimiliter homicidiū sit pro ductura: vt potē furum clandestinum: quia homicidium inde sequens imputatur sibi. Sequitur Felia. in d. c. sicut dignum. iij. col. Et adde idem esse si clericus ostendisset vtilitatem prouenientem ex homicidio. not. Io. Andr. in c. Felicis. in principio de pœn. in vi. Nona declaratio, q̄ Consulens alicui, vt se in aqua vel in mari submergat, aut se de monte præcipitet, sequuta morte est irregularis. ita Inno. in dict. c. ad audientiam. quem communiter sequuntur omnes excepro Io. de Ana. ibi & tacito Inno. idem tenet Spec. in d. §. iuxta. vers. quid si quis. Subiicit tamen exemplū de rustico, qui dum in medio torrente equitaret asinum: & asinus calcitrosus instar Balaan: ij. q. iij. §. Itē cū Balaan, dum nollet vltra progredi, hic per suasus vt de asino descenderet, & is acquiescens cōsilio sit submersus, cōsulētes nō cōtrahūt irregularitatem. Adde, q̄ factō insultu in ciuitate dum oppugnantur ædes Episcopi si suast Episcopus familiæ vt capeant ballistas, & arina ad defensionem, q̄ secuta morte non erit irregularis. ita Inn. in dict. c. ad audientiam. quod ipse intelligit, si ei imminebat periculum personæ: secus si solum bonorum. Nam, clerico non imputatur mors quā intulit pro defensione personę: secus si pro

defensione bonorum. argum. cap. suscepimus. in frā eodem Decima declaratio. Clericus qui dat consilium vt quis indubitate morti se exponat pro Christo, pro fide, pro libertate, pro statu ecclesiæ, pro patria, non est irregularis, etiam si mors inde sequatur. Nam Christus pro nobis mortuus est, & ei tenemus repēdere vices. Vnde sancti martyres pro Christo sanguinem fuderunt. & alijs verbo, & exemplo, vt idem facerent suaserunt. Ita post Innocen. in dicto capit. ad audientiam. communiter sequuntur omnes. idem Speculator. de lega. §. iuxta. vers. porrō. Et subiicit idem esse de inquisitoribus hereticę prauitatis, qui tradunt condemnatum iudici seculari, etiam si sint certi omnino de futura morte.

VIGESIMA conclusio  
66 Homicidium q̄ ad defensionē personæ pro necessitate inuitabili commissum est excusabile, & ex eo non incurrit irregularitas. textus est in clem. j. eod. titul. per quem text. corriguntur duæ opiniones. Prima, Hugo. de Ana. in cap. de his. 20. distinctio, qui dicebat quoddam etiam in casu præmissō curreretur irregularitas. Secunda opinio Ioan. & Goffred. in capit. sicut dignum. in glof. magna ad finem. qui dicebat, q̄ quoad suscipiendos esse irregularis, sed dispensabilis in su-

ceptis autem licet ministrare  
 possent. Approbatur autem no-  
 uissimè opinio Bartol. Brix. in  
 prædicto cap. de his. & in quæ-  
 stione incipien. aliquis repellen-  
 do violentiam. secundum quã  
 nulla incurritur irregularitas,  
 quã Hostië. sequebatur in c. ij.  
 infr. eod. & in c. sicut. referebat  
 Clementem III. ita pronun-  
 ciasse. & sic curiam tenere. &  
 nouissimè Clemens V. idè ap-  
 probauit in d. clem. j. Cui tex.  
 adde tria. Primò in quãtum di-  
 cit idè esse in furioso, dic quòd  
 si is qui commisit homicidium  
 vel aliud delictũ propter quod  
 erat decapitandus, quòd si rea-  
 liter efficiatur furiosus, non erit  
 puniendus in corpore, sed solũ  
 in bonis. ita Bald. & Alex. in l.  
 furiosum. de testamen. C. idem  
 Bald. in l. humanitatis. in verb.  
 ij. quæritur. de impube. & alijs  
 substituto. idem Bald. & Iacobus  
 Aluarõ. in c. j. de eo qui in-  
 terfecit fratrem suum. idem Imo.  
 in l. lex facta. in pe. col. vbi dispu-  
 rat pro, & contra, de vulgar. ff.  
 idem Imol. in c. Raynuitus. in  
 materia exemplari. de testa. su-  
 præ. Et quamuis dominus Ias-  
 son in d. l. Furiosum. dicat hæc  
 opinionem in actu pratico esse  
 tenendam: tamen putat in pun-  
 cto iuris posse contrarium at-  
 tentari per rationes quas ipse  
 allegat, & refert quòd idè sen-  
 tiat ibi Ludouicus. & idem se-  
 cundum eum Ludouicum in l.  
 p. si ex noxal. causa. ff. & idem

vt ipse vult tenuit Francisc. de  
 Albergo. Adde pro ista opinio-  
 ne quòd notat Bartol. in l. nun-  
 quam. §. si vi aut clã. de vsucap.  
 ff. referens theologos tenentes,  
 quòd si sanè mentis commisit  
 peccatum mortale, postea inci-  
 dat in furorem, cum peccato  
 mortali dicitur mori. quòd ta-  
 men relinquo discussione & de-  
 cisioni theologorum. Secundo  
 in quantum tex. dist. clemen-  
 67 tin. j. † dicit infantem de ho-  
 micidio nõ teneri. Adde, quòd  
 per hoc corrigitur opinio Ho-  
 stien. qui in capitul. j. de delict.  
 pueror. dicebat, quòd puer ex  
 homicidio irregularitatem in-  
 curreret: quia secundum eum  
 incurreret sine culpa. Quæ op-  
 positio Hostiensis est falsa. Non  
 obstat quòd ipse dicit de iudice.  
 Nam licet iudex ex execu-  
 tione officij condemnando ho-  
 minem incurrit irregularita-  
 tem: tamen ipse intendit factum  
 committere, & videtur  
 quidam horror vt ipse promo-  
 ueatur. Sed in infante nunquã  
 fuit consensus in l. prima, de  
 falsa moneta. C. Adde, quòd  
 impuberes puniuntur in delictis,  
 licet ipsi mitius sint puniendi.  
 l. impuberem. de furtis. ff. Quod tu  
 intellige si sine doli capaces. idem probatur  
 in l. excipiuntur. ad Syllaniam.  
 num. ff. & in capitul. j. de delictis  
 puerorum. per quem text. solet  
 dici, quòd omnne delictum potest  
 cadere in impubere ex  
 cepto de-

cepto delicto carnis, referunt il-  
 lic Host. Ioan. Andr. & Panor.  
 quod etiam retulit gloss. xx. q.  
 j. in summa. Adde text. in cap.  
 fin. de eo qui cogn. consang.  
 vxor. suæ. dum vult, quòd spon-  
 salia de futuro transant in ma-  
 trimonium: si spõsa decem an-  
 norum fuerit cognita. & post  
 Hostien. Ioan. Andr. qui satis li-  
 centiosus, cum esset vxoratus lo-  
 quitur, quòd mulier semper ha-  
 bet vas paratum. & idem Ho-  
 stien. Ioan. Andr. in loco proxi-  
 mè allegato, referunt quòd Salo-  
 mon in xj. anno genuit filium.  
 referunt quoque in ciuitate san-  
 cti Michaelis in diocesi Trica-  
 rice. Idem de puero xj. anno-  
 rum accidisse. Adde quòd Hen-  
 ricus in cap. j. de desponsat. im-  
 puberum. refert se vidisse puellam  
 nouem annorum quæ con-  
 cepisset in nono anno, & cum  
 ageret annum decimum pepe-  
 rille. vidit quoque idem Hen-  
 ricus vt ipse refert in ciuitate  
 Parisi. famulum quendam in  
 carceribus detentum qui stu-  
 prasset filiam cuiusdam ciuis  
 Parisi. octo annorum. Tertiò  
 in quantum text. in dict. cle-  
 68 ment. j. vult, † dormientem de  
 homicidio non teneri & ibi  
 Cardin. refert de lauduno di-  
 centem se habuisse socium An-  
 glum qui dormiens ex claustro  
 sancti Benedicti Parisi. iuit  
 ad flumen Sequanæ, & occidit  
 puerum illi inuentum. & ad-  
 huc dormiens ad lectum redijt,

Adde Bartol. in l. vt vim. in ij.  
 colum. referentem de ciue Pi-  
 sano qui se armabat nocte &  
 ibat per ciuitatem cantando.  
 Et de eodem dormiente an te-  
 neatur, vide eundem Bartol. in  
 l. pen. ad leg. Pomp. ff. vide Flo-  
 rian. in l. si seruus seruum. §. si  
 fornacarius. ad leg. Aquil. ff. Et  
 decisio Bartol. habet dormien-  
 tem non teneri, si non fuit in  
 culpa: quia dormiens æquipa-  
 ratur furioso. in l. j. §. pen. de ac-  
 quir. possess. ff. Quod si fuit in  
 culpa quia sciebat se esse huius  
 modi, vt aliquando dormiens  
 surgeret, debuit providere, vt  
 solus iaceret, aut saltem nullus  
 in camera secũ iaceret. Et in-  
 quantum Iac. & Abb. dicebat,  
 quòd si furiosus culpa sua in fu-  
 rorem incidit, quòd teneatur  
 de homicidio. Sed Pet. de An-  
 char. & Cardin. in dict. clem.  
 firman oppositum. Nec est bo-  
 num meo iudicio argumentum  
 de dormiente ad furiosum: quia  
 dormienti potest assignari cul-  
 pa, furioso non. Et aliquando  
 furor prouenit ex vehemendi  
 apprehensione. inde Plato &  
 Democritus, dicebãt fores poe-  
 ticas frustra absque furore pul-  
 sari, Et Paulo obijciebatur, vt  
 legitur in actibus apostolorũ,  
 quòd plurimè literæ suæ ad in-  
 faniam eum conuerterent.  
 ¶ VIGESIMA PRIMA  
 conclusio. In quantum solet di-  
 69 ci, † quòd vim repellere li-  
 cet. de quo plene canonice

glos. Hosti. Ioan. Andr. Panor. Ioan. de Anan. & moderni in c. significasti. ij. infrà eod. & legitur in l. j. C. vnde vi. & in l. vt vim. de iustit. & iur. ff. Hac conclusio recipit tres declarationes. Declaratur primò, qui apri meo iure gentium licuit indistinctè vim vi repellere, vt in d. l. vt vim. Sed per iura ciuilia ad dictū fuit vt defensio fieret cum moderamine inculpare tutelæ, ita & legitur & canonistæ in locis proximè alleg. sic Bar. in d. l. vt vim. sic ipsemet Bart. ibi in col. ij. sibi contrarius dicit, hoc moderamen fuisse de iure gentium introductū. Et hanc Bar. contrarietate, dominus Iason in dict. l. vt vim. in ij. colū. perpendit, super qua tamen ipse relinquit cogitandum. Sed saluado Bart. præter alios tu dic, quòd de iure naturali licitum fuit nedum sed brutis hominibus vim, siue iniuriosam siue sine iniuria propulsare. in l. j. §. cum arictes. si quadrup. paupe. ff. sed iure gentium non licuit, nisi fieret cum moderamine inculpare tutelæ. Nam quòd dicitur, ille iure naturali, quòd quidam conuenit animalibus, brutis absit à seculo, quòd hæc animalia bruta discernant. Ex prædictis inferitur, quòd vim vi repellere licet, nedum si vis sit iniuriosa, sed etiam si non sit. Alioquin sequeretur vt dicit Barto. in dict. l. vt vim. in ij. colum. quòd

si mente captus, vel dormiens vim inferant, quòd non liceat eis resistere. quòd est valde absurdum. Nec obstat quòd textus in dict. l. vt vim. copulatiuè requirat vtrunque, scilicet vim atque iniuriam. Et ad veritatem copulatiuè requiritur concursum vtriusque copulati. l. si hæredi plures. de conditio. institutio. ff. Quia vt vult Barto. in dispositionibus legalibus copulatiua interdū ponitur pro puncto rationis separatæ, seu resoluitur in continuatiuam, aut expositiuam. de quo idem Barto. in l. j. in fin. de ijs qui notant. infam. ff. Secundò declaratur, vt vim vi repellere liceat etiam contra iudicem aliquid facientem excessiuè, seu tanquam priuatus. de quo gloss. in l. non videtur. §. qui iussu. de regul. iur. ff. quā Barto. in dict. l. vt vim. reputat singularem. Et canonistæ dicunt quòd aduersus spoliationem à iudice judicialiter non obseruato ordine iudicario, seu extra judicialiter factam datur restitutio. de quo in cap. ex conuentione. de restitut. spoliat. supra & idem notant in cap. si constituitur. & capit. accedens. de accusatio. supra. & quòd iudici parendum est, verum est quando procedit vt publica persona. sic loquitur l. qui restitueret. de rei vendicatio. ff. & l. qui iurioni. ne vis fiat ei. ff. Tertio declaratur, vt vim à priuato illatam non liceat repellere,

pellere, nec sit licita defensio, quando offensio est licita. Ita Barto. in l. vt vim. in fin. i. colum. Ex quo inferitur, quòd si quis inuadat bannitum, quem ex forma statuti licebat occidere, quòd bannito tunc non licet resistere, & si tunc ad sui defensionem occidat bannitum, quòd puniendus erit, quòd vult gloss. licet non multum clarè, in l. j. quando liceat. vnicuique. sine iudi. C. Ex quo inferuntur duo. Primò, quòd de iure communi non licet occidere bannitos. Nec obstat si dicatur, quòd banniti nihil aliud sunt quàm hostes. l. amissione. §. qui deficiunt. de caput. diminu. ff. Et transfugas licet occidere. in l. iij. §. transfugas. de fidei. ff. quia ille text. continet casum specialem propter maximum præiudicium. quòd inferitur reipub. ex conditione & reuelatione secretorum regni. Tu tamen aduerte, quòd quamuis non liceat in persona bannito inferre violentiam: tamen licet in rebus dare damnū. glo. in §. si quis alium. in cap. j. de milit. vafal. qui contum. est. de quo Bald. in l. omnes. si contra ius vel utilitatem publi. C. Barto. in tit. qui sunt rebel. in glo. in verb. rebellando. 72 Secundò inferitur, quòd valeat statutum permittens facultatem occidendi bannitum. de quo copiosè Bar. in lex hoc iure. in ij. quæst. iij. quæstionis principalis, de iustit. & iur. ff.

¶ VIGESIMA SECVNDA conclusio. Moderamè inculpare tutelæ secundum quòd vim repellere licet, consistit circa tria, circa modū, circa tempus, circa causam. Primò circa modum, quòd si vis inferatur armis, armis resistere liceat. glo. tamen Bar. & communiter alij dicunt in l. j. vnde vi. quòd si aggressus erat ita potens pugno, sicut alius ense, quòd poterit aggressus ense se rueri. argum. l. scientiam. §. qui cum aliter se rueri non possit. ad leg. Aquil. ff. Secundò moderamen consistit circa tempus quòd fiat in continenti. in l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi armat. & Barto. declarat, quòd si vis inferatur personæ, debeat resisti in continenti in ipso flagrante actu. de quo in l. si ex plagis. §. tabernarius. ad leg. Aquiliam ff. & in §. cum arictes. allegat. Quòd si vis inferatur rebus variat, idem Barto. quòd videlicet dicatur factum in continenti si fiat infrà tres dies, quòd voluit gloss. in §. cum igitur. seu vt vult idem Barto. debent attendi circumstantiæ & qualitates personarum & rei, vnde facta est defectio. Nam si nobilis expellatur de castro, daretur maius tempus quàm si rusticus: vnde postea hoc distinxit vsque ad sex menses. Panor. autem in dicto caput. significasti. ij. dicebat in hoc non potest dari certam regulā seu doctrinā

nam. Dicit autem & concludit debere fieri quàm citiùs commodè fieri potest, modò non diuertatur ad extranea negotia. Non diceretur autem negotium extraneum, si quis ad actum commedendi vel bibendi diuertat. argum. l. antiquitas. de testam. C. Et adde quòd inter violentiam illatam personæ propulsandam, & eam quæ infertur rebus est differentia. Quia quando infertur iniuria rebus, perditur naturalis possessio non civilis, quæ retinetur animo. Vnde de iestis si iuxta text. l. qui possessione. de vi & vi armat. ff. & in §. qui ad nundinas. redeundo ad possessionem naturalem quantum cùque eijciatur, dicitur potius defendere suam civilem, quàm vim inferre circa naturalem occupatam per alium. sed quado iniuria infertur personæ, cessat ista ratio. Et in quantum Bart. in dict. l. j. vnde vi. C. vult, quòd aggressus nò teneatur expectare, quòd percutiatur: sed possit incipere si præcesserint signa, indicia & terror armorum. Tu adde eundem Barto. in l. si certus. §. si vnus. ad Sylla. ff. & in l. j. C. de sicar. Bald. & Floren. in dict. §. arietes. Tertium moderamen consistit circa causam, quòd ad defensionem non vindictam: ex qualitate autem factorum & personarum debet præsumi an ad vindictam, an ad defensionem sit factum: vn

de si aggressus post vulnus receptum insequatur aggressorè, quia quid inde facit, dicitur facere ad vindictam, non defensionem. Ita Barto. dict. l. j. & sequuntur communiter omnes. Adde postremò huic conclusioni, quòd aggressus articulàs & probans se fecisse ad defensionem, præsumitur fecisse ad defensionem necessariam. Ita Bart. in cons. 60. vbi concludit testes deponentes de defensione facta per aggressorè, sufficere si dicant se vidisse, quia an sit factum pro defensione est tale quid quod est perceptibile per sensum visus. Sicut si testis deponat de bonitate vini, sufficit si deponat se scire, quia gustauit. idem Bald. in l. solam. de testi. C. Sed tu considera, quòd huic decisioni videtur primo obflare, quod not. idem Barto. in dict. §. qui cum aliter. quòd in articulo qui sit super defensione, non sufficit dicere quòd aliquis fecit insultum contra me: sed est necesse dicere, quòd aliter euadere non poteram, nisi eù occidissem, vel aliter vulnerassem. Secundo obstat, quòd qui profert aliquod statutum à lege, vel statuto, cum aliqua qualitate, non sufficit probare factum, nisi probetur illa qualitas. Barto. in l. j. §. ait prætor. ne quid in loco publico sit. Tu vidè quod super his copiosè notat dominus Iason in dicta l. vi vim.

VIGESI-

¶ VIGESIMA TERTIA conclusio. † Ad vitandum irregularitatem quæ solet contrahi pro homicidio, oportet quod sit factum per necessitatem inuitabilem. Ita probat textu. in clem. j. vbi glossi. declarat de illo qui sic erat angulatus, quòd fugere nò poterat. Ex qua glossi. tolet inferri, quòd non dicitur aggressus ad defensionem fecit se, si cù posset sibi consulere fugam, maluit expectare, & experiri vires, & occidere, quàm fugere. Nam dominus noster cum ab Herode quæreretur non patitur cum quæritur armorum, sed fugiens in Aegiptum illic latuit per septennium. Et cum à Iudeis lapidibus quæreretur, abscondit se, & exiit de templo. Et cum ad crucem duceretur, noluit commouere aduersus seniores Iudeorum turbam, quæ nuper ei obuiam processerat cù palmis & canticis. Sed in euangelio scribitur. Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Ista refert text. in ca. j. xxij. q. iij. Punctus esset vide-  
75 re in laico, † an ipse aggressus debeat fugere, si commodè possit. Ego lego varias scribentium opiniones. Nam Bart. in l. j. ail. tenet, quòd nò ipse idè in l. vt vim. in si. dicit hoc esse verum in Peru sino, cui est dedecus fugere: sed in Florentino secus, cui non est dedecus. Bal. quoque Angel. & Saly. in d. l. j. Variæ sunt locuti, quorù opiniones recitat Io. de

Ana. in d. c. suscepimus. in glossi. ij. Et quæuis in foro animæ tenenda esse et opinio secunda, quòd sit fugiendum maximè clericis per rationes suprà adductas: tamen in puncto iuris opinio prima mihi videtur verior. Primò, quia stare & expectare inimicū si culpæ debet ascribi, maximè est in omittendo. In aggressione autem semper est dolus, qui dolus præponderat culpa. l. Itè si obstetrix. in fi. ad leg. Aquil. ff. Secundò, quia fugere seu fugatū esse, est iniuria. l. Itè apud Labeonem. §. j. de iniur. ff. & Bart. in l. j. ail. infertur propter istam rationem, quòd quando testes volunt probare aliquem fecisse ad sui defensionem, non habent necesse dicere, quòd aliter mortè vitare non poterat. sed sufficit, quòd dicant, quòd aliter ab iniuria personali se tueri non poterat. Tertio si pro conseruatione vitæ & honorum de quo statim latius, licet occidere eide fortitùs licet pro conseruatione honoris, qui est in non fugiendo, & causa honoris potior est quàm causa emolumentum. in l. Iulianus si quis omis. caus. testa. ff. vnde poenavitæ, & famæ æquiparetur. in l. Iusta caus. glo. j. de ma. vindic. ff. & Bald. in l. ex ratione. de appel. C. quòd causa famæ omnis dicitur esse ardua. & sicut pro causa vitæ, ita famæ licet prouocare ad duellum. Bal. in c. j. §. si quis hominem. de pace tenenda. & nor. dominus Iason in

l. transigere. in ij. colum. de tran-  
sactionib. C. Quarto negari nō  
potest quin si aggressio ex parte  
aggressoris fuerit violenta: ergo  
resistentia & propulsatio est  
permissa ex illa generali regula  
Quod quis ob tutelam corporis,  
&c. Quinto, aggressus nō fa-  
giendo sed expectando aggressi-  
forem, dicitur facere ob tute-  
lam corporis sui. Nam ipsi, si fu-  
geret, posset immineere periculum  
vel velocius cursum inieci se-  
quentis, qui audacior factus pro-  
pter fugam posset de facili fu-  
gentem à dorso vulnerare, &  
post ratum in terram interficere.  
Præterea si aggrefforem  
esse iuuenem, agilem, macillen-  
tum: aggressum autem pingue,  
& obesum, senem & ad curren-  
dum parum idoneum. Ad præ-  
dicta bene facit text. in l. quem-  
admodū. §. Item Labeo. ad leg.  
Aquil. ff. vbi si naus in altam vi-  
ventorium sit impulsā. & nauæ  
qui altas se explicare non pote-  
rant, funes præcidissent, non te-  
nentur. & §. sequen. Si naus ir-  
ruit in alterans, & ab ea sit sub-  
mersa cessante culpa exercitoris  
ipse non tenetur. Præterea si leue  
est dicere, quod aggressus fu-  
giat, sed difficile est tacere. Nā  
locus & tempus non patitur ple-  
nitudinem deliberandi consilium. in l.  
j. §. i. de exercit. ff. & animus tre-  
mescens, vel aliud cogitans non  
habet illam prouisionem fugæ.  
arg. l. hac consultißima. §. At cū  
humana fragilitas. C. de testam.

Item iniustus potest fugiendo  
collidere lapidem ad Petram &  
cadere, & non tenetur tali peri-  
culo se exponere. arg. l. ij. §. pen.  
si quis caui. ff. & cap. accedens.  
ij. vt lite non contesta. & hæc  
opinio communiter approbatur  
tenetur eam Bart. Bal. Ang. & Sa-  
lyc. in l. j. C. vnde vi. Idem Bald.  
in l. Vt vim in penultim. colum.  
Idem in capitul. si in ij. colum.  
de consuet. Idem in cap. j. de vi.  
& honestat. clericorum. Angel.  
in l. is qui cum telo. de sica. C.  
Flor. in §. qui cū aliter. Angel.  
in tractatu maleficiorum, in ver-  
bo, defendendo. Anthon. in cap.  
olum. j. de restituti. spoliato. Pa-  
nor. in cap. significasti. ij. infra  
eodem. Pe. de Ancha. & Innoc.  
in clem. j. eo. l. uti. Ioa. de Ana-  
in ca. suscepimus. infra eodem &  
ista est communis, vt vult Alex.  
in consi. lix. j. volum. in vj. colū.  
Nec ob. quod Salyc. in dict. l. j.  
C. vnde vi, dicebat, quod expe-  
ctando videtur affectate, cū  
posset fugere: & hoc dicitur si-  
bi nocere. ar. l. qui data opera.  
ex quibus causis maio. ff. quia  
ibi sola affectatio non nocet, et  
oportet quod operam det pro  
implemento affectationis: hic au-  
tem non affectat, vt aggressor  
veniat. Sed quatenus venit affe-  
ctat probitatem suam ostende-  
re, & non pati de secus. Item nō  
ob. §. qui cū aliter. all. quia ibi  
culpam non notat, quæ fuisset  
in negligendo, & ante omnem  
violentiā. Sed culpam inue-  
diatam

diatam in violentia propulsan-  
da, & sic in committendo com-  
missam. & sic ille. §. casum no-  
strum non attingit. Item non ob-  
stant gloss. in princ. all. videlicet  
Ber. in dict. cap. suscepimus. &  
Ioan. And. in dict. clem. j. eod. ti-  
tu. Quia respondeo dupliciter.  
Primo, quod loquuntur in cleri-  
cis, qui debent consulere sibi fu-  
ga. non expectando facere exce-  
ssum in mansuetudine eccle-  
siastica, vt supra dictum est: sed  
secus est in laicis. Vel dic secun-  
do secundum Car. in dict. clem.  
j. quod tunc intelligendū in insul-  
tato, qui poterat periculum ef-  
fugere, claudendo hostia, & se  
in turrim munitissimam recipi-  
do: secus in eo qui fugiendo nō  
poterat commodè fuga sibi con-  
siliere. Et hæc opinio quam ego  
dico esse communem procederet  
quantum ad euitandum om-  
nem pœnam imponendam in  
foro contentioso: tunc est in  
foro animæ, aut quantum ad  
euitandum irregularitatē, quia  
vt dicit text. in clem. j. Neces-  
sitas debet esse inuitabilis.

¶ VIGESIMA QVART-  
76 ta conclusio. + Clerico licet  
mouere arma pro defensione  
bonorum: tamen non licet ad  
occisionem procedere. Prima  
pars conclusionis probatur in c.  
olum. j. alleg. vbi Episcopus pro  
recuperanda possessione potuit  
armā mouere: nec fuit nota-  
tus si modum non excessit. Et  
hoc ibi tenet Panormitan. in vi-

timo notab. Idem probatur in  
capitul. Dilecto, qui loquitur de  
decano Aurel. Secunda pars  
conclusionis probatur, quod  
non liceat pro defensione bo-  
norum ad occisionem proce-  
dere: probatur per text. in ca-  
pitul. secundo in fine, eodem,  
quod ponderat Panormitan. ibi  
verbum, te tuæque. qui text.  
copulatiue requirit, quod sit in  
discrimine sui, & suorum. quem  
text. gloriatur Panormitan. &  
nemine antea fuisse pondera-  
tum. Secundo pro eadem opi-  
nionem facit textus in cap. susce-  
pimus. infra eod. vbi monacho  
imputatur, quod latrones quos  
ligauerat, dum se soluere co-  
narentur, occiderit. & hoc ibi  
tenet gloss. in verb. Ligauerunt.  
& vt dicit ibi text. debuit po-  
tius relinquere tunicam & pal-  
lium & rerum subtrahere iactura-  
ram, quam pro seruandis rebus  
vilibus & transitorijs ita crudeli-  
ter in eos exarsescere. Et hæc  
conclusio ampliatur etiam pro-  
cedere si fiat pro rebus spiri-  
tualibus seruandis, propter tex-  
tum in capit. significasti. ij. qui  
loquitur de eucharistia ex cu-  
ius deportatione potest verifi-  
citer imminere scandalum: cū  
latrones existiment eā sibi pro-  
futurā ac suas incatationes, quæ  
idcirco propter eos sub clau-  
bus custoditur: vt in capitul. j.  
de conse. eccle. vel alta. Itam  
conclusionem tenent Panorm.  
Ioan. de Ana. in dict. ca. ij. & in

ca. suscepimus. in ca. significasti. l. ij. all. gloss. in c. dilectio. hoc etiam probat ille text. Inno. in c. si verò. de sententia excommuni. infra. Sed tu a uerte, quòd communis opinio legistarum quæ habet, Quòd liceat occidere fur rem nocturnum, etiam pro defensione rerum. de quo per scribentes in l. si ve allegas. de sicarijs. C. gloss. in l. iij. per illud text. ad leg. Aquil. ff. gloss. & Barto. in l. furem. per illum text. ff. de fur. non perfecte probatur per illa iura, & l. iij. & l. furem. all. prima facie tunc omnino discordantes. Sed tu considera quòd secundum communem intellectum gloss. & Bart. sic possunt ad concordiam reduci, ut videlicet furem nocturnum possim occidere, si sine periculo personæ aut rerum non possum ei parcere. sed diurnum ita demum si te telo defendat. ratio diuersitas, quia nocturnus si cū rebus recedit, post eā cognosci non potest: diurnus sic potest accusari, & in iudicium deduci. Quæ ratione inferebat Bart. in dict. l. furem. quòd si nocturnus cum rebus aufugiens cognosci possit, nō debeat occidi. & cōtra, diurnū occidere liceat, si non possit cognosci. Inferebat plus Bart. in d. l. furem. quòd si euadere nequeam percussione abique occasione, quòd qua ratione pro tal uandis rebus licet occidere, à fortiori pro tuitione corporali. ar. l. in feruorum. de pœn. ff. Sic

vides stare omnem opinionem legistarum quòd pro saluandis rebus liceat occidere. Sed tu cogita si attentari & dici possit hanc opinionem cōmunem non posse probari de iure, & iura quæ ad eam firmandam afferri solent, eam non dilucidè probant. Discutamus ergo radicatis iura quæ pro illa cōmuni cōmuniter inducuntur. Et tu aduerte, quòd dominus Iason in l. ut vim. in v. col. attribit tibi ea quæ statim dicuntur, sed ista autem te ipsum quem non refert, præuidit Ioan. de Ana. in dict. l. cap. ij. Pondera primo text. in l. itaq; ff. ad leg. Aquil. dum dicit, quòd laionem insidiantem mihi occidere possum, non dicit ille text. rebus meis. Secundo dū ille text. subijcit: ratio naturalis permittit aduersus periculum te defendere, pondera quòd text. ille dicit se, non sua. Tertio, dum text. in l. sequen. dicit: Si quis metu mortis furem occidit, pondera quòd text. dicit, metu mortis, nō dicit metu bonorum. Quarto, dum dicit text. Ita demum quis potest occidere furem: si ei sine periculo suorum parcere nō potuit pondera quòd dicit periculo tuo, non dicit periculo bonorum. Fortificatur istud per text. in cap. ij. infra eod. dum Papa fundat se in præmissis legibus. Subijcit si possit discerni, quòd ad furendum non occidendum uenerit. Quinto, dum text. in l. scientiam. §. qui cū aliter se tue-

ri, non

ri, non dicit, sua. & considera, quòd Barto. in dict. l. furem. intellexit dictum. §. qui cū aliter. cum maxima violatione literæ, dum dicit, qui se aliter tue ri non poterat. inquit Bartol. à periculo personæ vel rerū. ideo in capitul. primo. §. si quis hominem. de pace tenend. in verbo vitam suam defendendo. glossa. ibi cum violatione literæ dicit, idem si ob tutelam rerum suarum. Nec obstat huic opinioni. l. iij. §. cū igitur. de vi & vi armata. ff. & l. x. C. vnde vi, quæ solent communiter indici. Quia ut vult Ioan. de Ana. capitul. suscepimus. illa iura uolunt, quòd liceat solum possessionem defendere. Nec obstat si dicatur vita & patrimonium æquiparantur: ut in l. ad §. de ad. domini iudic. ubi Bartolus & Baldus. ergo sicut pro defensione personæ est licita defensio & permissa occisio: ita pro rebus. Tu dic quo ad quid ista æquiparantur, non quoad omnia, sicut in casu nostro: alioquin sequeretur, quòd pro defensione bonorum liceat clerico procedere ad sua, & occisionem, quod est falsum, ut supra deductum fuit. Ceterum si ab ista particulari desistere uelis & in cōmuni persistere: Tu adde, quòd pro cōmuni fortiter induci potest l. itaque. in verb. l. xij. tabul. ponderando, aduersatiuam positam ibi interdiu autem deprehensum, in-

quatum loquitur de fure diurno, qui se telo defendit, qui ut aduersetur superioribus probat euidenter, quòd primum dictum illius legis loquatur solum quando est discutiatur rerum, alia illa aduersatiua nō aduersatur superioribus in iure & in facto, quod esse debet: ut notat Bartol. in l. sed si lege. de petitio. hæredit. ff. idem in l. hoc amplius. de damno infect. ff. huic etiam opinioni nō obstat. in dicto capitul. ij. quem Panormita. multum exaltat, & de illo primo gloriatur, in quantum copulatiue dicat, & tuæque: ergo secundum cum requiritur copulatiue periculum personæ & bonorū. Quia si rectè inspiciatur ille text. probat communem intelligendo, quòd debeat res solui in disunctiua. Et quòd ille text. debeat intelligi disunctiue, & procedat, siue interueniat defensio personæ, siue rerum, probat text. in capitul. verum. in verb. pro vita & rebus. de iurciuran. supra. & doctor. ibi intelligunt siue interueniat periculum vitæ, siue defensionis bonorum. per ea quæ habentur in capitul. Abbas. quod metus causi. in pr. in capitul. frequens. de restit. spoliaro. infra. Item non obstat text. in dicto capitul. suscepimus. Nam quòd monacho ibi imputatur homicidium, non fuit quia occidisset pro defensione rerū, sed potuerunt subesse alię

quatuor causæ. Prima quâ ponit glossi in verbo ligauerunt, & referunt Panor. & Ioan. de Ana. quia præcessit culpa in ligando. Nam ex quo habebat res saluas, non debebat eos ligare, sed mittere extra monasterium, & licètiare illos latrones, vt abirent. Secundò imputatur monacho istud homicidium. Quia dum illi latrones se soluere niteretur, poterat fugere, & clericus vt iam est premissum, debet si commodè possit fugere. ita glossi ibi in verb. interimerentur. quem Panor. & Ioan. de Ana. sequuntur. Tertia, quia ex illis duobus monachis is fuit in culpa, qui reliquit duos in custodia vnus. ita Ioan. Andr. Panor. & Ioan. de Ana. ibi, & probat etiam ille text. quòd ita teneatur de homicidio ille qui ligauit, sicut qui in terfecit. pro quo facit text. in l. ite Mela. §. si alius. ff. ad legem Aquiliam. ad quod facit illud vulgatum, *tanto. fa. ten. quel. chin. quello. chan. wor. thica.* Quarta etiã culpa potest illi assignari. Quia latrones ligatos detinuit fortè vltra xx. horas, contra text. in dict. l. capite quinto. de adulter. ff. & non apparet, quòd infra id tempus non rithauerit capitulo, vt ad iudicem perducerentur. Et stando in ista communi, tu adde duo. Primò, quòd clericus quatenus pro defensione rerum occiderit. Si tu dicas, quòd excusetur

in foro contentioso à pœnata: men non excusatur ab irregularitate: tum, quòd excessit ecclesiasticam mansuetudinem, contra text. in d. capitu. suscepimus. tum propter text. in dicta cle. j. in verb. mortè aliter vitare non poterat. Secundò, adde, quòd laicus etiam licitè occidendo pro defensione rerum secundum communem: tamè in foro pœnitentiæ non excusatur quin debeat illi indici pœnitentiæ. de quo notat. in c. inter. xxxij. q. ij. Panor. in c. ij. allega. *Domino Iason* in d. l. vt vim. ex quo ego infero præter scribentes, quòd leges quarum finis non est in spem concernere salutè animæ, sed magis còmodum pretiatum, aliquando relaxant facultatem occidendi. Nam per statuta Italiæ datur facultas occidendi bannitum, & per leges datur patri facultas occidendi filia, & adulterum in actu propinquos, vt in rebus veneris: vt vno propè ictu vtrunque occidat, & si in domo sua vel generi deprehendat. Maiorem enim iniuriam existimat lex, quòd in domum patris aut mariti ausa sit filia inducere adulterum. Marito autem ita datur facultas occidendi adulterum, si sit vilis. & si in domo sua inuenit. Dic autem, quòd lex nūquam marito relaxat facultatem occidendi vxoris adulteræ: sed quatenus occidit in flagranti actu, mitius punitur. Cur autem de filia patri

filia patri permittatur, & marito non: dic esse rationem. quia plerumquè pietas paterni nominis pro liberis consilium capit. Ceterum mariti calor & impetus seuius facile fuit temperandus. ista patet in l. Sic eue niet. in l. nec ea lege. & l. si adulteriū. §. imperatores. ff. de adulterijs. Et quomodò adulterum post trinam denuntiationem si inueniatur cū vxore colloqui, liceat marito occidere: vide quod habetur in §. penult. vt liceat matri & auic. colum. viij. Et vxoricidæ quomodò propter frequentiam delicti indicatur grauior pœnitentiæ, quam matricidæ: quamuis sit matricidium grauius. vide quod habetur in c. admouere. & cap. lato. rem. xxxiij. q. ij.

77 ¶ VIGESIMA QVINTA conclusio. † Homicidium casuale imputatur ei qui dedit operam rei licitæ, si culpa præcessit. text. est in c. continebatur infra eod. secundum vnum intellectum intelligendo, quòd ludus de quo ibi erat licitus, sed non reddebat ludens se aptum ad conditionem ludi. text. ad idem in c. presbyterum. inf. eo. de sacerdote qui in correctione excessit. text. ad idem in cap. ad audientiam. inf. eod. vbi de presbytero qui dum castigaret famulū cingulo (quod licebat) Gladius qui cingulo adhebat in dorso vulnerauit famulū, & post aliquos dies expirauit ex

illa infirmitate, imputatur ei ad irregularitatem. & illic post Innoc. Io. Andr. Panor. & Io. de Ana. addunt duo singularia dicta. Primò, quòd in foro animæ quis in casu dubij dicitur irregularis reputari. & illa via est amplectenda quamquam durior: quia tutior pro anima. ad hoc cap. significasti. ij. inf. eod. idem dicit Panor. in foro quasi pœnitentiæ quo non agitur ad pœnam propriè, sed vt altaris ministerio ablineat, in quo nõ exequendo, nulli subesse peccatum, & in eo exequendo subesse. Et in eodè foro animæ doctor còsultus debet in casu dubij respondere aliquè irregularè, & quis pari forma debet se reputare talem. Secundò, in foro contentioso nõ debet quis in dubio reputari irregularis: quia interpretatione legum pœnæ sunt mollidæ. §. pe. de pœnit. dist. j. l. interpretatione. de pœnit. ff. in regula iuris, in pœnis.

78 ¶ VIGESIMA SEXTA conclusio. † Homicidium casuale imputatur ei qui dedit operam rei illicitæ. text. est in c. suscepimus. quod supr. satis deductū fuit. inf. e. ad idè text. in d. c. continebatur. intelligendo, quòd ludus de quo ibi, esset illicitus, vel ex natura ludi: vt videlicet qui vinceret in ludo, egraret sociū: vel si esset illicitus, quia clericus ludebat cū laicis. & est ille tex. nobilis, y ludus solariusus aliàs sit reprobatus clericis propter

permixtionē laicorū. Nā vita clericorū & eorū cōuersatio de bet esse separata à cōmēcio laicorū: quia laici clericos habent oppidō infestos. ij. q. iij. c. laicos. c. laici. & ex ludis proceditur ali quando ad rixas: vnde proueniunt homicidia & vulnera. gl. in clemē. j. in verb. violaciones. de celebra. missar. infrā. Licet aliquando ludere sicut Isaac. xxxij. q. iij. cap. recurrat. Lusit etiam Ioseph cū similibus suis. cap. quod ait Ioseph. xxij. quæstio. ij. Qui ludi sint prohibiti post Hostiens. Rayne. & quosdam summissas notat Henric. Bo. in cap. clerici. de vita & honesta. cleric. De medico & chirurgico clerico seu monacho quomodō ex exercitio illarū factatū si inde sequatur mors etiam præter culpam tenetur. quia dant operam rei illicitæ, vide text. in cap. tua nos. infrā eod. Et addunt illi Panor. &

79 Io. de Ana. † q̄ vt mors infirmi nō imputetur medico, quatuor requiruntur. Primō q̄ sit laicus: quia clerico medicina aut chirurgia ex qua sequitur aut chirose seu adustio est interdicitā. in cap. sententia. Secundō, q̄ sit peritus in arte. & Host. & Io. Andr. in c. ad aures. de etate supra. allegant dictum Hippocraſis in libr. pronosticorū. verē eruditus ita prudētum regulis est instructus, quōd in singulis ægritudinibus præterita, præsentia, & futura cognoscit.

Tertiō, quōd omnem diligentiam adhibeat in traditione artis suæ, contra doctores consulentes. dicebat Antio. Eutri. q̄ si sunt pigri, tardi, negligentes in videndo, consulendo, tenentur in foro conscientia. Quārtō, quōd informet egrum de ijs quæ sunt contraria egritudini. His ita cōcurrentibus me dico non imputatur homicidium casuale. & succedit illud, non est in medico & c. de quo notatur in l. illicitas. §. veritas. de officio prætor. ff. De imperitis medicis qui vno colyrio sanant omnes morbos, notat text. in can. fina. xxix. distinct. quod gloss. ibi notat contra eos qui vnica solutione, respondent ad omnia contraria dicentes, secus secundum leges, secus secundum canones, hoc nouum, illud vetus. Et quomodō textus in æstimandis seruis eodē pretio æstimat medicos & obstetrices, notat in l. j. C. communia, de lega. Et an sint dicendi medici qui vtuntur exorcismis, habetur in l. j. de va. & extra. c. gni. ff. Et an medicus dum curat ægritudines, possint inspicere dispositionem lunæ & tempora potionum cōsiderare, & minutionum, notat glo. in c. non licet. xxvj. quæst. iij.

VIGESIMA SEPTIMA conclusio. † Homicidium casuale non imputatur ei qui dat operam rei licitæ, si nō præcelsit culpa. text. sunt & exempli

protrita

protrita & vulgaria. §. cap. ex literis. j. & ij. & in cap. significati. i. & in cap. dilectus. infrā eodē. & in illo cap. dilectus. Petr. de Ancha. & Io. de Ana. cumulant exempla multarum legum quæ sunt in titu. ad leg. Aquil. quæ multum participat de casibus relatis in illis ca. de eo qui infirmum vertit, & transfertur in vtrunque latus, vt citius moriatur. Ita quod via anhelitus præcluditur, seu rumpitur apostema, & ex violentia motus suffocatur: An is incurrat irregularitatem: vide quod notat Speculat. de legato in princip. verb. quid si aliquis. notat Antho. in iij. parte summæ. cap. xxvij. §. ij.

VIGESIMA OCTAua conclusio. Cū homicidia casuali dispensat in sacris solus Papa. in maioribus Episcopus. Ita Panormita. Ioan. de Ana. & communiter scribentes in dict. cap. ad audientiam. & primum probatur ibi: secundum probatur in cap. continebatur. infrā eodem. Adde quod licet dans causam propinquam homicidio, sit irregularis in ca. de cætero. supra. eod. † secus de eo qui dat causam remotam. exemplum dicebat Panormita. si feci in pariete fenestram. vnde se aliquis præcipit. Ego vnicuique causa remota non propinqua, quæ fuit fatuitas se precipitantis. Et adde quod licet in lege Aquil. multum differat

an quis occidat, an causam mortis præbeat in l. quæ modum. in §. Celsus. ad legem Aquil. ff. secus est in lege Corneli. l. nihil interest. ff. de sicarijs. Ratio diuersitatis secundū Bart. ibi est, quia lex Cornelia punit expressè eum qui habuit animum occidendi: sed in lege Aquil. dicitur, si quis occiderit. quæ verba non verificantur in dante causam, seu opem, quod est menti tenendum, refert de Ana. in dict. cap. de cætero. & addit illic post Tancredum de Cornero in rubrica. xij. quæst. j. stante statuto puniētē vulnerantem cum sanguinis effusione. Tunc Titius qui percussit Seium tenentem gladium, & effecit quōd gladius euolaret è manu Seij, & vulnus inferret Sempronio proximo: Titius nō tenetur pœna statuti. Quia cū statuta sint stricti iuris, non extenduntur ad dantem causam. Adde etiam, quod stante statuto, quod officialis percussione ex qua sanguis exiuit, teneatur denunciare, si ex percussione alienius fuit secuta ruina. & mediante collisione ad lapidem exiuit sanguis, quod tenetur officialis denunciare propter dictionem ex, quæ sui natura notat causam proximam, & non remotam. l. j. §. ex incendio. de incen. rui. & naufragia. ita notat Flori. in d. §. Celsus. & not. Io. de Ana. in d. c. de cætero. & stante statuto,

quòd de percussionibus sanguiniolentis non possit fieri concordia. An in exemplo proximè relato possit, vide Bald. in l. de pecoribus. ad leg. Aquil. C.

¶ VICESIMANONA

82 conclusio. ¶ Irregularitas est nota seu impedimentum canonicum ex facto seu defectu proueniens, qua quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem ministrare. ita not. Specu. in tit. de lega. §. iuxta. in princip. Antho. Florent. in iii. parte summae titu. xxvii. in princip. Discutiamus præcipua diffinitionis verba. Primò dum dicit, nota quòd idem est, quòd macula seu infamia. c. accedens. de purga. cano. inf. Et irregularitas est cicatrix criminis seu defectus. §. dist. sacerdotibus. in fin. Nam sanitas pœnitentiæ post vulnus peccati secuta sine cicatrice irregularitatis esse non potest. i. q. i. v. rum est. Secùdò, dum dicitur, canonicu. quia, irregularitas nūquam cōtrahitur nisi in casibus à iure expressis. c. is cui. de sent. excò. in vj. Tertio, dum dicitur, ex facto seu crimine: includit plures casus à Specu. & Anto. in locis alleg. cumulator præcipuè casum nostrum, quādo procedit ex homicidio volūtario. Quarè, dum dicitur, de defectu: includit tres casus. Primùm qui prouenit à natura, vt est defectus nataliū, qui repellit à sacris ordinibus. Lex

Mosaica ita huiusmodi prole detestat: vt vsque in decimā generatione ecclesiam nō debeant illegitimi introuitti. c. per venerabilē. §. f. qui sunt legi. supra. Quod autem illegitimi in ecclesia nō admittantur, solent assignari tres rationes, videlicet excellētia ordini clericalis: detestatio criminis paterni: & timor paternæ incontinentiæ. ita Hostiē in summa de filijs presbyterorū. §. quæ est causa prohibitiōnis, & addē, q̄ illegitimus nec in beneficio paterno potest succedere, etiam tanquā vicarius perpetuus: nec in ecclesia paternā præbendarum in c. ij. cū duobus sequētibusc. michael. c. ad decorem. c. ad abolendā. de fil. presby. sup. ratio assignatur in d. c. ad decorē. Quia indecorū est vt in altaris officii illegitimus impudico patri ministret, in quo vnigenitus Dei filius omninò patri pro salute humani generis vitimatur. Adde duo. Primò, q̄ 83 filius ¶ sacerdotis, qui est legitimus potest viuente patre beneficium in ecclesia paternā assequi. c. ad hoc. per text. ibi præfunt vel fuerūt. Secùdò, q̄ filij sacerdotis illegitimus mortuo patre potest beneficiari in ecclesia paternā. Nec obstat ratio text. c. cū ad decorem. quia text. ibi dicit solum quorū sunt canonici patres, non dicit fuerunt. Et prædicta ampliatur, vt nepos non succedat immediate

diatē in beneficio aui. ita gl. in c. ad extirpandam. cod. titu. ita glo. in c. apostolica. viij. q. j. Sed tu aduerte, q̄ Inno. in c. ad extirpandum. alleg. & Hostiē. in c. ex transmissā. eo. rit. & idem in summa cod. §. qui filij. verb. sed nunquid. tenent hanc opinionem procedere quando filius esset sublatu de medio: quia tūc nepos succederet aui in locum patris: iuxta not. in authen. in successione. de suis & legit. C. & hodie in iure patronatus succeditur in stirpes, in quo Inno. & Host. approbatur opinio. & contraria opinio Hugo. Lau. Io. Tancre. Vincent. Bernar. Goffridi, & Ioan. reprobatur, vt apparet in c. ij. de iure patronatus, ex qua in de approbata Io. And. qui contrariā tutatus est dicit inextricabiles in futurū debere oriri quæstiōes vt ibi per eū. Nā Io. And. cū prospiciebat opinionē quā semel tenuerat, reprobari per constitutionē non aīs egrē admodū ferebat. Ad materiā redeūdo. Quæ ergo ratiō nepotes mortuo patre aui succedūt. se ad ratiōe sublato patre, aui dicebant Inno. & Host. in beneficio succedere poterunt. Tertia verò opinio mihi videtur verior, vt in beneficio aui nepos immediatē succedere possit indistinctē. Ita post Ray. & Goffri. in summa dict. titu. post eundem titu. in c. ex transmissā. post Barr. Brix. in d. c. a-

postolica. tenet nouissimè Ioā. And. in c. extirpandæ. alle. Facit pro ea parte, q̄ si datur tutor liberis, esto q̄ intelligatur de nepotibus, secus si filijs. l. quod si nepos. de testa. tutel. ff. & senator qui non potest ducere filiam eius, qui artem ludicram exercuit: potest ducere neprem. l. Iulianus. §. hoc capite. de ritu nuptiar. ff. Facit etiā, quia in filio & nepote constat diuersos esse gradus: vt patet in c. j. & ij. xxxv. q. v. & in l. Iurisco. sulus. de gradib. cognationū. ff. & instit. cod. Vnde dictū de vno nō cōtinet reliquū, ar. illā. de col. lre si filius tuus est alicui mulieri in quanto gradu in linea æquali vel inæquali, nepos tuus ex illo filio qui est in remotiori gradu licitè contrahit cum illa. c. si. de consang. supra. Item qui non potest contrahere cum filia spirituali, potest tamen contrahere cum ipsius filia: vt notat Ioan. And. de cōsang. & affinitat. in rubric. Idē in filio sororis adoptiue. §. sororis verò eius qui. de adop. instit. Item decretalis secunda de hæretic. §. ij. in vj. quæ punit filios hæreticorum secundam generationem non includisset, nisi fuisset expressum: & tamen hoc etiam certo casu restringitur: vt patet in c. statutū. ij. cod. titu. Item constat per interpretationē nepotem appellatione filij cōtineri. l. iusta. de verb. sig. Celsit ergo talis interpretatio

in pœnalibus in materia odio-  
fa in regul. in pœnis. & in regul.  
Odia. de regulis iuris in sexto.

TRIGESIMA con-  
34 clusio. † Defectus causans irre-  
gularitatē prouenit aliquando  
à natura & à casu simul: inter-  
dum à casu, à natura & casu si-  
mul: vt apparet in ijs qui ali-  
aliquo mēbro corporis nobili  
vel apparente sunt vitiatī: vt  
claudi, qui sine baculo nō pos-  
sunt accedere ad altare: vt mo-  
noculi, truncati naso, vel alijs  
deformes in facie. aut habētes  
partē digiti abscessam, qui pro-  
pter illos defectus seu deformati-  
ones non debēt promoueri. c.  
pe. & final. de corpo. vitia. can.  
si euāgelica. l. dist. habētes ma-  
culā in oculo, aut secti testicu-  
lis siue à natura siue à casu nō  
impediuntur promoueri. can.  
si quis à medicis. cum tribus se-  
quentibus l. distinct. capitu. iij.  
cum tribus sequen. de corpor.  
vitijs. & in can. si quis abscede-  
rit. l. distinct. vbi gloss. loquitur  
de Marco apostolo qui amputa-  
uit sibi pollicē, & de Origene,  
qui vt prædicaret mulieribus  
abscedit sibi testiculos, in quo  
per illū tex. & tex. in c. significa-  
uit. de corpo. vitia. nō fuit lau-  
dat. De quouide quod de ipso  
scribit Eusebius in lib. vj. c. vj.  
Ecclesiasticæ historiæ. Et confi-  
dera, quod lex canonica nō fa-  
cit vim inter eum qui sectus est  
à cunabulis, siue proueniat à  
natura, siue à casu: quia vt requē-

potest promoueri, licet lex iuri-  
lis existimet potentius esse vi-  
tium naturæ quàm accidentis:  
quia spado à natura nec ado-  
pat, nec posthumum instituit.  
cū is qui est à casu hoc pos-  
sit. §. sed illud vtriusque de ado-  
ptionibus instituit. l. sed quæsi-  
tum. §. i. de liberis & posthu. ff.  
Et habens vnicum testem ne-  
que morbosus & vitiosus, nec  
in casu redhibitionis, cū is  
possit generare. l. Pomponius.  
de adilitio edict. ff. Quomodo  
autē in veteri testamento erant  
prohibiti sacrificium & panes  
Deo offerre, qui cœci, & clau-  
di, qui grandi aut torto naso,  
fractō pede, albuginem haben-  
tes in oculo, iugem scabiem,  
impetiginem in corpore, vide  
Gregorium in §. huic enim.  
quadragesimanona distinctio-  
ne, vbi pulchrè demonstratur,  
quid per dicta vitia significetur.  
Et quia visum est de irre-  
gularitate quæ causatur ex de-  
fectu proueniente à natura, &  
de ea quæ & à natura & casu  
prouenit. Postmodum est vi-  
dendum de ea quæ procedit  
à casu, vt ex bigamia, & hæc  
bigamia incurritur sex modis.  
Primò, dum quis successiue ha-  
bet duas vxores, & vtramque  
cognouit. capitulo debitum.  
de bigamis supra. Secundò,  
dum quis contraxit cum dua-  
bus: cum vna de iure, cum  
alia de facto, & vtramque co-  
gnouit, quia hic censetur bi-  
gamus

gamus propter intentionis af-  
f. Et cum opere subsequito  
ca. nuper. co. titu. Tertio, dum  
quis cognouit viduā cum qua  
contraxit, & quæ à priore ma-  
rito fuerat cognita. c. feriatum.  
32. dist. Quarto, qui contrahit  
cum corrupta, siue sciuit siue  
ignorauit. c. curandum. 34. dist.  
Et tu nota, quod contrahens  
cum ea quam prius suprauit,  
non est bigamus: secundum opi-  
nionem magis communem  
quam post Tanc. Gosfred. Bern-  
nard. Barto. Brixien. tenet glo.  
in verb. vnic. de cleric. coniugat.  
in verb. contraxerint. tum quia  
carnem suam non diuisit in  
1 plures: tum quia sequens matri-  
monium fingitur præcessisse. 2  
Quintò, qui cognoscit vxorē  
3 scienter vel ignoranter,  
postquam ab alio est cognita.  
4 Carcer ab ecclesia quorsum in-  
c. si cuius vxorem. 3. 4. dist. Sex-  
tò, in sacris constitutus qui con-  
5 trahit cum muliere de facto,  
quamuis nō sit verè bigamus:  
tamen est bigamus propter in-  
tentionē cū opere subsequito. c.  
6 Clericus in criminibus enormibus  
& qualificatis degradandus est  
& iudici seculari vt puniatur,  
tradendus. 7  
7 Scisma quādoque in hæresim cadit

est de iure positiuo. Non ob-  
stat quod apostolus Paulus  
prohibet bigamos ordinari,  
quia non dispensari. & aposto-  
lus Paulus in administratione  
fuit inferior Petro: idēd consti-  
tutione Pauli quæ immediatē  
fidem non cōcernit. non astrin-  
gitur: & vt supra discussum fuit  
quamuis Paulus prohibeat per-  
cussorem ordinari: tamen Pa-  
pa cum homicida voluntario  
validè dispensat: vt tenent com-  
muniter scribentes in capit. si-  
cut dignum. §. clericos. infr. eo.

## S V M M A R I A.

- 1 Mortis nomine, quæ mortes intel-  
gi debeant.
- 2 Ecclesie pœna.
- 3 Intellectus verus capit. j. de homi-  
cid. extra.
- 4 Carcer ab ecclesia quorsum in-  
dictus.
- 5 Detrusus in monasterium, vt pre-  
nitentiam agat, quod stricti ijs  
& viuere & teneri, quàm mo-  
nachi, debeat.
- 6 Clericus in criminibus enormibus  
& qualificatis degradandus est  
& iudici seculari vt puniatur,  
tradendus.
- 7 Scisma quādoque in hæresim cadit

## Quinta pars.



IX ista vltima par-  
te vt iam præmi-  
si ex textu decre-  
ta. nostræ primæ  
sistio titulo de ho-  
micidio, colliguntur quinque

intellectus, quos post plenissimè discussam materiam tituli nouissimo loco referuauit. Primus intellectus qui secundum Ioann. Andr. hic attribuitur ab anti. est vt text. sit intelligens, vt iacet, vt videlicet homicida ex proposito nõ gaudeat immunitate. hanc lecturam & Ioan. Andr. & Panor. & Ioan. de Anani. reprobant: potuit enim secundum eos procedere inspecto iure veteris testamenti quò adhuc non emanauerant constitutiones postiuæ conferentes immunitatem ecclesijs: hodie secus. Secundus intellectus fuit, vt homicida ex proposito debeat mori per poenitentiam. hic intellectus Abb. Hostien. Panor. Ioan. de Ana. simpliciter relatus mihi non placet his fundamentis. Primò esset de indubitabili, contra l. Labeo. ad Carbo. ff. Cui enim dubium, quin omnis peccator debeat mori per poenitentiam, & Deo reconciliari: vt ego factis copiosè dixi in duplici lectura ad Decret. Omnis vtriusque sexus. de poeniten. infrà. Secundò, quòd hic intellectus est uoluntarius verborum literarum. Nam ubi de morte, vt in text. sit mentio, debet intelligi de morte naturali l. ex ea parte. §. insulam. de verbo. oblig. ff. in l. Statutus Florus. §. Cornelio felici. de iur. ff. glo. xvj. q. j. can. placuit. Et adde hoc loco, quòd licet solcat dari differentia in-

ter mortuò, & occisum: l. proinde. ad leg. Aquis. ff. tamè quando fit mētio mortis, debet intelligi de morte naturali, & accidentalī, seu uolētā: quia vtra que accidit uoluntate & permissione diuina. gloss. in §. j. de capit. diminut. institut. Ita post Bald. & Floria. in dict. l. proinde. post Bald. in tit. de pac. Constantia. post Petrum de Anch. in clej. de poeni. tenent Ioan. de Ana. & Felin. in cap. si. super eo. Tertio tenendo hunc intellectum, uerba quæ sequuntur in text. ab altari euellens, essent superflua contra id quod dicitur in proemio. Quarto, hic intellectus aperitè repugnat uerbis & menti legis Mosaiçæ. unde sumitur. Cuius intentio est punire homicidas ultimo supplicio. Tertius intellectus est Goffri. & Panorm. & Ioan. de Anan. relatus, quòd litera debeat intelligi vt iacet, sed non est obseruanda. fuit autem secundum eos posita vt sciretur, non placet ipsis, quia omnia nostra facimus. & c. in l. j. de ueter. iure. in nucleand. C. in cap. si apostolica. de præbend. in vj. Quartus intellectus est gloss. si. vt intelligatur de laico committente homicidium ex proposito, vt non gaudeat immunitate: sed debeat mori per executionem, & sententiam sui iudicis. huic intellectui quem communit sequuntur omnes scribentes, obstat vnum ad quòd ipsi non

ipsi non aduertunt, videlicet uerbum euellens, quòd non conuenit laico, quia non est altari radicitus affixus: sed ab ipso altari debet esse separatus, vt in cap. j. de uita & honestat. clericorum. supr. Sed tu responde prætor scribentes hic, quòd uerbum euellens, tunc in text. notet quandam abstractionem facti. Ita Aretin. in cap. Cum non ab homine. in col. vij. dum sequitur hunc intellectum declarat, & declarando aliter quàm faciat. dic quòd laicus homicida ex proposito est euellendus ab altari quatenus pro uitio suo sui uellet illi se iungere, illi adhærere, amplecti, aut vt solet super illud pro sui libertate ascendere. hunc itaque intellectum sic defensatum ad tex. nostrum sine ser. pulo sequi poteris. Sic tu conclusiue habebis quatuor casus, quibus negatur immunitas ecclesiæ. Primus & secundus continentur in c. inter alia. de immunita. eccles. suprà. Tertius in cap. si. eod. tit. Quartus erit hic secundum quem intellectum, quòd legistæ homicidis negat libertatem. §. neque. de mandat. princi. col. iij. saluare potest solus Panor. & Ioan. de Anan. relatus nritur impugnare hunc intellectum duobus fundamentis, quibus nemo respòdet. Primò quia ipse ponderat textum in cap. lina. per locum à speciali allegat. dum uult ille text. quòd committen-

tes homicidium in ecclesia ex proposito non gaudeant libertate: secus extra ecclesiā. Quia ego respondeo quòd ille text. debet intelligi de homicidio in ecclesia commisso ad finem speratæ immunitatis: ergo secus si extra ecclesiā: quia quòd de vno dicitur de alio negatur. l. cum prætor. de iudic. ff. in cap. tit. l. nonne. de præsumption. Non ergo intelligatur de illo quòd esset factum per insidias cuius meminit textus noster. Secundò Panor. ad elidendum hunc intellectum fortiter ponderat text. in dict. ca. inter alia. dum uult, exceptis duobus casibus illie positis committentes delictum quantumcūque graue gaudere immunitate. quia ego respòdeo, quòd omne homicidium uoluntarium reponitur inter grauiora, & maiora, vt notat scribentes in §. de adulterijs. de iud. supr. Sed de proditorio, & qualificato loquitur hic text. Sic non obstant fundamenta Panor. & inquantum Panor. nititur saluare hunc intellectum dicendo, quòd uerbum moriatur, debeat de morte ciuili. i. excōmunicatione intelligi, & secundum eum quoties lex Mosaiça loquens de morte est canonizata, & debet intelligi de morte. i. excōmunicatione. Ita tenet in c. per venerabilē. in ult. nota. per illū text. qui filij sunt leg. supr. Sed hic intellectus de quo hic ita gloriatur Pa-

nor. si esset verus, esset sine dubio contra legem veteris testamenti, & contra leges ciuiles, quæ puniunt homicidas vltimo supplicio. Præterea si excommunicatio esset conferenda omni morte: sequeretur cū mors non sit actus reiterabilis arg. l. quæ res. §. arcam. de solu. ff. quod semel excommunicatus amplius non possit excommunicari. quod est falsum. per ea quæ notant scribentes in c. ita quorundā. alle. Item sequeretur, quod ecclesia non haberet pœnā maiorem excommunicatione, quod est falsum. habet enim ecclesia, pœnas quæ sequuntur. † Carceris perpetui quæ succedit in locum mortis. nor. Inno. & alij posteriores in c. qualiter. j. de accusat. supr. Io. Andr. in c. pro humani. de homici. in vj. sequitur Bal. in l. j. in ij. col. de pub. iud. ff. Habet etiā ecclesia pœnam indictionis seruitutis: in d. c. ita quorundam. pœnam depositionis, & relegationis: in c. j. de calum. sup. c. ac cedēs. §o. dist. pœnā verberum citra sanguinis effusionem de raptoribus in archiepiscopatu: pœnam bullādī aliquem in facie citra effusionē sanguinis: c. ad audentiam. de crimi. fals. supr. pœnā diffidationis honorum: vt in d. c. j. de homicid. in vj. quæ omnia sunt notāda ad extollendā authoritatē iurisdictionis ecclesiasticæ: vt Panor. no. in c. quod sedes. de offi. ord.

suprà. Ex prædictis inferitur, quod verbum mortis, positū in text. quatenus cōfertur ad laicum, non intelligatur simpliciter de morte. i. excommunicatione, de quo latius dicitur in sequenti in tellectu: cū ecclesia præter excommunicationē habeat alias pœnas. † Quintus intellectus est quem ego in ij. parte su. præmissi. quod loquatur text. de laico homicida ex proposito, qui dicitur auelli ab altari per depositionē & mori facta degradatione actuali ex executione iudicis secularis. Pro isto intellectu potest ponderari text. & fortiter induci in tribus locis, vt suprā in eadem parte secunda præmissum est, & declaratum extitit. Pro isto etiā intellectu ego adduco quædam fundamenta, quæ à Panor. adducuntur in c. at si clerici. in pen. col. de iudi. quæ ego inferre volo, vt contrarijs obiectionibus modernorum maximè Aretini & Dec. ego satisfaciam. Primò iquit Panor. & su. eadem parte secunda relatum fuit, leges ciuiles solent secundum grauitates delictorum pœnas imponere: aliquādo deportationis, relegationis interdum, aliquādo capitis, interdum furcæ, aliquando hominem lacerādum bestijs exponere, nonnunquā propter parricidium assassinamentum proditorem patriæ aliam grauiorem pœnam indicere, quæ pœnæ cum apud ca-

nonēs nō inueniantur, opus est ergo vt degradatione facta de clerico, eos ad forum secularē transmittant: vt pœnæ delictis commensurentur. Aretinus contra istud fundamentum insurgit quamuis debiliter. Quod secundum eum in locum præmissarū pœnarum succedit pœna carceris, quæ est, vt supra dixi, in loco mortis. Et subiicit ibi, quod carcer est incarcerationis maior morte quæ incarcerationis mors est solatium, & vita supplicium: vt in l. hi sanctam. de opostat. C. Sed istud fundamentū facile destruitur: † quia inō carcer ab ecclesia est indicitus ad euitādū mortem: quia Deus non vult mortē peccatoris: sed vt conuertatur, & viuat. Ezechielis. xvij. & iij. q. 4. hi qui. Ita Ioann. Mon. Archid. & Dominicus in ca. quāuis carcer. Et in quantum dicit Aretinus quod carcer est maior morte, hoc euidenter est falsum: quia in mortuo cessat omnis spes liberationis. Vnde vana est disputatio si mortuus miraculosè resurgat. an denuō peccatum originale contrahat, si iterum sit baptizandus aut ordinandus: quod superuacue disputat glo. xxxij. q. vij. can. ij. sed incarceratione cōstat relictam spem liberationis, aut per effractionem carceris, aut per aduentum principis, aut in iocūdo ingressu Episcopi. Itē suppone quod incarcerationis nunquā liberetur: proderit illa pœnitentia quæ per eum fit cum pa-

ne doloris & aqua tristitiæ ad vitandū mortem æternā, & luendum pœnam pro peccatis debitam, quæ alioquin esset in purgatorio diluenda. Anthonius Florentinus in ij. parte tit. xxxj. capit. j. §. j. Et adde prædictis ad probādū, quod carcer non sit loco mortis, quod si carcer ecclesiasticus est ita horridus, arctus, & durus vt illi existentes intrā paucos dies moriantur: tunc ecclesiastici iudices non euadunt irregularitatem. Ita Panor. in c. nouimus. de verbo. signific. Idē dicit, si panis eis in tā parua quantitate ministraretur, quod non sufficeret ad sustentationē. Idē dē lex ciuilis vult, quod debeāt singulis diebus dominicis iudices inuisere carceres: ne illis vel aliam humanitatem desint. l. iudices. de episcop. audient. C. & alibi eadē lex ciuilis vult quod incarcerato nō debeāt tradi manicæ ferreæ & inherentes ossibus, sed proximiores cathenæ. Ac ne tenebris carcerem perimantur, debet incarcerationi sub ipso solis ortu ad publicum lumen adduci. & vbi nox geminauerit custodiam in vestibulis carcerum & salubribus locis recipi: ac vt causæ incarcerationum velociter terminentur, custos carceris debet singulis triginta diebus causas & nomina incarcerationum iudici deferre. Carcer autem iure ciuili non est ad pœnam, sed custodiā vt in l. j. & l. fin. de custo. reo. C. l. aut damnum. §. solēt præfides.

de pœn. ff. in iure canonico au-  
tem carcer est ad pœnam. cap.  
quamuis, de pœnis in vj. decla-  
rando vt supra. Et adde prædi-  
ctis duo. Primò, † quòd detrusus  
in monasterium ad agendū  
pœnitentiam debet detrudi in  
aliquo ergastulo, non vt ibi du-  
cat vitam communem cū alijs,  
sed vt agat duriozem quam alijs,  
ita Host. & Panor. in c. quomam,  
de simo. supra. sic loquitur Au-  
ten. hodie. de adulter. C. de mu-  
liere adultera, quæ in monaste-  
rium detruditur, vt sit illic, tan-  
quā pœnitens. Secundo adde quā  
uis carcer secundum canonistas  
sit ad pœnam: tamē tortura cle-  
ricorum non debet esse ita ve-  
hemens, sicut laicorū. ita Panor.  
post ab aut. in c. cū in contem-  
piatione. de reg. iur. extra. Plus  
est, quòd aliqui dicunt, quòd in  
tortura clericorum non debent  
laici esse ministri, quia possent  
exardescere in clericos, quos ep-  
ipidò habent infestos: vt Panor.  
refert in cap. vnuer sitatis. de sen-  
ten. ex com. infra. quod secundū  
eum malè obseruatur: quia cle-  
rici clericorum torquendorum  
nolunt esse ministri. Neque sunt  
clerici instructi in illa arte tor-  
quendi. Adde etiam, quòd secun-  
dum qualitatem personæ debet  
iudici tortura: vnde si iudex ex-  
cedit, tenetur, quod Bart. aliquā  
do accidit in iuvene, quem vide-  
bat robustū, & ita egregiè torfit  
vt propè in tortura decederet re-  
fert ipse Bart. in l. quæstionis. ff.

de quæstio. Secundo Panormi-  
tanus in dict. ca. At si clerici. pro  
istò quinto intellectu ponderat  
textum in ca. Nouimus. de ver-  
bo. significati. dum text. ille cri-  
men graue cōparat crimini fal-  
sificationis bullarū. Et pro vtro  
que vult clericum degradandū:  
nec potest dici quòd ille text. lo-  
quatur de incorrigibili, vt gloss.  
ibi malè intellexit, eum saltatius  
sine alia incorrigibilitate possit  
degradari, & tradi curiæ secula-  
ri. capitu. ad saltatiorum. de crimi-  
ni. falsi. in trā. Et tu aduerte quod  
inquātum Aretinus in dict. cap.  
cū non ab homine. in pugnat  
istud fundamentum, videlicet,  
quòd ille text. in dict. c. nouimus.  
non loquatur simpliciter de crimi-  
mine graui, sed dannabili, & dā-  
nosò quod secundum eum est,  
denum secuta incorrigibilitas.  
Nam per remediā ecclesiasti-  
ca est spes correctionis. Nam si  
pro crimine enormi clericus  
simpliciter cōdemnauerit ad car-  
cerem, relinquatur malis occa-  
sio delinquendi, & bonis ingentur  
scandalū, & in elusionem iu-  
risdictionis ecclesiasticæ tribu-  
tur occasio cōdendi statuta, vt  
supra deductum fuit in secunda  
parte. Tertio Panor. in dict. ca.  
At si clerici ponderat text. in ca.  
jeo. tit. in vj. vbi textus de man-  
dante interfici per assassinos. aut  
eos receptare vult, quòd huius-  
modi sint diffidati omnibus bo-  
nis, & ab omnibus: multo magis  
est relinquendus iudici seculari  
punendus.

puniendus. & inquātū Aret. in d.  
c. cū non ab homine. impugnat  
istud fundamentū dicens, quod ille  
casus specialis, habuit causam à  
seguentissimis casibus, & multis  
crassantibus opus est exēplo. I.  
aut facta. in si. de pœn. ff. & in a-  
lijs delictis nō videtur esse eadē  
ratio. Et dato quod esset, tamen se-  
cundū eum quando lex est pœ-  
nalis, & exorbitans non debet fie-  
ri extensio. text. notabilis l. sed  
sciendum. ff. de paricid. gloss. in  
cle. vt hi qui. in verb. huiusmodi.  
de ætate, & qual. infra. Sed tu ad-  
uerte contra, quod lex pœnalis, &  
odiosa aliquando in maioriote  
rationis extenditur. glo. in c. j. in  
verb. Italicę. de tempo. ord. in vj.  
in l. si quis seruo. vbi Bar. de ser-  
uo corrupt. C. Quarto Panor.  
ponderat textū in d. ca. cū non  
ab homine. ad si. vbi incorrigibi-  
lis liberatur curiæ seculari, ne vl-  
tra possit esse perditio plurimo-  
rū, quæ tō militat in crimine e-  
normi. De. in d. c. cū nō ab homi-  
ne. in xxv. col. impugnat istud,  
quia in incorrigibili cessat spes  
correctionis: sed in eo qui cōmi-  
sit crimen graue, vnicū relinquitur  
tpe correctionis. Sed in su-  
stinendo. Panor. dicit, quòd li-  
cèt absit spes correctionis in ta-  
li, inde semper remanet perditio  
plurimorum, quibus delinquen-  
di ministratur occasio confūs  
ex facilitate pœnæ ecclesiasticę.  
Quinto, Panor. in d. c. At si cle-  
rici. ponderat text. in can. si quis  
laicus. xxij. quæst. v. ad finem,

vbi si presbiter aut clericus cō-  
spirationem fecerit contra prin-  
cipem degradetur. Sed tu dic,  
quòd ille text. non militat, sed  
est intelligendus de degradatio-  
nē verbali. Nec potest dici, quòd  
loquatur de actuali: quia princi-  
pium text. laicus, qui simul cri-  
men cōmisit solum in monaste-  
rium detruditur: vnde clericus  
non debet plus puniri, sed debet  
sufficere verbalis depositio &  
detrusio in carcerem. Sextò, dū  
Panorm. ponderat text. in dict.  
ca. cū non ab homine. dum  
vult, quòd non debet quemlibet  
depositum tradere curiæ secula-  
ri: ex quo infert, quòd aliquan-  
do possit in quibusdam casibus.  
Sed istud fundamentum non va-  
let: quia non sequitur, quòd ho-  
micidium proditorum, de quo  
loquitur text. noster, sit vt dice-  
bat Decius vnus de illis casibus,  
& sic in istis, vnde dicunt mo-  
derno in isto passu nouo & peri-  
culoso desistendo à communi.  
Ego sequor opinionem istam,  
quòd in criminibus enormibus  
proditorijs, aut qualificatis cle-  
ricus deponi possit, & euelli ab  
altari, & morietur per executio-  
nem iudicis secularis. Sed videamus  
quomodò fundamentum Alex-  
and. & Decij qui sequuntur  
communem, responderi possit.  
Primò Aretin. inquit, quod ten-  
dit ad destruendum primum  
fundamentum Panormi. Licet  
in criminibus enormibus ec-  
clesia nō habeat quid faciat re-

spēctu punitiōnis: tamen habet respectu correctiōnis. maximē si clericus, qui commisit crimen enorme, sit paratus humiliter pati pœnam ecclesiasticam & pœnitentiæ. Et ille text. cūm requirit vtrunque, scilicet defectum pœnæ, & incorrigibilitatis: ei go non debet sufficere alterum. ar. l. si hæredi plures. de condi. inst. ff. not. an. cas. de referi. sup. d. Sed tu responde dupliciter. Primò, quod hoc fundamentum bene procederet in crimine simplicis: fecus in prohibito, prout loquitur text. noster. Secundò dic, qd fundamentum Panor. procedit à simili: vt sicut incorrigibilis traditur iustitiæ seculari: ita qui commisit crimen enorme. Item non est verum, quod text. capit. Cūm non ab homine. requirit vtrunque defectum, scilicet pœnæ & incorrigibilitatem. Nam adhuc post incorrigibilitatem habet ecclesia pœnas sufficientes quas infirgere possit, vt supra in iij. intellectu dictum fuit. Sed contra incorrigibilem ex malicia ipsius non habet ecclesia quid faciat. Secundò dū Aretin. adducit text. in can. contra Idolorum. xxvj. q. iij. vbi Idolorum cultor, augur, & aruspex deponitur solum in carcere: tamen crimen huiusmodi est tale pro quo lex civilis imponit pœnam ignis. de malef. & mathema. C. Et hoc modo nititur Aretin. impugnare primum fundamentum Panor. Ego respōdeo,

quod erat solum tale crimē pro quo lex civilis imponebat pœnam capitis, de quo loquitur l. Nemo. C. eod. & non loquitur de illo pro quo lex imponebat pœnam ignis, de quo in l. iij. all. Sed hæc responsio quæ est Decij in dict. ca. cūm non ab homine. mihi non satisfacit. Nam text. in dict. ca. contra idolorum. re vera loquitur in terminis dict. l. iij. videlicet, de augure, at vsq; & idolorum cultore qui puniendus est pœna ignis. & text. dicti cap. contra idolorum. solum puniunt pœna detractionis in carcere. At text. in dict. l. Nemo. loquitur in eo qui consultit huiusmodi Augures, Vates, Ariolos, qui solum puniuntur pœna capitis. Tu vero dic, quod in illis terminis illius text. erat hæresis quod est crimē ecclesiasticum. Nam Arioli qui circa aras demonum preses effundunt: & eis funesta sacrificia offerunt: & sic dæmonū expectant responsa, censentur hæretici, & sunt iudicandi per ecclesiam. text. est notabilis in ca. accusatus. §. sanè. de hære. in vj. vbi gloss. in verb. saperent. idem dicit de his qui assument corpus Christi, vel puerum baptifant, aut virginem habent sacra tam. fuit à. xx. annis citra in ciuitate ista Aurelianensis: vilis artifex, qui tenebat huiusmodi artem, & adhibebat imprecationibus suis siue inuocationibus sacram eucharistiam virginem sacram, & eusem similiter sacram.

ram. habebat quoque quosdā libros magicæ artis. Studium omne erat illi pauperculo, & frustra contra legem primam de thesauris C. lib. x. inuenire thesaurum. Is à iudice comprehensus vna cum vxore conscia criminis damnatus est ad perpetuos carceres, & iuxta text. l. Cetera. ff. famil. erciscund. libri traditi sunt igni. Et adde, quod in ecclesia propter huiusmodi maleficos sacra eucharistia recluditur sub clauibus. in cap. j. de custo. eucha. supra. Et duo miracula quæ de sacra eucharistia per quasdam feminas subtrahæta acciderunt, vide relata per Ioannem Andr. in rubric. de celebratio. missa. supra. Tertiò dum Aretinus adducit text. in cap. de Liguribus. xxij. quæstio. v. vbi text. contra rebelles sedi apostolicæ, & scismaticos imponit cessante incorrigibilitate solum pœnam excommunicationis. Et tamē rebelles sedi apostolicæ incurrunnt crimen lese maiestatis: vt est gloss. Bart. in titul. qui sunt rebelles. in verbo rebellando. Sed tu dicet prius, quod scisma cadit in hæresim, & est crimen ecclesiasticum. Nam si clericus paratus est respicere, solum est puniendus pœna carceris. cap. j. de hæretic. infra. quæ pœna etiam potest alterari. hoc enim iuris benignitas nonnunquam concedit, & de facto nos

videmus, & sæpè vidimus istud practicari. potest ergo ipsa pœna alterari & commutari in aliam. cap. communi. de hære. in vj. Panormita. in cap. at si clerici. in xij. eod. Quod si non respiscat, puniendus est à iudice seculari pœna ignis: vt apud Parisios factum est de illo sacerdote & scholastico hæretico. Et hoc procedit ex illo passu euangelij. Ego sum vitis vera, & vos palmites. si quis in me non manserit, mittetur foras, & arefcet, & colligent eū, & in ignem mittent. Ita dicit doctor. ex illo loco ortam pœnam hæreticorum, in cap. ad abolendam. de hæretic. supra. Et t tu adde, quod in duobus casibus Scisma cadit in hæresim: vt notat gloss. in rubric. de scisma. Primò, si quis introducat nouas doctrinas & institutiones contra ecclesiam romanam. cap. inter hæresim. xxiiij. quæstio. ij. Secundò, si quis erudit ecclesiam vniuersam posse consistere penes duos insolidum: quia venit contra articulum Dei, vnam sanctam, ac cōtra text. extra uagan. vnam sanctam unicam Dei inconfutilem. gloss. notabilis in cap. nõ autem. vj. quæstio. j. Secus si quis ex tribus gentibus se pro romanis pontificibus credere ecclesiam penes alterum solum consistere: vt accidit tempore concilij Constanciæ. quo

inueniebantur tres Antipapæ in suis obedientijs appellati, Gregorius XII. Ioan. XXIII. & Benedictus XIII. Quilibet eorum credebatur se esse Papam indubitatum & vnicum, & nationes quæ eis obediebant idem existimabant. de quo est gloss. singularis. xxiii. quæstio. j. §. j. Panormitanus in dict. cap. at si clerici. in xiiij. col. Videamus postmodum quibus fundamentis hunc intellectum quintum Decius in dicto cap. at si clerici. in xxv. col. nitatur impugnat. Primò Decius pòderat text. in dict. cap. cum non ab homine. in verb. quibuscumque. quæ verba secundum eum innuunt vt pro quocumque crimine etiam graui. nisi sit incorrigibilitas, non debeat tradi seculari curiæ. Sed ego respòdeo, quòd in illis verbis text. à Decio pòderatis ponitur solùm quæstio & consultatio, non decisio. Secundò, dum idem Decius in dict. cap. cum non ab homine. ponderat verba text. qui requirit depositionem fieri per Episcopum, qui procedit, & est necessarium, in delicto grauissimo. Tu dic quòd hoc iatemur & non negamus, videlicet necessariam esse actualem degradationem. hoc probat textus noster in verbo. eueillas, quòd verbum dirigitur ad prælatum ecclesiasticum. Tertio, dum idem Decius in dict. cap. cum

non ab homine. ponderat illa verba, qui si depositus incorrigibilis. quæ secundum eum cum faciant relationem ad præcedentia. Iulianus. vbi Barto. de hæredib. insti. ff. Ergo videtur, quòd incorrigibilitas habeat locum, & consideretur in quolibet crimine prout duo dicta præcedentia in quolibet crimine secundum eum locum habent. vt sit sensus, qui depositus in quolibet crimine de quo secularis non posset corrigere, si incorrigibilis sit. Sed tu huic obiecto dic, quòd negamus præcedentia includere grauissima crimina: quia nullum est verbum in decisione Papæ, quòd hoc innuat. Et per ista remanet sufficienter de sensu ultimus intellectus text. nostri, & cõtrarijs obiect. onibus satisfactum est, & ita procedet capitulum non ab homine. in crimine non qualificato, pro quo requiritur incorrigibilitas, & textus noster loquitur in proditorio: & ampliabitur in quolibet alio enormi. Et tu considera, quòd semper erit præmittenda degradatio actualis, vt contra Petr. de Ancharano, tenet Panormitanus in dicto capitulo at si clerici. in decima quarta colum. Et an clericus delinquens enormiter incedens sine habitu & tonsura possit statim comprimi per potestatem seculari, dic vt notant scribentes

Scribentes in capitulo contingit. in capitulo perpendimus. in capitulo in audientia. de sententia excommunicatio. infra.

Petrus de Ancharano, in dicta disputatione sua & in regula. Ea quæ sunt. de regulis iuris in sexto.

## Ioannis Brunelli Repetitionis capituli primi de homicidio, FINIS.

### REGESTVM,

AA BB CC a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v  
x y z A B C D E F G H I K L M N O P Q  
R S T V X Y Z aa & bb medium.

E X C V D E B A T  
Hector Penet, impensis  
hæredum Iacobi  
Iuntæ.

